Multitudo quo sit finita vel infinita. 68
Mutatio Cœli non est prima mutatio 101
Mutare locum secundum formam & secundum subiectum quid sit. 168
Mutatum esse primo mobilis est mensura aliorum. 133

Natura est principale principium motus & quietis. 34
Naturæ competit per essentiam suam, quod sit in illo in quo est motus cuius ipsa est principium. 48

Index totius operis.

Natura est diuersimode principium motus in diuersis. 48
Necessitas rerum naturaliom est ex materia secundum opinionem antiquorum. 71
Necessitas naturalium quare dicatur à mater a potius quam fine. 71
Nihil est quod non sit vnum. 21
Notiora dicuntur dupliciter, s. quo ad nos, & quo ad naturam. 8
Notius & ignotius idé esse est impossib. 11
Notius esse quo ad nos intelligitur dupliciter. 51
Nunc quo est vel non est in toto tempore. 161
Nunc in temporis vtrum fiat motus. 162
Numerus ast duplex. 118
Numerorum species pertinent ad perfectionem vniuersi. 87

OBiectum primum intellectus est duplex. 17
Omnipotens non potest omnia facere. 151
Opinio beati Thomæ de subiecto scientiæ naturalis. 4
Opinio Egidij de eodem. 4
Opinio dicentium substantiam materialem non esse diuisibilem. 17
Opinio de puncto, 155
Opinio Auicennæ de perpetuitate mot. 191

PArs substantiæ eiusdem rationis præcedit id quod est para eiusdem quantitatis. 18
Partes eiusdem rationis sunt partes eiusdé speciei adinuicem. 18
Partes motiuæ aralis sunt qnantitatiuæ. 205
Passiones impediunt cognitionem. 179
Per se capitur dupliciter. 38
Per accidens accipitur tripliciter. 91
Perfectio nulla est perfecta. 71
Perfectum magis, & minus perfectum non differunt specie. 144
Philosophia naturalis reducit conclusiones suas ad principia per se nota. 5
Philosophia naturalis est scientia vna secundum analogiam. 6
Philosophia naturalis non potest reprobare negantem principia doctrinæ. 14
Philosophia naturalis disputat contra negãtẽ principia ipsius esse & non doctrinæ. 14
Philosophia naturalis disputat contra negãtem principia doctrinæ & esse. 13
Philosophus ponit ad sensum manifesta. 130
Physicus & Metaphysicus diuersimode considerant substantias abstractas. 62
Pluniam esse propter cõseruationem æqualitatis elementorum. 62
Porphyrius tradit scientiam de vniuersalibus pro rebus &c. 11.12
Potentia est in eodé genere cũ actu suo. 137
Potentiæ nomine duo intelliguntur. 48
Potẽtia materiæ quomodo sit idem essentialiter cum materia vel non. 40
Potentia ad non esse vnius ordinatur ad esse alterius. 72
Potentia essentialis quid sit. 207
Potentia accidentalis. 207
Potentia ad motum granis est duplex. 107
Potentia essentialis capitur dupliciter. 212
Potentia actiua est duplex. 213
Potentia infinita non potest esse in magnitudine. 124
Potentia infinita si ponatur in magnitudine mouet in non tempore. 228
Potentia est infinita dupliciter. 229
Prædicamentum capitur dupliciter. 78
Prædicamentum exigit tria. 78
Esse in prædicamento intelligitur dupl. 137
Prima passio entis mobilis est motus. 6
Principia tripliciа considerantur in philosophia naturali. 14
Principia rerum naturalium quæ & quomodo sunt contraria. 27
Principia rerum naturalium sunt tria: nec plura tribus. 31
Prius est diuersimode suo posteriori coniunctum. 54
Prius & posterius diffiniuntur tempore. 115
Prius & posterius in motu sunt tria. 120
Prius & posterius motus quomodo sint idé vel diuersum cum priori & posteriori tẽporis. 120
Prius & posterius quomodo sunt causa 121
Priuatio quomodo est non est causa appetitus materiæ ad formam. 46
Priuatio dicitur forma materiæ. 47
Priuatio est principium intrinsecum rerum naturalium. 31
Primum mobile est incorruptibile. 194
Primum principium probatur ex solo motu perpetuo 190
Primum principiũ potuit incipere motum sine præuia mutatione. 197
Primum principium motus nõ est in magnitudine. 225
Primus motor est omnino immobilis. 215
Primum mouens mouet mobile infinit. 225
Primũ mouens est causa motus infinita. 225
Primum mouens non mouet immediate primum mobile. 227
Primum mouens quare magis dicitur mouere primum mobile. 228
Primum mouens secundũ Aristotelem non est proprie vigoris finiti vel infiniti. 229
Primum principium est infiniti vigoris secũdum tidem. 232
Primum principium est vnum tantum. 232
Punctum & vnitatem non est inconueniens esse qualia. 21
Puncti subiectum. 255
Punctus est sensibilis per cogitatiuam. 156
Punctus est prior linea. 112

QValitates tangibiles non sunt formæ substantiales elementorum. 139
Qualitas hẽt quatuor species. 21
Qualitatis quarta species. 176
Quantitati successiuæ nihil est æquale nisi ipsa quantitas. 131
Quantitati non cõpetit solũ diuisibilitas. 13
Quantitati quo competit contrarietas. 143
In quantitate secundum se quomodo est & non est contrarietas. 142
Quantitas sicut est determinata ita sicut & qualitas. 167
Quantũ duplici cognitione põt cognosci. 25
Quæstio de æternitate motus pertinet ad Philosophum naturalem. 190
Quies est perfectio motus & mobilis. 109
Quies nulla mediat inter partes motus reflexi 220
Quiescens capitur dupliciter. 77
Quomodo intelligitur mathematicus considerat entia mathematica vt sunt à materia abstracta. 55

RAtio essendi aliquid notius est esse prius entitatis. 10
Ratio vnitatis materiæ quæ sit. 39
Relatio est duplex. 140
Rerum naturalium potest esse scientia. 1
Resistentia est inter motorẽ & rẽ motã. 111
Resistentia medij non habet cãlitatem. 112
Resolutio ad materiam primam fit dupliciter. 185

SCientia proprie est habitus conclusionis demonstrare ex propcijs. 1
Scientia naturalis est necessaria ad humanã fœlicitatem naturalem. 2
Scientia perfecta dicitur dupliciter .s. in genere & simpliciter. 7
Scientia prædicamentorom prius est docenda quam vniuersalium. 15
Scientia potest demonstrare caolas sui subiecti. 62
Sensibilia communia quare dicuntur communia per se non primo. 65
Singulare dicitur dupliciter, scilicet simpliciter & in respectum 10
Singularium est scia sub rõne vniuersali. 2
Singularium secundum esse singulare non est scientia. 2
Species specialissima est primum cognitum ab intellectu secundum Scotum. 14
Species in vniuersũ possibiles sunt actualiter in ipso. 144
Speciei cuiliber in inferioribus correspõdet sua constellatio. 69
Sphæræ vtramæ partes non sunt in loco. 182
Subiectu hẽt se tripliciter ad formã aliq. 75
Substantiam esse prius eus quam accidens quomodo intelligitur. 17
Substantia naturalis non est diuisibilis per accidens pute. 18
Substantia materialis est per se diuisibilis in partes eiusdem rationis. 18
Quælibet substantia abstracta est finis substantiæ sensibilis. 228
Subtilitas consideratur dupliciter. 106
Successio motus grauis & leuis vnde p. 111
Successio inter duo mutata esse & inter duo instantia est eadem. 131
Superficies hẽt duplicẽ rõnem mẽsurãdi. 95
Superficies est materiale loci 95

TAngere vnum totum corpus, aliquid in tum est impossibile. 156
Tarditas est duplex. 109
Tempus est aliquod ens. 114
Tps est duplici quantitate compositum. 134
Tempus duo significat ibidem. 115
Tempus vnde denominatur esse. 115
Tempus est aliquid ipsius motus. 117
Tempora plura non possent esse si essent plures modi. 116
Tempora plura non possent esse simul. 131
Tempus est numerus numeratus. 115
Temporis essentia. 118
Tempus & motus idem sunt. 119
Tps est finitum, si magnitudo est finita. 162
Tempus habet principium & finem. 162
Tempus illud in quo aliquid primo mutatum est: est indiuisibile. 165
Tempus est æternum. 194
Tempus motus capitur dupliciter. 252
Terminus quomodo indiuisibilis. 90
Totum esse notius quam suæ partes. 12
Totũ esse idem cum suis partib. quo intel. 19
Totũ quo est idé vel diuersum à suis part. 19
Transmutabile per accidens est etiam transmutabile per se. 164

VAcuum esse non esse possibile. 106
Vacui ponens propter experimẽta. 107
Vacuũ si daret motus animalis nõ fieret. 113
Vacuum quid sit. 114
Vacuum non est priuatio. 114
Vbi quid est. 93
Vbi cœli est proprissimum. 104
Inter vbi sursum, & vbi deorsum non est maxima distantia. 144
Vectio quid sit. 173
Virtutes conseruatiuæ diuersæ sunt in eodé continente. 109
Virtus naturalis non est determinata ad minimum in quo non potest. 143
Vltimum dicit duo. 93
Vniri enti actu, & vniri eidem secundũ quod est eus actu differunt. 134
Vnitas analogiæ sufficit ad sciæ vnitatem. 17
Vniuersale capitur dupliciter, scilicet pro re & intentione. 10
Vniuersale esse notius singulari quid sit. 10
Vnum est duplex. 22
Vnum numero dicitur dupliciter. 39
Vnum simpliciter sit ex actu & potentia. 53
Vnitas est quid positiuum. 149
Voluntas humana est variabilis. 160
Voluntas motoris cœlestis non variat. 160

FINIS.

PRAEFATIO DE NATVRALIS PHILOSOPHIAE NECESSITATE ET EIVS IN SVAS PARTES DIVISIONE, AC PHILOSOPHIAE LAVDIBVS.

SVMMA PRAEFATIONIS.

Ex vitæ fœlicis ad rerum ex sensatis notitiam proportione, ac conditionibus; sensibilium cognitionem, siue Naturalem scientiam necessariam inferens, eam in partes siue libros diuidit, Hinc Philosophiæ laudes prosequitur.

PARS PRIMA.

Quàm necessaria sit Naturalis Scientia, ex ea, quæ inter rationem sensatam, & vitæ fœlicis conditiones est, similitudine, declaratur.

ICVT vita sine tristitiæ est eligibilis, ita ratio sensata amabilis. Istam propositionem scribit Aristot. in quadam epistola ad Alexãdrum, quæ sic incipit: Aristot. Alexandro bene agere. Et in ista propositione tangũtur tria quantum spectat ad propositum. Primum est vitæ sine tristitia cõditio Secundum est rationis sensatæ commendatio. Tertium est vitæ hoc tristitia ad rationem sensatam assimilatio. Primum tãgitur in prima parte propositionis cum dicitur, vita sine tristitia eligibilis. Secundum tãgitur in secunda parte cum dicitur, ita ratio sensata amabilis. Tertium verò tangitur in connũctione, sicut. Primo ergo declarabitur primum scilicet quòd vita sine tristitia sit eligibilis. Secundo declarabitur secundum scilicet, quòd ratio sensata est amabilis. Tertium tertium scilicet assimilatio rationis sensatæ ad vitam sine tristitia. Primum sic ostenditur. Omne bonum est eligibile & appetibile sine eo quod stupefacit & corrumpit naturã, sed vita sine tristitia est bonum sine accidente, quod stupefacit & corrumpit naturam habentis ipsum: ergo vita sine tristitia est eligibilis. Maior propositio est manifesta: quia omne bonum est eligibile sine quolibet malo, vt patet ex Secundo Ethicorum. illud autem, quod stupefacit naturam est, quoddam malum, vt de se est manifestum: ergo omne bonum est eligibile sine eo, quod stupefacit & corrumpit naturam, & sic patet maior. & minor declaratur scilicet quòd vita sit quoddam bonum, hoc facile est videre, quia vita vnomodo sumitur pro actu primo viuentis, & sic est forma substantialis viuentis scilicet anima, & secundum hoc dictum est, quòd anima & vita sunt idem. alio modo sumitur vita pro actu secundo ipsius viuentis, qui est actus eius. & hoc modo sumpsit Aristot. Secundo de anima in illo capit. Quoniam autem ea incertus, vbi sic dicit. Dicamus igitur principium accipientis intentionis determinari & inanimatum ab animato in viuendo multipliciter autem ipso viuere dicto si ergo vita sumatur pro actu primo scilicet pro anima, quæ est forma substantialis viuentis, sic manifestum est ipsam esse quoddam bonum, quia dicit Aristotel. Primo Physic. quòd forma substantialis est quoddam diuinum & appetibile. si etiam sumatur vita secundo modo scilicet pro actu secundo, qui est opus actus viuentis, vt intelligere, sentire &c. sic certum est, quòd est quoddam bonum. nam Aristotel. dicit primo Ethicorum, quòd quorumcunque est actus communis & opus in opere, videtur esse bonum, & sic manifestum est, quòd vita est quoddam bonum: tristitia autem corrumpit & stupefacit naturam habentis, vt dicit Aristot. 4. Ethicorum, & propter hoc ipse dicit Octauo Ethicorum, quòd natura maxime videtur fugere triste, appetere autem delectabile, & sic vita sine tristitia est quoddam bonum sine accidente, quod stupefacit, & corrumpit naturam habentis ipsum: quare manifestum est, quod vita sine tristitia est eligibilis. & hoc est primum. Item potest declarari alio modo, vita est eligibilis sine illo, cuius oppositum est necessarium ad fœlicitatem, sed oppositum tristitiæ est necessarium ad fœlicitatem. ergo &c. maior est eadem, quia omne tale, cuius oppositum est necessarium ad fœlicitatem est malum, bonum autem est eligibile sine malo. ergo &c. Sed minor apparet, nam oppositum tristitiæ est, delectario, vt patet in Septimo Ethicorum, sed delectatio necessaria est ad fœlicitatem, vt patet ex Primo Ethicorum: optimũ enim & pulcherrimum & delectabilium fœlicitas. & in Octauo Ethicorum hoc est continuitate operationis optimæ, quæ est fœlicitas, quę sine delectatione haberi non potest, vt ostenditur ibidem. sic igitur patet primum quòd vita sine tristitia est eligibilis. Nunc ostendendo secundum scilicet quòd ratio sensata est amabilis: quia illa ratio est amabilis, quæ est certa quantum ad speculabilia, & proficua quantum ad operabilia, sed ratio, cuius veritas est experta, est certa quo ad speculabilia, & proficua quantum ad agibilia seu operabilia: ergo ratio, cuius veritas est experta est amabilis, maior est manifesta, quia natura philosophi est maximam certitudinem quærere secundum Comment. in Secundo Metaphyic. & vtile & proficuum est quoddam bonum, vt patet in Secundo Ethicorum. ergo illa ratio est amabilis, quæ est certa & proficua: sed minor apparet scilicet quòd ratio, cuius veritas est experta, est certa quantum ad speculabilia, & proficua quantum ad operabilia. certa quidem est quãtum ad speculabilia, quia certitudo habetur per resolutionem ad principia per se nota, vt patet ea Primo Poster principia autem per se nota sumuntur via sensus memoriæ & experientiæ, vt docet Aristot. Secundo Poste. & Proœmio Metaphysi. ergo illa ratio est certa, cuius veritas est experta, talis etiam ratio est proficua, quia secundũ Arist. Proœmio Metaph. experros magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus. ergo manifesta est minor scilicet, quòd ratio, cuius veritas est experta, est amabilis. Ex hac conclusione vlterius argũo sic Illa ratio est amabilis, cuius veritas est experta sed rationis sensatæ veritas est experta. nam per rationem sensatam in proposito intelligo rationem sensibilem concordantem seu conformem: talis autem rationis sensibilis concordantis veritas est experta, quia experimentum sermonum verorum est vt concordet rebus sensatis, iacundum Comment. Octauo Phy & in Tertio de Anima. Conditio necessaria veris demonstrationibus est, vt illud quod apparet ad sensum non differat ab eo quòd videtur secundum rationem. ergo rationis sensatæ scilicet sensibilibus cõcordantis veritas est experta: quare sequitur, quòd ratio sensata est amabilis. & hoc erat secundum. Restat prosequi tertium quod est ostendere similitudinem sen conuenientiam inter rationem sensatam, & vitam sine tristitia quæ similitudo significatur in hac dictione sicut. potest autem in eis aliqnari duplex similitudo quantum occurrit ad præsens. Vna est quia vita sine tristitia & ratio sensata sunt bonu quoddam appetibile secũdum rationem, vt probatum est. Alia similitudo, quia sicut vita sine tristitia est diuturnior & duratior quàm vita cum tristitia: tristitia enim stupefacit & corrumpit naturam habentis, vt dicit Aristot. 4. Ethic. sic ratio sensata & consona rebus sensatis est durattor: & permanentior quàm ratio quæ sensibilibus non concordat: cum enim aliqua conclusio ostenditur ex principijs per se notis, quæ concordat rebus sensatis, tunc generat habitum firmum, & impossibile aut difficile est hominem recedere à credulitate talis conclusionis. econtrario autem, cum ratio ad aliquam conclusionem non procedit ex principijs sumptis ex sensu vel conclusis ex talibus, tunc est ratio debilis & debilem credulitatem inducit, ita quòd homo faciliter deducitur ad credendum oppositum, & semper habet quandam formidinem ad ipsum credendum. vnde Comment. dicit in suo prologo super Octauo Phy. quòd homines qui in iuuentute fuerunt nutriti in legibus politis falsis & bõicijs, cum incipiunt philosophari & audire tationes demonstratiuas, tunc ipsi reputant impossibilia illa quæ pronuncur in talibus legibus & reputant impossibilem illam perfectionem, quæ instituitur per obseruationem legis. Et hoc est propter quod, quia non concluditur ea principijs per se notis quæ concordant sensibus. Et sic est similitudo inter rationem sensatam, & vitam sine tristitia quantum ad firmitatem & debilitatem constitutiæ vtriusque. Alia similitudo est multum conueniens, quia sicut vita sine tristitia requirit fortitudinem virtutis naturalis digestiuæ, vt sciunt me dici sic ratio sensata requirit aptitudiné seu bonitatem virtutis animalis discretiuæ. sicut enim cum virtutis naturalis digestiua est debilis non bene potest digerere nutrimẽtum nec segregare purum ab impuro

Quæ vita maxime ea optãda sit.

Experiendo tata ratio pluribũ sua pte naiura ex petitur.

impuro & remanent superfluitates in corpore, quarum excessus generat ægritudines côtristantes, sic cum virtus animalis discretiua, & præcipue cogitatiua virtus est debilis & diminuta, tunc non potest homo bene discernere inter verū & falsum, per se notum & non per se notum, & tales sunt illi, de quib. Arist. dicit Secundo Meta. ꝙ quibusdam debilis est certitudo propter impotêtia complectendi. Et tunc remanent in anima illius multi pessimi errores & abominabiles falsitates, talis aūt impotêtia perueniendi ad propositiones per se notas, quam Arist. vocat impotentiam complectendi, prouenit homini ꝑꝑ diminutionem in natura. s. quia habet organum virtutis cogitatiuę & imaginatiuæ male formatum & male dispositum, aut ꝑꝑ inexercitationem, quia scilicet non est satis exercitatus in arte ratiocinandi & resoluendi, aut ꝑꝑ pessimam consuetudinem, quæ radicatur in eis, vt docet Comment. 1. Cœ. & Mun. sicut videmus accidere illis, qui in principio accipiunt propositiones apparentes, licet tñ falsas. Et indubitanter tales inueniuntur multi huius têporis qui sequuntur solum consuetudines & famositates loquentium, nec curant resoluere ad aliqua principia per se nota, sed sistunt in auctoritatib. & dictis hominum male & superficialiter intellectis. Et hæc quidem est tertia similitudo inter rationem sensatam & vitā sine tristitia. Ex hit ergo patet propositio. assumpta ꝙ sicut vita sine tristitia est eligibilis ita ratio sensata amabilis. ratio aūt sensata. i. sensibilib. concordans indubitanter haberi non potest sine notitia rerum sensibilium quib. debet ratio concors esse, & de rebus sensibilib. cognitio non habetur sine naturali philosophia te-
„ stante Arist. in proœmio de Anima. vbi dicit sic, aut non est ali-
„ quis, qui tunc passiones materiæ non separabiles inquantū non
„ separabiles, sed Physicus circa omnes quæcunque sunt talis cor-
„ poris & huius materiæ opera & passiones sunt. Quasi dicat, non est aliquis philosophus qui consideret passiones. i. sensibiles formas exsistêtes in materia nisi Physicus. i. Naturalis: naturalis aūt est considerans circa oês formas sensibiles & opera ipsius materiæ. ergo manifestum est quod naturalis philosophia est necessaria ad rationem sensatam & ad eius amabilitatem perfectam.

SECVNDA PARS.

Diuiditur ipsa Naturalis Philosophia in omnes suas partes, ac Partiales Libros.

IPSA autem Philosophia Naturalis habet sex partes principales. Vna quidem & Prima est, in qua consideratur de ente mobili, & de motu, & de principijs eius, & passionib. in communi: & hæc traditur in 8. lib. Physic. Secunda pars est de ente mobili ad vbi, in qua considerantur corpora simplicia. s. corpora cęlestia, & quatuor elementa, sub ratione qua mobilia sunt ſm vbi. & de quibusdam alijs annexis huic côsiderationi: & hæc traditur in libro de Cę & Mun. Tertia pars est de ente mobili ad formam in côi, in qua consideratur de Generatione & Corruptione in côi, & de augmento & alteratione, & consideratur in eadem de primis generabilibus & corruptibilib. s. de quatuor elementis sub ratione qua generabilia sunt & corruptibilia. Et est notandum hic pro minoribus, ꝙ motus ad formam dicitur omnis transmutatio, quæ est acquisitio vel amissio formæ substantialis, sicut est generatio & corruptio proprie dicta, & omnis transmutatio quā concomitatur aliqualiter generatio propria sicut augmentatio. nam ad augmêtationem necessario requiritur generatio formæ substantialis nutriti vel augmentati in materia nutrimêti, vt patet in primo de generatione. Et ad hęc omnis transmutatio, quę disponit ad amissionem vel acceptionem formæ substantialis, sicut alteratio proprie dicta quæ præcedit formam substantialem in materia, de qua dicit Comment. 1. Physic. ꝙ generatio est terminus alterationis: & dicitur itaque motus ad formam omnis acquisitio formæ substantialis, & perditio, omnis transmutatio, quæ disponit ad talem acceptionem vel perditionem & ad quā requiritur: sed motus ad vbi non disponit vniuersaliter suum mobile ad acceptionem vel ad amissionem formæ substantialis vnde sunt aliqua mobilia ſm vbi, quæ omnino sunt intransmutabilia ſm substantiam scilicet corpora cœlestia, vt demonstratum est in 1. Cœli & mun. Et hoc etiam dicit Aristo. 8. Physic. ꝙ nequaquam substantiam mutat, quod mouetur in eo quod fertur, secundùm vbi: hoc solum nihil mutatur in esse, sicut eius ꝙ alteratur. quale enim quod augetur & detrimentum patientis quantum: & hoc est quod pulchre dicit Com. ibidem sic, illud, quod transfertur, non mutatur nisi tantum in vbi: & non sequitur ex mutatione vbi mutatio substantiæ moti, vt contingit in alijs motibus scilicet ꝙ in alijs mobilibus accidit moto transmutatio in substantia, sicut in motu alterationis & augmêti scilicet ꝙ alteratum mutatur in sua substātia aut appropinquatur mutationi, cum alteratio sit via ad corruptionem finaliter. Et similiter in augmento contingit ab eo ꝙ res diuersificetur in quantitate: & cum hoc intenditur erit via ad corruptionem: tantum enim potest res naturalis extendi ꝙ corrumperetur, hæc igitur est differentia inter motum ad vbi, & motum ad formam. Quarta verò pars principalis Scientiæ naturalis côsiderat de ente mobili in ordine ad quasdam passiones consequentes ipsum primo ſm ꝙ alteratum est ad qualitates primorum corporum. s. calidū frigidum, humidum, & siccum & hæc traditur in libro Meteororum. ibi. n. côsideratur de inflāmationib. exhalationum in sublimi, quæ consequuntur alterationem ad caliditatem & siccitatē, & de ingrossationib. seu inspissationib. vaporum, quæ côsequuntur alterationem ad frigiditatem: & de digestionib. & indigestionib. & multis alijs passionib. mistorum, quæ consequuntur alterationes corporum ad primas qualitates sicut ostenditur ibidē. Quinta pars principalis est de ente mobili misto inanimato. s. de lapidibus & metallis, in qua considerantur principia istorum & accidentia per se: sed illam partem non habemus ab Arist. Albertus aūt de hoc fecit tractatum satis bonum. Sexta aūt pars principalis est de corporibus animatis. Et illa habet quatuor partes principales, vna est de anima, & eius per se accidêtib. in côi, prout se tenent ex parte animæ: & hæc traditur in libro de anima. Alia est de passionib. côibus corpori & animæ in habitudine ad corpus siue dispositiones corporales, quæ requiruntur in corpore animato. Et hæc traditur in paruis libris naturalibus. Tertia est de animatis anima sensitiua, & habetur in libro de animalib. in qua consideratur de generibus & speciebus & accidentib. animalium & partib. Quarta est de animatis anima vegetatiua: & hic hř in libro de vegetabilib. & plantis: vbi consideratur de generibus & specieb. & passionib. & principijs plantarum. Illa aūt secunda pars, in qua consideratur de côibus accidentib. corpori & animæ sub habitudine ad corpus habet tres partes. vna est de passionib. côibus corpori & animæ sensitiuæ, sic sunt sensus & sentire, memorari & reminisci, somnus & vigilia: & de illis consideratur in de sensu & sensato, de memoria & reminiscentia, & somno & vigilia: aliæ sunt passiones côes corpori & animæ ſm locum motiuæ. s. motus localis animalium, & de istis agitur in libro de caussis motuum animalium. Ad cuius intellectum adducitur liber de partib. opportunis ad progressum animalium, alię sunt passiones côes corpori & animæ vegetatiuę, quæ sunt longitudo & breuitas vitæ, mors & vita, refrigefactio caloris naturalis, quę in aliquib. fit per respirationem & expirationem aeris: & in quibusdam aliter: iuuentus & senectus, nutritio & augmentatio, sanitas & ægritudo. istæ. n. sunt passiones côes corpori & animæ vegetatiuæ notabiles & principales, circa quarum considerationem plures sunt difficultates: & de istis agitur in libris paruis naturalibus diuersis. s. de caussis longitudinis & breuitatis vitæ, de morte & vita, cui annectitur de respiratione & expiratione, seu refrigeratione, & iuuentute & senectute, nutrimento & nutribili, & sanitate & ægritudine quātum adiacet naturali Philosophiæ. naturalis. n. Philosophia est de sanitate & ægritudine prima inuenire principia, vt docet Arist. in de Sensu & Sensato. vnum est sine dubio ꝙ librum de nutrimento & nutribili nô habemus ab Arist. sed de augmento considerauit satis in primo de generatione: & de nutrimento aliquid in secundo de anima. Albertus aūt fecit librum de nutrimento, & nutribili. de sanitate, & ægritudine non habemus ab Arist. nec ab aliquo famoso Philosopho quātum spectat ad Philosophiam naturalem solum sed Auen. in suo Colliget multa côgregauit de ista materia. Quæret aūt aliquis circa prædicta, cum sit vna pars Scientiæ naturalis de corporib. animatis anima sensitiua, & alia de animatis anima vegetatiua, quare non est vna de corporibus animatis anima intellectiua? Et similiter cum sit vna pars de passionib. côibus corpori & animæ sensitiuę, & alia de côib. corpori & animę motiuę & alia de côibus corpori & animæ vegetatiuæ, quare nô est vna de côibus passionib. corpori & animæ intellectiuæ? Ad hoc dicerent Aristo. & Com. ꝙ ratio huius est: quia in hoc est dñia inter animam intellectiuam & alias animas: quia anima intellectiua non est forma dans esse formaliter alicuius corporis ſm doctrinam Arist. in 2. & 3. de anima. ideo nô sunt aliquæ passiones corpori & animæ intellectiuæ côes: dico côitate inexistentiæ, seu inhærentiæ, quæ côiter inhæreant corpori & animæ intellectiuæ: imo passiones animæ intellectiuæ nullo modo sunt vnitę corpori ſm esse, nec inhærêtes ei, sicut nec anima intellectiua, licet sint côes côitate cuiusdam dependentiæ: quia dependent ab anima, vt à subiecto, & à corpore, vel ab aliquo existente in corpore. s. à phantasmate, vt ab obiecto vel à mouente, vt habet videri in 3. de anima. & ideo non oportuit habere sciêtiam specialem de talib. passionib. côib. corpori & animæ intellectiuę. côibus dico ſm inhærentiam & inexistentiam: quia nullæ sunt tales, & de non ente non est scientia. de illis autem, quæ sunt côes corpori & animæ intellectiuæ côitate dependentiæ, satis habetur in 3. de Anima. vbi agitur de operib. animæ intellectiuæ sed aliæ animæ. s. vegetatiua, & sensitiua & motiua ſm locum sunt formæ naturales & habent virtutes & operationes côicatas corporib. & dependentes

[Margin notes: Habemus libri initiū de sanitate ac morbo. — Dubitatio. — Responsio.]

pendentes ab ipsis corporib. & ab eorum dispositionibus tanq̃ à subiectis: & non solũ ab ipsa anima: & propter hoc oportet considerare considerationue distincta ab ea quæ considerat ea parte animæ. Eadem aũt ratio est, quare nõ est pars specialis de corporib. animatis anima intellectiua, quia non est forma naturalis, gratia cuius immediate natura fecerit aliquod opus & dispositiones naturales: sed oẽs dispositiones corporis humani sunt

Nota Liber de lineis. immediate ꝓp animam cogitatiuam, quæ est forma dãs esse eorpori humano. & de istis sufficienter hr in de generatione animalium, & in alijs libris naturalib Considerãdum est ꝙ libris prænominatis, in quib. traduntur partes Scientiq Naturalis, annexi sunt quidam alij libelli Arist. & Auer. nam liber de lineis indivisibilib. annexus est 6 libro Phyſic. in qua ntẽditur ꝙ nullũ continuum est compositũ ex indivisibilib. liber autem Auerrois de

Liber de subtilitate orbis. Subtilantia Orbis annexus est quodammodo lib. Cœ. & Mund. quantum ad primum & 8m: & aliqualiter Octauo Phyſic. liber aũt Arist. de proprietaub. elementorum aliqualiter annexus est

Liber de ꝓprietatibus elemẽtorũ. lib. Meteororum. & similiter libellus de inundatione Nili. Liber aũt de colorib. annexus est libro de Sensu & Sensato in quo agitur de generationib. sensibilũ. Liber aũt de physionomia quodammodo annexus est libro de animalib. quãtum ad illam partem, in qua consideratur de partib. & dispositionib. corporis humani: & est illa scientia multum conueniens ad moralem scientiam & ad vitam practicam: quia rogoscere mores hominum naturales, quod docetur ibidem, multum confert ad ordinatam

Problemata Arist. conuersationem cum hominibus: & ad debitũ regimen ipsorum quo ad magnam eius partem congregatus est ex multis accidẽtibus naturalib. maxime sellis ad scolum: quorum tñ cãx sunt difficiles & occultæ, pertinẽt ad diuersas partes scientiæ prænominatas. vt particula de his, quę sunt circa vocem, annectitur quodãmodo ad 8m de anima. vbi consideratur de voce: & similiter particula de his, quæ sunt circa tactum, quodammodo annectit secundo de anima vbi agitur de tactu: aliæ quoq; alijs suo modo, sed de hoc nõ est plus ad præsens. Et scias, quòd liber ille de problematibus rõiter inuenitur corruptus & incorrectus, & non est multum ea positus ab aliquo noto aut famoso, & ideo pauci studient in eo, & pauciores intelligunt eum sufficienter: quia multa & pulchertima theoremata mirabilis delectationis sunt in eo congregata. vnde indubitanter ei qui illum librum bene corrigeret & exponeret competentar multas & magnas gratias deberent reddere studiosi.

TERTIA PARS.

Philosophorum munus optimam vitam esse ac bene viuere quadruplici ratione ostenditur.

MVnus Philo ophiæ est bene viuere. Ista propositio habetur a Seneca in quarto epistolarum, epistola secunda, vbi sic dicit. Quis dubitare nũ Lucille potest deorũ immortalium munus esse quòd viuimus Philosophiæ, quòd bene viuimus? quasi dicat nullus. vult igitur quòd munus Philosophiæ est bene viuere. Potest autem ad præsens hæc propositio quatuor modis declarari. Primo ex parte suptemæ perfectionis humanæ, quæ

Fœlicitas quid est. est ipsius fœlicitas. Secundo ex parte bonæ intellectionis. Tertio ex parte optimæ instructionis. Quarto ex parte rectæ actionis. Prima ergo ratio sumetur ea parte humanæ fœlicitatis. ad cuius euidentiam suppono tria. Primum est, quòd fœlicem essa siue fœlicitas idem est quod bene viuere. & hoc habetur planè ab Aristotel. in primo Ethicorum, vbi capit hæc & supponit ex confessione omnium intelligentium quid nominis fœlicitatis, & hoc dicit his verbis. Bene viuere aũt & bene operati idem existimat ei quod est esse fœlicem. Secũdo suppono, ꝙ operatio hu-

Fœliritas hominis est perfectissima operatio. minis nobilissima & perfectissima est eius fœlicitas: & hoc põt probari sic. Summum bonum hominis est eius fœlicitas. hanc cõcederet omnti intelligens & sanæ mentis: sed nobilissima & perfectissima operatio hominis est eius summum bonum. hoc probatur. Nam sicut operationes propriæ aliarum rerum sunt earũ bona, vt operatio propria oculi est eius bonum videre: & operatio propria cultelli, quæ est scindere, est eius bonum. similiter, aũt & in alijs: sic operatio propria hominis est eius bonũ: & per consequens optima & nobilissima operatio eius est nobilissimũ ipsius bonum. Sequitur ergo rouclutio. s. ꝙ nobilissima operatio

Operatio perfectissima hominis est a Philosophia. hominis est eius fœlicitas. Tertio suppono, ꝙ nobilissima operatio hominis est munus Philosophiæ. s. aliqd ab ipsa philosophia causatum, & hoc probo sic. Omnia operatio hominis est ab aliquo, hoc patet ex secundo Ethic. vbi ponitur generalis ratio virtutis, ꝙ virtus est, quæ habentem perficit, & eius opus bonum reddit. igitur nobilissima operatio hominis debet esse ab aliqua eius virtute immediate. aut igit a virtute naturali. i. naturaliter ineaistente, aut à virtute acquisita, non est dicendum ꝙ à virtute naturali immediate, quia rone omnes homines haberent nobilissimam operationem humanam, eo ꝙ omnes communicant in virtutibus naturalibus debitis per se homini: cuius tamẽ oppositum est manifestum in multis, quæ non aacercent, nec poterunt propinqua exercere possunt nobilissimam hominis operationem: vt patet in pueris & in prauis. Similiter ergo relinquitur, quod huiusmodi operatio est à virtute morali aut intellectuali, quia non sunt plures virtutes propriæ hominis & acquisitæ, vt patet in Sexto Ethic. non à virtute morali, quia virtus moralis est minus nobilis virtute intellectuali, sicut appetitus, qui est subiectum virtutis moralis, est minus nobilis intellectu, in quo sunt virtutes intellectuales, vt satis patet ex Sexto Ethicorum. Relinquitur ergo ꝙ operatio nobilissima est à virtute intellectuali. Philosophia autem aũt comprehensio omnium virtutum intellectualium, vt patet aa Sextu Metaphy. & in tractatu Algazel de diuisione philosophiæ: sequitur ergo ꝙ operatio nobilissima ipsius hominis est à philosophia, & hoc est idem quod ipsum esse donum philosophiæ, & hæc est tertia suppositio. Ex his suppositionibus tribus sic syllogizatur. Cuiusrũque donum seu munus est fœlicitas, eius munus est bene viuere, sed donum philosophiæ est fœlicitas. ergo &c. maior patet ex prima suppositione, & minor patet ex alijs duabus. nam fœlicitas est nobilissima operatio hominis, vt dicit secunda suppositio, & nobilissima operatio est à philosophia vt dicit tertia: quare videtur, ꝙ donum seu munus philosophiæ est bena viuere, & hæc est prima ratio. Secunda ratio sumitur ex parte bonæ intellectionis. & arguo sic: cuiuscunque munus est bene intelligere, eius munus est bene viuere. sed philosophiæ munus est bene intelligere. ergo &c maior patet: quia intelligere aũt quoddam vivere, vt patet, secundo de Anima. & Searo Ethicorum, ergo bene intelligere est beoe viuere. Nam si simpliciter ad simpliciter & bene ad bene, & minor patet. nam philosophia non est aliud quàm omnes habitus intellectuales, vt patet partim Seato Metaph. & partim Sexto Ethicor. habitibus autẽ intellectualibus perficitur anima intellectiua ad bene intelligendum, vt ostensum est Sexto Ethicorum, ergo vidatur ꝙ ab ipsa philosophia est bene intelligare. quare &c. Tertia ratio accipitur ea parte optimę instructionis sic, illius munus est bene viuere, quod oportuit mittere ad instruendum ignaros, sed ipsam philosophiam oportuit mittere ad instruendum ignaros: quare &c. maior patet. Nam homines ignari multum indigent instrui ad bene viuẽdum. vnde videmus omnes philosophos morales & poetas, qui ad hominum instructionem laborauerunt præcipere bene viuere, & dare documenta ad bene viuendum: & hoc videtur in libris moralibus Aristotel. & Tullij, & Senecæ, & omnium aliorum: propter quod & in libello de sententijs Philosophorum dicit. Sic Ede & bibe, vt bene viuas, non vivas vt edas, & bibas. & Seneca in de copia verborum. id & agamus, vt melioremvitam quam vulgus ducamus. & idem Quarto epistolarum ad Lucillum epistola prima, omnia ad mores & ad sedandum rabiem affectuũ referre stude, non vt plus aliquid sentias, sed vt melius, & sic patet maior. & minor scribitur ab Arist. in de morte sua scilicet ꝙ oportuit mittere philosophiam ad instruendum ignaros, & in libro da sentẽtijs Philosophorum sumptum est a Platone literas insipienti animo tanquam infirmo balneum corpori conuenira. & Seneca in de copia verborum. Sapientia animum informat & fabricat actiones, regit vitam, disponit agenda, & omittenda demonstrat: quare sequitur quòd donum philosophiæ aũt bene viuare. Quarta ratio sumitur ex parte rectæ actionis sic. Cuius donum est actio recta: eius donũ seu munus est bene viuere. nam actio recta & bene viuere sunt idem: vt patet ex sexto Ethicorum, sed munus philosophiæ est actio recta. probatio. dicit Seneca quarto epistolarum. epistola septima. Actio recta non erit nisi fuerit voluntas recta, ab hac enim & recta actio, & voluntas recta non erit nisi habitus animi fuerit bonus. ab hoc enim voluntas, habitus coim mentis non erit nisi totius vitæ leges perceperit, & quod de quocunque iudicandum est nisi rectum & immutabila iudicauerit: constat autem quòd iudicare certum & immutabile da quolibet & totius vitæ leges percipera aũ à philosophia: nam philosophia est vniuersi caulæ cognitio. vt dicit Algazel in tractatu de diuisione philosophiæ: & Robertus in suo tractatu de ortu scientiarum dicit, quòd philosophia est humanarum diuinarumque rerum cognitio cum studio bene viuandi coniuncta. ergo actio, & per consequens viuere ꝙ est a philosophia. vnde idem Seneca inde copia verborum sic ait. Scio nameem posse bene viuere sine sapientiæ studio: & Aristotel. Searo Ethicorum. Sicut sanitas facit sanum, sic sapientia fœliram. Potest etiam assumere rationem ex parte perfectissimæ delectationis, & ibi satis loqui de delectatione. Hæc itaque ad commendationem philosophiæ ad præsens sint congregata.

Varitas nõ nisi in paucis consistit principijs.

ACVTIS-

ACVTISSIMAE QVAESTIONES

IOANNIS DE IANDVNO

Super primum Librum Aristotelis de Physico Auditu.

QVAESTIO I.

An de Rebus Naturalibus sit Scientia.

Tex.c.35. CIRCA istam primam partem Philosophiæ Naturalis, quæ traditur in libro Physicorum, Primo potest quæri, vtrum de Rebus Naturalibus possit esse scientia. Et arguitur primo quòd non. quia de singularibus non est scientia. Primo Posteriorum, & Septimo Metaphysicæ: sed res naturales sunt singulares, cum sint materialea, vt patet Primo Physicorum, & Septimo Metaphysicæ ergo &c. Secundo sic. de sensibilibus non est scientia, Tex. c.42. vt patet Primo Posteriorum, & Secundo Ethicorum, Tex. c.35. sed naturalia sunt sensibilia, vt patet in Secundo de Anima, Tex. c.24. & Secundo huius, quare &c. Tertio sic. illud, de quo Tex. c.15. est scientia, est impossibile aliter se habere, vt patet Primo Posteriorum, & Secundo Ethicorum, sed entia naturalia non sunt impossibilia aliter se habere. nam entia naturalia sunt mobilia, vt patet in Primo & Secundo huius mobile autem potest aliter se habere, cum moueri sit aliter se habere nunc quàm prius, vt patet in Sexto Physicorum. quare &c. Quarto sic. illud, de quo est scientia, debet esse ingenitum & incorruptibile; sed entia naturalia non sunt ingenita, & incorruptibilia: quare &c. Maior tenet per Aristotel Sexto Ethicorum & probatur hic. Scientia propriè & non secundum similitudinem dicta est de non contingentibus aliter se habere. hanc declarat: quia contingentia aliter se habere, si fuerunt remota, latent, vtrum sint aut non sint. de talibus autem constat non esse scientiam. eò quòd scientia est habitus certus, & firmus. igitur illa, de quibus est scientia, non sunt contingentia aliter se habere, & talia sunt necessaria, vt habetur Secundo Perthermenias. Et vlterius, omne necessarium est æternum, vt Tex.c.153. patet in Primo Cœli, & Mundi; omnia autem æterna sunt ingenita & incorruptibilia: ergo de quibus est scientia sunt ingenita, & incorruptibilia & hic patet Maior, & Minor est concessa ab omnibus. nam ipsa naturalia habent materiam, qua possunt esse & non esse, & saltem omnia, quæ sunt intra orbem Lunæ quare &c. Quinto sic. de illo, quod non potest mouere intellectum, non est scientia: sed entia naturalia non possunt mouere intellectum. quare &c. Maior patet. quia, cum scientia sit habitus intellectualis, vt patet in Sexto Ethicorum oportet quòd illud, de quo est scientia, sit intelligibile: intelligibile autem mouet intellectum, vt sen- Tex. c.2. sibile mouet sensum. vt patet in tertio de Anima. sed minor probatur, quia mouens debet esse nobilius moto, vt appa- T.c.19. ret ex tertio de Anima. & probatur: quia mouens, in eo quod mouens, est actus vel ens in actu, & mobile, vt sic, est in po- Tex.c.27. tentia, vt patet in tertio Physicorum; constat autem, quòd actus est simpliciter nobilior potentia, vt patet nono Me- Tex.c.13. taphysicorum. Et confirmatur ista ratio: quia cum optimum in aliquo genere est melius optimo in alio genere, tunc totum illud genus est melius toto illo genere vt patet in 3 Topicorum, & est manifesta per exemplum. nam, cum optimus homo sit melior simpliciter optimo asino, totum genus hominum est melius simpliciter toto genere asinorum. similiter autem & in alijs dicitur esse vera hæc propositio ab illo, qui vult ea ad demonstrandum mulcam esse melior ente vilo simpliciter. cum optimum huius generis ex illa dispositione, in qua comparatur ad optimum alterius generis, habet excellentiam simpliciter respectu optimi alterius generis. nunc autem optimum in genere actuũ est dispositione, quæ est actus, melius est simpliciter optimo in genere potentiarum; vt Deus ipse est melior simpliciter potentia receptiua. Similiter autem optimum in genere entium actu simpliciter subsistentium, est melius simpliciter optimo in genere entium in potentia receptiua. vt Deus est melior simpliciter optima potentia receptiua ergo totum genus actuum respectu actus est melius simpliciter toto genere potentiarum receptiuarum. cum igitur motiuum intellectus sit ens actu respectu ipsius, sequitur, q̃ omne motiuum intellectus est simpliciter honorabilius intellectu. si igitur entia naturalia sint motiua intellectus, erunt simpliciter nobiliora ipso intellectu: qd̃ est absurdum. ergo entia naturalia non sunt motiua intellectus, nec per consequens intelligibilia: quare de ipsis non est scientia.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. qui tradit scientiam de rebus naturalibus. Et arguitur ratione communi: quia entia naturalia sunt entia intelligibilia vniuersalia, habentia partes & passiones demonstrabiles de ipsis, vt satis patet ex ea, quæ tacta in philosophia. Hæc autem requiruntur & sufficiunt ad hoc, quòd de aliquibus sit scientia, vt scribitur in primo Posteriorum. quare &c

CONCLVSIO.

Rerum naturalium scientiam proprie habemus quo ad ea, quæ vltra vt in pluribus conueniunt, proprijssime verò quo ad ea, quæ semper insunt.

AD quæstionem intelligendum est breuiter, quòd per res naturales hic intelligimus res mobiles. natura enim est principium motus & quietis. Secundo huius. hæc autem sunt animalia & plantæ & eorum partes, similiter autem minetalia, scilicet lapides & metalia, amplius elementa & omnia corpora cœlestia. Vlterius considerandum, q̃ scientia proprie, prout distinguitur contra alios habitus intellectuales, est habitus conclusionis demonstratæ ex proprijs & necessarijs principijs: & hoc habetur in 6. Ethicorum & primo Posterio. Res naturalis, i. mobilis. Tex.com.3. Scia proprie est habitus conclusionis.

Tunc dico ad quæstionem, quòd de rebus naturalibus potest esse scientia, quia de quocunque potest haberi habitus certus per demonstrationem acquisitus ex proprijs principijs, de tali potest esse scientia, & hoc est euidens ex dictis: sed de rebus naturalibus potest haberi certus habitus per demonstrationem acquisitus ex proprijs principijs & necessarijs, sicut patet intuenti in Libros Arist. & Auerrois & aliorum naturalium Philosophorum. verbi gratia. Quæcunque entia sunt corruptibilia illa entia habent materiam, aut sunt in materia: sed entia naturalia sunt hmõdi: quare &c. Hæc est demonstratio ex proprio principio & necessario, principio, dico, docitiuo, per quam demonstrationem potest acquiri certus habitus intellectualis perficiens ad veram cognitionem illius conclusionis. similiter & in alijs multis. quare &c. Secundò dico, quòd scientia Naturalis est necessaria ad fœlicitatem humanam, quam homo potest acquirere in hac vita. quia illa, sine quo homo non De rebus naturalibꝰ potest esse scientia.

Scientia naturalis ê necessaria ad humanâ fę licitatẽ naturalem.

potest intelligere perfectè substãtias immateriales, & præcipuè primam substantiam, quæ est Deus supremus, est necessarium ad felicitatem humanã. hoc patet, quia in huius intellectione principaliter & essentialiter consistit felicitas ipsius hominis, vt dictũ est 1. & 2. Ethic. & 6. vbi dicit Arist. ꝙ sicut sanitas facit tanum, sic sapientia fœlicitatem. & per sapientiam, intelligit habitum intellectualem, quo perficitur intellectus ad cognitionẽ separatorum, præcipuè ipsius Dei: sed sine naturalium entium scientia homo non potest intelligere substantias immateriales, & præcipuè ipsam primam, quæ est Deus. nam intellectus humanus in intelligendo dependet ex phantasmatibus aliquo modo. phantasmata autem sunt similitudines respectu sensibilium, vt patet

Tex. cõ. 32. 3. de Anima. Species quidem igitur in phantasmatibus intelligitur: cum igitur substantiæ immateriales non sint secundum le sensibiles, nec secundum aliqua accidentia eis inhærentia, vt patet ex 8. Physic. & 12. Metaphy. sed solum sint sentibiles secundum suos effectus, quos producunt in substantijs corruptibilibus, & præcipuè secundum motus perpetuos corporum cœlestium: de illis autem considerat Scientia Naturalis, & nulla alia. ergo sequitur ꝙ ipsa Scientia Naturalis est necessaria ad felicitatem humanam.

Proprietates rerũ naturalium sunt duplices.

Est est considerandum, ꝙ proprietates rerum naturalium, quantum ad propositum spectat, sunt duplices. quædam. n. sunt, quæ insunt rebus naturalibus solum, vt in pluribus & in maiori parte temporis & in maiori parte suppositorum, & tamen in aliquibus temporibus & in aliquibus individuis deficiunt. vt hominem habere duas manus, & decem digitos in manibus contingit vt in pluribus, attamen raro, & vt in paucioribus contingit, quòd non habet nisi vnam manum, & quatuor digitos, aut duos. similiter pars dextra fortior est vt in pluribus quam sinistra, tamen aliquando contingit eas esse æquales, idest æque fortem habere sinistram, & dextram: & contingit aliquando quòd sinistra sit fortior dextra, quo ad motus exteriores, vt patet ad sensum. Et de ipsis rebus naturalibus quantum ad illas proprietates est scientia, quam Linconiensis propriè dictam vocat, quæ est comprehensio vel comprehensionis habitus veritatis eorum, quæ vt in pluribus eodem modo se habent. Aliæ sunt proprietates rerum naturalium, quæ insunt ipsis rebus naturalibus semper, & quantum ad omnia individua, vt humanæ speciei semper & in omnibus individuis cõpetit susceptibilitas disciplinæ & ribilitas. hominis enim competit semper aptitudo ad esse disciplinatũ, & omni igni & semper cõpetit aptitudo ad esse sursum, & corpori cœlesti omni & semper competit moueri, & sic de alijs. Et de ipsis rebus naturalibus quantum ad tales proprietates potest esse scientia, quam dicit Linconiensis propriissimè dictam, quæ est comprehensio veritatis alicuius impossibilis aliter se habere per comprehensionem huc cognitionem propriæ causæ, quæ est impossibilis aliter se habere. Et sic patet, quid sit dicendum ad quæstionem.

RESPON. Singularis est scientia sub ratione vniuersali. Comm. 8.

AD rationes in contrarium. Ad primam, quæ est de singularibus &c. verum est secundum rationes suas propias singulares, & sic verè procedit probatio. sed de singularibus, id est de rebus, quæ singulariter existunt sub rationibus vniuersalibus & abilitatis, bene est scientia. & hoc sentit Com. in Proœmio de Anima vbi dicit, quòd definitiones sunt rerum singularium essentium extra animam, sople secũdum rationes vniuersales, quas facit intellectus. Et ad minorem, in qua dicitur, entia naturalia, & cætera, verũ est secundum quòd existunt extra intellectum. tamẽ secundum quòd sunt in intellectu, sic habent esse vniuersale. nihil enim prohibet quin res individuales existãs in materia, vniuersaliter intelligatur: & secundum hoc de ipsis potest

Ad secũdũ. Tex. cõ. 35. Sensibile. c. dupliciter.

habere scientia. vt patet 7. Meta. Ad secundam, quæ est de sensibilibus, ad hoc dicunt aliqui, quòd sensibile dicitur dupliciter. vno modo ab actu sentiendi, & sic de ipso non est scientia: alio modo à potentia sensitiva, sic de ipso, potest esse scientia, vt dicunt & capiunt ab Aristo. in 1. & 2. Poste. vbi vult, quòd sensus bene est vniuersalis, sentire autem singularis. Sed contra hoc arguunt aliqui, quia potentia organica non potest esse vniuersalis. & hoc patet 3 de Anima.

Replica. Tex. com. 4. Tex. com. 7.

sed omnis sensus est potentia organica, vt patet 3 de Anima. quare &c. Iterum, cuius est potentia eius est actus, & è cõuerso, vt patet in Libro de Sensu & Sensato: si igitur potentia sensitiva est vniuersalis, similiter actus sentiendi est vniuersalis, & si actus sentiendi est singularis, & potẽtia sensitiva est singularis. Ad primum posset responderi, ꝙ vniuersale dicitur dupliciter, vno modo vniuersale per abstractionem a materia: alio modo dicitur vniuersale per quandam indifferentiam ad plura. primo modo potentia organica non est vniuersalis, sed secundo modu bene. nam potentia organica potest esse indifferens ad multa obiecta, vt visus ad album & ad nigrum, & similiter in alijs. Sed contra hoc objicitur. Nam sicut visus est indifferens ad album & ad nigrum, similiter videre quod est actus visus est indifferens ad album & nigrum. si enim videre esset determinatum ad album, tunc non contingeret videre nigrum, & è conuerso. Dicitur quòd non est simile, quia vnus & idem visus dicitur respectu albi & nigri, seu non dicitur esse vnus & idem numero actus videndi respectu albedinis & nigredinis, imo fortè nec vnus secundum speciem specialissimã. & sic probabiliter posset illa responsio sustineri.

Responsio. Replica.

Potẽtia passiua & eius actus sunt in eodẽ subiecto.

Ad aliud argumentum, cum dicitur, cuius est potentia eius est actus, verum est loquendo de potentia passiua subiectiuè. Nam in subiecto eodem est potentia passiua & eius actus, vt visus & vitro, & è conuerso. sed obiectiuè, non oportet quòd omnino cuius est potentia eius sit actus, & eodem modo: potentia enim vna numero est susceptiua speciei albedinis & nigredinis, vt tenet omnis doctrina. sed non est vnus actus numero, & similiter visio albedinis & nigredinis. quare sic nõ valet. Aliter posset dici ad rationem illam principalem. cum dicitur, de sensibilibus &c. verum esse secundum suas rationes singulares, & secundum suum esse singulare, ita quod secundum ipsum esse singulare eorum sit scientia, aut propinquum principium scientiæ. sed de ipsis sensibilibus secundum rationes vniuersales & esse vniuersale bene est scientia: ita quòd ipsa vniuersalis ratio eorum est scientia eorum in anima humana, scilicet ipsum esse vniuersale est ipsa scientia vel propinquum principium scientiæ: & hoc sufficit.

Alia solutio Ad secũdũ. De singularibus secundum esse singulare non est scientia. Ad tertium

Ad aliam cum dicebatur, illud, de quo est scientia &c. Dico quòd, si est scientia propriissimè dicta, scibile debet esse impossibile aliter se habere quantum ad proprietates, quæ habentur de ipso, ita scilicet quod semper & in omni individuo habeat proprietates illas. Si autem sit scientia solum propriè dicta, tunc falsicit quòd vt in pluribus similiter se habeat quantum ad tales proprietates, vt dictum fuit prius. Nec est imaginandum ꝙ illud, de quo est scientia, non possit aliter se habere, i. non possit variari secundum aliquod esse, quia hæc est falsissima pro rebus naturalibus. sed est impossibile aliter se habere quantum ad prædicata, quę sciuntur propriissimè de ipso. ita quòd conclusio scibilis est vera in omni hora. & sic se habent entia naturalia secundum rationes vniuersales. quoniam scientia huius conclusionis est perpetuæ veritatis, omnis homo est perceptibilis disciplinæ, & omnis ignis est aptus esse sursum: sed non hæc, omnis humo speculatur actu, nec omnis ignis est actu sursum simpliciter. Dicimus igitur vno sermone, quòd entia naturalia sunt possibilia aliter se habere quantum ad accidentia separabilia, & secundum illa trãsmutantur: sed quantum ad prædicata se habentia semper quæ de eis demonstrantur, sunt impossibilia aliter se habere, ita ꝙ conclusio, quæ de eis formatur, est perpetuæ veritatis. & hoc modo intelligit Linconiensis 1. Poste. & secundum talia accidentia per se & propriè non fit transmutatio respectu naturalium. Ignis enim manens ignis nunquam transmutatur de aptitudine essendi sursum ad carentiam istius aptitudinis. similiter homo, manẽs homo, nunquam transmutatur de ribilitate ad carentiã ribilitatis. & hæc est perfecta solutio illius rationis.

Illud de quo est scientia potest se aliter hic.

Entia naturalia pẽr se aliter habere quàm ad accidentia separabilia.

Ad aliam cum dicebatur, illud, de quo est scientia &c. potest dici, ꝙ verum est secundum speciem, sed non oportet ꝙ sit ingenitum & incorruptibile sm individuum. & sic est de rebus naturalibus. secundum enim speciem sunt æternæ & ingenerabiles, vt satis patet in Secundo de Generatione, & Secundo de Anima. Sed hic dubitaret aliquis quid intelligitur hic per speciem secundum quam entia naturalia sunt ingenita & incorruptibilia. cum. n. species & forma

Ad quartũ.

sunt

ſunt idem, aut illa ſpecies eſt forma in anima aut forma extra animam. ſi ſit forma extra animam, an eſt individualis, aut ſeparata ab individuis, ſi ſeparata ab individuis, hæc eſt
Tex. c. 34. opinio Platonis, quàm Ariſtot. reprobat 7. Meta. ſi verò ſit in
Dubitatio. individuis, aut eſt eadem forma ſubſtantialis cum formis individuorum, aut alia. ſi alia, hoc eſt contra communem doctrinam, in qua tenetur, quòd vnius individui non ſint plures formæ ſubſtantiales. ſi ſit eadem cum forma ſubſtantiali individui, ſi corrumpatur, & illa ſpecies corrumperetur. & ſi non eſſent ingenita & incorruptibilia. Si forma in anima, tunc eſt dicere, q̃ ipſa entia naturalia ſunt ingenita & incorruptibilia & æterna, quatum ad formam in anima. & hoc videtur impoſsibile: quia forma rei naturalis in anima non eſt aliud quàm eius ſpecies intelligibilis, vt omnes concedunt. ſpecies autem intelligibilis non eſt perpetua & in intellectu vna numero & eadem, imo generatur & corrumpitur ſecundum generationem & corruptionem phantaſmatis, ſeu intentionem imaginantis, vt vult Commen. in 3. de Anima. vbi dicit q̃ intellecta vniuerſalia ſunt colligata cum intentionibus imaginatis, & corrupta per corru-
Comm. 30. ptionem eorum. Ad hoc dicunt aliqui, quòd, rum dicebatur eorum naturalia ſunt ingenita & incorruptibilia ſecun-
Solutio. dum ſpeciem, ibi intelligitur ſpecies pro forma, quæ eſt extra animam, quæ eſt eadem ſubſtantialiter cum formis individuorum. &, cum dicitur, quòd formæ individuorum corrumpuntur, dicunt, quòd verum eſt per accidens, vt ca-
Tex. cō. 27. piunt ex 7. Meta. dicuot tamen, quòd ipſa forma eſt ingenita & incorruptibilis per ſe, & ita non repugnat generabile & corruptibile per accidens, & ingenitum & incorruptibile per ſe. Sed hoc non ſtat, quia cuicunq; ſimpliciter & indi-
Reproba- uidualiter ineſt vnum oppoſitorum per ſe, eidem ſimul non
no. ineſt alterum per accidens: hanc concederet omnis homo non habens intellectum deprauatum. Si igitur forma ſubſtantialis rei naturalis eſt incorruptibilis per ſe ipſa, ſimul non eſt corruptibilis per accidens, cum ſit ſimplex. Item
Tex. c. 26. Ariſt. in fine 10. Meta. demonſtrat quòd nihil eſt corruptibile per accidens, imo corruptibile per ſe ineſt cuicunque. & idem aperte Comment. vult ibidem. & de hoc fuit longior ſermo. in quæſtione de generatione alibi in ſophiſmate de genere formæ ſubſtantialis, vbi oſtenſum fuit & defenſum,
Alia ſolutio q̃ forma ſubſtantialis eſt per ſe & primo generabilis. Alij aliter euadunt, & dicunt, quòd per illam ſpeciem, ſecundum quam entia naturalia ſunt ingenita & incorruptibilia, debet intelligi forma in anima. ſpecies intelligibilis, hæc. n. non eſt generabilis nec corruptibilis proprie & per ſe, cum generatio & corruptio proprie dicta ſit tranſmutatio ſecundum ſubſtantiam, & hæc ſpecies non eſt ſubſtantia, ſed ac-
Reproba- cidens. Sed hoc videtur eſſe debile. nam ſimiliter poſſet di-
tio. ci, q̃ ſit homo ingenerabilis & incorruptibilis ſecundum albedinem, eo q̃ albedo, cum ſit accidens, non proprie generatur, nec corrumpitur. Iterum, ſpecies intelligibilis eſt quid extrinſecum ab ipſa re naturali, cuius eſt ſpecies, & ideo nō eſt proprie dictum, q̃ ſecundum eam res naturalis ſit incor-
Soluti o au- ruptibilis. Ideo poteſt aliter dici ad præſens, ſicut dicebam,
ctoris. q̃ res naturalis bene eſt corruptibilis & genita ſecundum individuum, ſed eſt ingenita & incorruptibilis ſecundum ſpeciem, hoc eſt ſecundum formam vniuerſalem. ſed ipſam formam naturalem eſſe ingenitam & incorruptibilem po-
Forma na- teſt intelligi dupliciter. vno modo, q̃ nullo modo generetturalis eſt ingenita. tur, nec tota, nec ſecundum aliquam ſui partem, vmiliter etiam q̃ non corrumpatur, & ſic cœlum dicitur eſſe ingenitum, vt demonſtratum eſt in 8. Phyſ. & 2. Cœli & Mundi: quia nec ipſum totum, nec eius pars integralis, nec ſubiecti ua generatur & corrumpitur, nec ſimul, nec ſecundum ſucceſſionem. Alio modo poteſt intelligi formam naturalem eſſe ingenitam & incorruptibilem, quia ipſa non generatur vnquam tota ſimul, nec enà corrumpitur tota ſimul ſecundum omnes ſuas partes ſubiectiuas, ſed ſolum ſucceſsiue: quemadmodum aliquod elementorum nunquam corrumpitur ſimul totum quo ad omnes ſuas partes quantitatiuas. & hoc modo ſine dubio ſpecies rei naturalis eſt ingenita & incorruptibilis quoniam enim omnes formæ humanæ generantur ſimul, ad quas materia ſit in potentia, nec omnes ſimul corrumpũtur, ſed ſucceſsiuè eſt generatio vnius poſt aliam in infinitum ſecundum circulum, vt eſt oſtenſum in a-

de Generatione. ſimiliter & in alijs. iudiuiduum autem, qđ Tex. c. 5.
no habet partes ſubiectiuas, corrumpitur & generatur ſimul totum ſecundum ſuam formam individualem: & iſte modus eſſendi ingenitum & incorruptibile bene ſufficit ad hoc q̃ de aliquo ſit ſcięntia. Ad aliam, cum dicebatur, illud, Ad quintũ.
de quo eſt ſcientia, poteſt mouere intellectum &c. Hic videtur, q̃ quida doctor huius temporis, qui probauit muſcam ſimpliciter eſſe nobiliorem cœlo, non poſſet illam rationem diſſoluere ſic deductam, vt deducebatur in argumento. ipſe. n concedit imo pro principio aſſumit, q̃, cum optimum in aliquo genere ſecundum diſpoſitionem, in qua cōparatur ad optimum in alio genere eſt ſimpliciter melius optimo alterius generis, tunc totum illud genus eſt ſimpliciter melius alio toto genere, & hoc vult verum eſſe tunc deducatur vt prius, & apparebit reſolubiliter concludi, vel q̃ lapis nouus eſt ens actu potēs mouere intellectum aliquo modo ad intellectionem, quare &c. Sed quid dicemus ad illam rationē? poſſumus dicere, ſicut dicebatur in 2. de Anima. tracta. de Senſu agente quòd illa propoſitio veritatem habet in ſpeciebus ſpecialiſsimis eiuſdem generis propriè dicti, & ſorte in generibus contentis ſub aliquo genere proprio & vniuoco ei ſecundum quòd dictum fuit ibidem, ſed tu æquiuocis aut analogis omnibus illis ſuperioribus & inferioribus non eſt neceſſarium. nunc autē actus & res actu ſunt quædam æquiuoca vel analoga communia iſtis inferioribus & ſuperioribus entibus: & ideo non oportet, quòd Nō ſemper
ſi optimus actus ſit nobilior optima potentia, quòd omnis omnis optimus actus
actus ſit nobilior omni potentia: nobilior, dico, ſimpliciter eſt nobilior
& abſolutè. poterit igitur res naturalis mouere intellectū opti-
mediante ſuo phantaſmate vna cum intellectu agente, vt omni poteñia.
communiter dicitur, & tamen non eſt ſimpliciter nobilior intellectu. &, cu dicimꝰ, mouens eſt nobilius moto, & agens eſt nobilius patiente, poteſt dici quòd verum eſt de virtute propria, ſed cum mouet in virtute alterius non oportet: nunc autem phantaſma non mouet intellectum in virtute, quæ eſt intellectus agens, vt habet videti 3. de Anima. Sed contra iſtam ſolutionem poſſet rationabiliter dubitari quid intelligitur per agens virtute propria. nam, ſi per agens virtute propria intelligitur tale agens, quod in eſſe ſuo & in ſua virtute à nullo dependet, tunc non eſt niſi vnum ſolum tale agens in toto vniuerſo, ſcilicet ipſe Deus, & tunc ex illa propoſitione, ſemper agens eſt præſtantius patiente. nihil poterit concludi de ipſo intellectu agente, niſi quis diceret, quòd ipſe intellectus agens eſt ipſe Deus, quod eſt contra Ariſto. & Commen. ſecundum eorum expoſitionem. Si autem per agens virtute propria intelligatur omne quod agit per naturam ſuam & formam. (quamuis non agit ſine quocunque alio:) ſicut cœlum diceretur agere per formam propriam in ſita inferiora, & ſi non agat ſine ſuo motore: tunc phantaſma rei materialis multum bene vi eſſe agens virtute propria: & ſi non agat ſine præſentia & virtute intellectus agentis. hoc enim non obſtante, tamen agit aliquo modo per formam ſuam, aut poneretur agens ſolum per accidens: quod multi negant. ergo phantaſma eſt agens in intellectu virtute propria, licet nō ſine intellectu agente. & ſi omne agens virtute propria eſt ſimpliciter nobilius ſuo patiente, tunc redit, q̃ phantaſma rei materialis eſt ſimpliciter nobilius intellectu humano, q̃ eſt ridiculum: & ideo illa ſolutio non eſt ſufficiens. Propter qđ ad præſens dico Soluti o au-
aliter, ſaluo meliori iudicio, q̃ agens bene eſt præſtantius ctoris.
patiente ſecundum q̃ patiens eſt. ſed non oportet q̃ omne Ad quintũ.
agens, qualitercunq; ut agens, ſit nobilius patiente ipſo ſimpliciter: quia poſsibile eſt q̃ ipſum patiens habeat aliam operationem nobiliorem quam ſit recipere ab illo agente, & quàm ſit nobiliſsima operatio illius agentis, & ita eſt in propoſito. phantaſma. n. rei naturalis bene agit ſpiritualiter in intellectum imprimendo ei ſpeciem repreſentantem ipſam rem, & intellectus eam recipit, & ſecundum hoc phantaſma eſt quodammodo nobilius intellectu: tñ intellectua Licet phã
habet aliam operationem nobiliorem. i. intelligere, quam taſma ſit a-
non recipit cōpletè ab ipſo phantaſmate, ſed ſorte ab intel- liquo modo
lectu agente: & hæc operatio eſt nobilior quacunq; opera nobilius in-
tione phantaſmatis, vt omnes concedunt. & ideo remanet tellectu, nō
q̃ intellectus eſt ſimpliciter nobilior qua phantaſma: quia tamen ſimnobilitas ſimpliciter cuiuſcunque rei debet attendi ex eius pliciter.

perfectissima & nobilissima operatione. De hoc autem videbitur amplius in quæstione de intellectu agente, sed ad præsens tanta sufficiant.

QVAESTIO II.

An Ens Mobile, vel Corpus Mobile sit Scientiæ Naturalis subiectum.

QOnsequenter quæritur de subiecto Scientiæ Naturalis. Verũ ens mobile vel corpus mobile sit subiectum idest obiectũ eius. Arguitur primo q̃ non, quia tunc partes eius essent subiecta in partibus Scientiæ Naturalis: hoc est falsum, ergo & primum, falsitas consequentis est de se nota. Nam anima est subiectum in Scientia de Anima, cum ab ea instituetur, & tamen ipsa anima non est aliqua pars subiectiua entis mobilis, nec corporis mobilis, cum ipsa non moueatur per se, sicut patet in 3. de Anima, & præcipue anima intellectiua, quæ est incorporea. & patet consequentia, & quia sicut totum ad totum, ita pars ad partem. Item secundo, subiectum vnius scientię debet esse vnius rationis, vt patet 1. Poster. vna. n. scientia est, quæ vnius generis subiecti est. sed Scientia Naturalis est vna scientia, cum distinguatur & numeretur contra alias partes philosophiæ, vt patet in 6. Meta. ipsum. n. eus mobile vel corpus mobile non est vnius rationis, nec vnum genus. Nam generabile & perpetuum non sunt vnius generis, vt patet 10. Meta. modo ens mobile & corpus mobile commune est corporibus cœlestibus, quæ sunt perpetua, vt patet 1. Cœli & Mundi, & est etiam commune illis inferioribus, quæ sunt corruptibilia, ut patet ad sensum: quare &c. Item tertio, æquiuocum non est subiectum in aliqua scientia, vt vult Arist. & Com. in 4 Meta. nunc autem eus mobile est æquiuocum, cum includat æquiuocum. t. ens, quod est æquiuocum secũdum Porphy. quare &c. Item quarto, ens per accidens nõ est subiectum in aliqua scientia, cum de eo nõ possit esse scientia 6. Meta. sed ipsum corpus mobile est ens per accidens, cum mobilitas accidit ipsi corpori. Item quinto, omne subiectum scientiæ debet habere aliquã passionem primam, vt habetur 1. Poste. sed ens mobile nullam habet propriã passionem, vel si habet dicas eam. ergo &c. Item sexto, ens quiescibile non est subiectum in ista scientia: ergo nec ens mobile. antecedens est concessum ab omnibus, & tenet cõsequentia, quia natura est principium motus & quietis. ergo, qua ratione ens mobile est subiectum in Scientia Naturali, sic & ens quiescibile. Et confirmatur, quia oppositorum est eadem scientia: sed mobile & quiescibile sunt opposita: quare &c.

Tex. c. 6.
Tex. c. 5.
Tex. cõ. 26.
Tex. c. 20.
Tex. c. 2.
Tex. c. 4.

Oppositum arguitur ex communi dicto. Nam communiter dicitur, q̃ Scientia Naturalis distinguitur fm distinctionem entis mobilis, vel corporis mobilis. quare &c.

CONCLVSIO.

Eos mobile, idest substantia mobilis secundum sui communem rationem, huius primæ partis Philosophiæ, quæ est de Physico Auditu, subiectum est, cæterarum autem partium subiectum est secundum determinatas rationes, seu mobilitatis participationem.

DE ista quæstione est diuersitas inter expositores Aristo. Antiquior. n. expositor est S. Thomas, qui putatur fuisse melior inter latinos. Dixit. n. quòd ens mobile est hic subiectum, sed non probat expresse multum, nec soluit argumenta facta in contrarium saltem in sua expositione super hunc Librum. quia forte uõ videbatur ei difficultas in hoc, nec erat forte sibi reuocatũ in dubium in suo tempore. Dicit tamen cum hoc, quòd corpus mobile non est subiectum Scientiæ Naturalis: qd probat, quia nulla scientia demonstrat suum subiectum, vt habetur 1. Poster. sed in Sexto huius ostenditur, quòd omne mobile est corpus. quare &c. Ex hoc autem posset aliquis sic arguere, aut corpus mobile est hic subiectum, aut ens mobile, per diuisionem concessam: sed corpus mobile non est hic subiectum: quare &c. Sed, quicquid sit de ista conclusione, mihi videtur, quòd sine homo, salua pace & reuerentia, ad tucãt rationem illius sententiæ non. nam idem est corpus, & corpus mobile omnino. vnde dicitur, probatur in 6 hoiut, quòd omne mobile est corpus: non propter hoc probatur ibi, quòd omne mobile sit corpus mobile, & sic qui poneret corpus mobile hic esse subiectum non est contra se, quòd hæc scientia probaret suum subiectum esse.

Opin. Thomæ in principio Physi. & 6. Met. & 3. Physic.

Tex. cõ. 31.

Item videtur differre, plane quòd omne mobile est corpus mobile: & probare corpus mobile esse & potest alicui esse manifestum, quòd corpus mobile est, cui non est manifestum, quòd omne mobile sit corpus. imo aliqui negarent istam, quòd omne mobile sit corpus (cheet. ali qui dicunt angelos moueri: qui tamen omnino concederent istam sine dubio, corpus mobile est. Item quamuis subiectum Scientiæ non demõstratur esse, tamen in aliqua scientia ipsum bene potest probare de aliquibus suis speciebus, de quibus est occultum, sed de aliquo alio, de quo est aliquo modo incertum, quòd ei aduenit, sicut docet Lincon. in 2. Politio. vbi hic dicit, quòd omnis scientia accipit suum subiectum esse simpliciter, vt Metaphys. ens, & Geometria magnitudinem. Verumtamen de his, quæ sub subiecto sunt non accipitur semper, quoniam sunt sub illo. imo probatur subiectum ipsum de speciebus, quæ sunt sub ipso: hæc sunt verba eius. & pari ratione potest quæri subiectum de aliquo pertinente ad istam scientiam, cum non sit de illo notum. vnde, quamuis aliquis poneret corpus esse subiectum in aliqua scientia, non esset inconueniens ipsum probare de aliquo considerato in illa scientia, vt puta de mobili, demonstrando, quòd omne mobile esset corpus, nec pro tanto probatur corpus mobile esse. & hic multum decipit ratio illius Expositoris, vt videtur.

Opinio Egidij.

Alius expositor f. Dominus Egidius dicit, quòd ipse non intelligit istam positionem, quòd ens mobile sit subiectum in Naturali Philosophia. imo arguitur contra hoc principaliter duabus rationibus. Prima est hæc. quia, si sic, sequeretur quòd Naturalis Scientia esset subalternata Metaphy. quod statim patet esse falsum & impossibile, cum sint tres sex partes philosophiæ principales. Consequentia declaratur: quia illa scientia subalternatur aliter, cuius subiectum includit subiectum alterius cũ conditione accidentali, quæ non fluit ex principijs propriis illius subiecti cui additur, vt Perspectiua subalternatur Geometriæ, eo quòd linea visualis, quę est subiectum perspectiuę, addit supra lineam, quam considerat Geometria, conditionẽ accidentalem, quæ non fluit, nec oritur ex propriis principijs ipsius lineæ scilicet vt qualitatem, similiter & in alijs. Ens autem ens est subiectum Meta. vt patet 4 Metaphy. & ens mobile includit ens cum conditione accidentali, q̃ non oritur ex propriis principijs entis secundum quòd ens. i. mobilitatem. Item, si ens mobile esset subiectum hic, tunc Naturalis Scientia esset pars Meta. quod patet esse falsum, cum sint diuersæ partes principales philosophiæ. & probat consequentiam: quia ad ipsam Meta. non solum pertinet considerare ipsum ens, sed primas partes entis, vt patet in Meta. nunc autem ens mobile est vna de primis partibus eius. eus enim non contrahitur ad suas partes per differentias, cum sit analogum, sed per diuersos modos essendi: nunc autẽ esse mobile est quidam modus essendi. quare &c.

Et per istas rationes dixit expositor ille, quòd corpus mobile est subiectum in ista scientia.

Alij vero dicunt aliter, & dicunt, quòd corpus mobile non est subiectum hic, sed magis ens mobile. quod probant per rationes similes prædictis rationibus: quia hoc sequeretur quòd Naturalis scientia esset subalternata Geometriæ, eo quòd Geometria considerat corpus absolute. corpus autem mobile includit conditionem accidentalem supra ipsum corpus mobile, & sic Naturalis subalternatur Geometriæ: quod est inconueniens. Item aliqui sic arguunt. Si naturalis considerat corpus mobile, tunc Geometria est pars Scientiæ Naturalis; quod est absurdum, & probatur consequentia. quia eiusdem scientiæ est considerare totũ, & eius partes. vnde, cum corpus sit pars quædam huius, quod dico corpus mobile, & ipsa Geometria consideret corpus, ipsa vtiq; est pars Scientiæ Naturalis. Et tunc ipsi volunt soluere adra-

ad rationes Domini Egidij. Ad cuius euidentiam capiuer, q̃ hoc totum, ens mobile, non dicit diuerſas rationes, i. non ſignificat illud, qđ ſignificat ſub diuerſis rationibus, ita q̃ ens ſignificat ſub vna rõne, & mobile ſub alia ratione, ſed totum ſub vna ratione, ſ. mobilis, & ideo non eſt ibi additio vnius ad aliud, ſicut ſupponebat prima ratio. quare &c. Et credo q̃ ipſi cogũtur hoc dicere, ſ. quòd ens mobile non importat diuerſas rationes p̃p ſolutionem vnius rõnis, qua arguitur q̃ genus prædicatur de differentia per ſe. Arguitur. n. ſic, illa eſt vera per ſe, rõnale eſt ens. aut ergo accipitur ibi ens pro ratione tertia diſtincta à ratione ſubſtantiæ & accidentis, aut pro ratione ſubſtantiæ, aut pro accidente, aut pro ipſomet rationali. vt ſit ſenſus, ratione eſt ens, i. rationale eſt rõnale. non primo modo, quia ens non eſt vnius rationis, vt patet in 4. Meta. & in Porphyr. nec ſecundo modo, quia tunc genus prædicaretur de differentia per ſe. nec tertio modo, quia conſtat quòd rõnale non eſt accidens: ergo relinquitur quarto modo, ſ. quòd ens prædicatur de rationali per rõnem propriã ipſius rationalis & patet ratione de vno genere per rõnem propriam vniuſcuiuſq;. & hoc additum voicuiq; non dicit aliam rationem ab eo. vt dicendo homo ens, ly ens non dicit aliam rationem quam rationem hominis. hic eſt in propoſito, ens mobile non dicit ibi aliquam aliam rationem, quam mobile, nec ſubſtalia ratione. Et hoc dicunt fuiſſe intentio. Ariſt. in 4. Meta. vbi ſic ait. & non diuerſum aliquid dicit ſecundum dictionem repetitã. idem enim eſt ans homo, & homo, & vnus homo.

Tex. c. 1.

Tex. c. 3.

Sed mihi vĩ quòd iſti deniciunt quantum ad duo. Primo quantum ad illas rationes de corpore, quas adducunt. nam corpus poteſt accipi dupliciter. vno modo pro trina dimenſione, & ſic eſt in genere quantitatis, & hoc modo non ponunt in ſubiecto Scientiæ Naturalis, & ſic procedunt illæ rationes. alio modo accipitur corpus pro ſubſtantia ſubiecta trinæ dimenſioni, & hoc modo intelligitur, cum dr, corpus mobile eſt ſubiectum in Scientia Naturali, & ſic illæ rationes nihil valent contra Egidium, quamuis forte nec ipſe bene demonſtret cõcluſionem ſuam, vt videbitur. Secundo peccant iſti vltimi, vt credo, io hoc, quòd dicunt, quòd ens mobile nullo modo importat diuerſas rationes, ſed vnam rem ſub eadem ratione. & hoc ad præſens non credo pp duo. Primo, quia ſi ſic eſſet, tunc nullus propria & philoſophice loquendo daberet dicere ſubiectum Scientiæ Naturalis eſſe ens mobile: cuius cõ oppoſitum ipſi tenent. & cõſequentia probatur: quia, poſtquam dicendo ens mobila, ibi ly ens non habet aliam rationem intelligendi, & ſignificandi quã mobile, ſuperflue & omnino inutiliter ponitur: imo cũ valeret dicere, quòd mobile eſſet ſubiectum Scientiæ Naturalis, & multo melius eſſet: quia ſicut natura non facit per plures, quod æque bene poteſt facere per vnum, ſimiliter ars debet ſe habere. vnde Linconenſis in 1. Polle. dicit, quòd mos Phyſicorũ eſt ponere verba, quæ magis ſunt ad rem pertinentia, nec vtantur pluribus inſtrumentis qđ poſſunt vno facere. ſi igitur idem ſub eadem ratione intelligeretur per mobile & per ens mobile, ita quòd nihil differret, niſi ſolam ſm hanc vocem ens, inutiliter & ſuperflue poneretur ens in expreſſione ſubiecti Scientię Naturalis, & fieret pluribus vocibus & inſtrumẽtis, qđ æque bene poteſt fieri vno. Et amplius Comm. dicit ſuper. 1. Phyſic quòd nomina ſynonyma non vſitantur in ſcientia demonſtratiua: quare mihi vĩ inconueniens eſſe quòd dicẽdo ens mobile, ipſum ens nullã aliam rationem ſignificat q̃ mobile. Et iterum propter aliud, qõcunq; per aliquem terminum intelligimus aliquid de primario intellectu ſub aliqua ratione, illud idem ſub eadem rõne intelligitur per ipſum cuicunq; addatur, ſi non ſit determinatiu diſtrahens quæ facit oppoſitionem in addito. vt dicẽdo homo mortuus, hanc recipio pro vera ad præſens. nunc autem per ipſum ens ſm ſe ſumptum intelligitur ſubſtantia ſub ratione ſubſtantiæ primæ & principaliter, vt omnes concedunt. vnde cuicuoq; addatur hoc intelligitur cũ non ſit determinatio diſtrahens, aut quæ non poſſet ſtare cum ſubſtantia, rationabile vĩ, quòd debet intelligere ipſam ſubſtantiam cum qua ſtat, aut quòd mobile non eſt determinatio diſtrahens: imo ſtat cum ſubſtantia. Ideo, cùm dico ens mobile, debet per ipſum ens intelligi ſubſtantia mobilis, vt ſitidem dicere ens mobile & ſubſtantia mobilis. Nec valent motiua illorum. cum. n. primo dicunt, quòd dicendo rõnale eſt ens, ibi ly ens prædicatur de ipſo rationali vt ſtat ſub eius ratione, hoc vĩ omnia no cõcedentes: quia terminus nõ prædicat niſi illud qđ ſignificat. modo hoc nomẽ ens non ſignificat rationale ſub propria ratione rationalis, ſicut patet per Philoſophum 5. Meta. vbi enumerat omnia ſignificata huius analogi entis, & nunquam poſuit ibi rationale, cum ergo quæritur, quid dicit ibi ly ens, cum dicitur rationale eſt ens. dico qđ ibi ſumitur pro ſubſtantia & cum dicis tu, ergo genus prædicatur de differentia per ſe ego concedo: ſed non ſic p̃ſe propriſſime, ſicut prædicatur de ſpecie: tamen prædicatur per ſe ſm quòd per ſe diſtinguitur contra per accidens. Nec vnquam negauit hoc Ariſto. nec in 3. Meta. nec in 6. Topi. hoc autem diſcutere pertinet ad aliam ſcientiam, ſ. ad Logicam & Meta. ſm ad præſens adduco vnam rationem talem. omne, quod eſt animal per ſuam formam, eſt animal per ſe: ſed rationale eſt animal per ſuam formam: ergo rationale eſt animal per ſe. maiorem capio à Com. 5. Meta. de Secũduth ſe. vbi dicit, quòd omne, quod eſt aliquid ſm formam, eſt illud per ſe ſm verum modum. & minor ait euidens. rationale. n. eſt animal per ſuam formam ſubſtantialem. ſ. da hoc non plus ad præſens. Ad auctoritatem Ariſt. dico quòd non dicit Ariſt. quòd dicendo ens homo, q̃ ly ens non differt ratione ab homine, ſed bene dicit, quòd ens homo, & homo, dicant aliquid aliud, i. aliquam aliam rem ſm dictionem repetitam. vnde bene volo, quòd hęc dictio homo repetita dicendo eas homo & homo, non dicit aliquam aliam rẽ, nisi quam th ex hoc habetur quòd ens homo ſolum dicit vnam rationem. & quòd hæc ſit intentio Ariſt. patet diligẽter inſpicienti literã ibidem. Redeamus igitur ad principale propoſitum. Et dico breuiter ad præſens, quòd ens mobile. i. ſubſtantia mobilis eſt ſubiectum Scientiæ Naturalis, de quo eſt Scientia Naturalis. Et hoc probo ratione cõi, quia de ipſa & eius partibus & paſſionibus & principijs cõſideratur in iſta ſcientia, & quæcunque circa inquiruntur pertinent ad complementum cognitionis ipſius. de principijs intrinſecis ipſius entis mobilis conſideratur in Primo huius, de principijs autem extrinſecis omnibus cauſalitate, ſ. de motuentibus, conſideratur in 7 & 8. de partibus eius ſubiectiuis ta diuerſis partibus Scientiæ naturali, de omnibus autẽ paſſionibus conſideratur in 3. & 4. huius, & ſimiliter ta 5. & 6. aliqualiter. & hoc vĩ eſſe rationabile: cum. n. motus ſit principalior paſſio conſiderata in ſcientia ista, illud, per qđ ipſa, tanquam per ſubiectum deſignatur, videtur eſſe ſubiectum in iſta ſcientia: nunc autem motus definitur per ens mobile, vt patet 3. huius. dico tanquam per ſubiectum ſuũ, vt conceditur. Sed cõtra hoc ſunt difficultates. prima, quia ſecũdum hoc Scientia naturalis eſt ſubalternata Metaphyſicæ & pars eius, vt deductum fuit prius. Item ſm hoc ſequitur, quòd ſcientia naturalis eſſet pars Metaphyſicæ ad eam ſcientiam pinet conſiderare aliquod genus & primas partes eius, vt patet. 2. Poſte. modo ipſum ens mobile eſt de primis partibus entis. Iterum hoc videtur eſſe contra Comm. in 2. huius, vbi dicit, quòd ſubiectum huius Scientiæ eſt natura, & principia naturalia, cum ſint communia omnibus rebus naturalibus. Item, idem non eſt ſubiectum totius & partis, eo quòd tunc pars eſſet æqualis toti. n. igitur ens mobile eſt ſubiectum in iſta ſcientia, quæ dicitur Liber Phyſic. vt communiter dicitur, quomodo poteſt eſſe ſubiectum in tota ſcientia naturali? Ad primum iſtorum dico ad præſens, quòd ad hoc vt aliqua ſcientia ſubalternetur alteri nõ ſufficit quòd ſubiectum eius contineat ſubiectum alterius cũ conditionae accidentali, ſed requiritur, q̃ principium Scientiæ ſubalternatæ demonſtretur ſcientia ſubalternante, ita quòd ipſa ſubalternata non reducat ſuas concluſiones ad per ſe principia ſua. hoc autem non contingit in propoſito. Nam principia Naturalis Philoſophiæ non indigent demonſtrari per Metaphyſicam: immo ipſa ſcientia naturalis bene reducit ſuas concluſiones ad principia per ſe nota, ſcilicet ad motum, & pluralitatem entium, & ad naturam agere propter finem, & ſimilia, quæ vlterius non debent demonſtrari tanquam concluſiones pertinentes per ſe ad Meta. & ideo proprie Scientia Naturalis non ſubalternatur ipſi Metaphyſ. Ad aliud nego conſequentiam. &

Corpus accipitur dupliciter.

Ens mobile non importat vnam rẽ ſub vna ratione.

Comm. 1.

Per ens mobile dẽt intelligi ſubſtantia mobilis.

Tex. c. 34.

Genus prædicatur de differẽtia per ſe, prout diſtinguit contra per accidens.

Tex. cõ. 34.

Tex. c. 6.

Arg. 1. Secundo.

Tertio.

Comm. 2. Quærũ.

Ad primũ.

Philoſophus naturalis ducit ſuas cõcluſiones ad principia per ſe nota.

Ad primũ.

cum dicitur, ad eandem ſcientiam &c. Dico, quòd ſi ſit pars primi entis, quæ non trahat ens ad determinatum genus ſcibile, tunc forte de illo nõ debet conſiderare Scientia Naturalis. ſed, ſi ſit pars entis contrahens ipſum ens ad determinatum genus ſcibile, & habens modum abſtractionis diſtinctum ab aliis, tunc non oportet q̃ pertineat ad Metaphyſicam. ſic autem eſt in propoſito. Nam mobile contrahit ipſum ens ad genus determinatum, ſcil. naturale & habet modum abſtractionis diſtinctũ ab abſtractione Metaphyſica & Mathematica. & ideo non oportet q̃ Naturalis ſcientia ſit para Meta. quemadmodum eſt ſcientia de actu & potentia, eo q̃ actus & potentia ſunt partes entis, quæ ipſum non cõtrahunt determinatè ad aliquod genus ſcibile, & non habent modum abſtractionis diſtinctum à naturali & mathematica. imo ſunt communia rebus naturalibus, diuinis, & mathematicis quocunque modo, & abſtrahunt à motu & à materia ſenſibili ſm eſſe & definitionem: ens autem mobile ſolum competit naturalibus rebus & non abſtrahit à motu & à materia ſenſibili ſm definitionem. ens verò diuinum eſt abſtractum ſm eſſe & definitionem à motu & a materia ſenſibili, & ens mathematicum eſt abſtractum ſm definitionem quidditatiuam: ideo non valet illa ratio. Ad tertium, ſ. ad illud dictum Commen. forte dicendum, q̃ per naturam ipſe intellexit ens naturale. hoc autem eſt idem cum ente mobili realiter, quia natura eſt principium motus &c. Vel eſt dicendum, q̃ Commẽ loquitur large & communiter de ſubiecto, pro omni eo, quod in ſcientia conſideratur, & non eſt paſſio demonſtrata. & ſic eſt de natura. quare &c. Ad aliud dicendum eſt, q̃ ens mobile aliter eſt ſubiectum in tota Scientia naturali, & aliter in iſto Libro. nam, ſi conſideretur ipſum ens mobile quantum ad omnem modum eſſendi poſsibilem in ſe, & in aliis ſuis principijs, & in ſuis partibus ſpecialibus, ſic eſt ſubiectum in tota Scientia naturali: ſi verò conſideretur ens mobile in vniuerſali, & ſecundum rationem abſtractam, i. communem omnibus naturalibus vel pluribus, & quantum ad paſſiones communes, ſic eſt ſubiectum in ſcientia illa, quæ eſt prima pars naturalis philoſophiæ. & hoc intendebat Com. in prooemio huius lib. vbi dicit, ſic. Ex hoc ſermone declaratur q̃ intentio huius libri eſt loqui de rebus naturalibus omnibus communibus, quæ conſtituuntur per naturam. & ſic diuerſimode ens mobile eſt ſubiectum in ſcientia illa, & in nota Philoſophia naturali quod non eſt inconueniens.

Mobile contrahit ens ad naturale

Actus. & potentia ſunt ea omnibus rebus.

Ad tertiũ

Ad quartũ.

RESPON. AD rationes principales. Ad primã cum dicebatur. quia tunc pars entis mobilis &c. poteſt concedi. Et, cum dicitur, q̃ in Scientia de Anima &c. Aliquis poſſet dicere, ſicut communiter dr, q̃ in Scientia de Anima ſubiectum eſt corpus animatum ſub ratione animæ & non ipſa anima, & hæc bene eſt pars ſubiectiua corporis mobilis & entis mobilis. Et ſi quis vellet tenere q̃ anima eſt ibi ſubiectum, ſicut aliquibus placet, & forte ſic eſt, tunc poſſet dicere q̃, quamuis anima non ſit pars ſubiectiua corporis, vel entis mobilis, ipſa tñ eſt pars ſubſtantialis ipſius, ſ. forma & actus, ſaltem quantum ad animas corporales, & hoc ſufficit ad hoc q̃ de ipſa ſit aliqua pars Scientiæ naturalis. Sed quid dicetur de anima intellectiua, quæ nullius corporis eſt actus, vt patet in 3. de Anima. forte dicendum, q̃ licet nõ ſit data eſſe, corpori humano, ipſa tamen dat ſibi operari ſm Ariſt. & Auerroem, & operatio ipſius, ſ. intelligere, dependet ab aliquo exiſtente in corpore humano, ſ. a phantaſmate, & ipſa eſt quodammodo in potentia eſſentiali ad ſpeciem intelligibilem & mutabilis ad eam. vt habet videri 3. de Anima. quare &c. Alitèr dicunt alij, quòd licet anima non ſit per ſe mobilis, eſt tamen mobilis per accidens ad motum corporis, ideo poteſt bene conſiderari in ſcientia de Anima.

Tex. c. 7.

Ad ſecundam eſt dicendum q̃ ſubiectum vnius ſcientiæ debet eſſe vnius rationis vniuocæ, vel ſecundum analogiã, vt patet 4. Metaph. nunc autem ipſum ens mobile, quamuis non ſit vnius rationis vniuocæ, tamen eſt bene vnius rationis ſm analogiam, & dicitur ſecundum prius & poſterius de corporibus cœleſtibus, quæ ſunt nobiliora nobilia alia, omnibus. & ideo de ipſo ente mobili poteſt eſſe ſcientia vna. non tamen intelligo q̃ tota Naturalis philoſophia, quæ cõmuniter ponitur de ente mobili, ſit vna penitus ſecundum ſpecium ſpecialiſſimam, ſed eſt vna ſecundum analogiam: ſicut eſt eius ſubiectum, hoc autẽ alibi verificari propono.

Tex. c. 1.

Philoſophia naturalis ẽ ſcientia vna ſecũdũ analogiam.

Ad tertiam dicendum, q̃ pute æquiuocum non eſt ſubiectum ſcientiæ proprie, ſed analogum bene poteſt eſſe ſubiectum ſcientiæ. & hoc dicit Ariſt. in 4 Meta. non. p. ſi multipliciter alterius, ſed ſi nec ſecundum vnum; nec ad vnum rationes referuntur alterius, i. non oportet, ſi aliquid ſit multipliciter dictum, i. ſecundum diuerſas rationes dictum, nõ propter hoc oportet q̃ alterius & alterius ſcientiæ ſit ipſum conſiderare, & nullo modo vnum. ſed, ſi dicatur ſecundum diuerſas rationes nõ habentes ordinem ad vnam primam, tũc bene eſt alterius. & alterius: ſi autem dicatur ſm diuerſas rationes ordinatas, tunc poteſt ad vnam ſcientiam pertinere & hoc ipſe prius dixerat: non enim ſolum eorum, quæ ſunt ad vnum dictorum, eſt vnius ſcientiæ ſpeculari, ſed & eorum, quæ ſunt ad vnam naturam.

Ad quartam dicẽdum, q̃ quamuis mobilitas accidit ipſi corpori, tamen corpus mobile nõ eſt ens per accidens, prout Ariſto. loquitur de ente per accidens 6. Meta. nam illud dicitur ibi ens per accidens, cuius vnio no habet cauſas per ſe & determinatas, vt album eſſe muſicum & huiuſmodi: ſed vnio mobilitatis cum corpore habet cauſas determinatas & per ſe, vt patet in iſta ſcientia. & quamuis in ente per accidens ſit ens additum enti, non tamen ſequitur, q̃ euam ens additum enti ſit ens per accidens: ſed ſolum illud, cuius partium concurſus eſt interminatus nõ habens cauſas per ſe & determinata ſimpliciter.

Prima paſſio entis mobilis eſt motus.

Ad quintam dici poteſt, q̃ prima paſſio entis mobilis eſt ipſe motus eius, & hic inquiritur quid ſit, & quæ ſunt eius partes & principia, verum eſt tamen, q̃ motus non demonſtratur eſſe, quia manifeſtum eſt ad ſenſum: & ideo eſt principium doctrinæ. vt vult Comm. in iſto primo. nec ſimiliter demonſtratur q̃ mobile moueatur, quia manifeſtum eſt ad ſenſum. non n. docetur nec addiscitur, nec per conſequens demonſtratur, niſi illud, quod primo concipimus, & nobis apparet dubium vel falſum: & poſt dubitationem manifeſtatur eius veritas nobis, vt ſcribit Lincolnienſis ſuper. i. Poſteriorum prope principium. Aliæ tamẽ paſſiones, quæ ſunt occultæ vel minus notæ, demonſtrantur, vt q̃ omne eius mobile eſt corpus, & cæteræ aliæ huiuſmodi, vt patet in Sexto huius. Etiam de principijs ipſius entis mobilis bene demõſtrantur aliqua, vt q̃ principia ſint cõtraria, & hæc ſortaſſe eſt prima concluſio hic demonſtrata: & quòd principia rerum naturalium ſunt quodamodo tria &c. entis. alia. ſic eſt ſcien dum, q̃ licet motus ſit pars entis mobilis, non tñ eſſe mobile vel ipſa mobilitas eſt paſſio entis mobilis: imo eſt formale principium huius ſecundum quòd huius, ſicut rifibilitas eſt formale principium rifibilis.

Mobilitas non eſt paſſio entis mobilis.

Ad ſextam dicendum, quòd non eſt ſimile de ente mobili & de ente quieſcibili. quia motus eſt habitus, & quies priuatio: priuatio non cognoſcitur niſi per habitum, vt patet. & ideo ens mobile poterit eſſe ſubiectum & non ens quieſcens. Vel poteſt dici, quòd licet motus & quies opponantur, tamen ens mobile & quieſcibile non opponuntur: imo vnum & idem eſt ens mobile & quieſcibile, ſaltem in rebus corruptibilibus. & ideo non valet ratio.

Quoniam quidem intelligere, & ſcire contingit circa omnes ſcientias, quarum ſunt principia, cauſæ, & elementa ex horum cognitione, &c. Tex. c. 1.

QVAESTIO III.

An ad perfectam ſcientiam de aliquo cauſato omnes cauſas cognoſcere oporteat.



CIRCA literam. Primo quæritur, vtrum ad perfectam ſcientiã de aliquo cauſato oportet cognoſcere omnes cauſas. Arguitur primo q̃ non. quia per definitionem habetur ſcientia perfecta. (nam ipſa definitio vel eſt tota demonſtratio, vel potiſſima pars demonſtrationis differẽs à demonſtratione ſola poſitione terminorum) ſed in definitione non ponuntur oẽs cauſæ definiti, ſicut in definitione ſubſtantiæ non ponunt niſi materia & forma,

& forma, quæ pertinent ad compositum: quare &c. Item secundo, si ad perfectam scientiam rei causatę oporteret cognoscere omnes causas, tũc oporteret cognoscere primam causam, cum ipsa sit prima & nobilissima & perfectissima causa: sed consequens est falsum. quia intellectus animæ nostræ ita se habet ad notissima in natura, sicut oculus nyctiComm.1. coracis ad lucem Solis, vt dicit Arist. Meta. modo manifestissima in natura sunt substantiæ separatæ, vt ibidem ponitur, quare videtur, ꝙ intellectus animæ nostræ non potest ea cognoscere, & sic non potest cognoscere primã causam. quare &c Item tertio solet sic argui, Medicina est perfecta scientia de sanitate, vel de corpore sanabili, hoc bene concederent medici: sed in ipsa Medicina non considerant omnes causæ sanitatis, vt patet in libris Medicorum quare &c. Item quarto, Scientię Mathematicæ sunt scientiæ perfectissimæ, cum ipsæ sint scientiæ in Primo gradu certitudinis, vt Comm.16. dicit Comm. 2. Meta. sed istæ non accipiunt omnes causas, imo solum causam formalem, vt dicit Com. ibidem. Item. 5. Meta. quantum ad illam partem, quę est de substantijs separatis, est scientia perfecta, cum sit de substantijs perfectis, Comm.1. & tamẽ illa non continet omnes causas, vt dicit Comment. Primo huius: sed solum considerat formam, & motorem, & finem, & prius dixerat ꝙ scientia considerans de principijs cuiuscunq; entis, ſ Meta considerat de rebus simplicibus carentibus principijs, & per principia ipsa, intelligit causa agentes. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in principio huius libri, vbi dicit, quoniam intelligere & scire conuenit omnibus scientijs: etiam & Com. ibi dicit, quòd doctrina perfecta est incipere à cognitione causarum remotarum rei cognoscẽdæ perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum causarum remotarum secundum ordinem, donec perueniat ad causas propinquas: in quo quidem videtur intelligere, quòd ad perfectam cognitionem rei oportet cognoscere omnes eius causas &c.

CONCLVSIO.

Ad perfectam simpliciter cognitionem rei, oportet omnes eius causas cognoscere, quas apta nata est habere, non autem ad cognitionem perfectam in genere de omnibus causis solicitum esse necessarium est.

Tex. c.2.5. AD euidentiam quæstionis est intelligendum, ꝙ perfectum dr̃ dupliciter, vt habetur. 5. Meta. c. de perfecto. vno modo dr̃ perfectum simpliciter, alio modo dr̃ perfectum in genere. Et sic applicando ad propositum dr̃, ꝙ scientia perfecta dicitur dupliciter. vno modo perfecta simpliciter, alio modo perfecta in genere. Scientia simpliciter perScientia perfecta dr̃ dupliciter scilicet simpliciter & in genere. fecta de aliqua re est illa, per quam res cognoscitur secundum omnem rationem considerandi per se, secundum quã potest considerari. vt, si cognoscatur animal secundum omnem modum essendi per se sibi cõuenientem, & secundum rationem essentialem, scilicet inquantum animal, & inquantum corpus animatum, & inquantum substantia, & quo ad omnes per se passiones sibi conuenientes, secundum omnes istas rationes seu modos. Scientia autem perfecta in genere est illa, qua cognoscitur res secundum aliquam determinatam rationem, & quantum ad ea, quæ conueniunt proprie ei, vt tale ens solum, vt, si cognoscatur animal solum ꝙ animal, & quo ad per se, accidens ipsius animalis vt animal est, similiter & in alijs.

Tunc dico duo ad quæstionem. Primo dico, ꝙ ad perfectam scientiam simpliciter alicuius rei oporter cognoscere omnes eius causas. secundo dico, quòd ad scientiam perfectam in genere, non oportet cognoscere omnes causas ipsius rei cognoscendæ. Primum ostenditur sic. ad scientiam rei causatæ simpliciter perfectam, oportet cognoscere omnia illa, ex quibus res dependet quantum ad esse tuum dico per se, sed res causata dependet ab omnibus suis causis: quare &c. Maior propositio nota est. nam eadem sunt principia esse & cognitionis naturæ, vt habetur ex 2. Meta. & hoc Tex. c.16. est rationabile. nam res cognita est causa cognitionis suæ apud humanum intellectum, vt patet ex 3. de Anima, & 2a. Tex. c.12. Comm.5. Meta. & Comment. vnde quæcunque sunt principia per se ipsius rei, quantum ad suũ esse simpliciter, debent esse principia cognitionis naturæ ipsius. Minor est euidens, constat enim quòd res causata dependet in suo esse ab omnibus per se causis & principijs. quare &c. hoc etiam ostenditur ex alio nam ad perfectam cognitionem siue scientiam de re oportet absolui omnes quæstiones, quæ fiunt de ipsa, ita ꝙ amplius non dubitemus de ipsa re propter quid & hoc est manifestum. nam quandiu contingit dubitare propter quid de aliquo, non habetur perfecta cognitio de ipso, sed non possunt solui & determinari omnes quæstiones propter quid de aliquo scibili causato, nisi cognoscantur omnes causæ ipsius: ergo &c. Secũdum declaratur. quia ad cognitionem alicuius rei sub aliqua determinata ratione sufficit cognoscere causas proprias illius sub aliqua ratione: cognitio autem scientifica habetur per propriam causam: sed non omnes ipsius rei causæ sunt causæ propriæ eius secundum aliquam rationem terminatam. vt corpora cœlestia & primus motor nõ sunt causæ propriæ ipsius animalis, vt animal est, nec prima materia est eius causa propria, vt animal est, similiter autem & in alijs. quare &c Sed contra primam con- Argu.1. clusionem esset dubitari. quia, si ad perfectam scientia substantiæ naturalis oportet cognoscere omnes eius causas, tunc eius definitio erit per additamentum: quod patet esse falsum ex 7. Meta. & probatur consequẽtia. quia secundum Tex. c.15. hoc, cum cognitio perfecta non sit sine definitione perfecta, oportet in definitione substantiæ naturalis ponere omnes eius causas, & per consequens eius causam finalem: modo causa finalis eius est operatio. vt patet in 2. Cęli & Mun. Tex. c.64. & in 2. Ethic. operatio autem rei est accidens eius: ergo in definitione substantiæ naturalis ponetur accidens, & per consequens est definitio per additamentum, cum accidens sit extra genus substantiæ, vt patet in 7 Meta Item dubitatur ex alio. quia non est aliqua scientia, in qua terminatur cognitio omnium causarum alicuius rei naturalis, sicut patet inducendo in omnibus partibus Philolophiæ. non. n. in Meta. docentur omnes causæ animalis, vel plantæ, vt patet scientibus eam, nec similiter in Scientia Naturali. ibi. n. non declarantur substantiæ separatæ, quæ tamen sunt principia omnium naturalium. ab ipso. n. primo motore dependet cœlum & tota natura, vt dicit Arist. 12. Meta. quare inconTex. c.38. ueniens videtur, ꝙ ad cognitionẽ perfectam simpliciter alicuius rei causatæ, oportet cognoscere omnes causas eius.

Tex. c.2. Argu.2.

Ad primum istorum potest dici, ꝙ duplex est definitio, Ad primũ. scilicet logica, & ista est definitio substantiæ, & non est per additamentum, & hic Aristot. intellexit. talis. n. definitio est per genus & differẽtiam, & hæc sunt de essentia speciei definitæ. alia est definitio realis, & naturalis, & hæc bene est per additamentum. Sed hæc solutio non placet alijs, quia Definitio duplex. bene posset dici quod definitio accidentis nõ esset per additamentum, cum posset definiri per genus & differentiam, quæ sunt de essentia eius. & sic non esset in hoc differentia inter substantiam & accidens, quod est contra Arist.

Alij dicunt aliter, concedendo, quòd in definitione substantiæ naturalis bene poni debet finis ipsius, scilicet operatio eius, quæ est eius accidens, sed nõ sequitur ex hoc, quod definitio sit per additamentum, cum in definitione ponitur aliquid quod est extra genus definiti, & ipsum definitum substitit in illo tanquam in tuo subiecto & fundamento. & hoc modo se habet substantia & accidens. Modo licet finis substantiæ naturalis, qui est operatio, quæ est eius accidens, sit extra essentiam & genus substantiæ, non tamen substantia substitit in illo tanquam in suo subiecto. & ideo non est definitio per additamẽtum. Aliter dicunt aliqui, & dicunt, quòd duplex est finis, scilicet finis quo, & finis gratia cuius: Tex. cõ.35. finis quo, & eius gratia. & hoc habetur in 2. de Anima. Finis gratia cuius est illud propter quod principaliter est res & operatur, & hoc modo Deus est finis omnium aliorum entium: finis autẽ quo est ipsa operatio propria, per quam adipiscitur finis gratia cuius, vt speculatio diuinæ quidditatis est finis quo ipsius hominis, similiter autem & in alijs suo modo. modo dicunt ipsi, quòd in perfecta & proprijssima definitione substantiæ naturalis ordinatæ in finem non ponitur finis quo, qui est accidentis eius, sed finis gratia cuius: & ita est substantia perfectior, gratia cuius est ipsa substantia definita: & ideo non valet dubitatio illa.

Ad aliam dicendum est breuiter, quod simpliciter per- Ad secũdam. fecta cognitio alicuius rei naturalis vel intentio non habetur

betur per vnam solam scientiam, seu per vnam solam partem philosophiæ. Sed, si habeatur simpliciter perfecta cognitio talis rei, hoc est per omnes causas scientias, vt per Naturalem cognoscentur causæ materiales & mouentes, per Diuinam autem cognoscentur formales & finales, vt dicit Commenta. 12. Meta.

RESPON. Ad rationes priores dicendum est. Ad primam, q̃ ad cognitionem perfectam definitiuam rei causatę oportet cognoscere omnes per se causas eius, eo q̃ definitio notificat esse rei etiam definitiæ perfecte. & tamen, si fit definitio imperfecte, potest accipere aliqua causam vel aliquas, & potest alias dimittere.

Ad secundam concedo consequens. & cum dicebatur, q̃ intellectus animæ nostræ &c. Dico breuiter, q̃ illud dictum notat difficultatem, & non impossibilitatem, vt exposuit Com. ibidem. Quomodo autem intellectus humanus deueniat ad cognoscendum suo stantiam separatam, debet inquiri ab alio a Meta. & 3. de Aoims.

Ad tertiam dicendum est, quòd Medicina est scientia perfecta non simpliciter, sed solum in genere, & ideo nec est contra dicta.

Mathematica habent oẽs causas. Ad quartam similiter de Mathematica dicendum est q̃ mathematica, vt dicit Com. non habent omnes causas, sed solum habent causam formalem. & ideo ad perfecta cognitionem de eis siue scientiam, sufficit cognoscere illam causam. quo autem illud sit verum quòd mathematica solum habẽt causam formalem, cuoi videantur habere subiectum, quod est eorum causa materialis in qua, & etiã causam finalem, scilicet ipsum primum, inquirat intelligeos intellectus. fortè Commentator intelligit, q̃ mathematica non habent nisi causam formalem, per quam procedunt demonstrationes mathematicæ. alias autem causas non omnino eis negaret.

Ad quintam similiter dicendum est, q̃ res diuinæ posteriores Deo, non habent causas agentes propriè, sm doctrinam Auer. in 12. Meta. & in 4. Cœli & Mundi, sed bene habent causas finales, & formales, & mouentes, quas consyderat Meta. vt vult Comm. primo huius, & ideo hic est intelligendum, q̃ cognitio perfecta requirit cognitionem omnium causarum, à quibus causatur illa res, ita quòd, si habet omnes causas, s. materiam, & formam, efficiẽtem, & finem, vt res naturales, oportet illas cognoscere. Si verò habent solum, vnam causam aut aliquas, tunc per illam aut per illas, habetur cognitio perfecta, sicut si haberet omnes, vt dicit Comment. super literam. quare non valet.

Comm. 51. Comm. 1. Comm. 2. Tex. c. 3.

Non tamen eadem sunt nobis nota & simpliciter.

QVAESTIO IIII.

An eadem notiora simpliciter sint, & quòd ad Nos.

Comm. 32. Comm. 1. Tex. c. 45. Tex. c. 2. Tex. c. 3.

On equenter quæritur, vtrum ea sint notiora simpliciter, & notiora quòd ad nos. Arguitur primo q̃ sic. quia, cui essent eadem simpliciter notiora, & quo ad nos, tunc aliquid esset otiosum in natura. hoc patet esse falsum in 8. Cœl. & Mun. a. Met. a Com. probatur consequentia. quia aliquid notius quo ad naturam est ordinatum ad hoc, vt fit simpliciter notius nobis. & sic, si nó esset nobis notius, tũc esset otiosum quòd ad hoc. nã otiosum est illud, qđ ordinatũ ad aliquem finem non attingit ipsum, vt patet in 2. huius. Item, secundo, illa sunt notiora quòd ad nos, a quibus noster intellectus maximè patitur, sed intellectus noster patiẽ maximè ab illis, quæ sunt notiora sm naturam, quare &c. Maior propositio nota est. quia nostrum intelligere vel est pati, vel aliquid consequens passionẽ, vt patet ea 3. de Anima: & ideo id vt maximè esse nobis notius, a quo maximè patitur intellectus noster. & probatur minor. nam intellectus noster patitur ab intelligibili, vt patet in 3. de Anima: ergo magis patitur a magis intelligibili, & maximè à maxime intelligibili. Nam si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime. 2. Topic. constat autem, q̃ quædam notissima sm naturam sunt maxime intelligibilia, sicut substantiæ immateriales, vt patet in 2. Meta. quare patitur noster intellectus maximè ab eis, & sic sequitur q̃ illa sint nobis notiora. Item tertio, illa, quæ sunt magis abstracta sunt notiora quo ad nos, sed notiora simpliciter sunt magis abstracta, ergo &c. Maior propositio patet. quia, pro tãto vniuersalia aliqua sunt magis nota quo ad nos, q̃a sunt magis abstracta, vt videtur. Minor apparet nam illa, quæ sunt ocissima sm naturam, sunt abstracta a motu, & a materia sensibili sicut Deus, & aliæ substantiæ separatæ, quare &c. Item quarto, illa, quæ nostro intellectui sunt magis similia, videntur esse notiora quo ad nos, cum intellectus cognoscat per assimilationem cognoscẽtis ad cognitum, vt patet in 3. de Anima. 5. & in 5. Ethic. sed notiora sm naturam sunt magis similia nostro intellectui. sicut enim oculus intellectus ei perpetuus & sine magnitudine corporali, sic illa, quæ sunt manifestissima sm naturam, sicut Deus & aliæ intelligentiæ. quare &c. Item quinto, si aliqua essent notiora quo ad naturam, & minus nota quo ad nos, hoc pro tanto videtur esse, quia essent magis entia & minus sensibilia, sed propter istã causam non est dicẽdum, q̃ aliqua sint notiora quo ad nos, & sint minus nota quo ad naturam. quare vt, q̃ nulla sint notiora sm naturã, quę sint minus nota quo ad nos. Maior videtur manifesta. nam pro alio non vitiatur q̃ aliquid fit minus notum, nisi quia est minus sensibile. minor declaratur, quia materia prima est minus ens, quam compositum ex materia & forma, sicut omnes cõcedunt. ergo, si propter illam causam esset aliquid notius simpliciter alio, s. quia esset verius ens quam illud, tunc materia prima non esset simpliciter & secundum naturam notior quàm compositum quod tamen videtur esse falsum. Nam causæ tanto notiores simpliciter, & secundum naturam ipsis causatis, ut vult Arist. in littera & similiter Comm. materia autem prima est causa compositi, ut omnes concludunt. quare &c.

Tex. c. 18.

Oppositum Atillo. vult in littera, ubi dicit sic, Non enim eadem nobis sunt nota, & simpliciter.

CONCLVSIO.

In Naturalibus & diuinis non sunt eadem nobis & simpliciter notiora, in mathematicis verò eadem nobis, & simpliciter notiora sunt.

Ad intellectum quæstionis est intelligendum, q̃ cognitio intellectiua humana dependet ea phantasmatibus humanis, ut patet ea. 3. de Anima. & ideo illa dicuntur notiora quòd ad nos, quæ sunt magis sensibilia & magis phantasibilia, & hoc signum est, quia homines vulgares, qui non sunt exercitati, non cognoscunt nisi sensibilia, ut in pluribus. Notiora autem simpliciter sunt illa quæ sunt prioris entitatis, eò q̃ unumquodq; est intelligibile sm q̃ ens, ut patet in 4. Meta. Et ista sunt dicta notiora naturæ, non quia natura ea cognoscat (multa. o. sunt naturæ quæ non cognoscunt.) Sed dicuntur notiora natura, quia, q̃um est ea sui natura, nota sunt & cognita prius, uel quia natura si cognosceret, primo cognosceret ea, sicut ut Comment. intelligere. Dicit. n. q̃ sicut causæ rerum artificialium sunt notiores artificiatis pro tanto, quia artifex facit rationes artificiales ex suis causis, sic causæ rerũ naturalium sunt notiores apud naturam, quia natura facit cuposita ea suis causis: ideo, si cognosceret, prius cognosceret eas q̃ composita. & nihil prohibet conditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile, ut Com. accipit in 8. Physi. & hæc conditionalis, si natura cognosceret, prius cognosceret causas quam composita ea causis: non posset esse vera, nisi causæ essent notiores apud naturam. & hic fortasse Commen. intelligit.

Tex. c. 30. Tex. c. 16. Comm. 79.

Prima conclusio.

Tunc dicenda sunt ad quæstionem tria. & Primo dicendum est, q̃ in rebus naturalibus nõ sunt eadem notiora nobis & simpliciter notiora. quod probatur hic. Illa sunt notiora simpliciter & apud naturam, quæ natura cognosceret prius, si ipsa cognosceret: hoc est euidens ex dictis, sed causæ & principia rerum naturalium sunt huiusmodi, q̃ natura prius cognosceret ea quàm composita, si ipsa cognosceret, cum natura faciat compositionem ex suis causis, ut artifex facit artificialia: ergo causæ & principia rerum naturalium sunt notiora apud naturam, sed constat q̃ huiusmodi causæ non sunt nobis prius notæ. nam effectus ipsarum rerum naturalium, s. motus, & operationes, & qualitates sensibiles suot prius sensibiles & cognitabiles quã ipsa principia intrinseca substantiarum naturalium, ut cuilibet est manifestũ. ideo sunt nobis notiores, unde & motus & qualitates entium sunt principia doctrinæ in Naturali Philosophia,

Com. 8. ſophia, vt vult Com. in iſto primo. quæ ſe &c. Item, illa, quæ ſunt ſimpliciter notiora, ſunt prius entia, vt patet ex dictis: ſed in naturalibus illa, quæ ſunt nobis notiora, nō ſunt prius entia. Cauſæ.n.& principia per ſe tetum naturalium ſunt priores ipſis entibus compoſitis naturalibus, & eorum accidentibus; ipſa autem accidentia ſenſibilia ſunt notiora quo ad nos, vt manifeſtum eſt vnicuique intelligenti. quare

Cōcluſio ſecunda. &c. Secundo eſt dicendum, q̄ in demonſtrationibus mathematicis eadem ſunt notiora ſimpliciter & quo ad nos nam in quibuſcunq; cauſæ ſunt notiores quo ad nos, in talibus ſunt eadem notiora ſimpliciter & quo ad nos. conſtat autē, q̄ cauſæ ſunt ſimpliciter notiores ſuis cauſatis: ſed in Mathematica cauſæ demonſtratiuæ ſunt nobis notiores ſuis paſſionibus, vel concluſionibus demōſtratiuis, vt dicit hic Com. & patet ſcienti demōſtrationes mathematicas & ideo

Com. 16. Concluſio tertia. dicit Com. in 2. Meta. demonſtrationes mathematicæ ſunt in primo gradu certitudinis. quare &c. Tertio dicendū eſt, q̄ in rebus diuinis non ſunt eadē ſimpliciter notiora & quo ad nos: quia in quocunq; genere, effectus, & ea, quę ſunt poſteriora entitatis, ſunt notiora quo ad nos, & ea quæ ſunt principia & prioris entitatis ſunt notiora ſimpliciter, in illo genere entium non ſunt eadē notiora nobis & notiora ſimpliciter, vt patet ex dictis: ſed in rebus diuinis. l. ad vnam ſcientiā pertinentibus, vt ad Meta. effectus ſunt nobis notiores q̄ cauſæ: quia effectus ſunt ſimpliciter poſteriores, & notiora quo ad naturam ſunt principia & cauſæ, quæ ſunt priora ſimpliciter. Nā ea, quæ ſunt nobis notiora, in Meta. quo ad principalem eius partem, ſunt motus & tempus, & numerus motuum cœleſtium: & ex iſtis inquiruntur principia abſtracta eſſe, & numerus eorum: ipſa autē principia abſtracta ſine dubio ſunt notiora ſimpliciter, & ideo dicit

Tex. c. 8. eſt Ariſt. manifeſtiſsima in natura in 2. Meta. quare &c.

RESPON. AD primam rationem neganda eſt cōſequentia & ad illud, quod accipitur in probatione, q̄ aliqua ſunt notiora ſimpliciter &c. Dicendum eſt, q̄ falſum eſt; ſed bene ordinatur adhoc q̄ ſit notius alicui alteri cognoſcenti: modo diceret aliquis, q̄ licet hæc notiora ſimpliciter, non ſint notiora quo ad nos, tñ bene ſunt notiora alicui alteri cognoſcenti. Vel dicendum, q̄ aliqua eſſe notiora ſimpliciter non eſt finaliter pp hoc, vt ſit nobis notius, ſed vt per ipſum habeatur à nobis cognitio perfecta de eo, quod eſt minus notum ſm naturam & hoc bene eſt verum. Nam hæ cauſæ rerum naturalium nō ſuot nobis notiores, ita q̄ prius fiat in intellectu noſtro cognitio earum quàm aliarum. tñ perfecta & completa cognitio ipſarum rerum naturalium cauſatarum non poteſt haberi ſine cognitione ipſarum cauſarum, vt videtur velle Ariſt. in litera. quare non valet.

Ad ſecundam, cum dicebatur, illa, a quibus maxime patitur intellectus &c. conceditur intelligendo ſic, à quo prius recipit intellectus. & eum dī, q̄ intellectus maxime recipit à maxime intelligibili, dico, q̄ non eſt verum ſic intelligendo, q̄ prius ab ipſis recipiat, & cum probatur, quia intellectus recipit ab intelligibili phantaſiato vel cogitato, & ideo prius recipit ab intelligibili prius phantaſiato, & maxime ab intelligibili maxime phantaſiato recipit & patitur. modo, ipſa ſeparata non ſunt intelligibilia prius phātaſiata ſeu cogitata, ſed magis intelligibilia corporea & ſenſibilia phāraſmata & ſimilitudines ſenſibilium. quare &c.

Abſtractio dupliciter. Ad tertiam eum dicitur, magis abſtracta &c. poteſt dici q̄ verum eſt de illis, quæ ſunt magis abſtracta abſtractioone à ſuppoſitis, vt animal eſt prius notum quo ad nos quam homo. ſimiliter autem & in alijs. Sed loquendo de abſtractione, quæ eſt realis ſeparatio à motu & à materia ſenſibili, nō oportet q̄ illud, quod eſt magis abſtractum, ſit prius nobis notum, imo ad talia abſtracta quodammodo ſe habet intellectus anima noſtræ, ſicut oculus nycticoracis ad lumen ſolis, vt dicit Ariſtot. in ſecuodo Meta. & ideo ratio æquiuocat de abſtractione.

Tex. c. 8. Ad quartam, cum dicitur, illa, quę ſunt magis ſimilia &c. q̄ verum eſt loquēdo de ſimilitudine ſpirituali, quæ eſt per ſpeciem receptam, ſed de ſimilitudine reali non oportet. Non enim cognitio fit per ſimilitudinem, ita q̄ res cognita ſit actu in potentia cognoſcēte, vt probatum eſt Primo de Anima. & in tertio. & hoc modo intellectus poſsibilis eſt in

Similitudo duplex. Tex. c. 25. Tex. c. 18. potentia omnia fieri. ſ. modo ſimilitudinis & receptionis, vt exponit ibi Comm. nunc intellectus humanus, quamuis forte ſit ſimilior ſecundum realem conuenientiam cū ipſis principijs abſtractis, quàm cum rebus corporalibus, non tamen aſſimilatur eis ſecūdum ſpeciem receptam, imo prius recipit ſpeciem à rebus phantaſiatis vel cogitis: ideo dicit Commē. in 3. de Anima, ſpecies quidem igitur talium in Comm. 35. phantaſmatibus intelligit. quare &c.

Ad quintam, cum dicebatur, ſi aliqua eſſent, &c aliqui concedunt & ponunt iſtam cauſam, quare aliqua ſunt notiora ſm naturam. ſ. quia plus habent entitatis: & hoc modo ſcripſit Sanctus Thomas in expoſitione huius loci. Sed iſtud non videtur bene tutum propter rationem illa de materia: nam ſecundum hoc materia non eſſet notior ſm naturam quam compoſitum eo q̄ ipſa nō habet plus entitatis, cum ſit ens in puta potentia. vt patet in Primo huius, cum Tex. c. 79. poſitum verò eſt ens actu. Et aliqui cōcedunt illud. l. quòd materia nullo modo eſt notior compoſito & cum dicitur, q̄ cauſæ ſunt notiores cauſatis, ipſi dicunt, q̄ hoc habet veritatē in alijs à materia, eo q̄ ipſæ ſunt actus, vel ſunt entia in actu. Alij verò dicunt, q̄ materia non habet plus de entitate actuali quàm compoſitum, ipſa tamen habet plus de entitate potentiali: ideo ipſa eſt notior quo ad naturam quàm ipſum compoſitum. compoſitum enim non eſt in potentia ad eſſe ſimpliciter, niſi tatione materiæ. Materia: quo plus habet de entitate potentiali quàm compoſitum.

Aliter poſſet dici, q̄ licet illa, quæ plus habent de entitate. i. quæ ſunt poſteriotis entitatis, non ſunt notiora ſimpliciter, tñ plus habere de entitate non eſt vniuerſaliter rō huius, q̄ eſt eſſe ſimpliciter notius, ſed eſſe ptioris entitatis eſt ratio cōis, qua aliquid eſt notius apud naturam. modo licet materia non habeat ſimpliciter plus de entitate q̄ compoſitum, ipſa tñ eſt pitoris entitatis q̄ compoſitum, prioris dico via generationis. potentia.n. præcedit actum in eodem otdine generationis, vt patet Nooo Meta. & hoc ſufficit. Ratio eſſe di aliquid notius. Tex. c. 20.

Sunt autem primum nobis manifeſta & certa confuſa magis, poſterius autem fiunt ex his nota elementa & principia nobis diuidentibus hæc. Tex. c. 3.

QVAESTIO V.

An vniuerſalia Notiora quo ad nos ſint ipſis Singularib⁹.

QVOſequenter quæritur, vtrum vniuerſalia ſint notiora quò ad nos ipſis ſingularibus. Arguitur primo, q̄ non. quia in rebus naturalibus, illud, quod eſt notius aliquo ſm naturam, eſt notius eo quò ad nos, vt patet ex Prioribus, ſed vniuerſale eſt notius ſm naturam ſingulari. probo: quia illud, qđ eſt verius ens, eſt notiua quò ad naturam. ſed vniuerſale eſt verius ens ſingulari. Maior concedit ab omnibus, Minor probatur: quia vniuerſale eſt perpetuum, vt patet. 1. Poſte. & ſingulare naturale eſt corruptibile. perpetuum autem eſt prius & nobilius corruptibili, vt patet. 8. Phyſic. Item ſecundo, ſi vniuer- Tex. c. 75. ſale eſſet notius ſingulari quò ad oos, tunc idem eſſet notius & minus notum quò ad nos, qđ videtur impoſsibile. & probatur conſequentia: quia vniuerſale & ſuum ſingulare ſunt idem, ſicut cōiter tenetur. Item tertio, illud, quod habet eſſe in anima, non eſt notius quò ad nos eo, quod habet eſſe extra animā: ſed vniuerſale habet eſſe in anima, & ſingulare extra animam. Maior patet. nam entia animæ, & ipſa anima cognoſcuntur poſterius rebus extra animam: vt patet ex 3. de Anima. Minor patet in 7. Meta. & Comm. in 12. Comm. 4. Meta. dicit, q̄ vniuerſalia apud Ariſt. ſunt collecta per intellectum ex ſingularibus concipientem in eis vnam tantum ſimilitudinem, & facientem eam intentionem unam. Item quarto, definitum eſt notius quò ad nos definientibus ut dicit Philoſophus in litera. Sed ipſa diffinientia ſunt magis vniuerſalia, quàm definitum, ut patet in 2. Poſte. & ſpecialiter quantum ad genus, quod eſt vniuerſalius quàm ſpecies definita, ut manifeſtum eſt. Item quinto, partes alicuius totius ſunt minus notæ quo ad nos ipſo toto, ſicut vult Philoſophus in litera. & Commentator: ſed vniuerſalia ſunt minus notiora ſingularium partes. nam ipſa ſpecies, quæ eſt minus vniuerſalis, eſt compoſita ex genere & differentia. Item ſexto, difficillima ad cognoſcendum non ſunt notiora quo ad nos; ſed vniuerſalia non ſunt huiuſmodi: Maior eſt ooia

in 5.

Tex.com.1. in 5.Meta.c de principio.Minor apparet per Arist.in 2.Met.

Tex.com.2. Item septimo,illud,quod est propinquius ei, quod est minime notum quò ad nos,videtur esse minus notũ quò ad nos: quia semper propinquius maxime tali est magis tale.sed vniuersale est propinquius minime noto quò ad nos vel maxime ignoto s.materiæ primæ.quæ videtur esse maxime ignota, quo ad nos quare &c. Item Octauo arguitur auctoritate Arist.in 1 Polle.vbi dicit, q̃ singularia sunt notiora quo ad nos ipsis vniuersalibus. Item nono arguitur hic.si vniuersale esset nobis notius singulari, hoc esset pro tanto: quia totum sensibile indiuiduum esset notius quantum ad sensum quàm sua paries: illam propositionem ponit Com.in cõmento in his verbis: Causa in eo quod principium doctrinæ de rebus vniuersalibus est qm vniuersum demõstratum notius est apud sensum quam eius partes. & idem ipse dicit in pluribus alijs locis istius prologi. Sed ista non potest esse causa,quare vniuersale est notius quo ad nos quàm singulare, oporteret.n.assignare in quo genere causalitatis esset huiusmodi notioritas ad illam: quod est impossibile.

Oppositum Arguitur auctoritate Aristl.& Commen.qui volunt, q̃ vniuersalia sint notiora quo ad nos ipsis singularibus. & concludunt, q̃ cum nati simus procedere à nobis notioribus ad ea quę sunt minus nota nobis,oportet ex vniuersalibus ad singularia peruenire.

CONCLVSIO.

Vniuersalia Intentionalia non sunt nobis priora ac notiora ipsis singularibus, quorum sensitiua cognitio prior est vniuersalis cognitione intellectiua,quæ tamen prior est cognitione singularis, id est minus vniuersalis.

Singulare dicitur dupliciter.

AD quæstionis solutionem sunt præintelligenda aliqua. Primum est intelligendum, q̃ singulare, quantum ad propositum spectat, dicitur dupliciter. vno modo dicitur singulare simpliciter, alio modo dicitur singulare in respectu. Et hanc distinctionem innuit Com.Singulare simpliciter est individuum & vnum numero,quod non prædicatur de pluribus per se, vt Sor.& Plato, & similia. Singulare in respectu est illud,quod est minus vniuersale & minus commune quam alterum: & hoc modo species specialissima dicitur singularis respectu generis, quia est minus communis ipso genere.vnde Commẽ.ibi dicit q̃ Arist.intendit ibi per singularia species vltimas. Et vlterius considerandum est, q̃ in homine est duplex cognitio.s.sensitiua & intellectiua.& istæ duæ cognitiones conueniunt in hoc, q̃ vtraq; fit per speciem receptam à re cognita,quę species repræsentat rem cognitam. differunt autem in hoc: quia cognitio sensitiua est in organo corporeo,& fit per speciem, quæ ita repræsentat vnum singulare q̃ nõ alterum, cognitio autem intellectiua est vniuersalis, & non est in organo corporeo, & fit per speciem,quæ repræsentat quidditatẽ rei,non præcisè vnum individuum quidditatis,qualiter autem intellectus abstractus à materia potest intelligere individuũ materiale,vt hunc hominem,ad præsens non determino. Vltc rius considerandum est q̃ vniuersale potest accipi dupliciter,vt communiter dicitur in Logica, & in 7.Meta.vno modo potest accipi pro re q̃ denominatur vniuersalis, & istud vniuersale est res quæcunque, cui per naturam suam nõ repugnat esse in pluribus. alio modo sumitur vniuersale pro intentione, qua aliquid formaliter denominatur vniuersale,& illo modo vniuersale est conceptus intellectualis, quẽ habet intellectus de tali re,quæ est apta nata,vel cui non repugnat esse in pluribus. Dicunt tamẽ aliqui q̃ ad rationem formalem vniuersalis pro intentione non sufficit q̃ sit conceptus intellectualis, sed requiritur respectus ad plura superadditus, de hoc autem non est ad præsens diffinguendum. Vlterius accipio q̃ vniuersale esse notius singulari nihil aliud est,quam cognitionem vniuersalis esse prius intellectu cognitione singularis. vt animal esse notius homine, nihil est aliud, quã cognitionem animalis præcedere in intellectu cognitionem hominis. similiter autem & in alijs. His visis possumus dicere ad quæstionem tria. Primo quòd vniuersale, quod est intentio, non est prius notum quo ad nos quam res singularis. Et statim probatur.quia res, quæ sunt in alia intellectiua, non sunt notiores quo ad nos ipsis rebus sensibilibus existentibus extra animã.hoc videtur habere ca 3. de Anima. sed vniuersale pro intentione est res

Cognitio est in homine duplex.

Vniuersale dupliciter. Quid sit.

Vniuersale esse notius singulari.

Conclusio prima.

existens in anima intellectiua, vt patet ex dictis: est.n conceptus intellectualis & vniuersalis cum respectu ad plura superadditus.quare &c. Maior apparet, licet n.res,quæ est in rerum.s.species rei sensibilis, & ipsa sensatio nõ sunt prius cognitæ ad sensum quam ipsæ res existentes extra animam, vt manifestum est cuilibet intelligenti. (Non.n vltus prius videt speciem ipsius coloris, aut visionem ipsius coloris q̃ ipsum colorem. similiter autem & in alijs.) Sic videtur q̃ res existentes apud intellectum.s.species rerum intelligibilium,non sunt prius notæ intellectui quàm ipsæ res,& ideo apparet minor.& minor est euidẽs: quia vniuersale per intentionẽ est ipsa rei intellectio cum respectu ad plura superaddito,vel saltem ipsa sola rei intellectio,vt omnes confitentur,quare &c. Secundo dico, q̃ cognitio intellectiua magis vniuersalis, prior est in intellectu nostro cognitione minus vniuersalis. & hoc dico ordine generationis. qđ sic probatur.illud,quod ducitur de potentia ad actum per medium,prius peruenit ad medium,q̃ ad extremum: dummodo illud medium sit dispositum ad extremum, vt patet 4. Meta.medium.n.est,id quod prius transmutat transmutas: sed intellectus ducitur de potentia pura ad cognitionẽ minus vniuersalis tanquam ad quendam actum completum, & ipsa cognitio intellectiua magis vniuersalis est quid medium inter potentiam puram ipsius intellectus & actum illum.nam cognitio vniuersalis est quidã actus respectu potentiæ intellectiuę,& est quid potẽtiale & imperfectum respectu cognitionis magis determinatæ. Vnde Commentator dicit. 12.Meta.q̃ scire aliquid in vniuersali est scire ipsum in potentia.vt cognitio intellectiua animalis,ẽm q̃ animal, potentialis est.i.imperfecta respectu cognitionis hominis ẽm q̃ homo: similiter autẽ & in alijs quare &c. Sed aliquis cauillaret contra istam rationem:quia ẽm hoc conceptus primæ materiæ deberet prior esse q̃ conceptus vniuersalis substantię compositæ,eo q̃ ille conceptus est imperfectus,sed dicendum,q̃ non oportet illud quod transmutatur de extremo ad extremum puenire prius ad omnia media,vt dicit Com.Secundo de Anima.Nam conceptus materiæ primæ non est dispositio ad conceptum substantiæ cõpositæ,sicut conceptus magis vniuersalis est dispositio ad conceptum minus vniuersalis,& medium essentiale,sed accidentale recipiendi ipsum,vt habetur à Com.1.Meta.Notandum tamen circa hoc, q̃ licet cognitio intellectiua minus vniuersalis fit in intellectu posterior ordine generationis,in est prior via perfectionis. hoc.n.est quod dicit Arist. in 9 Meta.q̃ ea,quæ sunt posteriora generatione sunt priora perfectione. Tertio dico,quòd cognitio sensitiua singularis simpliciter est prior via generationis quàm cognitio vniuersalis intellectiua.quod patet: quia cognitio,quę dependet ab alia,est posterior ea, à qua dependet aliquo modo:sed cognitio intellectiua vniuersalis dependet à cognitione sensitiua singularis hominis. vt cognitio intellectiua hominis dependet ex cognitione sensitiua singularis hominis.vt patet ex 3.de Aia.vnde deficiente aliquo sensu à natiuitate,necesse est deficere scientiam de sensibili illius sensus.vt patet 1.Poller.vtrum autem omnis cognitio singularis simpliciter,vt Sortis, sit prior apud intellectum q̃ cognitio intellectiua vniuersalis, hoc est magnum dubiũ,& nolo ad præsens determinare de isto.Sed contra istam positionẽ inlurgunt dubitationes multæ. Prima est contra primã conclusionem.videtur.n.q̃ vniuersalia, quæ sunt intentiones, sint notiora quo ad nos ipsis rebus singularibus, quia effectus rerum naturalium sunt notiores quo ad nos suis causis,sed intentiones rerum naturalium,quę vocatur vniuersalia,sunt quidam effectus rerum naturalium,vt omnes cõcedunt.res.n.naturales intelligibiles faciunt suas intentiones in intellectu humano,saltem mediantibus phantasmatibus,& intellectu agente cooperante, vt ferè omnes concedunt.Vnde & Com.in 12.Meta.dicit,q̃ scientia nostra causatur a rebus: quare &c.Item,si vniuersalia,quę sunt intentiones, essent minus nota quò ad nos ipsis rebus singularibus,tunc deberent esse notiores ẽm naturam, & simpliciter: quemadmodum.n. illa, quæ sunt minus nota simpliciter & ẽm naturam,sunt notiora quo ad nos, & econuerso, videtur q̃ ea,quæ sunt minus nota quò ad nos, sint notiora simpliciter & quò ad naturã.& sic patet, q̃ huiusmodi vniuersalia

Tex.cõ. 27.

Comm.15.

Refutatio.

Tex.c. 15. Conclusio tertia.

T.cõ.30. Dubitatio prima. Ratio prima.

Comm.52. Ratio secũda.

uersalia essent notiora sm naturam quàm res ipsæ. hoc autem est falsum, vt vī, quia notiora apud naturam & simpliciter dicuntur illa, quæ habent plus entitatis, vt omnes concedunt. Istæ autem intentiones, quæ sunt intellectiones respectu substantiæ, nō videntur habere plus entitatis, nec esse priores entitatis, imo Aristo dicit, q animal vniuersale aut nihil est, aut posterius, vt pater in Proœmio de Anima, quare &c. Præterea. Si vniuersalia essent minus & posterius nota quo ad nos ipsis rebus, quarū sunt conceptus, tunc scientia, quæ traditur in Porphy. nō deberet prius doceri quàm scientia prædicamentorum Arist. aut q̄ Scientia Naturalis. docet n. illa scientia vniuersalia, quæ sunt intentiones, vt cōiter dicitur: doctrinæ autem principium dicitur esse à prius notis & cognitis nobis, eo q a talibus homo faciliter addiscit quare &c. Alia dubitatio est contra secundam cōclusionē. si. n. vniuersalius est notius quō ad nos minus vniuersali, vt animal homine, tunc ipsum minus vniuersale debet esse notius sm naturam & simpliciter. Nam ita videtur esse in rebus naturalibus, q nota minus nobis videntur esse nota magis sm naturā, & simpliciter, sed consequens est falsum, quia notius apud naturam est, quod habet plus entitatis, vel quod est priores entitatis, vt accepium est.

Tex. com. 8.

Ratio tertio.

Dubitatio secunda.

Ad primā rationem.

Ad primum possumus dicere, q effectus &c. verum est q effectus sensibiles respectu naturalium sunt nobis notiores ipsis substantijs & causis naturalibus: sed effectus nō sensibiles non oportet, nunc autem vniuersalia, quæ sunt intentiones, non sunt sensibiles. vt vult Philolophus. quare &c. Aliter dicerē aliquis, q verū est de effectibus naturalibus, qui remanent in ipsis rebus materialibus naturalibus, vt est motus & pluralitas eorum, & huiusmodi entia talia: sed intellectio rei naturalis non est remanens effectus in ipsa re intelligibili, sed recipitur in intellectu, quia est corporeus. quare &c. Ad aliud dicerer negando consequentiam. cum dicebatur, q ea, quæ sunt minus nota nobis, sunt notiora naturæ, verum est in rebus, quæ sunt extra animam, non autem in rebus, quæ sunt in anima est verum. nunc autem ipsa vniuersalia sunt res existentes in anima humana. quare &c. Aliter dicerent aliqui concedendo consequentiam & consequens. & cum dicebatur q intentiones, quæ sunt intellectiones respectu rerum naturalium, essent maioris entitatis quàm ipsæ res naturales: hoc dicunt esse verum laltem loquēdo de rebus materialibus. dicuot. o. q essentia in intellectu est longe nobilius q̄ esse artis extra animam. similiter autem & in alijs, de hoc autem ad præsens non determino.

Ad secundā rationem.

Ad aliud posset dici, q Porphy. non tradit in suo libro doctrinam & scientiam de vniuersalibus, quę sunt intentiones & intellectiones ipsarum rerum, sed de vniuersalibus pro rebus, quibus attribuuntur intentiones. nec est scientia realis, quia illa cognitio vniuersalium, quam ipse dat ibi, considerat propter ratioeinationis cognitionem vel instrumenti scicodi, quod est subiectum in logica, quod Arist. considerauit in prædicamentis de rebus prædicamentalibus, vt ex eorum cognitione inuarentur Logicus ad cognitionem suorom scibilium propriorum. Et, si quis vellet dicere, q Porphy. considerat & diffinit intentiones secundas in habitudine ad res, poterit dicere, q non prius docetur illa scientia de vniuersalibus, eo q ipsa fiot nobis notiora q̄ res: sed quia cognitio eorum sunt necessaria ad cognitionem & doctrinam prædicamentorum Arist. vt dicunt multi Logicorum. Credo tñ salua pace & reuerentia cuiuscunque, q nō satis rationabiliter est introductū legere lib. Porphy. ante lib. prædicamentorum Arist. imo Arist. tradidit in prædicamēris primam partem logicæ. Primam dico ordine doctrinæ rōnabilis. Er, si esset vna pars Logicæ distincta ab alijs, & prius esset docēda doctrina de quinq; vniuersalibus quàm de alijs rebus logicalibus, ipse Arist. bene sciuisset, & prius tradidisset eam, quia tñ sic consuetum est in istis temporibus, ideo prius legatur liber Porphyrij in nomine Domini. non. o. facile quæ ab antiquis cosuetudinibus comprehensa sunt sermonē trāsmutantur, vt Arist. docet in 2. Ethi.

Ad tertiam rōnem Porphyrius assignat scientiā de vniuersalibus pro tunc &c.

Sciētia prædicamentorum prior esset docenda quā vniuersalium.

Quæ cōsuetimus, sermone difficillime mutamus.

Ad secundā dubitationē

Ad aliam dubitationem poterit cōcedi consequens. Et cum dicebatur, q hoc est notius apud naturam &c. concedendum est aliquo modo, non autem simpliciter. & ita est in proposito. nam licet homo, quatorum ad luam substantiam, non sit nobilioris aut perfectioris entitatis q̄ animal, eo q vna & eadem est substātia hominis & animalis in homine. similiter autem & in alijs secundum eādem viam; tō homo, sm q stat sub apparenti, à quo sumitur proprius conceptus ipsius hominis, vt hō, est nobilioris entitatis q̄ animal, vt stat sub apparenti, à quo sumitur cōceptus animalis, vt animal est. Nam ratiocinari, à quo sumitur cōceptus hominis intellectualis, est nobilioris entitatis q̄ conceptus sentire, à quo sumitur conceptus animalis. Aliter dicerent aliqui, q homo, sm q homo, est nobilioris entitatis q̄ animal in hoc existens. dicunt. n. q alia est forma substantialis, per q̄ homo est homo, & per q̄ humo est animal, & sic de cæteris & semper forma inferior est nobilior & pfectior simpliciter forma superiori, sed de hoc inquiretur in quæstione sequenti.

Conceptus hominis est nobilior q̄ animalis.

RESPON.

AD rationes principales dicendum est. Ad primam concedendum est totum vtq; illuc, vbi dicitur, q vniuersale est nobilioris entitatis, illud. n. est negandum. Et, cum dicitur, q vniuersale est incorruptibile, & singulare est corruptibile. dicunt aliqui: q verum est de singulari simpliciter, saltem materiali. & de isto non loquitur Arist. sed singulare in respectu ita bene est incorruptibile, sicut ipsum vniuersale. Aliter dicunt alij, q ipsum vniuersale licet non sit per se corruptibile, ipsum tamen bene corrumpitur per accidens, i. ad corruptionē suorum singularium. destructis. n. primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum manere, vt dicit Arist. in prædicamentis. Et, cum dicitur, q incorruptibile est verioris entitatis quàm corruptibile. verum est de eo, quod est incorruptibile, sed de eo, quod est corruptibile per accidens, licet non sit corruptibile secundum se ipsum, nō oportet q sit simpliciter nobilius. quare. &c. Sed verum hoc sit verum, q vniuersale est corruptibile totum per accidens, bona difficultas est, & habet videri in 7. Meta.

Singulare ē incorruptibile. Vniuersale est corruptibile per accidens.

Impossibile est idem esse notius & ignotius.

Ad secundum dicendum, q idem esse notius, seu prius notum, & posterius notum eadem cognitioone, & sm eandem proprietatem est impossibile, sed diuersis cognitionibus & secundū diuersas proprietates non est inconueniens, nunc autem ipsa cognitio vniuersalium, quam ponimus priorē minus vniuersali, est alia à cognitione minus vniuersali. & ideo non valet ratio. Ad tertium solutum est per distinctionem positam in positione. Ad quartum, cum dicitur, definitum &c. possumus dicere q ea, quæ ponuntur in definitione, possunt accipi dupliciter. vno modo sm se & absolute, & sic sunt notiora quo ad nos ipsa specie definita, vt animal absolute est prius notum quo ad nos q̄ homo, similiter & in alijs. alio modo possunt considerari talia sm q sunt diffinientia ipsam speciem, & hoc modo species, quæ diffinitur, est notior quo ad nos quadam cognitione confusa, quā sint definientia ipsam speciem, huc ipsum hominem. Ad quintum cum dicitur, partes &c. conceditur, vt sunt partes: & cum dicitur, q minus vniuersale est totum respectu vniuersalioris. Dicitur, q verum est aliquo modo: & sub ista ratione ipsum vniuersalius. i. vt est pars minus vniuersalis. i. pars diffinitiua, est posterius, & minus notum, quo ad nos. Sed ipsum vniuersalius, sm q est totum, est oobis notius: & nihil prohibet minus vniuersale esse aliquo modo totum respectu vniuersalioris. i. totum diffinibile, & ipsum vniuersalius esse partem respectu minus vniuersalis, i. totum vniuersale. Qualiter autem ipsa species est composita ex genere & differentia videbitur postea. Ad sextum, cum dicitur, illa, quæ sunt difficilinora &c. conceditur. Et, cum dicitur, ista sunt difficiliora; dicunt aliqui, q Aristo. loquitur ibi de vniuersalioribus ea ualitare, sicut est Deus & aliæ substantiæ separatæ, ad quas intellectus animæ nostræ se habet &c. Sed nō sequitur de vniuersalibus sm prædicationem & de istis hic loquitur. Aliter potest dici, q vniuersalia possunt dupliciter cognosci. vno modo cognitioone confusa & imperfecta, & isto modo non sunt difficilli. ma ad cognoscendum ipsis singularibus. alio modo possunt cognosci cognitione perfecta & determinata, ita. i. q cognoscantur quantum ad coparationem ipsorum adinuicem in identitate, & diuersitate, & quantum ad prædicata demonstrabilia de eis, & sic sunt multum difficillima. nec isto modo cognitio eorum est necessario prior cognitione singularium. Vnde, quamuis facile sit cognoscere ens & vnum absolute & confuse, tamen difficile est certitudinaliter & complete cognoscere identitatem & diuersitatem entis ad vnum & è conuerso

Vniuersalia cognoscuntur dupliciter.

Magis vniuersale considerŕ dupliciter.

nerso similiter differentiam & identitatem ipsius entis, qđ est essentia ad ipsum esse, similiter & in alijs. Ad septimam cum dicit, illud quod est propinquius &c. Concedo quòd non est notius subtilia ratione, sub qua est propinquius minime noto. Et cum dr vniuersale &c. dico ꝙ ipsum magis vniuersale pòt dupliciter considerari. vno modo, ſm ꝙ est minus perfectum vniuersali, talem q̃tum ad apparentias sub quo intelligitur, & hoc modo non est prius notum. alio modo pòt considerari ipsum magis vniuersale, vt prius cognoscatur suis singularibus sensibilibus, & sic est notum prius quo ad nos, vt hoc sentire, vel sensus prius occurrit sensui q̃ hoc ratiocinatum, & sic prius fit intellectio animalis, quę sumitur à sensu. q̃ intellectio hois, quę sumitur à ratiocinando. similiter aût & in alijs suo modo. Ad auctoritatẽ Arist. patet ex prædictis. Ad aliam rõnem de illo dicto Cõm. quæ multos fecit dubitare & cogitare, & paucos aut nullos noluerepossisse illud dictum Cõm. ꝙ notioritas totius sensibilis apud sensum est ea notioritate totius vniuersalis apud intellectum. & sic hoc est causa, vt ipse dicit, quare in rebus naturalibus posteriora in esse sunt nobis notiora. hoc dicit in his verbis, & ꝙ vniuersum illud. s. totũ sensibile, de quo locutus fuerat, est notius apud sensum: causa est, quia vniuersalia intellecta sunt notiora apud intellectum q̃ suæ partes intellectæ, siue illæ partes sint species, siue causa. similiter ea in hoc est, ꝙ res posteriores in esse. s. accidentia, sunt notiora apud nos q̃ causæ: hoc autem dictum est q̃ mirabile & occultum. ꝙ enim aliquod totum sensibile sit prius notum apud sensum q̃ suæ partes, cuiusmodi causabilitatẽ habent super hoc, ꝙ cognitio intellectiua animalis præcedat cognitionem hominis, aut super hoc, ꝙ motus & pluralitas entium sint notiora quò ad nos ipsis subtilantijs naturalibus. dato. n. ꝙ sensus alicuius hominis nunq̃ cognouerit aliquod totum sensibile quantum ad eius partes seorsum & diuisim, tñ adhuc posset esse prius notus ipse motus, q̃ substantia naturalis. Forte dicendum, ꝙ non fuit intentio Auerrois illam notioritatẽ totius sensibilis apud sensum esse per se causam illius notioritatis totius vniuersalis, sed ꝙ ex huiusmodi similitudine. ſꝙ totum sensibile est notius sensui q̃ eius partes diuisim, nota fuit ista veritas, ꝙ vniuersale est prius nobis notum q̃ singulare, simuliter ex illo manifestum fuit illa veritas, ꝙ res posteriores in esse. s. accidentia, sunt nobis vel quo ad nos notiora q̃ causæ. possibile. n. est aliquid esse causam cognoscendi, qđ non est causa essendi simpliciter. vnde videmus, ꝙ Arist. cum diuisset vniuersale esse notius, declarauit hoc per similem in toto sensato, ita quòd illud fuit quodammodo medium ad probandum istam veritatem.

Ad octauũ. Ad nonum.

Totum notius quam suæ partes.

Dubitatio certia. Tex. c. 48.

Dubitaret adhuc aliquis contra tertiam conclusionem, propter vnum dictum Com. in Primo huius, versus finem illius capituli, omnes igitur contraria principia faciunt. Dicit. n. ibi Com. hæc verba, comparatio in comprehensibilia ab intellectu & à sensu non verificatur, nisi qñ accipitur in respectu comprehensionis cõis: eum igitur comprehensio intellectualis sit vniuersalis: & comprehensio sensus singularis simpliciter non sit aliqua comprehensio vniuersalis, vł ꝙ nulla sit comparatio, vt dicere quòd singulare simpliciter sit prius notũ cognitione sensitiua q̃ ipsum vniuersale sit omnium cognitione intellectiua. hæc in comparatione ponebatur in tertia conclusione. ergo male. Ad hoc posset dici, ꝙ comprehensioni sensitiuæ & intellectiuæ non sit aliqua cõis compręhensio vocabula, rñ bene pòt ea esse cõprehensio cõis analogica ad istas: dr. n. comprehensio ſm analogiam de comprehensione sensitiua, & de intellectiua, vt habet videri 3. de Anima. Si autem quæratur de qua prius dr comprehensio. Dicendum quòd ſm ordinem impositionis nominis, prius dr de sensitiua comprehẽsione eo quod illa notior est nobis, in tñ, quòd aliqui non cognoscant aliam cõprehentionem nisi sensitiuam, & quida aut quorum non ponunt dari am inter intellectum & sensum, vt patet in 2. de Anima. & hos sequebatur quida socionum meorum theologizans: qui frequenter dicebat sentelligere colorẽ per visum, & intelligere sonum per auditũ. Sed ſm ordinem naturæ res prius dr compręhensio de intellectiua, q̃ de sensitiua: quia compręhẽsio intellectiua est simpliciter nobilior sensitiua quia ad ea ordinatur sensitiua, dicente Themistio a. de Anima. quibuscunq; mortalibus natura tribuit intellectũ, eisdem dedit sensus intrinsecos & extrinsecos in ministerium rationis. s. intellectus. Aliter posset exponi illa auctoritas Cõm. vt sit propositio copulatiua talis comparatio inter comprehensibilia ab intellectu nõ verificatur nisi cum accipiuntur in respectu comprehensionis cõis: & hæc copulatiua est vera. & debet sic legi & intelligi prima pars cõ paratio inter comprehensibilia ab intellectu non verificatur nisi cum accipitur respectu comprehensionis cõis. ſ. intelligibilis. Nec esset dicere quòd comprehensibile intellectu sit notius sensui q̃ illud aliud. sed bene verum est dicere & proprie quòd hoc cõprehensibile ab intellectu notius est apud intellectum q̃ illud. Similiter aût secunda pars sic debet intelligi. comparatio inter cõprehensibilia à sensu non verificat nisi cũ accipitur respũ cõprehensionis cõis, ſ. sensitiuæ: * propriè opera dico, quia comparantur adinuicem diuersa comprehensibilia etiam à sensu. non. n. esset ita proprie dictum, hoc comprehensibile à sensu est notius apud intellectum q̃ illud, saltem non esset ita proprie dictũ; hoc cõprehensibile sensu est notius sentiri q̃ illud. Hanc autem auctoritatem & eius declarationem, quam posui, ideo hic vltimo induxi, quia nihil post considerationem algeriti auctoritatis occurrit, sed tu potes eam ponere tanquã dubitationem, & inde soluere modo prædicto quare &c.

Comparatio inter cõprehensibilia quo verificatur.

* Propriè.

QVAESTIO VI.

An species specialissima sit Primum Cognitum ab intellectu humano.

Scotus. Species specialissima ẽ primum cognitum ab intellectu.

Vidam Reuerẽd. Doctor & subtilis multum, posuit ꝙ cõceptus cõiuus speciei specialissimæ esset prius in intellectu q̃ cõceptus vniuersaliorũ. vt si quis bene dispositus ſm sensum sentat iduiduum albedinis, prius concipiet cõceptu cõiu to albedinem q̃ colorem, & q̃ qualitatem, similiter aũt & in alijs. Et hoc prouauit tribus rationibus. Prima est. agens naturale non impeditum appropinquatũ suo passiuo sufficienter disposito agit in ipsum ſm vltimum suæ potẽtiæ: ergo agit effectum perfectissimum in quantum potest. sed oia concurrentia ad illum actum intellectus sunt oẽs res naturales mediæ, quæ præcedunt oẽm actum voluntatis & nõ impediũt, vt patet, ergo producunt conceptum perfectissimum in quantũ possunt: ille autem non est nisi conceptus speciei specialissimæ. s. n. aliquis aliud, vt puta conceptus alicuius coloris, qui sit imperfectior q̃ species specialissimæ, sicut parata est imperfectior toto, sequitur ꝙ illa non possunt in cõceptum speciei, & ita nunq̃ causarent illum. Secundo dicit Auicen. Meta. c 3. Meta. est vltima ordine doctrinæ · ergo principia omnium aliarum scientiarum & termini illarum pòt concipi ante principia Meta. qđ non esset, si prius oporteret concipiens & huiusmodi alia. & sequeretur Meta. esse priorem ordine doctrinæ. Item sic, si oporteret præcedere conceptus vniuersaliores ante conceptum talis speciei, tunc sensu posito in actu de singulari & inouẽte sensum & intellectu soluto, oporteret magnum tempus ponere antequam conciperetur species illius singularis primo sensati, quia prius oporteret intelligere prædicata in quid cõia de illa specie ſm ordinem. ex hoc autem, vt dicit, patet causa quare intelligat intellectus prius vnũ intelligibile q̃ aliud, licet species plurium sint ei præsentes. hoc. n. non est a voluntate, cũ tunc haberet intellectus actum intelligendi, sed huius causa est, quia singulare vnius fortius mouet sensum q̃ singulare alterius: ita quòd primum cognitum ab intellectu cognitione confusa est species specialissima, cuius singulare efficacius mouet sensum primo, siue sit visibile siue audibile siue tangibile: quodcunque. n. indiuiduum prius mouet sensum, eius species prius est cognita cognitione confusa, vt ille dicit.

Ratio prima.

Ratio secũda.

Ratio tertia.

CONCLVSIO.

Facile sustineri potest conceptum speciei specialissimæ, non esse prius cognitum, sed aliquid vniuersalis, nec contra hoc aliquid demonstrari potest.

Reflexio rationũ Scoti contra ipsum.

Etsi quamuis illę rationes pulchræ sint & subtiles, tamen ne tentiam Aristotel. & communem doctrinam tenere possibile esset eas debilitare. Arguerent enim secundum primam rationem, quòd conceptus distinctus & distinctiuus

speciei

speciei specialissimæ, cuius individuum fortius monet sensum prior est in intellectu via generationis quàm conceptus confusus eiusdem speciei accipiendo propositiones illas eadem, agens naturale & esse conceptus distinctus speciei specialissimæ, cuius individuum prius monet sensum & fortius, est perfectissimus conceptus in quem possunt causæ naturales illæ. Individuum primo & fortius mouès sensum, tamen intellectu agere: quare prius producet intellectum distinctum illius speciei quam conceptum confusum, cuius oppositum vult ille homo, quia dicit q̃ totus ordo confuse cognoscẽdi prior est. Contra tertiam rationem sic oppono. Si conceptus confusus speciei specialissimæ esset prior via cognitionis in intellectu quam conceptus vniuersalis, tunc singulari mouẽte sensum in intellectu soluto oporteret magnum tẽpus ponere antequam conciperet genus generalissimum illius speciei & illius singularis: quia prius oporteret cognoscere prædicata cõmunia & prædicata mquid de illa specie ẽm ordinem vsq; quo perueniretur ad genus generalissimum hoc autem est inconueniens, vt patet cuilibet intelligenti. Nam quilibet exercitatus & habens sufficientem veritatem, statim sine magno tempore potest concipere genus generalissimum illius speciei, vt concepto homine statim sine longo tempore potest concipere ipsam substantiam. Sed quia contra arguere non est soluere, & si ad mille inconuenientia quis deducat, ideo dico aliter ad illas duas rationes. Ad primam dico, quòd singulari alicuius speciei mouente sensum in intellectu non impedito, intellectus non est sufficienter dispositus ad conceptum cõfusum speciei specialissimæ, nisi præcedentibus aliquo modo conceptibus vniuersalioribus: & ideo non fiet in intellectu cõceptus illius speciei confusæ, nisi aliquo modo præcedant omnes conceptus vniuersales prædicatorum in quid de illa specie, sicut albedine præsente aeri nunquã induceret suam speciem & intentionem in aere; nisi aer esset dispositus lumine & diaphanitate. similiter materia prima, si per possibile ponatur esse separata ab omni forma, & poneret posse recipere formã nisi ab aliquo agente naturali, nõ reciperet eam nisi præcedentibus formis elementorũ quocunq; modo.

Ad primam rationem.

Ad secundã rationem.

Ad aliam rationem dico, quòd Meta. propter hoc quòd est posterior ordine doctrinæ alijs scientijs, quia cõceptus vniuersales suorum scibilium sunt posteriores conceptibus specialissimorum cõsideratorum in alijs: posteriores dico via generationis. tales n conceptus simplices confusi non docentur, neq; per doctrinam acquirũntur: quia ẽm Linconiẽ. Poste propriè principium, non docetur nec addiscitur nisi illud quod cum primo concipitur apparet nobis dubiũ vel falsum. Illi autem conceptus incomplexi & confusi nec sunt dubij nec apparent falsi: ideo, cum tales non docentur ex ordine doctrinæ non est accipiendus ordo doctrinæ ipsius metaphysicæ ad alias scientias. Sed si quæras, quare ergo Meta posterior est ordine doctrinæ: hoc est pro tanto forte, quia complexa quæ in ea demonstrantur, sunt difficilia multum ad cognoscendum certo ordinaliter & vniuersaliter, vt patet de problematibus, quę disputãtur in ea. nihil n. prohibet ex aliquibus, cum concipiuntur conceptibus simplicibus formari quæstiones multum dubitabiles & difficiles ad soluendum, vt verum ens & vnum & esse sint eadem inter se & similia talia. Item posset dici, quòd Meta. est posterior ordine doctrinæ ratione illius, quod consideratur in vniuersalibus causaliter. sicut est Deus, & alia principia abstracta, quorum quidditas debet per Meta. cognosci. si autem doceretur posterius quæritur ad illam partem, in qua considerantur vniuersalia per se, hoc non est vtile, quia cognitio talium pertinet ad eandem partem philosophiæ, ad quam pertinens principia abstracta, de quibus est ibi intentio principalis. Concedendo tñ quòd cognitione distincta, prius cognoscuntur magis vniuersalia quam cognoscãtur minus vniuersalia cognitione distincta & perfecta. nonquam n haberetur perfecte conceptus distinctus hominis, nisi prius haberetur conceptus distinctus animalis, & sic de alijs superioribus quæ distinctè possunt concipi: ita quòd sicut cognitio confusa animalis præcedit cognitionem confusam hominis: ita cognitio distincta animalis aliquo modo præcedit cognitionem distinctam hominis. sicut para præcedit totum. cum n animal ponatur in diffinitione hominis, oportet q̃ in eius diffinitione ponatur diffinitio animalis, si debet perfecte & omnino explicite diffiniri. Sed, quia hoc scierunt pauci exercitati in Logica de hoc volui solicitari. hæc autem ad præsens sint dicta non reprobando doctrinam illius, cuius intellectum non attingo, sed ad veritatis plenoremq; inquisitionem, ad quã omnes homines habent desiderium naturale. Ad aliam rationem potest dici q̃ quantumcunq; conceptus vniuersalior confusus in intellectu prior via generationis, quàm conceptus confusus speciei specialissimæ ẽm intentionem Aristotelis. tamen non oportet magnum tempus apponere antequam cognoscatur suum genus: quia tales conceptus ordinati adinuicem non habẽt adinuicem tantam repugnantiam vel contrarietatem, quòd oporteret ad aductum vel receptionem vnius in aliquo magno tempore corrumpi alterum. & est similis argumentum, sicut si diceretur hic, si præsente albedine nunquam ageret suam intentionem in aere nisi oporteret aerem illuminari, tunc oporteret apponere magnum tempus antequam ipsa faceret intentionem in medio, hoc autẽ medium sequi non est verum: ideo nec illud sequitur. & cõfirmatio solutionis: est quia certum est q̃ tot media sunt inter conceptum confusum speciei specialissimæ & conceptum sui vniuersalissimum, quot sunt media inter conceptum vniuersalissimum & cõceptum speciei specialissimæ.

Ad tertiam rationem.

Necesse est igitur vnum esse principium aut plura. Simile, naturalis nõ hẽt loqui de principijs an sint etc. Tex. c. 6. Tex. c. 8.

QVÆSTIO VII.

An Naturalis, contra naturalia principia negantem, disputare possit.

CIRCA illud capitulum primo quæritur, verum Philosophus Naturalis possit disputare contra negantem principia naturalia. Arguitur primo quòd sic, quia sicut se habet Metaphysicus ad principia Metaphysicalia, sic se habet Naturalis ad principia naturalia. hoc patet per conuenientem similitudinem. sed Metaphysicus potest disputare contra negantem principia Metaphysicalia, vt patet in 4 Mete. quare &c. Item secundo, ad illum pertinet disputare, contra negantem principia naturalia, cuius ipsa principia naturalia sunt maxime propria. hoc videtur rationabile: sed ipsius Philosophi Naturalis principia naturalia sunt maxime propria, vt manifestum est. quare &c. Item certo, ille, qui potest disputare contra negantem ea: sed Naturalis Philosophus potest demõstrare principia naturalia: quare &c Maior patet: quia per eandem rationem, per quam ostenditur aliqua veritas, conuenit illi quærere huiusmodi veritatem, vt satis patet in 1. Poste. & mino: est coldens ex primo huius. Vbi Arist. demonstrat ipsam materiam primam, quæ est vnum principium rerum naturalium. quare &c. Item quarto arguitur auctoritate Aristotelis in isto primo lib. vbi ipse disputat contra Parmenidem & Melissum qui negauerunt principia rerum naturalium. tamen in illo lib. tradit Arist. primam partem Philosophiæ Naturalis. quare &c. Tex. c. 5. 2. Tex. c. 6.

Oppositum Arguitur auctoritate Arist. in litera vbi dicit. quòd naturalis non habet per se disputare contra negantem principia rerum naturalium. Idem vult Comm. & omnes exposituores Aristo. Et probatur ratione: quia sicut se habet geometria ad principia geometriæ sic se habet naturalis ad principia naturalia per conuenientem similitudinem: sed geometria non habet per se disputare contra negantem sua principia & propria, vt patet in primo Posteriorum. quare. &c.

CONCLVSIO.

Naturalem, per se reprobare negantem principia ad naturalem scientiam pertinentia, non oportet, verum contra negantes principia doctrinæ, & esse, vel esse, non autem doctrinæ, disputare potest.

AD quæstionem est intelligendum sicut cõmuniter dicitur, & accipitur à Comentatore in isto primo, Scientia Naturalis considerat principia sripliciter. 1. principia doctrinæ & non ipsius esse simpliciter: & principia esse nõ doctrinæ: & principia esse & doctrinæ. sunt autem principia doctrinæ & non esse ipsa accidentia per se respectu naturalium Comm. 1. Principia tripliciter considerantur in scientia Naturali.

An Totum distinguatur à suis partibus, vel cum illis idem sit.

Vertitur hic, vtrum totum sit idem cum sua parte vel diuersum. Arguitur primo q̄ nō sit idem cum sua parte: quia, si totum esset idem cū aliqua sui parte, tunc partes essent inter se eædem, q̄d est falsum. quia manus non est idem cum capite, necē conuerso. Consequentia declaratur: quia qua rōne totum esset idem cum aliqua vna sui parte eadem rōne esset idem cū alia: & sic esset idem cum oibus suis partibus, & è cōuerso omnes partes essent eadē ipsi toto. mō quæcunq; vni & eidē sunt eadē inter se sunt eadē: igitur partes erunt eædē inter se: q̄d est impossibile: quare &c. Itē sc̄do, si totū & pars essent idem, tunc quicquid conueniret toti, & parti cōueniret, saltem de partibus tealibus, sed consequens est falsum. rotū. n. oēs partes totius includit, & nulli partiū hoc cōpetit, q̄ includat oēs partes totius qa tūc esset æqualis toto. Itē tertio, si totū esset idē cū sua parte & è conuerso, tunc totū esset indiuisibile: q̄d est manifestū impossibile. Et probat consequē tiam sicut dicebatur, si totū est idem cū sua parte & è conuerso, eadem rōne cum alijs: & sic oēs partes essent eædem toti & per cōsequens erunt eædē inter se: quia quęcunq; vni & eidē &c. & sic vlterius sequitur, q̄ ipsum totū est indiuisibile: quia diuisio debet esse in diuersa. & iā ostensum est: q̄ partes erunt eædem & non diuersa &c. Item quarto, quod pōt separati ab aliquo non est idem cū eo, nec è conuerso: sed pars pōt separari à toto, vt manus à corpore. quare &c.

Oppositum arguitur: quia, si totum esset aliud à sua parte, tunc esset aliud à seipso: q̄d est impossibile. Probatur cōsequentia: quia, si totū est aliud à parte, similiter, pars erit aliud à toto: & qua rōne vna pars erit aliud à toto, eadem ratione oēs partes erunt aliæ à toto: sed, si oēs partes sunt aliud à toto, cum totum non sit aliud q̄ congregatio oium suarum partiū, sequitur, q̄ totum est aliud à seipso: quod falsum est & impossibile. & hanc rationem induxit Commen.

CONCLVSIO.

Totum per se & primo idem vel diuersum cum aliqua sui parte nequaquam est, ac per se, sed non primum idem vel diuersum esse potest.

Comm. 17. Totū idem esse cū suis partib⁹ quo modo intelligitur.

AD quæstionem dimissis opinionibus alijs, dico, q̄ totū esse idem cum sua parte vel ēt diuersum potest intelligi dupliciter. vno modo per se primo, alio modo per se non primo. Item posset accipi distinctio totius in totū essentiale, & vniuersale, & q̄titatiuum; & subdistingui totum quantitatiuum in totū continuum, & non continuum. sed causa breuitatis pertranseo: quia est idē iudicium de oibus quo ad cōnem propositā. Tunc dico breuiter quatuor. primo dico, q̄ totū non est idem cū sua parte per se & primo. sc̄do dico, q̄ totū non est diuersum ab aliqua sui parte simpliciter & primo. Tertio dico, q̄ totū est idem cū sua parte per se, sed non primo. quarto, q̄ totū est diuersum per se à parte sua & nō primo. Primū vnditur sic. quia, si totū esset idē ſm pliciter & primo cū sua parte, tunc quicquid includeret in parte. q̄d est manifestū esse falsum: & tunc totum non esset maius sua parte. consequentia de se patet. Et declaratur hæc ſm, quia illud, q̄d est de essentia alicuius & perfectione, nō est idem oino aliud ab eo: hoc est euidens. sed pars est de essentia & integritate totius, vt manifestum est, & hēc ra 5. Meta totū. n. non est perfectè totū, si habeat oēs partes suas per se. Tertiū declaratur sic. f. q̄ totū est idē cum sua parte per se & nō primo, quia illud, q̄d cōpetit alicui tōne alicuius luæ partis, & non ſm alias, debet et p se aliquo mō, licet non primo: & hoc hē 1. Poste. & 5. huius. sed ipsum totum comparatū ad aliq̄ suam partē determinatam est idē cum ea tōne vnius partis, & non rōne aliarum, quæcunq; pars determinata sumatur, ipsa est eadē sibiipsi & non alijs ergo & ipsum totum, q̄rum ad illam partē est idē illi parti, & nō quo ad alias: & sic per se & non primo. v. g sit vnū totum A B C: dico, q̄ hoc totum est idem per se cum A, non tā primo: habet. n. ipsum A in sua substatia & ideo est aliquo modo ei idē. sed contlat q̄ non est idem cum A rōne ipsius B, nec rōne ipsius C, quia nec B, nec C, est idem cum A. esset igitur solum idem cum ipso A, rōne ipsius A, q̄d est sibi idem. quare &c. Quartum declaratur sic: illud, q̄d est diuersum ab aliquo solum tōne vnius partis, licet non vnius partiū, est diuersum ab eo per se, & non primo; nunc ipsum totum comparatum ad aliq̄ lui partem est diuersum ab ea, non tōne oium suarum partium, nec ſm oēs lui partes: qa tunc illa pars esset aliud à seipsa quare &c. Maior patet, q̄d. n. competit alicui simpliciter per se primo, cōpetit cuilibet eius parti: vñ illud, quod solum est diuersum ab aliquo ſm aliq̄ sui partem, vel ſm aliquas, non est diuersum ab eo, vel aliud ab eo per se & primo: & minor est euidens: quare &c. Sed aliqui vlterius quærunt contra istud, cum totū sit diuersum a parte & è conuerso, an totū sit magis diuersum à parte, vel pars à toto, vel è conuerso. Posset rñderi sic breuiter: q̄ totum verius est aliud a parte q̄ è conuerso: quia ipsum totū includit aliquid aliud, q̄d pars non includit. vt totus hō includit aliquid, q̄ nō includit manus, sed pars nō includit aliquid qd non includatur à toto: qa quicquid est pars partis est pars totius, & non è conuerso. Et tnue dubitaret aliquis iumot, quia illud q̄d differt ab aliquo differte ab illo per aliquid, q̄d non sit in illo alio. vt, si hō differt ab asino, oportet q̄ differat per aliquid q̄d sit in hoīe, & non in asino, cum igitur pars ipsa nihil includat, q̄d non sit in toto, sequitur q̄ ipsa pars non differat à toto. Ad hoc possumus dicere, q̄ illa propositio, illud, per q̄d differt ab aliquo &c. vera est in illis quorum vnum differt ab altero primo & per se & è conuerso. sed vbi vnum differt ab altero per se & nō primo, non oportet: & sic est in ꝓposito, vt visum est. Aliter potest dici, q̄ ipsa pars bene includit aliquid, vel ipsamet est aliquid, q̄d non includitur in toto totaliter. i. quantū ad omnes partes totius. sicut hæc pars, caput, bene est aliquid, quod non includitur in homine q̄tum ad alias partes hominis ſm qnas homo differt à capite & è conuerso: tunc ad formam rationis, cum dicebatur, illud, quod differt ab aliquo includit aliquid, quod non includitur in illo alio. Verum est quod includitur in alio quātum ad ista pro quibus differt ab illo: sed non oportet q̄ includat aliquid, q̄d omnino nullo modo sit in illo alio: & ideo non valet ratio.

Dubitatio prima.

Dubitatio secunda.

RESPON.

AD rationes patet solutio ex dictis. primum. bene concludunt, q̄ totum non est idem penitus cum suis partibus, sed non conuincunt, quòd nullo modo sint idem.

Ad rationē in oppositum cum dicebatur, q̄, si vna pars differret à toto, q̄ similiter & oēs, Com dicit ad istam rationem, q̄ ibi est sophisma cōpositionis & diuisionis. q̄ sic intelligo: quia ista propositio, omnes partes sunt aliud a toto, potest intelligi dupliciter, vno modo, q̄ omnes partes seorsum & diuisim sunt aliud à toto, alio modo, q̄ omnes simul

mul acceptæ sunt aliud à toto, primo modo est verū. Nam sensus est. ꝙ quælibet pars seorsum & diuisim accepta est aliud à toto: & hoc est verum. nam manus seorsum accepta est aliud à toto hoīe: similiter & caput, & aliæ &c. sed si intelligatur secundo modo, sic est falsa.s. ꝙ omnes partes simul acceptę sint aliud à toto: sic.n.sequeretur omnino ꝙ totum esset aliud à seipso: & quia illa propositio.s. omnes partes sunt aliud à toto, quæ potest esse composita aut diuisa, est falsa in sensu composito, ideo potest ibi assignari specialiter fallacia compositionis: si autem acciperetur hæc propositio, totum nihil est aliud quam omnes suę partes cū prædicto, & cōcluderetur inde, ꝙ totum sit aliud à seipso, tunc posset ibi assignari fallacia diuisionis, siue sophisma diuisionis. Si.n.intelligeretur, ꝙ totum nihil aliud est quam omnes suæ partes diuisim sumptæ, falsa esset.&c, si intelligeretur, ꝙ totum nihil aliud est quam omnes suæ partes simul sumptæ, vel vnitæ, vera esset.& quia in sensu diuiso esset falsa, ideo quantum ad hoc potest ibi attendi fallacia diuisionis.ideo dixit Com.ꝙ ibi est sophisma compositionis & diuisionis. Vel potest dici, ꝙ ipse accipit & pro vel, ita ꝙ est ibi fallacia compositionis vel diuisionis. & hoc fortè esset melius: quia Cōm.non ponit in illo paralogismo istā maximam propositionem, quæ dicta est, s. totum aliud nihil est quàm omnes suæ partes, sed istam, totum nihil aliud est quā cōgregatio partium. & hoc non significat nisi vnum.s.ꝙ totum sit idem cum suis partibus omnibus simul sumptis & ideo solum videtur, ꝙ ibi sit fallacia compositionis ꝓpter multiplicitatem illius compositionis, quæ est ꝙ omnes partes sunt aliud à toto. ideo fortè melius est exponere Cōm. vt dictum est: ꝙ ipse intendit ibi esse fallaciam compositionis vel diuisionis, quia non fuit eſ curæ considerare, quæ istarum fallaciarum ibi committeretur, eo ꝙ hæc consideratio est logica, vel potest exponi Cōm. ꝙ non intendit ibi esse sophisma compositionis & sophisma diuisionis, sed intendit, ꝙ ibi est sophisma, i. fallacia, quæ requirit compositionem & diuisionem, & hoc est verum. nam vtraq; fallacia requirit compositionem & diuisionē, vt sciunt logici &c.

Tex. cō. 18. *At verò, si est indiuisibile, nullū erit quantū, neq; quale.*

QVAESTIO XI.

An indiuisibile Infinitum esse possit.

Hic quæruntur duo. Primo vtrum indiuisibile possit esse infinitum. Arguitur primo ꝙ sic: quod non habet principium nec finem est infinitum: hoc est euidens de se: sed indiuisibile non habet principium, nec finē, vt punctus,

Tex. c. 86. & vnitas. Item secundo primus motor est in-

Tex. c. 8. finitus, vt patet Octauo huius: sed primus motor est indiui-

Tex. c. 7. sibilis, vt demonstratum est ibidem: quare. Item tertio. materia prima est indiuisibilis: sed ipsa est infinita: quare &c. maior patet 7. Meta. vbi habetur, ꝙ materia prima nec est quid. nec quale, neq; quantum, neq; priuationes horum: & minor patet 2 Meta & Primo huius: quare &c.

Tex. c. 82. Oppositum Arguitur auctoritate Aristo. contra Parmenidem & Melissum.

CONCLVSIO.

Nullum indiuisibile, secundum extensionem, aut vigorem infinitum esse potest, sed secundum durationem, ac priuationem formalis ac specificæ determinationis.

Infinitū dicitur quadrupliciter. Intelligendum est, ꝙ infinitum dicitur quatuor modis. Primo modo dicitur infinitum secundum extensionem, & de isto loquitur hic Philosophus cum dicit, ꝙ ratio infiniti.s. quid nominis, congruit soli quātitati est.n. infinitum, sic dictum, ꝙ ipsum est quantum extensum sine terminis. Alio modo dicitur infinitum secundum durationem, s. ꝙ non habet finem nec principium suæ durationis. Alio modo dē infinitum secundum vigorem, i. secūdum qualitatem mouendi, l. quòd non habet aliquem determinatum vigorem ad aliquam determinatam velocitatem, sed quacūque velocitate data, potest causare maiorem, & hoc dicitur infiniti vigoris intensiue. Quarto modo dicitur infinitum per priuationem formalis & specificæ determinationis.

Conclusio prima. Tunc est dicendum ad quæstionem. Primo ꝙ indiuisibile non est infinitum primo modo: quia quod non est quantum non est infinitū illo modo. Illud n. infinitum est quantum extensum sine terminis, vt dicit Com. sed indiuisibile non est q̄tum hoc.n. esset implicare contradictionem: quia in diffinitione quanti ponitur diuisibile, vt in 5. Meta. & ma- Tex. c. 18.

Conclusio secunda. nifestū est: quare &c. Secundo dicendum est. ꝙ indiuisibile bene pōt esse infinitum sm̄ durationem. qa quilibet motor cęlestis est infinitus hoc modo, cū moueat motu ꝑpetuo, vt patet in Octauo huius, sed quilibet eorū est indiuisibilis cū sit sine magnitudine. vt ēt patet Octauo huius. motor.n. ma- Tex. cō. 79

gnitudine carens non pōt mouere per tp̄s infinitum, vt demonstratum est ibidem: quare &c. Tertio dico sm̄ rationem Tex. c. 79.

Conclusio tertia. Aristo. & Cōm. ꝙ indiuisibile non potest esse sm̄ vigorem, id est. sm̄ quantitatem mouendi: qđ sic probatur. Si enim aliquis motor esset infiniti vigoris simpliciter, tunc motus fieret in instanti: sed est impossibile. quare &c. impossibilitas consequentis est manifesta. motus n. proprie dictus non pōt fieri in instanti, vt patet in quarto huius, & sexto &

octauo. Et consequentia declaratur q̄tum ad propositum Tex. c. 83.

spectat. Nam, si esset motor vigoris infiniti & moueret, aut Tex. c. 56.

moueret in instāti, aut in tp̄e. si primo modo hr̄ propositū: Tex. c. 49.

si secundo mō hoc non pōt esse. quia in quocunq; tp̄e moueret, oporteret illud tp̄s habere determinatam proportionē ad tp̄s, in quo moueret aliqua virtus finitæ motionis: nunc, aūt proportio motus ad motum, q̄tum ad velocitatem, est sm̄ proportionem motoris ad motor. ergo ipsius motoris vigoris infiniti est aliqua ꝓportio ad aliquē motorē finitum: qđ est impossibile: quare &c. Multa aūt alia pertinent ad istam conclusionē, sed habet locum specialiter in Octauo huius, & in 12. Meta & ideo ad præsens pertranseo. Quarto

Conclusio quarta. dico, ꝙ indiuisibile.i. qđ ex se non habet diuisionem, nec diuisibilitatē immediate, bene est infinitum quarto modo: quia illud, qđ de se nullam formā substantialem sibi determinat, est infinitum per priuationē determinationis specificæ hæc manifesta est: quia determinatio specifica est à forma substantiali, quæ proprie est species. sed materia prima, quæ sic est indiuisibilis. i. quia de se & immediate nō est diuisibilis, nullam formam substantialem sibi determinat. quia, si sibi determinaret vnam, oēs aliæ sibi repugnarent, quod est falsum, imo est in potētia ad oēs. nec intelligo ipsam materiam primam esse infinitā per priuationem cuiuscunque determinationis formalis & specificę pro tāto, quia actu sic priuata & denudata omni determinatione specifica, quemadmodum oculus cæcus est priuatus omni visione: sed pro tanto, quia in essentia sua non includat aliquā determinationem specificam, sed ipsa est in potētia receptiua ad omnes,

Obiectio. vt apparebit clarius in sequentibus. Logici arguerent. Omne diuisibile est finitum: ergo omne indiuisibile est finitū: quia sicut oppositum in oppositum, & propositum in proposito. Dicendum, ꝙ tenet in prædicatis essentialibus, & sic est hic. quia finitum non est essentialiter idem diuisibili.

RESPON. Ad primum argm̄ dicendum, ꝙ ad esse infinitum secundum extensionem, non sufficit non habere principium magnitudinis, neq; finem, sed requiritur ꝙ sit quantum extensum sine terminis: indiuisibile aūt non est quantum extensum: hoc.n. esset dicere bracchas albas, caligas nigras. Ad secundum patet ex dictis. Et ad tertium similiter: quare &c.

QVAESTIO XII.

An ipsum Indiuisibile possit esse Quale.

Secundo quæritur circa illa particulam verū indiuisibile possit esse quale. Arguitur primo quod sic. quia, quod per naturam suam non determinat sibi vnum oppositorum, ei non repugnat reliquum: hæc est manifesta. sed indiuisibile per naturam suam sibi non determinat non quale. quia tunc non quale deberet poni in

Tex. c. 48. diffinitione indiuisibilis, quod non est. quare &c. Item secundo, quod est coniunctum qualitati est quale: sed indiuisibile est coniunctum qualitati: ergo est quale. Maior est manifesta, Minor apparet: quia punctus est coniunctus albedini & ē conuerso, vt puta punctus existens in superficie alba. punctus autem est indiuisibilis: quare &c. Item tertio intellectus humanus est indiuisibilis, 1. de Anima: sed ipse intellectus humanus est qualis: est enim sciens, & scientia est qualitas, vt patet in prædicamentis. quare &c.

CON-

CONCLVSIO.

Si ſi indiuiſibile per ſe ſubſiſtens.i.alteri nõ coniunctum, nulli ſenſibili qualitate, nec ſpecie quarta illius generis, affectum eſſe poſſit, ſed ſic indiuiſibile, primæ vel Secundæ ſpeciei qualitatibus quale eſſe contingat, Indiuiſibile tamen in quãtitate, ſumptum, id eſt alicui inhærens, quale eliquo modo eſſe non inconuenit.

Indiuiſibile eſt duplex. Tex. c.48.

AD quæſtionẽ eſt prænintelligendũ, q̃ duplex eſt indiuiſibile. Quoddam eſt p ſe ſubſiſtens, vt intellectus humanus, vt patet in 3.de Anima. & vnuerſaliter oĩs intellectus eſt indiuiſibilis, ſm quantitatẽ. aliud dr̃ eſſe indiuiſibile aliteri inhærens, ſicut punctus & vnitas. Itẽ conſidẽandum, q̃

Qualitas habet quatuor ſpecies

qualitas habet multas ſpecies, vt patet in p̃dicamentis. Prima ſpẽs eſt habitus & diſpoſitio. Secũda eſt naturalis potentia, & impotẽtia. tertia eſt paſſio & paſſibilis qualitas: & illa continet oĩs qualitates ſenſibiles. quarta eſt forma, & circa aliq̃d conſtans figura: & iſta continet oĩs qualitates immediate fundatas in q̃tate, quæ tm̃ non ſunt primo ſenſibiles, cuiuſmodi ſunt figuræ continuorũ, & totæ qualitates numerorũ, vt paritas & imparitas, quadratũ, ſolidum, & hmõi.

Contra primam.

Tooc dicendum eſt ad quẽſtionem primo, q̃ indiuiſibile per ſe ſubſiſtens, i.alteri non coniunctum vel vnitũ non poteſt eſſe quale aliqua qualitate ſenſibili. Et hoc probant aliqui ſic: quia quod eſt immobile non poteſt eſſe quale aliqua qualitate ſenſibili. ſed indiuiſibile per latus eſt immobile: quare &c. Maior patet. quia ſm qualitates ſenſibiles proprie ſunt motus, alterationis, vt ſm eandum, frigidum, necum, & humidum, & hmõi. ſicut patet in 2.de Genera. & 2.de Anima, & ſeptimo huius. Minor patet ex dicto huius. vbi demonſtratum eſt plane, q̃ omne, qđ mouetur eſt corpus. conſtat autem quindiuiſibile non eſt corpus: quia corpus eſt omniquaq; diuiſibile, vt dr̃.1.de Cęlo & Mun. quare &c. Aliter probat Ariſtin fine libri de Sęnſu & Senſato, q̃ oullum indiuiſibile eſt ſenſibile, nec per conſequens quale qualitate ſenſibili: quia, ſi aliquid omnino indiuiſibile eſſet ſenſibile, contingeret q̃ poſſet ſimul videri & non videri ab eodem viſu, i.ſi poneretur ſenſibile ſm viſum, eodem modo poterit deduci de alijs: ſed cõſequens eſt impoſsibile, qma contradictio non poteſt eſſe ſimul de eodem Probatur cõſequentia ſupponẽdo, q̃ ſit aliqua determinata diſtantia in qua tota poteſt videri quodlibet viſibile, & nõ vltra eam. & etiam eſt aliqua diſtantia à viſu, in qua tota nõ poſſet videri viſibile quodcunq; citra eam verſus viſum & poſt vltimum terminum illius diſtantiæ poteſt videre viſa præſente ea. & iſtæ duæ diſtantiæ copulatæ ſunt io termioo eõr, ita q̃ vltra illum termioum, viſibile non videbitur. & citra illum terminum vr̃. Sitgitur eſt aliquid omnino indiuiſibile, quod vt viſibile, ponatur illud io vltimo diſtantię, in qua põt videri, & illius in qua non põt videri, tunc illud viſibile, tõoe qua eſt in vltimo diſtantiæ in qua poterit videri, videbitur: & rõne, qua erit in vltimo diſtantiæ in qua tota non poterit videri, non videbitur. Vel aliter deducuot aliqui: q̃ rõne, qua erit in vltimo diſtantiæ, io qua ponebatur poſſe videri, & non erat in aliqua eius parte, iunc ſm hoc non videbitur, & rõne qua eſt vltra iſtam diſtantiã, in qua tota ponebatur nõ poſſe videri videbitur: quia, ſi non erat in aliqua parte illius diſtantiæ, in qua ponebatur non poſſe videri. Prima tm̃ deductio eſt ad intentionẽ. Arſt. tm̃ q̃ ipſe illud vltimum diſtantiæ in qua põt videri. & hoc eſt veram accedẽdo ab illa diſtantia, io qua non poterat videri ad ipſum viſum ſed procedendo à viſu ad diſtantiã io qua non põt videri, ſic poteſt dici vltimũ diſtantiæ, in qua põt videri: & ſic indubitanter ſimul videbitur & non videbitur: quod eſt impoſsibile. quare &c. Secuodo dico, q̃ indiuiſibile ſubſiſtens non põt eſſe quale, qualitate de quarta ſpecie; quia oĩs qualitas de quarta ſpecie fundatur in q̃tate, vt dicit Com. to ſeptimo huius. nunc aũt indiuiſibile non eſt q̃tum; quare &c. Tertio dico, q̃ indiuiſibile per ſe ſubſiſtens, i.alteri non inhærens, beno eſt quale qualitate de prima ſpecie qualitatis; quia illud, q̃ eſt habituatum habitu intellectuali, eſt ſic quale; & hoc patet in p̃dicamentis. ſed indiuiſibile ſm magnitudinem, i.intellectus humanus, eſt habituatus habitu intellectuali, ſ. ſapientia, & ſcientia, intellectu, prudẽtia, & arte, vt patet in 6. Ethi. Quarto ad præſens dico q̃ indiuiſibile non inhærẽs, ſ. intellectus humanus, poteſt eſſe qualis ſm ſecundam ſpeciẽ qualitatis, quæ eſt naturalis potentia receptiua, ſi n. intellectus poſsibilis non haberet potentiam recepta ſpecierum intelligibiliũ, non poſſet eas recipere; qđ eſt inconueniens. ergo oportet eõcedere ipſum habere potentiã receptiuam ſpeciei intelligibilis; quemadmodum materia prima habet potentiã receptiuam formæ ſubſtantialis. & hmõi potentia non poteſt eſſe idem eſſentialiter oĩno cum ſubſtantia intellectus poſsibilis; quemadmodum potentia materiæ non eſt idem eſſentialiter oĩno cum ſubſtantia materiæ, vt videbitur in conſequentibus. Vtrum aũt indiuiſibile per ſe ſubſiſteos aliud ab intellectu humano ſit quale ſm primam ſpeciem qualitatis, ſcilicet intelligentia mouens cœlum, de hoc non determino ad p̃ſens. tñ Com. in 12. Meta. dicit, q̃ quædam ſunt ſubſtantię ſine oĩ accidente, & per conſequẽs ſine qualitate & illæ non videtur eſſe aliæ niſi Intelligentiæ mouentes corpora cœleſtia. Sed de indiuiſibili inhærente alteri, ſ. de puncto & de vnitate, vtrum tale ſit aliquo modo quale, fortaſſe non eſt magnum inconueniens, q̃ hmõi indiuiſibile eſſet quale ſm accidens; quia quicquid talo informat ſuperficiem informat terminum eius, i.altẽ per accidens cum igitur albedo informet ſuperficiem & det ei eſſe quale. ſ. albũ; quare non informabit ex cõſequenti lineam & vlterius ipſum punctum? Nec iſtud eſt contra intentionẽ Arſt. hic inſiſtit. n. ei ducere Parmenidẽ & Meliſſum ad iſtud incõueniens, q̃, ſi totum ens eſſet vnũ indiuiſibile, nullũ eos per ſe ſubſiſteos eſſet quale qualitate ſenſibili: cuius oppoſitũ patet ad ſenſum. Si tñ videremus aliã demonſtrationem probãtem, q̃ nullo modo punctus ſit qualis nec per ſe nec per accidens, nec mediate nec immediate, non eeceulatẽ credere veritatẽ.

Punctum & vnitas ẽ non eſt inconueniens eſſe quala.

RESPON.

AD primam rationem dicendum q̃ indiuiſibile non determinat non quale modo prædicto. nec oportet q̃ ponatur in eius diffinitione; quia non eſt ſua eſſentia, nec pars ſuæ eſſentiæ. tñ non quale bene poſſet poni in deſcriptione ipſius indiuiſibilis, vt diceretur ſic, indiuiſib le eſt nõ quale illud, qđ non habet aliq̃ magnitudinem, nec qualitatẽ ſenſibilem. Ad aliod patet ex dictis. Ad quintũ ſimiliter cõceſſum eſt, q̃ intellectus humanus eſt qualis ſm primam ſpeciẽ qualitatis, quæ eſt habitus intellectualis. Et hoc dictum ſit ſecundum eõem doctrinam. qualiter aũt intellectus humanus indigeat habitu proprie dicto booo, pſecutatio eſt

QVAESTIO XIII.

An propoſitio hæc, Tantum vnum eſt, vera ſit.



IRCA opinionẽ Parmenidis & Meliſſi ſolet hic q̃ri, Vtrũ iſta propoſitio ſit vera, tm̃ vnũ eſt. Arguitur primo q̃ non; quia ſi tm̃ vnũ eſt, aut illud vnũ eſt ſubſtantia, aut accidens. & hoc patet p ſufficientẽ diuiſionem; ſed non põt eſſe tm̃ vnũ, qđ ſit ſubſtantia; quia accidens tuoc non eſſet ens. nec tm̃ vnum, quoo ſit accidens; qoia tunc ſubſtantia non eſſet ens; quare &c. Item ſecundo. illa ꝓpoſito excluſiua eſt falſa, cuius prædicatum competit alteri q̃ ſubiecto, vt iſta eſt falſa, tm̃ hõ eſt ſenſibilis; q̃a ſenſibile competit alteri, q̃ boi; ſed ſic eſt hic. nã eſſe oõ ſolũ competit voi, ſed ẽt multis, multa. n. ſuot; quare &c. Itẽ tertio. ſi tm̃ eſt vnũ, aut eſt voũ cõtinuitate, aut diſtinctioue, aut indiuiſibilitate: hãc recepit Ariſt. in litera. non vnũ continuitate, q̃a ſunt multa q̃ oõ habẽt continuitatẽ, vt vnitas & punctus & ſubſtãtiæ ſeparatæ. Nec eſt dicendũ q̃ tm̃ ſit voũ ens diffinitione; quia tunc oia eſſent eſſentialiter vnũ illa n. ſunt eſſentialiter vnũ, quę habẽt eaſdẽ diffinitiones. Nec eſt tm̃ vnũ indiuiſibilitate; q̃a tunc oullũ ens eſſet quale qualitate ſenſibili, vt patet ex dictis, q̃ eſt impoſsibile, quare &c.

Oppoſitum Arguitur. tm̃ eos eſt; ergo tantum vnum eſt. Antecedens eſt manifeſtum; quia cooitur q̃ ens eſt, & nihil eſt, quod non ſit ens; ergo tm̃ ens eſt. conſequentia patet. quia, ens & vnum conuertuntur, & ſunt idem eſſentialiter vt patet 4. Meta. ita, q̃ omne, qđ eſt ens, eſt voum, & oẽ, qđ eſt vnum eſt ens. ergo, ſi tm̃ ens eſt, tantum voum eſt; & eſt ſimile argm̃, ſicut, ſi diceretur, tantum homo currit; ergo tantum rationale currit. Item, vnum eſt, & nihil eſt, qđ non ſit vnum, ergo tm̃ voum eſt. præmiſſæ ſunt manifeſtæ. Primo quidem, q̃ vnum eſt, hoc eſt ootũ; quia ens & vnũ ſunt idẽ, & ipſum ens eſt; ergo vnum eſt. Item ſecunda propoſitio eſt vera, ſ. quòd nihil eſt, quod non ſit vnum; quia

Tex.com.3.

Nihil eſt qđ non ſit vnũ.

ens est vnū: hoc patet, quia inducendo in quolibet ente, est vera. ergo nihil est, qđ non sit vnum: & sic patet ꝙ præmissę sunt verę, & consequentia declaratur per similę. sequitur. n. homo currit, & nihil currit qđ non sit homo. ergo tm̄ homo currit, per interpretationem huius dictionis tm̄. ergo similiter sequitur, vnum est, & nihil est, qđ non sit vnum: ergo tm̄ vnum est. Item, illa propositio exclusiua est vera, cuius prædicatum competit subiecto, & nulli alteri à subiecto. hæc est manifesta, quia ista requiruntur & sufficiunt ad veritatē propositionis affirmatiuę exclusiuę, vt patet in syo categorematibus: sed sic est in proposito, constat autem ꝙ esse cōpetit vni & non alteri alicui ab vno. probatio: quia, si este diceretur de aliquo alio ab vno, illud aliud aut esset ens, aut non ens. si non ens, ergo nō ens esset: qđ est impossibile. si ens: ergo vnū, quia ens & vnum conuertuntur. & sic ens erit aliud ab vno: ꝙ est impossibile. ergo esse non cōuenit alicui alteri ab vno: quare sequitur ꝙ tm̄ vnum est.

CONCLVSIO.

Tantum vnum esse, prout vnum sumitur à forma, necessario verum est, prout autem à quantitate sumitur, falsum est.

Tex. c. 15. AD solutionem quæstionis, considerandum est primo, ꝙ ratio vnius sumitur ab indiuisione, vt docet Arist. in 5. Met. c. de Vno. vbi sic ipse dicit, vniuersaliter. n. quæcunque non habent diuisionem, vt sicut vnum dicantur: indiuisio autem cum opponatur diuisioni multipliciter dr̄, sicut & ipsa diuisio. nam quot modis dr̄ vnum oppositorum, & alterum, vt dr̄. 1. Topic. Est autem duplex diuisio quantum ad propositum spectat. vna est diuisio rerum ſm formas, alia est diuisio rerum ſm quantitates, & hoc satis innuit. Com. in 1. huius versus principium. vbi dicit, ꝙ multitudo vel est

Diuisio duplex. Comm. 6.

„ „ terum differentium ſm formaa, vel est rerum differentium

„ „ ſm quantitatem. Idem autem est iudicium quò ad hoc de multitudine & de diuisione. nam multitudo vel est ipsamet diuisio, vel concomitatur per se diuisionem, vt habet videri in 10. Meta. est ergo duplex diuisio, ſ. ſm formam, & ſm quantitatem. Et, cum ratio vnius sumatur ab indiuisione, vt dictum est, sequitur ꝙ est duplex vnum. quoddā est vnum, cuius ratio sumitur ab indiuisione secūdum formam. aliud est vnum, cuius ratio sumitur ab indiuisione secundū quantitatem, & hoc fortè est illud, quod dicitur sub alijs verbis, quòd vnum vt dicit indiuisionem in natura, vt forma entis, vel dicit indiuisionem in natura quantitatis.

Tex. c. 20. Indiuisio duplex. Vnum duplex.

Conclusio prima. Conclusio secunda. Rō prima: Tunc dicenda sunt duo ad quæstionem. Primo, ꝙ si accipiatur vnum, ſm ꝙ dicitur ab indiuisione ſm formam, sic propositio est vera, tm̄ vnum est. & loquor de vno actu, & ente actu. Secundo est dicendum, ꝙ si accipiatur vnū, prout dr̄ ab indiuisione ſm quantitatem, sic non est vera simpliciter & vniuersaliter. Primū probatur ratione prius adducta, illa propositio exclusiua affirmatiua est vera, cuius prædicatum cōpetit subiecto, & nulli alteri à subiecto. hæc est nota cuilibet intelligenti. sed ista est huiusmodi: ga esse cōpetit vni, & nulli alteri ab vno ſm formam, & loquor de esse actu. ſi. n. esse actu conueniret alicui, qđ non esset vnum ſm formam, tunc illud esset ens & non ens: quare &c. Secundum ostenditur sic: illud, quod non habet quātitatem, non est vnum ſm quantitatem: hoc est euidens. sed aliquod ens est, quod non habet quantitatem, vt Deus & alij motores Cœli, vt patet in Octauo huius. ergo aliquid est, quod non est vnum ſm quantitatem. & sic ista propositio non est vera, tantum vnum est, prout ipsum vnum dicitur ab indiuisione ſm quantitatem. & sic debet intelligi in proposito.

Rō secūda. Tex. c. 86.

RESPON. AD primum argm̄, eum dicebatur, tantū vnum &c. dico per interemptionem. sicut. n. non oportet, ꝙ, si tm̄ ens est, ergo vel istud tm̄ est substantia, vel rantum est accidens, sicut non sequitur, tm̄ animal est sensitiuum, ergo tantum rationale est sensitiuum. similiter non oportet licet tm̄ vnum est, ꝙ illud tm̄ vnum vel sit tantum substantia, vel tm̄ accidens. Et, cum dr̄, ꝙ substantia & accidens sufficienter diuidunt ens & vnum, sine dubio verum est, & ideo quicquid absolutè competit enti, cōpetit vel substantiæ vel accidenti, de prædicatis realibus. sed non oportet, ꝙ quicquid attribuitur enti & vni cum exclusione, attribuatur ipsi substantiæ cum exclusione, vel accidenti cum exclusione. sicut non est necesse, ꝙ omne, quod tm̄ conuenit animali, conueniat tantum homini, vel conueniat tm̄ asino, & sic de alijs. imo etiam, quamuis valeat consequentia à superiori distributo ad inferius distributum absolutè & sine exclusione, tm̄ non teneret cum dictione exclusiua vt bene sequitur, omne animal est sensitiuum, ergo omnis homo est sensitiuus, non tm̄ sequitur, tm̄ omne animal est sensitiuum, ergo tm̄ omnis homo est sensitiuus. Ad secundam cum dr̄, illa propositio &c. concedatur. &, cum dr̄, sic est hic, falsum est &c. &, cum dr̄ vlterius, ꝙ esse competit multis, dico ꝙ prædicatum illius propositionis, tm̄ vnum est. ſ. ipsum est, nuoquam verificatur de multis. nō. n. verum est dicere multa est. ipsa. n. oratio est incongrua: modo verum & falsum præsupponunt congruum, vt patet ex Perihermenijs. Sed dices ad minus illa est vera, multitudo est, & multitudo est aliud ab vno, ergo non tm̄ vnum est. Ad hoc dico, ꝙ multitudo est rerum differentium ſm quantitatem, vel est rerum differentium ſm formam si primo modo, sic est numerus indiuiduorum, & ista est, quid vnum, & nō aliud ab vno qđ conuertitur cum ente. si aūt est multitudo rerum differentium ſm formas, sic est numerus essentiarū, & ista proprie non est ens, sed entia, quia ista est idem realiter cū essentijs, quæ non sunt ens, sed entia. Et, si dicatur, ꝙ ipsa multitudo est ens, oportet dicere, ꝙ ipsa est quid vnum aliquo modo, quia ipsa est quid indiuisum aliqualiter. non. n. est diuisa in multitudine & non multitudine. & sic est quid vnum, & non est penitus alia ab vno, quare &c. Ad tertiā dicendum, vnumquodq; ens actu est vnum in se ſm formam, & per consequens ſm definitionem. sed non sequitur pp hoc, ꝙ vnumquodq; sit vnum cū alio ſm definitionem, ita ꝙ oia entia sint vnū ens solum, & eadem sibi nouicē, vt imaginabantur Parmenides & Melissus. Sicut, licet Socra. sit vnus numero ſm se, similiter & Plato sit vnus numero seorsum, tm̄ non sequitur ꝙ Socr. & Plato sit vnus & idem sibi nouicē numero. similiter & in proposito, quare non valet. Et sic sit dictum ad istam quæstionem.

Instantia. Diluitio. Multitudo nō est ens, sed entia.

Si igitur infinitum secundum quòd infinitum ignotum est secundum multitudinem & magnitudinem, infinitum ignotum quantum est quoddam &c. Tex. 66. 35.

QVAESTIO XIIII.

An infinitum sit ignotum:

HIc quæritur vtrum infinitum sit ignotum. Arguitur primo ꝙ non, quia, quod habet definitionem, nō est ignotum, cum definitio notificet definitum, vt patet 1. Topic. & etiā in 2. Posteriorum. sed ipsum infinitum habet definitionem, cum sit quantum & extensum sine terminis. Item secundo. illud, de quo est scientia, nō est ignotum, hoc est euidens per se. sed de infinito est scientia, vt patet 1. Cœli & Mun & in Tertio huius. quare &c. Item tertio. illud, cuius oppositum est notū, ipsum non est ignotum. nam ad eandem scientiam pertinent opposita, vt patet 9. Meta. sed oppositum infiniti est notum, ſ. ipsum finitum, vt manifestum est cuilibet intelligenti, quare &c. Item quarto, si in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles infinitæ, infinitum potest esse intellectum, sed sic est, ꝙ in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles infinitæ, quare &c. Maior patet, quia sicut per speciem intelligibilem vnam potest intelligi vnum intelligibile, sic infinita per infinitas. & Minor declaratur, quia constat quòd in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles duæ vel tres, vt omnes concedunt, modo, qua ratione possunt simul esse duæ vel tres species intelligibiles in intellectu, pari ratione infinitæ, eò quòd infinitæ nō magis repugnant sibi inuicem quàm duæ vel tres. Item quinto, qđ cognoscit vniuersale cognoscit infinita, cum ipsum vniuersale comprehendat singularia, sed intellectus cognoscit vniuersale, vt animal & hominem, sub quo infinita singularia cōprehenduntur, ſm Porphyrium. Item sexto. motus & tempus sunt infinita, vt patet in Octauo huius, & tm̄ ista entia non sunt ignota, imo sunt scita sufficienter, vt patet in isto libro.

Tex. c. 5. Tex. c. 83.

Oppositum dicit Arist. in isto c. vbi dicit quòd infinitum, ſm quòd infinitum, est ignotum. idem vult Arist. 2. Meta. vbi dicit, quòd non numerabit sectiones, qui ꝑ infinita procedit, & impossibile est intelligere lineam nisi statuentem.

Tex. c. 25.

CON-

CONCLVSIO.

Infinitum, vt Infinitum, ideſt ſecundum extenſionem, quo ad numerum ſuarum partium, eſt ignotum, formaliter autem, ideſt quãtum ad ſuam infinitatis rationem, cognoſcibile eſt.

Infinitum eſſe ignotũ intelligitur dupliciter.

AD quæſtionem eſt intelligẽdum, ꝙ infinitum, ſm ꝙ infinitum eſſe ignorũ, poteſt intelligendi duobus modis. vno modo poteſt intelligi, ꝙ ipſum infinitum, quantum ad rationem formalem, qua dr̃ infinitum, ſ. quantum ad ipſam infinitatem, nullo modo ſit cognitum. alio modo põt intelligi ꝙ ipſum infinitum eſt ignotum q̃tum ad numerum determinatum partium: ita, ſ. ꝙ non cognoſcitur eſſe aliqs numerus determinatus partiũ infiniti, ſm ꝙ eſt infinitum. vt, ſi eſt infinitum ſm quantitatem non cognoſcitur vera cognitione eſſe aliquem numerum determinatũ partium q̃tatiuarũ ipſius: &, ſi eſt infinitum ſm formam, non cognoſcitur eſſe aliquis numerus determinatus ſuarum formarũ.

Concluſio prima.

Tunc dico duo ad quæſtionem. Primo dico, ꝙ infinitum non eſt ignotum primo modo, ſ. ꝙ ratio formalis ipſius infiniti nullo modo ſit cognita. hoc.n. ꝓbant ſufficienter quædam rationum præmiſſarum. cum.n. oppoſitum ipſius infiniti ſit cognitum ab intellectu, ſ. finitas & terminatio, non eſt impoſsibile intelligere ipſam priuationẽ terminorum, quæ eſt infinitas. Itẽ, cum ipſum infinitum ſm extenſionem definiatur aliqualiter, ſ. ꝙ eſt quantum extenſum ſine terminis, impoſsibile eſt ipſum eſſe penitus ignotum, ſaltem quantum ad quid nominis. Eſt tñ conſiderandum, ꝙ ipſum infinitum ſm extenſionem, cum ſit impoſsibile eſſe, vt demoſtratum eſt in 1. Cœli & Mundi, non intelligitur intellectu affirmatiuo vere, quo affirmetur eſſe, nec etiam intelligitur intelligentia ſimplici vera, ſed ficta, cum ſibi non correſpondeat aliquid ex parte rei. & loquor de infinitate ſm actum, quæ eſt negatio terminorum magnitudinis. Et idem intelligendum eſt de infinito ſm multitudinem. iſta.n. nec eſt nec eſſe poteſt in rerum natura. imo omnis magnitudo & multitudo neceſſario eſt terminata. ſed bene intelligitur intelligentia ſimplici ficta, vt hircoceruus. Itelligitur etiam intellectu negatiuo vero. ut intelligitur non eſſe in natura rerum & nõ eſſe poſsibile. & ex hoc conuincitur neceſſario ipſum infinitum, ſm ꝙ infinitum. i. quantum ad rõnem formalem infinitatis eſſe cognitum · quia illud, de quo intellectus aliquid negat & affirmat, intelligitur ab intellectu: modo de ipſo infinito, ſm ꝙ inhuitum eſt, intellectus aliquid enunciat negatiue, vt ipſum non eſſe vere: ſimiliter poteſt aliquid affirmare de ipſo, vt ipſum eſſe oppoſitum finito aliquo modo. quare. Secundo dico, ipſum infinitum, ſm ꝙ infinitum, bene eſſe ignotum ſecundo modo, ſ. quantum ad numerum ſuarum partium, item, ſ. ꝙ non cognoſcitur aliquis determinatus numerus partium infiniti. partium dico omnium. & hoc eſt facile videre: quia illud, quod nullum nomerum determinatum habet, non poteſt cognoſci vera cognitione quantum ad determinatum numerum. hoc eſt euidens: quia cognitio non eſt vera niſi conformetur rei, vt patet in 3. de Anima, & 6. Ethic. ſm ſimilitudinem. n. & proprieratem cognitio fit. nunc autem partes infiniti omnes non habent aliquem numerum determinatum : quia tunc infinitum eſſet finitum, quod eſt impoſsibile. vt, ſi eſt infinitum ſm quantitatem, partes eius omnes quantitatiuæ non ſunt in aliquo numero determinato. ſi autem eſt infinitum ſm formam, partes ſuæ formæ non habent numerum determinatum : quare &c. Et hæc videtur eſſe intentio Comm. ſuper iſtam partem. in primo. n. ſyllogiſmo, quem ibi ponit, accipit iſtam propoſitionem. omne compoſitum ex principijs infinitis in quantitate & forma eſt compoſitum ꝙ non ſcitur ex quot & qualibus eſt compoſitum. in quo videtur intelligere ꝙ ipſum infinitum ſm quantitatem & formam eſt ſic ignotum, ꝙ non ſcitur ex quot partibus & qualibus eſt conſtitutum: & hoc eſt idem quod ipſarum infinitum neſciri quo ad numerum determinatũ omnium partium. & hoc etiam bene videtur intendere Ariſto. in 2. Meta. vbi dicit ſic, propter quod non enumerabit ſectiones, qui per infinita procedit: q. d. numerus partium, in quas diuiditur linea diuiſione, quæ procedit in infinitum, non poterit comprehendi determinate. vel ſic, quaſi dicat, ille, qui procedit per infinita, i. qui inciderit lineam ſm quòd, eſt diuiſibilis in infinitum, non enunciabit ſectiones, i. non cognoſcet numerum determinatum ſectionum, i. diuiſionẽ. Vnde neceſſe eſt intelligere lineam ipſam ſtatuere, i. inter duo conſtitutã & finitam intelligere, ſ. inter duo puncta. ſi igitur infinitum, ſm ꝙ infinitum, non poteſt eſſe cognitum vera cognitione q̃tum ad numerum determinatum oium ſuarum partium. Et hoc accepit Ariſt. contra Anaxagorã, qui ponebat principia prima rerum naturaliũ eſſe ſimpliciter infinita ex quo ſequeretur ipſa principia eſſe ignota quãtum ad numerum determinatũ ipſorum oium, ita, ſ. ꝙ non cognoſceretur eſſe aliquis numerus ipſorum oium, nec ipſa omni cognoſceretur. ex quo ſequeretur oia compoſita naturalia non eſſe nota. tunc.n. arbitramur cognoſcere vnumquodq; compoſitorum, cum cognoſcimus ea quibus & ex quantis: i. ex quot ſit cõpoſitum. Ex quibus verbis manifeſte vr̃ Ariſt oſtendere, ꝙ ipſe non ſumpſit infinitum ſm ꝙ infinitum, eſſe ignotum, niſi quia non cognoſcit determinate quot ſint partes eius ſm ꝙ infinitum. hæ.n. cõcordabit prima propoſitio cũ vltima, tunc arbitramur cognoſcere &c. led, ſi principia eſſent infinita non cognoſcerent ex quot & quibus eſſent: qa infinitum ſm ꝙ infinitum, eſt ignotum q̃tum ad hoc, quot & quæ contineantur in eo, quare &c. Paret igitur qũo infinitum, ſm quòd infinitum, eſt ignotum, & qũo eſt notum.

Oĩs magnitudo & multitudo eſt finita.

Tex. c. 2.

Tex. c. 23.

Tex. cõ. t. 1.

RESPON. Habens definitionẽ ꝓprie dictam cognoſcitur. 6. Tex. c. 2.

EX his ad rationes. Ad primam cum dicebatur, quod habet definitionem &c. Dico, ꝙ, ſi habet definitionẽ proprie dictam, quæ dicit quid rei, ſic poteſt proprie & verè cognoſci. intellectus. n. qui eſt ipſius ꝙ quid eſt, ſemper eſt verus. 3. de Anima. ſed, ſi habet definitionem ſolum dicentem quid nominis, cuius partes ſint impoſsibiles in eſſendo, vel ad ſeinuicem incompoſsibiles. tunc non intelligeretur ſimplici intelligentia vera, cum ei non correſpondeat res, cuius cõformetur. nec intelligeretur intellectu affirmatiuo vero, vt dictum eſt. rũ bene intelligeret intellectus non verò ſimplici, ſed ficto, & intelligeretur negatiue vere, vt ſupra dictum eſt. Et eſt hic aduerrendum, ꝙ. cũ ipſum infinitum, q̃tum ad rõnem formalem ſuã, quæ eſt negatio terminorum magnitudinis, aut numeri, ſi non ens, non põt intelligi primo & principaliter, ſicut nec aliæ negationes, ſed intelligit ſecundario poſt intellectionẽ entis, cui contradicit. vtrum aũt per eandem intelligẽ ens & non ens, & quo, alia qõ eſt, & aliàs viſum ſunt. Ad ſm dicendum eſt, ꝙ de infinito eſt ſcientia negatiua, qua ſcitur non eſſe, & idco conceſſum eſt ipſum eſſe aliqualiter notum. ſed de ipſo nõ eſt ſcientia, qua cognoſcatur diſtincte q̃tum ad oẽs ſuas partes, & qua ſciatur oium ſuarum partium numerus, & ſic indubitanter eſt ignotum ignorãtia oppoſita cognitioni determinatæ oium ſuarum partiũ ſeorſum & diuiſim, & ſic impoſsibile eſt ipſum cognoſci, & hic eſt vnus modus. Nullus poſſet determinate & diſtincte cognoſcere oẽs partes ipſius tãfinit, qa aut cognoſceret eas oẽs ſub rationibus proprijs & ſimul, & hoc eſt impoſsibile, quia intellectus non poteſt bene ſimul diuerſa intelligere ſub rõnibus proprijs & diſtinctis. aut cognoſceret eas ſucceſsiue, & hoc dupliciter. quia aut in conſiderando vnã poſt aliam peruenire ad vltimã, aut nunquã peruenire ad vltimam. ſi primo, modo hoc eſt impoſsibile, quia infinitum, ſm ꝙ infinitum, non habet partẽ vltimam. quia tunc haberet primã, & ſic eſſet finitum. ſi dicatur ſecũdo modo, vt ꝙ nunq̃ perueniar ad vltimã partem, led ſemper conſideraret vna partem poſt aliã partem, tunc ſine dubio nunq̃ complebitur cognitio partiũ ipſius infiniti. & ſic non hẽ perfecta cognitio cõpoſiti qđ conſtituetur ex hmõi partibus. Et ſic, ſi bene conſideremus videbimus duos modos, quibus infinitũ eſt ignotum. vno modo eſt ignotum q̃tum ad numerũ determinatum oium ſuarum partiũ, quem eſt impoſsibile vere de ipſo enunciare. alio modo eſt ignotum ignorantia oppoſita cognitioni determinatę oium ſuarum partiũ determinate ſeorſum & diuiſim. & vtraq; cognitio requirit ad cognitionẽ perfectã compoſiti, i. qua cognoſcatur quot numero ſunt per ſe eius principia, & qua ſciantur ſeorſum & diuiſim omnia, ex quibus cõponatur. & hoc tetigit Ariſt. cum dixit, ꝙ cognoſcimus ex quot, & ex quibus. Ad tertium patet ſolutio ex dictis. cõceſſum. n. eſt, ꝙ ipſum infinitum eſt aliquo modo notum, quantum ad rationem formalem, qua dicitur infinitum, & aliis modis eſt ignotũ.

Tex. c. 3. Partes infiniti nõ poſſunt diſtincte cognoſci. 1.

Infinitum duob' modis eſt ignotum.

Ad quartam concedo maiorẽ. Et, cum dicebatur, ꝙ ſpecies intelligibilis &c. dico per interemptionem. Et, cum dicebatur,

ceba: nr, ꝙ duæ ſpecies vel tres poſſunt ſimul eſſe in intelle
ctu, concedo. ſed non ſequitur, ꝙ infinitę poſſint ſimul eſſe.
quia ad hoc ꝙ ſpecies intelligibiles eſſent ſimul in intelle-
ctu non ſufficit ipſas nō oppoti ſibiinuicem, ſed oporteret
phantalmata, à quibus dependent, eſſe ſimul infinita & res
phantaſiabiles eſſe ſimul infinitas, quarum ſpecies per ſe ſi
mul eſſent in intellectu. hoc autē eſt impoſsibile. quare &c.
Ad quintam. cum dicebatur: qui cognoſcit vniuerſale &c.
poteſt dici, quòd qui cognoſcit vniuerſale, eius ſunt infini
ta individua ſucceſsiue, non oportet ꝙ cognoſcat infinita
individua ſimpliciter. quia nōdum cognoſcit ſingularia ſub
rationibus non proprijs & diſtinctis. vt qui intelligit homi-
nem non oportet ipſum intelligere Socratem & Platonem
ſub rōnibus proprijs ſingularium. & ideo non oportet ꝙ co
gnoſcat infinita: verum eſt. n. ꝙ, ſi cognoſcens tale vniuer-
ſale cognoſceret etiā eius individua ſub rationibus ꝓprijs,
Comm. 19. ipſe cognoſceret infinita, ſed non eſt ita. Et ad illam intētio
nem intelligendum eſt dictum Com. in 3. de Anima, vbi di
cit, ꝙ in ꝓpoſitione vniuerſali intellectus iudicat res infini
tas ſub iudicio vnico. hoc. n. modo iudicat infinite, quia in-
telligens ſubiectum propoſitionis vniuerſalis habet intelle
ctionem, quæ eſt indifferens ad infinita ſm repræſentatio-
nem, & ideo nō plus repræſentat vnum illorum q̄ alterum.
hoc eſt impoſsibile in virtutibus corporalibus: quia cogni-
tio qualibet vniuſcuiuſq; eorum eſt determinate vnius in-
diuidui repræſentatiua ſic, ꝙ non alterius. Ad ſextum eſt di
cendum, ꝙ motus & ipſe non habent infinitatem ſm actum
& ſimul, ſed partes eo: um ſibiinuicem ſuccedunt in infini-
tum: & iſtarum partium omnium tpis & motus impoſsibile
eſt cognoſcere vere aliquem numerum determinatum,
Nota. ipſa tñ ratio infinitatis motus & tpis bene eſt nota intellē-
ctui. Et eſt hic conſiderandum, ꝙ, cum diximus ſuperius, ꝙ
ipſum infinitum, q̄tum ad ſuam rationem formalem, ſ infini
tatem, non eſſe notum affirmatiue & vere, ita ꝙ cognoſca-
tur eſſe, intellexim⁹ non eſſe notum de infinito ſm extēn
ſionem, ſicut patet ibidē: ſed volumus dicere ꝙ infinitum
ſm durationem quātum ad ipſam infinitatem ſit notum ve
ra cognitione ſm affirmationem: imo ſufficienter demon-
ſtratur aliquid eſſe infinitum ſm durationem ſucceſsiuā. Si-
militer nō intellexim⁹ de infinito per priuationē ſpecificę
determinationis. demōſtratur. n. ſufficienter aliquid eſſe in-
finitum per priuationem ſpecificæ determinationis, & ſm
ꝙ in eſſentia non includit aliq̄ formam determinatam, &
hæc eſt prima materia, ſicut etiam tactum fuit prius. De in-
finito autem ſm vigorem ad præſens ooo determino, niſi
quod prius fuit tactum, qđ non poteſt eſſe aliquis talis mo-
tus, qui ſimpliciter ſit infinitus vigoris. & ideo eſt ignotum
ſic ꝙ non cognoſcitur eſſe vera cognitione. Ex omnibus
igitur prædictis hoc eſt accipere, ſiquis intenderit, primo, ꝙ
infinitum ſm extenſionem non eſt omnino ignotum ſm ra
tionem formalem qua dicitur infinitum. Secundo, ꝙ hu-
iuſmodi infinitum bene eſt ignotū quo ad numerum deter
minatum omnium ſuarum partium, ita, ſ. ꝙ non cognoſca-
tur hic aliquis certus numerus omnium ſuarum partium.

Tertio, ꝙ etiam ipſum ſic infinitum eſt ignotum ignoran
tia oppoſita cognitioni omnium ſuarum partium ſeorſum
& diuiſim, & hæc ſunt principalius hic intenta. Quarto ta-
men poteſt haberi, ꝙ infinitum ſecundum durationem ſuc-
ceſsiuam non eſt ignotum eſſe, cū ſit demonſtratum ipſum
eſſe in. Quarto huius, ſ. motus & tempus. Quinto, ꝙ etiam
infinitum ſecundum priuationem ſpecificæ determinatio-
nis non eſt aliquo modo ignotum, cū ſufficienter poſsit de-
monſtrari primam materiam eſſe ſic infinitam. Sexto, patet
aliquid, ſed modicum de ipſo infinito ſm vigorem: quia de
hoc in Octauo plenius eſt conſiderandum. Patet etiam ex
dictis ſolutio quorundam argumentorum Logicorum. Ar-
Tex. com. 6. guitur. n. ſic infinitum aut eſt eos, aut non ens. ſi eſt ens &
Tex. cō. 19. nullum ens ſit ignotum naturaliter, vt patet per Com. 10 a.
Tex. cō. 18. huius, & in 1. de Generatione, & habetur in 3. de Anima:
quia intellectus poſsibilis eſt in potentia omnia fieri, vt ibi
dicitur. & ſi hic eſt, ſequitur ꝙ ipſum infinitum non eſt igno
Tex. cō. 4. tum. Si eſt non ens, cum ipſum non ens poſsit intelligi, vt pa
tet in 4. Meta. adhuc ipſum infinitum non eſt ignotum. Itē,
illud, de quo intellectus ad aliquid enunciat, non eſt ignō-
tum, cum ſecunda operatio intellectus præſupponat primā.
contiat autem ꝙ de infinito aliquid enunciatur ſm affirma
tionem & negationem. quare & communiter ſtotum & ſimi-
lium patet ſolutio ex dictis. Et ſcias, ꝙ illa quæſtio eſt bona
& difficilis & ab alijs parum minuta ordinata ſufficienter,
ſed præmiſſo labore non modico congregaui.

QVAESTIO XV.

An Quanti cognitio ex partibus ſuis quantitatiuis, dependeat.

Ecundo quæritur circa eandem partem. Vtrū cognitio quanti dependeat ex eius partibus quātitatiuis. Arguitur primo ꝙ non. quia qđ intelligitur ſimplici intelle ctu non intelligitur intellectu partium, vt patet in 3 de Anima: ſed linea intelligitur ſimplici & vna intellectione, vt pa tet ibidem. Præterea ſecundo, quod in- Tex. cō. 23.
telligitur indiuiſibili tpis, non intelligitur intellectu par-
tium. quia ſi ſic, tunc nō intelligeretur ſimul; modo linea in- Tex. c. 23.
telligitur indiuiſibili tpis, ſicut alia inēoplexa, vt vult Ariſt.
in 3 Anima quare &c. Item tertio, ſi intellectus intelligeret
q̄tum ex ſuis partibus, ſequeretur aliq̄ ꝙ nunquam intelle-
ctus finiret intellectionem, aut ꝙ intelligeret infinita. patet
ſequentia, quia partes quanti continui ſunt infinitæ: modō
vtunq; conſequens eſt impoſsibile, vt manifeſtum eſt cuili
bet intelligenti. quare &c. Item quarto. qđ prius cognoſcit
aliquibus alijs, non dependet ex cognitione illorum: ſed
ipſum totum quantum prius cognoſcitur q̄ ſux partes. Ma-
ior eſt manifeſta, Minor patet: quia totū vniuerſaliter prius
cognoſcitur ſuis partibus, vt hic dicit Comm. quare &c.

Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſto. hic vult. n. quòd
tunc arbitramur cognoſcere vnumquodque, cum cognoſ-
cimus ex quot & quantis ſit. & per quot & quantis ſit parti
bus, intelligit partes quantitatiuas: vt omnes exponunt.
Item, ſicut totum eſſentiale habet ſe ad partes eſſentiales,
ſic totum quantitatiuum ſe habet ad partes quantitatiuas:
ſed totum eſſentiale cognoſcitur ex ſuis partibus eſſentia-
libus, ſ. materia & forma, vt vult Ariſt. & Commentator in
Proœmio huius: quare &c.

CONCLVSIO.

Quanti notitia diſtincta, ex partium actu, non autem in potentia, cognitione, conſurgit.

AD hoc dicunt aliqui, ꝙ ipſum quātum poteſt cognoſci
duplici cognitione. i. cognitione cōfuſa & imperfecta
& cognitione perfecta & diſtincta. tunc dicunt ad quæſtio- Concluſio
nem duo. Primo, ꝙ quantum non cognoſcitur ex ſuis parti prima.
bus cognitione confuſa. & quatum ad talem cognitionem,
ipſum totum prius eſt notum quā ſux partes ſeorſum & di-
uiſim ſumptæ, ſicut tangebat arguendo. ſed cognitione per-
fecta & determinata bene cognoſcitur quātum ex ſuis par-
tibus. quia ex illis cognoſcitur aliquid, ex quibus habet eſſe.
ſed ipſum quatum habet eſſe ex ſuis partibus. Maior patet:
quia quæcunq; ſunt principia eſſendi eadem ſunt principia Partes quā
cognoſcendi cognitione perfecta: minor patet de ſe. Eſt tū titatiuæ ſūt
intelligendum ſm Ariſt. in de Senſu & Senſato, ꝙ duplices duplices.
ſunt partes quantitatiuæ: quædam ſunt in actu, & quædam
in potētia. partes in actu ſunt, quæ ſeorſum & diuiſim ſum-
ptæ poſſunt participare formam totius. partes in potentia
ſunt partes excellentis paruitatis, quæ ſeorſum & diuiſim
ſumptæ non poſſunt participare formam totius, ſed reſolue
rentur in continens. vt ea ro poſſet diuidi in partes tam par
uas, ꝙ illæ partes diuiſæ nō remanerent carnes, ſed reſolue-
rentur in aerem. hoc autem amplius conſiderabitur inſe-
quenti quæſtione. Nunc ergo dicunt aliqui, ꝙ quantum cog-
noſcitur cognitione ſuarum partium in actu, ſed non cog-
nitione ſuarum partium in potentia. primæ. n. ſunt infiniti
in vnoquoq; ente naturali & quanto, & quo ad tales nō
procedit diuiſio in infinitum ſm proportionem eandem, vt Dubitatio
habet videri ſuper lib. de Senſu & Senſato. Sed hic ſunt dua prima.
dubitationes ſatis bonæ. Prima eſt, quia ſicut primum quā-
tum habet ea ſuis partibus ſm actum, ſic etiam habet eſſe
ex ſuis partibus quantitatiuis, quę dicuntur partes in poten
tia. caro. n. minima cōpoſita eſt ex partibus excellentis pa-
uitatis, quæ non poſſunt ſeorſum ſubſiſtere, ſimiliter autem
& in alijs. cū igitur quicquid eſt pars partis eſt pars totius,

ſequitur

Dubitatio ſecunda. ſequitur q ipſa tota caro habeat eſſe ea huiuſmodi partibus,quę dicuntur partes in potentia,& per conſequens habet cognoſci ex eis.Alia dubitatio : quia licet partes quanti,quæ dicuntur partes ſecundum actum, ſint finitæ in quolibet continuo naturali,tamen videntur eſſe in tam magno numero, q quaſi impoſsibile videtur ipſum cognoſcere. quis enim cognoſcet quot carnes minimę ſint in carne hominis, aut alterius animalis? & ſimiliter quis cognoſcet

Ad primũ. quot lapides minimi ſint in lapide magno : minimi dico.i. tam parui, q minores non poſſint ſubſiſtere? Ad primam poteſt dici, q licet totum habeat eſſe ea ſuis partibus aliquo modo in potentia, tñ non oportet q cognoſcatur ea illis propriè & per ſe Et eum dicebatur, vnumquodq; cognoſcitur ex illis ea quibus &c. Dico, q, ſi loquamur de partibus eſſentialibus, hoc eſt vniuerſaliter verum. ſed,ſi loquamur de partibus quantitatiuis, debet ſic intelligi, vnum-

Obiectio. quodq; &c.verum eſt de potentibus ſeparari ab inuicem & ſubſiſtere ſeorſum,ſed de alijs non oportet.Seu adhuc aliquis dubitabit : quia ſm illum intellectum Ariſt, non dicit contra Anax. ponebat enim Anaxa. partes innumeras rerum naturaliu eſſe principia earum, ſed ooo dixit eas eſſe ſeorſum & diuiſim ſubſiſtentes,ſed coniunctim.ideo nõ beneficiebat Ariſt contra Anaa.ſi ſolũ intelligebat q vnũquodq;

Reſponſio. cognoſcitur ex illis ex quibus eſt,potentibus ſeorſum & diuiſim ſubſiſtere.Ad hoc eſt dicendum,q licet Anaa. poneret infinitas partes carnis coniunctim exiſtentes, tamen ad eius poſitionem ſequebatur neceſſario, q infinitæ ſint partes carnis per ſe exiſtere potentes.i.ſeorſum ab alijs partibus carnis participatibus formam carnis. Hoc ſic patet.ponebat n.Anaa. q in vnaquaque re naturali eſſent particulæ infinitæ alterius rei naturalis, verbi gra in vna portione aquæ dicebat eſſe infinitas partes carnis, & per ſeponamus igitur q ea ipſa carne ſegregetur aliqua caro ſeorſum exiſtens, tunc certum eſt, q caro remanens in aqua erit minor quàm erat prius, quia ſemper quantum minoratur ex ablatione quanti, vt manifeſtum eſt ad ſenſum. tunc vlterius moueatur ab aqua alia caro ſubtiliens,adhuc remanebit in aqua caro, & fiet minoris quantitatis : aut igitur ſegregatio ceſſabit ramota illa carne,aut non,ſi ceſſabit,ergo deuenietur ad aquam, in qua non eſt aliquid carnis : & ſic non omne in omni erit,cuius oppoſitum volebat ille.ſi aũt ſemper ſegregari poſſit in infinitum caro ſeorſum ſubſiſtés & ſimiliter remaneret ſemper caro ſubſiſtens, tunc habebitur q ipſius carnis ſunt infinitæ partes non ſolum coniunctim exiſtentes,ſed etiam potentes ſeorſum formam carnis participare : omnes autem tales partes neceſſe eſt cognoſcere ad cognitionem totius ſimpliciter perfectã, quòd ſic oportebit cognoſcere infinita,qđ eſt impoſsibile,& ſic mul-

Ad ſecundã dubita. tum ſubtiliter procedit Ariſt. in litera cõtra Anaa. vt patet inſpicienti literam Ad aliam dubitationem poſſumus dicere ad pũs, q quamuis ſit multum difficile cognoſcere numerum determinatum partium carnis,ſimiliter lapidũ & plurium aliarum rerum naturalium : & quamuis forte non ſit aliquis,qui huiuſmodi notitiam habeat, ita cum talis numerus ſit ens, & quilibet ens ſit ignotum naturaliter : & cũ intellectus poſsibilis ſit in potentia ad omnia fieri, vt dicitur

Tex. c.18. ibi a.de Anima,ideo non reputo impoſsibile habere talem cognitionem rerum naturalium, quamuis enim confitear me non habere,nec forte alij multi nec iſtud eſt remotum quia dicit Philoſophus in Prædicamentis, q multa ſunt ſcibilia,quorum ſcientiæ nondum ſunt, vt quadratura circuli ſcibilis eſt,& tamen ſcientia circuli nondum eſt.

RESPON. EX his dicendum eſt ad rationes priores. Ad primã dicendum eſt,q bene concludit, q cognitione cõpoſita totum non cognoſcitur ex ſuis partibus,ſaltem diuiſim conſideratis, ſed cognitione perfecta & diſtincta ſic cognoſcitur.Per idem ad ſecundam.in cognitione enim cõpoſita cognoſcitur in inſtanti ſecundum cognitionem determinatam & perfectam Ad tertiam patet ex dictis.non enim ponimus quantum cognoſci ex ſuis partibus in potentia,quæ ſunt infinitæ, ſed ea partibus actu modo prædicto. Ad aliam ſolutum eſt : cogitatio enim confuſa & imperfecta totius prior eſt via generationis cognitione partium: ſed cognitio partium prior eſt cognitione perfecta cognitione totius : & hoc non eſt inconueniens,quare &c.

Amplius, ſi neceſſe eſt cuius pars conuenit eſſe quantumcunque ſecundum magnitudinem & paruitatem, & ipſum tocare &c. Tex. cõ. 26

QVAESTIO XVI.

An Naturalia ad Maximum & Minimum termineata ſint.

QVæritur hic, vtrum entia naturalia ſint determinata ad maximum & minimum? Arguitur primo q non.quia illud, quod eſt diuiſibile in infinitum, nõ eſt determinatum ad minimum.nam ſemper ſequitur quod aliquid diuiditur eſt minus illo, quod diuiditur, cum pars ſit minus toto : ſed entia naturalia ſunt diuiſibilia in infinitum,quia ſunt continua.continuum autẽ eſt diuiſibile ſemper in ea,quæ ſunt ſemper diuiſibilia: vt demonſtratum eſt in 5eato huius, & in Lib.de Lineis indiuiſibilibus, Tex.c.3.
& in 5.Meta.quare &c. Item ſecundo, ſi naturalia eſſet determinata ad maximum & minimũ, tunc ſequeretur eſſet contrarietas : ſed hoc eſt inconueniens. quare &c. Falſitas conſequentis patet in Prædicamentis conſequentia patet: quia contrarietas eſt inter maxime diſtantia: modo in quãtitate inueniretur maxima diſtantia, cum eſſet determinata ad maximum & ad minimum. Itẽ tertio. ſi naturalia eſſent determinata ad minimum, tunc eſſet compoſita ex indiuiſibilibus: ſed hoc eſt impoſsibile; quare &c. impoſsibilitas conſequentis patet in 5eato huius. conſequentia declaratur: quia, poſquã entia naturalia eſſent determinata ad minimũ tunc in diuiſione ipſorum deueniretur ad indiuiſibilia.cum enim in diuiſione peruenietur ad minimum, tũc in diuiſione eſſet dare minus minimo : ſic illud minimum diuideretur quod eſt impoſsibile. ergo perueniretur ad indiuiſibilia: modo vnumquodq; eſt cõpoſitum ex his,in quæ diuiditur.quare &c. Item quarto, omne graue eſt gramus aliquo : ſed hoc non eſſet, ſi &c. maior patet in 4. Cœli & Mundi.minor patet. Ip'a.n.gravitas eſt quædam forma naturalis.ergo,ſi determinaretur ad minimum,& illud minimum eſſet grauius aliquo, tunc minimo graui eſſet minus graue: quod eſt impoſsibile. Item quinto, ſi ſic eſſet, tunc materia prima eſſet quãq; ſine omni forma: quod eſt impoſsibile, vt patet 1.de Generatio.& patet conſequentia : quia, ſi ſit minima caro,adhuc eſſet diuiſibilia, cum ſit quid continuum.ſi ergo diuiditur, aut partes, in quas diuiduntur, habebunt formas carnis,aut non.ſi ſic : & pars ſit minor toto, erit dare minus minimo:quod eſt impoſsibile.ſi non habebuor formam carnis, tũc materia illarum partium erit ſine omni forma. Item ſexto, ſi ſit dare minima carnem, & illa diuidatur,aut diuidetur in partes,quæ ſuot carnes, aut diuidetur in partes,quæ oõ ſunt carnes : & ſi in partes, quæ ſunt carnes:ergo erit caro minor carne minima ſi in partes,quę non ſunt carnes. ergo caro erit compoſita ea nõ carnibus, cum vnumquodq; ſit compoſitum ex his in quæ diuiditur. Item ſeptimo, quod poteſt augeri in infinitum non eſt determinatum ad maximum : hoc eſt euidens de te. ſed ignis poteſt augeri in infinitum, vt vult Ariſt.in 2.de Anima, & Tex. c.41.
eſt quoddam ens naturale: quare &c. Item octauo, Sicut eſt in entibus mathematicis, ita videtur ſe habere in entibus naturalibus, cum entia mathematica non ſint ſeparata à naturalibus, nec è conuerſo, ſed mathematica non ſunt determinata ad maximum & ad minimum, cum continuũ ſit diuiſibile in infinitum. quare &c.

Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſt. in iſto c. vbi vult quòd quodlibet ens naturale habeat quantitatem determinatam ad maximum & minimum, & idem vult Commentator & omnes Expoſitores Ariſtotelis.

CONCLVSIO.

Naturalia omnia, quatenus naturalia; ad maximum & minimum neceſſario determinata ſunt.

AD quæſtionem eſt dicendũ, q entia naturalia ſunt determinata ad maximum & ad minimum, ſic intelligẽdo : q cuiuſlibet entis naturalis eſt aliqua quantitas ita parua, q ſub minori non poteſt ſaluari forma illius ſeorſum & diuiſim.ſimiliter eſt ita magna quãtitas, q ſub maiori non poteſt ſaluari forma illius.v.g.eſt aliqua quantitas carnis ita parua, q ſub minori non poteſt exiſtere forma carnis diuiſim. Concluſio Entia naturalia ſũt determinata ad maximũ & minimũ.

uisim. similiter est aliqua quantitas ita magna, ꝙ sub maiori non potest saluari forma carnis: similiter aût est de omnibus partibus entium naturalium. & de totis ipsis naturalibus: & huius rõ est plana. Quia illa, quæ sunt determinata ſm virtutes & qualitates naturales, sunt determinata ſm magnitudines naturales: sed omne ens naturale est determinatum ſm virtutem naturalẽ, quare &c. Maior propositio est manifesta: quia virtus sequitur magnitudinem, ita, ꝙ in maiori magnitudine est maior virtus, & fortior, & in minori minor, cæteris paribus, & præcipue hoc verum est in simplicibus corporibus, de quibus minus vr ꝙ essent determinata ſm magnitudinem, vt in maiori igne est fortior caliditas & in minori debilior cæteris paribus. & minor patet: quia quodlibet eius naturale habet operationẽ determinatam operatio aût determinata est à virtute determinata. quare &c. Et declarat. Com. hoc in Octauũ huius per simile in rebus artificialibus: quælibet. n. res artificiales requirunt quantitatem determinatam, sine qua non possunt in suam operationem propriã. vt securis posset esse ita paruæ q̃titatis, ꝙ non sufficeret ad secandum. & similiter posset esse ita magnæ quantitatis, ꝙ hõ non posset eam mouere ad secandum. similiter aût & in alijs. sic autem est in natura, sicut in arte quo ad hoc. Itẽ, si entia naturalia non essent determinata ad maximum & ad minimũ, tunc ex quocunque excessu ſm magnitudinem & paruitatem non oporteret ea corrumpi: hæc consequentia est euidens: sed cõsequens est falsum: quia materia aquæ ad tantam q̃titatem posset perduci, ꝙ sub ea non staret forma aquæ. Similiter in tanta aer posset per condensationem minorari, ꝙ ipse corrumperetur. similiter aût & de alijs. quare &c. Item, si entia naturalia non essent determinata ad maximum, tunc quotcunq; supposito alicuius speciei dato, possibile esset esse maius. hoc est inconueniens: quia sic homo posset esse tantæ quãtitatis vt attingeret vſq; ad cœlum post q̃. n. quantocunque supposito existente, vt puta homine, adhuc contingeret esse maiorem homine, posito, ꝙ esset homo habens quantitatẽ viginti pedum adhuc posset esse maior, & adhuc illo posset esse maior: & sic peruenireturad hoc ꝙ posset esse tantæ quãtitatis ꝙ attingeret vſq; ad cœlum: qd est impossibile. quia nunc non est nec vnquam fuit nec erit. & patet consequentia. posquam. n. homo non esset determinatus ad maximum, tunc quantocunq; supposito hominis existente, ad huc esset dare maiorem: similiter autẽ & in cæteris. Sed est intelligẽdum ꝙ entia naturalia possunt considerari dupliciter. vno modo ſm quòd naturalia sunt, & sic determinata sunt ad maximum & ad minimũ modo prædicto, alio modo possunt considerari ſm ꝙ continua sunt, & sic non sunt determinata ad maximum & minimum, imo eis non repugnat diuidi in infinitũ in partes, quarum vna est extra aliã. Considerandum etiã ꝙ licet naturalia per se subsistantia & seorsum sine diuisim sint determinata ad minimum, tamen quantum ad partes intoto existentes & excellentis paruitatis non potentes participare sensum & diuisim formam naturalem, sic nõ sunt determinata ad minimum simpliciter: imo quacunque parte carnis data adhuc est minor existens in tota carne, non tamen quælibet talium potest participare seorsum & diuisim naturam carnis: imo si separarentur re soluerentur incontinens, vt minimus sapor infusus aquæ maris, vt docet Aristo. in Lib. de Sensu & Sensa. Sciendum etiam, ꝙ istud dictum est intelligẽdum de entibus naturalibus & formis permanentibus. sed de entibus successiuis, vt sunt tempus & motus, non est omnino manifestum, & de hoc plus videtur in Quarto.

Ratio prioris.

Comm. 55.

Ratio secunda.

Ratio tertia.

RESPON. Ad rationes. ad primam patet ex dictis. Ad ſm dicendum, ꝙ quãtitatiue ſm se non est aliquid contrarium, saltem proprie. tamen, ſm ꝙ coniuncta est naturalibus formis, bene habet contrarium, quò ad dispositiones suas. Ad tertium est dicẽdum, ꝙ in diuisione eorum naturalium, bene peruenitur ad indiuisibilia, sic, ꝙ non possunt diuidi in partes minores eiusdem naturæ sentium & diuisim subsistentes, & ex talibus bene sunt composita. non tñ perueniuntur ad indiuisibilia simpliciter & totaliter, sicut sunt puncta & vnitates, imo vnaquæque partium talium entis naturalis est diuisibilis in infinitum in partes inexistentes, quemadmodum etiã ipsa dimensio diuisibilis est in infinitum in partes, quarum vna extra aliam. Ad quartum, cum dicebatur omne graue &c. Concedo ꝙ omne graue subtilẽs sensum & diuisim est grauius aliquo graui in toto existente & coniuncto alteri grani, sed non est intelligendum ꝙ omne graue seorsum existens sit grauius alio graui seorsum existente, vt arguebatur. Ad quintum dicẽdum, ꝙ sic non erit materia prima sine omni forma, qa illę partes minimæ carois, cum diuiderentur adinuicẽ, acciperent forma continentis. vt, si sint in aere, accipient formã aeris, & sic de alijs. & hoc docuit Aristo. in de Sensu & Sensato. Sed aliqui miratur, quid generabit hmõi formam substantialem, v.g. si minimũ plumbum diuidatur, quid dabit illis partibus forma aeris. Et est dicendum, ꝙ ipsum diuidens instrumentaliter, & virtus cœli existens in continente dabit talem formã substantialem, vel ipsummet continens per luã formam generabit sibi similem formam in materia particularum diuisarum. Sed aliqui dubitant hic, quia forma aeris non pòt stare in materia sub minori quantitate seorsum & diuisim q̃ sit minima quãtitas terræ, sed coniunctim, & in toto possibile est forma aeris esse in materia minoris q̃titatis minore terræ seorsum existente. Ad sextum dicendum, ꝙ, si minima caro diuidatur, diuidetur in partes, quæ prius erant carnes. l. cum erãt coniunctæ ad inuicẽ, sed non erunt amplius carnes, cũ erunt abinuicẽ separatæ. Et tu dicis, ergo componeretur caro ex non carnibus. dico, ꝙ non sequitur quia caro nò componitur ex illis diuisim seorsum existentibus, sed coniunctim, & vt sic bñ sunt carnes, quare &c. Ad septimum dico, ꝙ ignis non augetur in infinitum simpliciter & oño, imo est aliqua quãtitas ignis, ita magna, ꝙ sub maiori non pòt saluari forma ignis, sed verum est, ꝙ caliditas ignis, inquantum caliditas ignis potest se extẽdere vltra terminum, qui cõiter inuenitur in rebus viuentibus. & ideo caliditas ignis nò potest esse sufficiens causa augmẽtationis in viuentibus. Et ad hanc intentionem dixit Arist. 2. de Anima, ꝙ augmentum ignis est in infinitum quousque combustibile apponatur. in lubrorum dico. s. vltra quantitatem, quæ cõiter inuenitur in viuẽtibus, & hoc sufficit Aril. Ad octauum potest dici, ꝙ non est simile de entibus naturalibus & mathematicis, quia mathematica non determinant sibi formas determinatas & virtutes determinatas, dico per seipsa immediate, naturalia autem sic, quare &c. Itẽ ipsa mathematica bene sunt determinata ad minimũ, quod possit seorsum existere, vt aliqua linea est tam parua, quod minor seorsum & diuisim non posset existere, licet bñ semper accipere in toto maiorem, & sic de alijs. Est etiam aliqua quantitas ita maxima, quæ non potest esse maior, sicut quantitas totius mundi corporei. sed forte istam maximitatem non habet ratione qua dimensio seu quantitas, sed ratione naturæ, cui est coniuncta, quare non valet ratio.

Dubitatio.

Responsio.

Dubitatio.

Responsio.

Tex. c. 41.

Mathematica sunt ad minimũ determinata.

Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregentur cum insunt; dicuntur autem & à plurimo, fit autem ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur & caro ex aqua: omne autem corpus finitum resecatur à corpore finito &c. Tex. c. 37.

QVAESTIO XVII.

An Quodlibet corpus finitum consumi contingat, per ablationem finui aliquoties sumptam.

IRCA istam partem quæritur, vtrũ quodlibet corpus finitum consumi possit per ablationem alicuius finiti aliquoties sumptã. Arguitur primo breuiter ꝙ no. quia illud, quod est diuisibile in infinitum, non potest consumi per ablationem alicuius finiti aliquoties sumptam, hoc est euidens. sed omne corpus finitum est diuisibile in infinitum, cum sit continuum. quare &c.

Oppositum arguitur per Arist. in litera.

CON-

CONCLVSIO.

Corpus generabile aut corruptibile, per ablationem æqualium partium, non autem per partium inæqualium secundū proportionem aliquoties factam, consumi tandem contingit.

Diuisio cor poris fit duo bus modis.

AD quæstionem est intelligēdum breuiter, ꝙ diuisio corporis finiti in suas partes pōt fieri duobus modis, vno modo in partes eiusdem quantitatis æquales sibiinuicem, vt, si lignum diuideretur in partes, quarum quælibet esset vnius pedis. alio modo potest fieri diuisio corporis finiti in partes eiusdem proportionis, non tñ eiusdem quātitatis. vt, si lignum diuideretur in duas medietates, & vlterius quælibet medietas in duas medietates, & sic procedendo, hæc esset diuisio in partes eiusdem proportionis: ita ꝙ sicut prima pars, in quas fit diuisio, sunt dimidia ad totum, sic partes, in quas fit diuisio, secunda, sunt dimidia ad illas, quæ diuidūtur in eas, & tñ non sunt æquales ad inuicem: quia medietas totius est maior medietate partis. similiter autem posset fieri secundum alias proportiones, vt, si lignum diuideretur in tres partes, & quelibet illarum in tres partes. Vlterius sciendum, ꝙ aliquid non repugnat alicui ſm vnam rationem, quod tñ repugnaret ei ſm aliam. vt homini albo ſm ꝙ albus, repugnat nigrum esse, sed non repugnat hominī secundum quòd homo. similiter autem & in alijs multis.

Conclusio prima.

Tunc dico, ꝙ nulli corpori finito, ſm ꝙ cōmunem est & finitum repugnat consumi per ablationem partiū eiusdem quātitatis, & æqualium aliquoties factarum. imo, si ab aliquo corpore finito, quātumcunq; sit magum, auferatur corpus infinitum q̄tumcunq; paruum, toties posset auferri, quoad totum esset consumptum. Et hoc statim probatur: quia, si corpori finito repugnaret cōsumi per ablationem partium eiusdem in quantitatis, tunc in ipso essent partes infinitæ sibiinuicem æquales. prō 2ko. n. non repugnaret et inquantum continuum & finitum, nisi ꝓp infinitatem hmōi partium: sed hoc est impossibile. non. n. est intelligibile, ꝙ in aliquo corpore infinito sint partes eiusdem q̄titatis simpliciter infinitæ. imo sicut in ligno decem pedum non est q̄titas vnius pedis nisi decies, sic in corpore quæcunq; finito, non est nisi finities, quæcunq; determinata. vt in cœlo non sunt partes infinitæ æquales vni grano milij, sed finitæ ſm naturam. Et hoc probatur euidenter: quia, si in aliquo corpore finito essent infinitæ partes sibiinuicē æquales, sequeretur, ꝙ, si esset infinitum corpus simpliciter, non haberet plures partes æquales q̄ finitum: quia vtrobiq; essent simpliciter infinitæ. hoc autem est impossibile. licet. n. sit impossibile esse corpus infinitum, tñ ista conditionalis est necessaria, si esset corpus infinitum simpliciter, in ipso essent plures partes quantitatiuæ æquales q̄ in ipso finito. aliter. n infinitum pō esset maius finito. ergo impossibile est in corpore finito esse partes infinitas multitudine æquales sibiinuicem: quare vt ꝙ ipsi corpori finito, ratione, qua finitum est, non repugnet cōsumi per ablationem partium æqualium aliquoties factam.

Corpus finitum nō habet partes infinitas æquales.

Conclusio secunda.

Secundo est dicendum, ꝙ corpus finitum non potest consumi per ablationem partium eiusdem proportionis, inæqualium tñ adinuicem. quia, illud, qđ est in infinitum diuisibile, quantūm ad aliquas partes non potest consumi per quāramcunq; ablationem partium hmōi. detur. n. ꝙ consumeretur, tunc diuisio terminaretur, & sic non esset infinitum: sed omne corpus finitum diuisibile est in infinitum in partes eiusdem proportionis. aut. n. est diuisibile in infinitum, aut eius peruenit diuisio ad indiuisibilia. sed non est dicendum ꝙ diuisio continui perueniat ad indiuisibilia, quia tunc continuum esset compositum ex indiuisibilibus, cum vnumquodq; sit cōpositum ex illis, in quæ diuiditur.

Tex. c 3.

hoc autem est impossibile, vt demōstratum est in Sexto huius: ergo diuisio continui est in infinitum in partes eiusdem proportionis: & sic per ablationē talium ei repugnat consumi.

Conclusio prima.

Tertio dicēdum est, ꝙ alicui corpori finito, vt tale corpus, repugnat diuidi. & per consequens repugnat ei coinmi per ablationem talium partium æqualium. quia illi, qđ est perpetuum & ingenerabile & incorruptibile, repugnat consumi per ablationem partium quarumcunq; repugnat dico ratione qua tale. sed corpus cęleste finitum ſm magnitudinem existens, est ingenerabile & incorruptibile. quare &c. Maior patet, quia omnis substantia, quæ aliquando diuiditur in partes quantitatiuas, est corruptibilis aliquo modo: quia ad tam paruam quantitatem potest deduci, ꝙ in ea non potest saluari forma naturalis, vt patet ex præcedenti quæstione. Et minor patet in 1. Cœli & Mundi. ibi enim demonstratum est, quòd cœlum est ingenitum & incorruptibile. ergo ipsi, ratione qua tale, repugnat diuidi & consumi per oblationem partium quarumcunque. Tex. c. 12.

AD rationem patet ex dictis. verum est enim quòd ipsum cōtinuum diuisibile est in infinitum in partes eiusdem proportionis, sed non in partes eiusdem quantitatis, ideſt æquales: ideo non est contra dicta. quare &c. RESPON.

Omnes igitur principia contraria faciunt. Tex. cō. 41.

QVAESTIO XVIII.

An Rerum naturalium Principia sint Contraria.



VAritur hic, vtrum principia rerum naturalium sint contraria. Arguitur primo ꝙ non: quia principia non fiunt ex alterutris, sed contraria fiunt ex alterutris: quare &c. Maior patet in litera, & Minor similiter ibidem. nō. n. quodlibet fit ex quolibet, sed ex contrario vel medio, vt album sit ex non albo non quocunque, sed ex nigro & ex medio, similiter aūt & in alijs. Itē secundo, si prima principia essent contraria, tūc primi principij esset principium, qđ est impossibile: quia primo nihil est prius. ꝙ probatur consequentia: quia, cum substantię nihil sit contrarium, oporteret, ꝙ, si prima principia sint contraria, ꝙ ipsa essent accidentia: accidens aūt semper est in subiecto, quod est principium eius, & prius eo: quare &c. Item tertio, si principia essent contraria, tunc ex non substantijs fieret substantia: hoc est impossibile, quia illud, ex quo aliqd fit, est prius eo quod fit, & sic non substantia esset prior substantia, quod est falsum. & cōsequentia probatur, quia substantiam non dicimus esse contrariam substantiæ. vnde, si principia essent contraria, tunc non essent substantiæ, cum igitur substantia fiat ex principijs (omnia. n. vel sunt principia vel ex principijs) sequitur ꝙ non ex substātijs fiet substantia. Item quarto, si principia essent contraria, omnia naturalia essent corruptibilia, ꝙ est falsum pro coeporibus cœleſtibus, vt patet 1. Cœli & Mundi. & patet consequentia, quia contraria sunt adinuicem corruptiua, vt demonstratur in litera & in 1. de Generatione, quare &c. Tex. cō. 20. Comm. 50.

Oppositum arguitur per Arist. & Cōm. & in hoc concordauerunt omnes antiqui &c. vt dicit Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Principia rerum naturalium, licet fiat in genere substantiæ, ea tamen quæ ad fieri ipsarum rerum cōtraria esse necessarium est, licet non omnia contraria sint, quantum verò ad esse minime contraria sunt.

AD quæstionem istam est intelligendum, ꝙ res naturales possunt considerari dupliciter. vno modo quantum ad suum esse, alio modo quantum ad suum fieri, quod præcedit ipsum esse actu. Tunc potest dici ad quæstionem. Primo, ꝙ principia rerum naturalium quantum ad suum esse nō sunt contraria sibiinuicem. ſ. principia intrinseca, & hoc est facile videre, quia illa, quorum vnum est perfectio alterius non sunt contraria sibiinuicem, & hoc est manifestum, quia vnū contrariorum non est perfectio alterius dans ei esse, vt albedo non est perfectio nigredinis dans ei esse, nec econuerso. similiter &c in alijs, sed principia rerum naturalium quantum ad esse eorum sic se habent, ꝙ vnum sit perfectio alterius, forma. n. est actus & perfectio materiæ. quare &c. Secundo est dicendum, ꝙ aliqua principia rerum naturalium, tum ad fieri eorum sunt contraria, & ad hoc pōt adduci ratio, q̄ Arist. ponit in litera. illa sunt principia rerum naturalium, quæ non fiunt ex alterutris, nec ex alijs, sed omnia alia fiunt ex eis. hæc. n. requiruntur & sufficiunt ad hoc ꝙ aliqua sint principia rerum naturalium, sed prima contraria sunt huiusmodi. non. n. fiunt ex alijs, quia tunc non essent prima, nec fiunt ex alterutris, eo ꝙ ipsa sunt cōtraria. vnum. n. contrariorum non fit ex alio. nec mutatur in illud, vt exponit Com. & omnia alia à primis contrarijs fiunt ex ipsis primis contrarijs. omnia. n. alia à primis contrarijs, vel sunt contraria secunda, vel media; modo ipsa contraria secunda fiunt ex contrarijs, vt patet inducendo. album. n. fit ex non albo, & do- Tex. c. 1. Conclusio prima. Conclusio.

& domus ex non domo: & ipsa etiam media fiunt ex contrarijs, vt colores medij fiunt ex extremis. s. rubeum ex albo & nigro, & tepidum fit ex calido & frigido, quare &c Item forma & priuatio sunt principia rerum naturalium q̃tum ad fieri, & hoc probabitur in sequentibus: sed forma & priuatio sunt contraria aliquo modo: ergo aliqua contraria sunt principia rerum naturalium quàtum ad fieri ipsorum.

Conclusio. Tertio est dicendum, ꝙ non oia principia rerum naturaliũ, etiam quantum ad fieri sunt contraria, imo præter cõtraria oportet esse aliud principium, qđ nulli sit contrariũ. & hoc probatur sic. nisi esset aliquod principiũ ipsius rei naturalis aliud ab vtroq; contrariorum, tunc fieri ipsius rei naturalis non reciperetur in aliquo subiecto, nec similiter forma rei naturalis: & hoc est impossibile, vt manifestũ est cuilibet intelligenti. cum. n. fieri ipsius rei naturalis sit motus ad ipsam rem generandam: motus aũt requirit semper aliquod subiectũ, cum sit quoddã accidens: ergo sequitur, ꝙ ipsum fieri vult recipi in aliquo subiecto. aliter. n. nihil diceretur moueri illo motu. & cõsequentia patet: quia fieri ipsius rei naturalis non recipitur in priuatione contraria formæ, ad q̃ ordinatur fieri: nec ipsa forma, ad quam tendit fieri, recipitur in priuatione sui. vnum. n. oppositorũ non recipit alterum, nec etiam fieri alterius. ergo præter contraria, oportet esse aliquod subiectum, qđ nulli sit contrarium, sed in potentia ad ambo. Et hæc est ratio Arist. in litera. Et confirmatur: qa, si fieri rei naturalis reciperetur ꝓ se in priuatione præcedente formam facti: cum ipsa priuatio sit per se nõ ens, tunc non ens per se reciperet ipsum fieri, & cum fieri sit idem, quod motus ordinatus ad rem generandã, tunc in priuatione & negatione esset motus. omne aũt, in quo est motus per se, mouetur per se. ergo ipsa priuatio motus moueretur per se ad formam facti: illud autem, qđ per se mouetur ad aliquid, terminato motu, inuenitur sub illo, & informatur eo. igitur priuatio inueniretur sub forma, & informaretur ipsa forma, qđ est per se impossibile. ergo fieri non recipitur in priuatione formæ præcedente formam: oportet igitur, qđ aliquid sit subiectum præter ipsam priuationem, & sic sequitur, ꝙ non oia principia rerum naturaliũ, quantum ad fieri sunt contraria, & ꝙ non solum contraria sunt principia rerum naturalium, q̃tum ad fieri, & ista est determinatio Arist. vult. n. principia esse contraria aliquo modo verum est & necessarium, aliquo modo nõ scilicet non omnia. Et est intelligẽdum, ꝙ contrarietas accipitur dupliciter. Vno modo stricte & proprie, & ista est repugnantia duarum formarum positarum in eodem geoere prædicabili existentium, & sibiinuicem succedentium in eodem subiecto. Et adhuc ista est duplex. vna perfecta, & talis non potest esse otij vnius ad vnum, & hæc est contrarietas extremorum in illo genere. sicut contrarietas caliditatis maximę ad maximam frigiditatem, & ista est maxima distantia talium formarum: alia est imperfecta & diminuta, sicus contrarietas mediorum adinuicem & ad extrema, & hoc habetur ea quarto Metaphysic Alia est contrarietas

Comm. 25. impropriè dicta, quæ est oppositio inter priuationem & habitum hæc autem oppositio rationabiliter vocatur contrarietas: quia semper vnum contrariorum proprie dictorum est diminutum & minus perfectum respectu alterius, & sic magis appropinquat ad priuationem, & alterum est perfectius, & magis habet rationem habitus. Item subiectum

Nota. existens sub vno contrariorum est semper priuatum alio: & nomen contrarietatis extenditur ad oppositionem, quæ est inter priuationem & habitum. modo, cum dicebatur, ꝙ principia rerum naturaliom sunt contraria quàtum ad fieri. non iotelligitur quòd sint vniuersaliter contraria vera contrarietate, & proprie dicta: quia talia contraria non sunt in genere substantiæ, & sic non esset contradictio omnium principiorum rerum naturalium iotrinsecorum: sed est intelligendum, quòd sunt contraria vel contrarietate impropriè dicta, vel contrarietate sumpta large. talia autem contraria bene sunt in genere substantiæ. Nam licet vna forma substantialis per se non sit contraria alteri contrarietate proprie dicta, tamen forma substantialis geoerabilis opponitur priuationi: sicut habiras opponitur priuationi, ita quod quamlibet formam generabilem præcedit priuatio eius in materia.

TVnc ad rationes. Ad primam, cum dicebatur, contraria &c. Concedo, ꝙ prima principia non sunt ex alterutris. Et, cum dicitur, ꝙ contraria fiunt ea alterutris: verum est contraria secunda, vt albũ & nigrum, & sic de alijs. sed contraria prima non fiunt ex alterutris. Forma. n. non fit ex priuatione, nec econtrario. & ideo non est controuersia in dictis Arist. Aliter dicitur cõter, & forte melius, ꝙ contraria possunt dupliciter considerari. vno modo, inquatum ad sortmas, & sic vnum non fit ex alio. s. non mutatur ic aliud, vt exponis Cõm. priuatio. n. non mutatur in formam, nec econuerso. similiter nec albedo in nigredinem: alio modo possunt considerari cõtraria quantum ad subiecta, & sic vnum fit ex alio, vt album ex nigro, i. ex subiecto, quod est sub nigredine, vel medio. similiter & in alijs. Sed contra hoc obijcitur: quia, si sic intelligitur cõtrarium fieri ea contrario. s. ratione subiecti, tunc contrarium non fit ea contrario nisi per accidens. cuius oppositum vult Arist. in litera. vbi dicit, ꝙ per se loquendo album non fit ea quocunque, sed ea non albo, non quocunque, sed ex non albo, qđ est nigrum, vel medium; sermo. n. scientificus debet intelligi de ꝓ se. Item similiter posset dici aliquid fieri ex disparato ratione subiecti, eo ꝙ subiectum existens sub vno disparatorum, est in potentia ad alterum, vt dulce est in potentia ad album, & non plus nec minus est dicere aliquid beri ex contrario, quã ex disparato, cuius oppositum vult Arist. in litera. ergo non est sic intelligendum contrarium fieri ex contrario vel medio. i. ratione subiecti. Ad primũ dicendum, ꝙ per accidens potest capi dupliciter, vt ad propositum spectat, vno modo prous distinguitur contra per se, & primo. alio modo accipitur per accidens, vt distinguitur contra determinatum & necessarium. Modo, vnum cõtrarium bene fit ea altero per accidens primo modo, i. non per se & primo principaliter. illud. n. ex quo primo, & ꝓ se fit aliquid, est pars eius. vnum autem contrariorum non est pars alterius. Sed secundo modo contrarium bene fit ea contrario vel medio per accidens, i. noo determinatè & non necessario: modo vnum cõtrariorum sic fit ex altero, i. determinatè & necessario fit ex alio contrario vel medio, quod patet, quia contrarium per se & primo fit ex ente in potentia, vt album ex potentia albo, similiter autem & in alijs. Modo, illud, quod est in potentia ad vnum cõtrariorum, necessario & determinatè est sub alio contrariorum, vel sub medio, vt omne, qnod est in potentia ad album, necessario est nigrum, vel medio colore colorasum. & ideo vnum contrariorum fit ex altero necessario & determinatè, & sic non fit pure per accidens, sm ꝙ per accidens dicitoguitur contra necessarium: & hoc modo intellexit Philolophus fieri contrarium ex cõtrario per se. Illud enim, quod est minus per accidens, potest dici per se respectu eius, quod est magis per accidens & indeterminatum. Per hoc autem patet solutio ad sm dubium, cum dicebatur, ꝙ similiter &c. dico, ꝙ non est simile quia ex disparato non fit aliquid determinatè & necessario, sed contingenter, vt album non necessario sit ex dulci, quia non est necessarium ꝙ potentia album fit dulce actu, aut actu amarum, nec econuerso, imo actu dulce potest esse non in potentia album, sed actu album. similiter autem & in alijs disparatis, quia multum differt per accidens, & indeterminate fieri ex aliquo disparato, & relpectu huius fieri ex contrario dr contrarium fieri per se ex alio determinatè, licet non fit simpliciter per se & primo. Ad secundam rationem patet ex dictis bene. n. concluditur quòd principia nõ sunt contraria omnia, loquendo de contrarietate proprie dicta, sed alia contrarietate oon cõtingit. similiter autem ad Tertium. Sed est aduertendum, ꝙ Commen. dicit, q istæ rationes non necessario concludunt principia non esse cõtraria, nec Arist. induxit eas tanquam demonstratiuas, sed vt probabiles. cum. n. dicitur, ꝙ contrarietas non sit in substantia, dicit Cõmentator, ꝙ bene verum est secundum subiectum, sed non sm formam. & ideo non concluditur ꝙ principia substantiæ non suot contraria, & ad hoc induxit dictũ Arist. qui dicit substantiam non esse cootrariam substantiæ. Verũ est de substantijs compositis, sed nõ de simplicibus. & ideo illæ ratiooes nonomnino concludnot, ꝙ principia noo sint contraria. possumus ergo dicere, ꝙ verum sit ꝙ istæ rationes non concludunt, ꝙ principia nullo modo sint contraria, imo

RESPON

Contraria considerant dupliciter.

Obiectio prima.

Obiectio secunda.

Responsio ad primũ.

Ad secundã obiectum.

Notandum

ria, imo sunt contraria aliquo modo, si large loquendo de contrarietate, vt dictum est: sed si loquamur de contrarietate propriè, sic sortè bene cõcludunt, quòd principia non sunt contraria; quia talis contrarietas nullo modo est in subsitãtia. vnde præter propriè dicta contraria. oportet esse aliquod aliud principium. Ad formam ergo rationum, cũ dicebatur primo, si principia essent contraria, tunc principij esset principium. verum est, si sint contraria propriè. talis.n. contrarietas non est nisi inter accidentia, quæ requirunt subiectum ens actu præcedens ea. sed, si principia sint contraria contrarietate large dicta, tunc non sequitur: talis enim contrarietas est inter formam substantialem, & priuationem eius, & ipsa forma substantialis non requirit subiectum ens actu: & ideo bene concluditur, q̃ principia non sunt contraria contrarietate propria, sed non concluditur q̃ nullo modo sint contraria. Et est diligenter considerandum, q̃ licet illa ratio Aristo. non conuincat principia non esse contraria, tamen habetur necessario ex ea, q̃ oportet esse aliud principium præter contraria, sed in hoc sufficit ratio Arist. n. nam siue sit contrarietas impropriè dicta siue propriè dicta, semper oportet contrarium esse in aliqun subiecto. idem n. conceduntur principia priuationis & habitus. si.n. conceduntur principia contraria cõtrarietate, quæ est inter priuationem & habitum, etiam conceditur esse aliud principium præter contraria. Similiter ad tertiam cũ dicebatur, q̃ ex non substantijs &c. verum est si essent contraria propriè & strictè, sed non si sint contraria large: & talis contrarietas est inter formam & priuationem formæ. Et ex illa concessione habetur vlterius, q̃ non sola contraria sunt principia, quia formæ, cui aliquid opponitur priuatiuè, oportet esse aliquod subiectum, & sic ipsa non est tota rei substantia. Ad quartam cum dicebatur, q̃ tunc omnia &c. dico, q̃ omnia naturalia aliquo modo sunt corruptibilia vel secundum substãtiam, & hæc est corruptio simpliciter, vel secundum aliqua accidentia. Et, cum dicitur, q̃ cœlum est incorruptibile, verum est secundum substantiam, tamen est bene corruptibile secundum vbi: cum, enim acquirit vnum vbi, deficit alterum: & sic in cœlo sunt principia contraria. s. secundum q̃ mouetur. s. vbi & priuatio. nam dum mouetur ad aliquod vbi priuatum est illo, & his contrarijs subiicitur subiectum, s. substantia cœli. ideo dr materia in potentia ad vbi, & quo, id est ad terminos transmutationis localis: quorum vnus est vnde, i. terminus a quo, & alius est quo, i. terminus ad quem. & ideo non valet ratio contra dicta. Aliter dicitur, q̃ verum est, si principia essent contraria propria contrarietate, tunc omnia naturalia essent corruptibilia, sed non oportet, q̃, si sint large contratia & communiter dicta contrarietate, quare &c.

Cœlum est corruptibile secundũ vbi.

Vnde, si aliquis priorem veram putabit esse rationem, & hanc necessarium est si debet saluare vtrasque rationes, subesse quoddam tertium &c.

QVAESTIO XIX.

An Materia prima sit ens.



VIA Philosophus concludit hic, q̃ præter contraria, oportet esse aliquam naturam subiectam, & illa non est nisi materia, ideo quæritur hic, verum materia prima sit ens. Arguitur primo q̃ non, quia cuius forma est non ens, & ipsum est non ens: hoc est manifestum, quia esse rei est forma eius. sed forma materiæ est non ens, quia priuatio est forma materiæ, vt dicit Cõm. in primo huius: priuatio autem est per se non ens, vt dicit Arist. quare &c. Item secundo, si materia prima esset ens, aut esset ens naturale, aut mathematicum, aut diuinum per diuisionem sufficientem, quæ habetur in 6. Met. sed non est ens naturale: quia quodlibet ens naturale habet aliquem motum determinatum, vt ignis sursum, & terra deorsum. & sic de alijs. materia autem prima non habet aliquem motum naturalem determinatum. nec est ens mathematicum aut diuinum: quia illa sunt abstracta à materia, vt patet in 6. Meta. & 1. de Anima: materia autem non est abstracta à materia, vt manifestum est. quare &c. Item tertio, illud, quod non est substantia, nec accidens non est ens, cum ens, dividatur sufficienter per substantiam & accidens, vt patet in primo huius. & 5. Meta. & etiam in prædicamentis: sed materia non est substantia, nec accidens, vt patet in 7. Meta. vbi dictum est, q̃ materia nec est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum, quibus diuisum est ens nec priuationes horum quare &c. Item quarto, quod est medium inter contradictoria, non est ens, vt patet, Met. sed materia prima est huiusmodi: nam est medium inter esse & non esse, sicut dicit Commentator in isto primo quare &c.

Tex. cõ. 79.
Tex. c. 2.
Tex. c. 2.
Tex. c. 17.
Tex. c. 3.
Tex. cõ. 13.
Tex. c. 8.
Tex. c. 27.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotel. in litera: qui vult, q̃ materia prima est aliquod diuersum a priuatione. & idem vult Comm. & omnes expositores Arist.

T. c. 70.

CONCLVSIO.

Materia prima nec forma est, nec aliquam propriã formam habet, sed est ens in pura potẽtia, seipsa ab ipsa forma distincta.

AD quæstionem dicendum primo, quòd materia est ens aliquo modo, quia illud, quod est subiectum principale omnis transmutatiõis, est ens aliqualiter, non ens n. nec potest subijci transmutationi, quæ tunc non ens transmutaretur, quod est impossibile sed materia prima est principale subiectum omnis transmutationis: ipsa.n. est subiectũ substantialis transmutationis quæ est & generatio & corruptio, eum semper oporteat subiici aliquid, cui attribuitur fieri, vt probat Arist. in litera, & hoc demonstratur potest hoc. Est etiam subiectum aliquo modo aliarum transmutationum. s. subiectum remotum & mediatum, nam omnis transmutatio est aliqun modo inter contraria, vt manifestum est; & ipsis contrarijs oportet esse aliquod commune subiectum. quare &c. Item illud, ex quo cõponitur aliquid, est ens. nam non ens, non est de compositione entis: sed ex ipsa prima materia aliquid componitur. s. substantia materialis, vt manifestum est. quare &c. Item si prima materia esset simpliciter & pure non ens, tunc aliquid fieret ex nihilo: hoc est falsum ergo &c. falsitas consequentis est nota: quia in hoc conuenerunt omnes, qui de natura locuti sunt, q̃ ex non ente omnino nihil fit. Consequentia patet: quia ipsa materia prima est primum subiectum, ex quo fit aliquid cũ insit, vt omnes coceduot, qui intelligunt quid nominis materiæ. quare &c. Secundo est dicendum, quòd materia non est forma aliqua, nec aliquam formam propriam & determinatam habet de sua essentia. quod multipliciter Comen. probat. Primo: quia, si haberet aliquam formam propriã, tunc nullam aliam reciperet nisi ipsa corrupta: sed ipsam materiam corrumpi in recipiendo formam est inconueniens: quia tone forma reciperetur in non ente, & daret ei esse actu, quod est impossibile. & probatur consequentia: quia adhoc, quòd tertia recipiat formam aliquam substantialem, oportet q̃ ipsa de seipsa non habeat esse simpliciter in actu: forma.n. substantialis est dare esse simpliciter in actu. Adhoc igitur, q̃ ptima materia reciperet aliquam formam substantialem, oporteret remouere illam, quæ daret ei esse simpliciter in actu, & sic corrumperetur substantia materiæ, cuius esset propria illa forma. Illud.n. simpliciter corrumpitur, cuius propria forma corrumpitur. & sic prima materia nullam formam reciperet nisi corrupta ipsa. Secunda ratio est: quia illud, quod est receptiuum omnium formarum, non habet aliquam formam propriam: sed prima materia est huiusmodi. Maior patet: quia si illud, quod recipit omnes formas, haberet ea se aliquam formam, aut illam reciperet, aut non. si non, sic non reciperet omnes formas, & hoc est contra positum. si sic: tunc idem reciperet seipsum, quod est impossibile. nihil.n. recipit se, nec est causa alicuius in recipiendo se, siue sit receptio spiritualis siue corpotalis, vt volt Arist. & Cõm. in 2. de Anima. & 3. & Minor apparet. nam ipsa materia prima recipit omnes formas, non.n. est ratio, quare recipiat vnam vel qualdam magis quam omnes: vnde concedendum est, aut quòd nullam recipit, quod est contra sensum, aut quòd recipit omnes, & hoc est quod volumus. quare &c. Tertia ratio est hæc, si materia prima haberet aliquam formam sibi propriam, tunc generatio non esset aliud quàm alteratio, quod est omnino inconueniens. Consequentia probatur: quia, cum materia sit subiectum generationis, oportet ipsam manere eandem sub vtroque termino ipsius generationis. hoc enim est vni-

Conclusio prima.

Rõ prima.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

Prima rõ.

Secunda rõ

Tertia rõ.

T. c. 71.
T. c. 4.

nerſaliter verum in omni tranſmutatione, quòd oportet ei ſubijci aliquid, quod ſit vnum numero ſub vtroque, termino. ſi igitur materia per ſe eſſet aliquod ens actu, tunc ſub vtroq; termino ipſius generationis ſimiliter maneret idem ens actu. Omnis autem talis tranſmutatio eſt tranſmutatio accidentaliter: in qua manet vnum & idem numero ens actu. nam per talem tranſmutationem non mutatur nomẽ & diffinitio. ergo generatio ſimpliciter erit tranſmutatio accidentalis. &, cum non ſit augmentatio, nec motus localis, vt manifeſtum eſt cuilibet, relinquitur, ꝙ erit alteratio. omnis enim tranſmutatio accidentalis aut eſt alteratio, aut augmentatio, aut motus localis. quare &c. Item, ſi prima materia haberet aliquam formam ſubſtantialem ſibi propriam (dico ſecundum ꝙ materia, & per quam eſſet materia) ſequeretur ſimiliter, ꝙ omnis forma perficiẽs materiam

Quarta rõ. primam eſſet accidens: quod eſt valde abſurdum. ſic.n. ſpecies rerum naturalium non differrent ab inuicẽ niſi ſecundum accidentia. & patet conſequentia: quia forma, quæ aduenit enti in actu, ſecundum ꝙ actu, eſt accidens, quia talis non dat eſſe ſimpliciter & in actu, ſed eſſe ſecundum quid. modo forma adueniens materiæ aduenit enti in actu, ſecundum quòd in actu, poſt ipſam materiam primam ſecundum ꝙ materiam ponimus habere actum proprium. Patet ergo ex omnibus iſtis dictis, ꝙ materia prima nullam formam habet ſecundum ꝙ materia. ſper quam ſit materia. Vtrum autem habeat aliquam formam ſubſtantialem ſibi coæternam, quæ tamen non ſit in eius eſſentia, nec de eius eſſentia, ſicut ponunt aliqui de forma ſubſtantiæ, & corporis: & vtrum ipſa remaneus ſub vna forma ſubſtãtiali poſſit recipere aliam formam ſubſtantialem, ſicut aliqui ponunt. ſ. illi, qui dicunt formas ſubſtantiales elementorum remanere in mixto: de hoc eſt bona ſpeculatio, & fortè alibi inquiretur. Tertio dicendum eſt, ꝙ ipſa materia prima eſt

Concluſio tertia. ens potentia pura de ſe: quia quod eſt ens aliquo modo, & non eſt actus, nec de ſe habens actum, illud eſt ens in potentia: hæc eſt manifeſta cuilibet intelligenti: ſed materia prima eſt in aliquo modo, vt demonſtratum eſt, & non eſt aliquis actus, nec habens aliquem actum proprium de ſe. ergo relinquitur ipſam eſſe purè potentiam, i. ens pure in potentia. Sed aliquis hic dubitaret: quia omnis diſtinctio eſt per

Dubitatio. Tex. c. 49. aliquem actum, vt habetur ex 7. Meta. cum igitur materia ſit de ſe ens diſtinctum à forma. ipſa.n. materia ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt perpetua, vt videbitur poſt. corruptio autem attingit eſſentiam formæ, vt videbitur poſt: relinquitur ergo ꝙ ipſa materia de ſe habeat aliquẽ actum. Ad hoc

Reſponſio. poteſt dici ad præſens, ꝙ omnis diſtinctio principiatorum & compoſitorum eſt per actum aliquo modo, ſed diſtinctio principiorum non oportet quòd ſit per actum eſſentialem vniuſcuiuſq; diſtinctorum: nunc materia & forma ſunt principia prima intrinſeca rerum naturalium. ideo non oportet quòd materia diſtinguatur à forma per aliquem actum ſibi eſſentialem, ſed ſeipſa ab ea diſtinguitur. Item poteſt dici, quòd ſicut eſſentia vel natura materiæ eſt propter for

Comm. 16. mam tanquam propter finem, vt dicit Commẽ in Secundo huius, ſic diſtinctio & diuerſitas eſſentialis materiæ à forma eſt propter ipſam formam: & ſic adhuc diſtinctio materiæ à forma eſt per formam: non quidem formaliter, ita quòd ly per, dicat circunſtantiam cauſæ formalis intrinſece diſtinguentis: ſed finaliter, ita quòd ly per, dicat circunſtantiam cauſæ finalis.

RESPON. AD rationes. Ad primam, cum dicebatur, illud cuius forma &c. poteſt dici, quòd verum eſt ſi ſit forma proprie dicta, ſi verò ſit forma ſecundum ſimilitudinem ſolum, non oportet &c. Et, cum dicitur, priuatio eſt huius &c. Dico, ꝙ priuatio non eſt proprie forma primæ materiæ, ſecundum quam eſt prima materia: eo ꝙ forma eſt de eſſentia illius cuius proprie eſt forma: modo nulla priuatio eſt de eſſentiæ materiæ: quia tunc non reciperet omnes formas: non.n. reciperet illam formam, cuius priuatio eſſet eius eſſentia. ſicut etiam priuatio formæ non recipit illam formam, cuius eſt priuatio. ſed pro tanto priuatio dicitur forma materiæ, quia quadam ſimilitudinem habet cũ forma reſpectu eius.

Priuatio dicitur forma materiæ. Non ſicut forma eſt materiæ, cuius eſt forma, & non eſt ſeparata ab ea loco, & ſubiecto, ſed vnita ei, ſic etiam priuatio eſt in materia, & nõ eſt ſeparata ab ea loco & ſubiecto: eſt tamen diuerſa ab ea ſecundum diffinitionem & eſſentiam, ita ꝙ eſſentia materiæ non eſt ipſa priuatio, nec è conuerſo. ſicut demonſtrat Ariſt. in literâ: quare &c. Item poteſt aliter dici, quòd priuatio præcedens aliquam formam in materia poteſt conſiderari quantum ad negationem illius formæ, & ſic eſt per ſe non ens: nec iſto modo eſt forma materiæ. vel poteſt conſiderari quantum ad aptitudinem ipſius materiæ ad huiuſmodi formam, priuatio.n. non eſt ſimpliciter negatio, ſed negatio in ſubiecto apto nato, vt patet in 4. Metaphy. & illa aptitudo bene eſt aliquod ens, & Tex. com. 4. quantum ad hoc priuatio eſt forma materiæ, non quidem ſubſtantialis, ſed accidentalis, vt videbitur in ſequentibus. Ad ſecundam dubitationem breuiter dico, ꝙ materia eſt ens naturale, loquendo large de ente naturali pro omni eo, quod per ſe pertinet ad cõſiderationem rei naturalis, licet non ſit propriè ens naturale: quia ens naturale propriè eſt iplum compoſitum, vt dicit Ariſt. in dictis ſecundum actũ, Tex. c. 4. non autem de ente naturali purè in potentia: Secundo huius. Et cum dicitur, quodlibet &c. Dicendum eſt quòd illud eſt verum de entibus naturalibus propriè dictum: non oportet enim ꝙ habeat aliquem motum determinatum per ſe & immediatè, ſic autem eſt prima materia.

Ad tertiam eſt dicendum, ꝙ bene contingit materiam non eſſe aliquod ens actu de ſe, & ad iſtam intentionem loquitur ibi Ariſto. non tamen negat quin ſit ens in potentia: imo etiam Ariſt. ibi ſubdit, ſed potentia omnia hæc &c. Ad quartam dico breuiter per interemptionem minoris. Et ad probationem dicendum, ꝙ male allegat Commẽtatorem. non.n. dicit quod materia eſt medium inter eſſe & nõ eſſe, ſed dicit, ꝙ eſt medium inter non ens purum, & non ens vniuerſaliter, & non ens actu, & ita iſta non concludunt quia in contradictorijs debet eſſe affirmatio & negatio de eodem & eodẽ modo: modo ens vniuerſaliter, & ens actu non ſunt idem omnino. & ideo non ens vniuerſaliter, & nõ ens actu non contradicunt: quapropter poteſt inter ea eſſe medium ſecundum abnegationem. ſ. quòd nec eſt non ens vniuerſaliter. i. penitus non ens, nec ens actu de ſe, & illud eſt prima materia. hoc autem latuit antiquos Philoſophos præcedentes Ariſtotelem.

QVAESTIO XX.

An Materia Prima ſit Subſtantia.

SEcundo quæritur, vtrum materia prima ſit ſubſtantia. Arguitur primo ꝙ non: quia illud, quod eſt de genere relationis, non eſt ſubſtantia, cum prædicamẽta non ſint permiſta eſſentialiter, vt patet in 1. Poſter. ſed Tex. cõ 26. materia prima eſt in genere relationis, vt Tex. cõ 26. dicit Ariſto. in Secundo huius, & expreſsius Comm. Item ſecundo, illud cuius differentia ſubſtantialis eſt accidens, nõ eſt ſubſtantia: hæc eſt manifeſta. quia differentia rei ſubſtantialis conſtituit eam in ſua ſpecie, vt patet in 7. Meta. Comm. 70. ſed differentia ſubſtantialis materiæ eſt accidens: quia poſſe, ſiue potentia eſt eius differentia, vt dicit Comm. in tract. de Subſtantia Orbis: ſed ipſa potentia eſt accidens materiæ, vt dicit Com. in Primo huius. Item tertio, quod eſt in Tex. c. 78. potentia ad ſubſtantiam non eſt ſubſtantia: hæc eſt mani Tex. c. 8. feſta, ſicut quod eſt in potentia animal, non eſt animal, ſed materia eſt in potentia ad ſubſtantiam, vt patet in illo Primo, & in 7 Meta. quare &c. Item quarto, illud, quod manens vnum numero non eſt ſuſceptibile contrariorum, nõ eſt ſubſtantia: ſed materia manens vna numero non eſt ſuſceptibilis contrariorum. Maior patet, quia hæc eſt proprietas communis omni ſubſtantiæ, vt patet in Prædicamentis. Primo huius Tex. c. 53. Minor apparet: ipſa enim materia recipit omnes formas Secũdo huius. ſubſtantiales, & ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, vt patet in Prædicamentis. Meta.

Oppoſitum vult Ariſt. hìc & in Secundo huius, & in 7. Tex. c. 7. & 8. & 12. Meta. & in 2. de Anima: & idem vult Commen. Octauo Et arguitur ratione: omne ens aut eſt ſubſtantia, aut acci- Meta. dens: hæc eſt ſufficiens diuiſio, vt patet in Primo huius, & Tex. c. 3. in Prædicamentis. ſed prima materia eſt ens, vt demonſtratum eſt prius, & non eſt accidens: quia accidens ſemper eſt in aliquo ſubiecto, materia autem non eſt in aliquo ſubiecto, cum

15. Meta. Tex. cõ. 11. 3. de Aia. Tex. 6. &c

cto, cum ipsa sit primum subiectorum, vt patet in Primo huius, & omnes concedunt. quare &c.

CONCLVSIO.

Materia prima non est actu substantia vel accidens, sed est substantia in potentia.

Conclusio prima.

AD quæstionem dico primo, q̃ prima materia est aliquo modo substantia, quod probatur: quia principium intrinsecum substantiæ debet esse substantia. hæc est manifesta, quia, si principium intrinsecũ substantiæ esset non substantia, tunc non substantia esset prius substãtia: quod est impossibile. sed materia est principiũ intrinsecum substantiæ compositæ. hoc etiam est notum: quare &c. Secundo dico, q̃ ipsa materia prima est substantia in potentia: cum. n. ipsa sit substantia, aut est substantia in actu aut in potentia p̃ diuisionem sufficientem: sed ipsa materia prima non est substantia in actu, sicut patet ex præcedentibus: omnis. n. substantia in actu vel est forma, vel habens formæ partem sui essentialem: quorum nullum contingit primæ materiæ.

Conclusio secunda.

RESPON.

AD primum argumentum, cum dicebatur, quod est in genere relationis &c. dico, q̃ verum est, si sit per se, & ſm suam essentiam in genere relationis, sed si est in genere relationis secundum aliquam sui proprietatem superadditã suæ substantiæ, vel etiam ſm quandam similitudinem, non oportet Et, cum dicebatur, q̃ prima materia est ad aliquid secundum Arist. & Com. dicit, q̃ est de genere relationis: dico q̃ non est intentio Arist. & Com. q̃ materia prima ſm suam essentiam, & propriè sit ad aliquid, sicut paternitas aut filiatio, sed dicitur esse ad aliquid secundum quandam similitudinem: quia sicut vnum relatiuorum determinat sibi reliquum, & relatiua diuersificantur secundum diuersitatem eorum relatiuorum ad quæ referuntur, sic materia determinat sibi vnam formã quantum ad esse actu, & diuersificantur materiæ propriè secundum diuersitatem formarum, & sic intellexit Aristo. ibidem, vt patet inspicienti. hoc autem sufficit et ad probandum quod intendit. i. q̃ eadem scientia Naturalis habet considerare de materia & forma. Et quod dicit Com. q̃ materia est in genere relationis. potest similiter exponi ſm similitudinem prædictam. vel potest intelligi, q̃ materia est ad aliquid, & in genere relationis quãtum ad suam proprietatem, quæ est potentia ad formam, non autẽ quantum ad suam essentiam: & sic etiam habebit Arist. qđ intendit. nam cum potentia materiæ ita ad formam, non potest sciri sine scientia formæ, & cum ipsa essentia primæ materiæ non potest sciri sine sua potentia, sequitur vlterius, q̃ essentia materiæ non potest sciri sine forma: & sic ad scientiam eandem pertinet consideratio vtriusq;. Ad secundum dicendum, q̃ posse non est propriè differentia substantialis ipsius materiæ, sed per ipsam circunscribitur differentia materiæ ad formam. hoc. n. necessarium est in rebus multum occultis, q̃ notificentur ex suis accidentibus, inquantum. q̃ eorum accidentia ponuntur loco differentiarum substantialium, vt dicit Arist in 7. & 8. Meta. Ad tertium cum dicitur, quod est in potentia substantia &c Verum est, q̃ illud non est substantia in actu, sed non sequitur, q̃ nullo modo sit substantia. Et, cum dicitur, q̃ ideo materia est substantia in potentia, verum est de se: & ideo volo, q̃ non est ex se formaliter substantia in actu, sed bene est substantia in potentia Ad quartum potest dici, q̃ substantiam esse susceptibilẽ contrariorum, intelligitur substantia composita, sicut & alia quæ ibi dicuntur de substantia agit. n. ibi Arist. de substantia composita, vt ibi dicit Boetius modo materia prima nõ est substantia composita, sed simplex. Aliter potest dici, q̃ licet materia non sit immediatè susceptiua contrariorum propriè dictorum, tamen mediante forma suscipit huiusmodi contraria, & hoc sufficit. Item potest dici, q̃ materia prima bene est susceptibilis contrariorum large dicta contrarietate, pro oppositione, quę est inter priuationem & habitum: recipit enim alternatim formam, & formæ priuationem, vt patet in isto lib. quare non valet.

Materia prima est ad aliquid.

Tex. c. 41. Tex. c. 6.

Tex. c. 56. *Tria quidem igitur dicere elementa esse, & ex his intendentibus videbitur vtique habere quandam rationem, sicut diximus. Plura autem tribus non amplius est, ad persuadendum quidem sufficiens est vnum &c.*

QVAESTIO XXI.

An principia rerum naturalium tantum Tria sint.

HIC quæritur, vtrum principia rerum naturalium sint tm̃ tria. Arguitur primo, q̃ non: quia prima principia rerũ naturalium sunt prima contraria: vt patet cap. præcedente. sed prima contraria non sunt nisi duo: nam prima contrarietas non est nisi vna contrarietas. vna autem contrarietas non est nisi inter duo extrema, cum ipsa sit maxima distantia, vt patet in 10. Meta. quæ &c. Item, secundo, tot sunt principia rerum naturalium, quot sunt causæ earum. nam omnis causa est principium, 5. Meta. sed causæ rerum naturalium sunt quatuor, vt patet Secundo huius: quare &c. Item tertio, si essent tria aut ſm numerum, aut secundum speciem, aut ſm genus, aut secundum analogiam. hæc est diuisio sufficiens, vt patet in 5 Met. cap. de Vno: sed principia rerum naturalium non sunt tm̃ tria secundum numerum: quia tunc res naturales nõ essent nisi tres ſm numerum: quod est impossibile. nec similiter sunt tantum tria ſm speciem: quia tunc res naturales nõ essent nisi tres ſm speciem, quod est manifeste falsum. item quibuscunq; tribus ſm speciem vel secũdum numerum acceptis, non sufficiunt ad generationem rerum naturalium. similiter non sunt tria solum secundũ genus: quia tunc res naturales non essent nisi tria ſm genus. qđ falsum est. res. n. naturales sunt substantiæ naturales, & qualitates naturales, & vbi naturalia, quæ differunt genere, & in vnoquoque dictorum generum sunt diuersa Similiter non sunt tantum tria ſm analogiam. probatio est quia nulla entia sunt numerata ſm veritatem. hoc est euidens. sed esse tria est esse numeratum, & analogia est quædam veritas, vt patet 5. Meta. quare vi q̃ nulla entia possunt esse tria ſm analogiam. Et confirmatur, quia, cum aliqua entia sunt pluta aliqua pluralitate: quodlibet eorum ſm se habet esse vnum veritate opposita illi pluralitati. hoc patet inductiue. si. n. Soc. & Plato & Ioannes sunt tres ſm numerum, quilibet illorum ſm se est vnus numero: & si homo & asinus sunt duo ſm speciem, quilibet ipsorum est vnus ſm speciem in se. similiter autẽ & de aliis. Si igitur principia rerum naturalium essent tria ſm analogiam, tunc quodlibet ipsorum esset vnum ſm analogiam in se consideratum. hoc autem vt esse fallum. quia materia prima, cum dicatur esse vnum de illis tribus principiis, quę ponuntur, & ipsa materia prima non est vna ſm analogiam in rebus naturalibus, sed vna numero, vt ponit Arist. in 2. de Generatione, & Com. ostendit in 12. Meta. quare &c. Et confirmatur quia alia, quæ sunt vnum ſm analogiam, non sunt tria ſm analogiam: sicut, quæ sunt vnum numero non sunt tria numero. sed principia rerũ naturalium sunt vnum ſm analogiam, quod probatur: quia duo principia. i. materia & priuatio ordinantur ad forma tanq̃ ad finem, vt satis in Secundo huius: modo, vnum p̃p alterum, ibi vbique tantum vnum: & etiã vnus modus analogiæ est ordinatum ad vnũ finem, vt docet Comm. in 4. Meta prope principium. igitur principia sunt vnum secundum analogiam: quo igitur sunt tria secundum analogiam? Item quarto, prima principia rerum naturalium debent inueniri in oibus rebus naturalibus: hæc est euidens, sed illa tria. i. materia forma, & priuatio, non inueniuntur in omnibus rebus naturalibus. nam ipsum cœlum est res naturalis, vt patet 2. Cœli & Mun. & tã ipsum cœlum non habet materiam, vt demonstrat Com. in isto 2. & 8. huius, & in de Substantia Orbis. & 8. Meta. quare &c. Item quinto probo q̃ materia & forma non sunt principia rerum naturalium: quia principia rerum naturalium debent esse notiora ſm naturam ipsis rebus naturalibus compositis, & ipsa sic composita sunt notiora quo ad nos, vt dĩ in Primo huius: nunc aũt materia, & forma non sunt notiora quo ad naturam. quia illa sunt notiora ſm naturam, quæ sunt veriora entia, vt dĩ cõiter supra Proœmium huius. cuius etiã signum est, q̃ notissima ſm naturam sunt verissimæ entitatis, sicut Deus & intelligentiæ aliæ, vt patet in 2. Meta. materia autem, cum sit ens in potentia, de se non est maioris entitatis cõpositi, qđ est in actu: similiter forma cum non sit ens actu, sed actus. vt communiter dicitur, non est verius ens compositi, quod est ens actu: quare &c.

Comm. 1. Comm. 28. & 29. Tex. c. 5. Tex. c. 10. Tex. c. 6. Tex. cõ. 14. Tex. cõ. 13. Comm. 2. Tex. cõ. 15. Tex. cõ. 79. Tex. cõ. 79. Com. c. 11. Tex. c. 2. Tex. c. 1.

Oppo-

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in littera, vbi determinat, ꝙ principia rerum naturalium sunt tria. l. materia, forma, & priuatio: & idem vult Com. & alij expositores Aristo. hoc etiam patet ex prius ostensis: probatum. n. est, ꝙ principia sunt contraria: & praeter contraria oportet esse aliquod principium: quare &c. ergo sunt tria.

CONCLVSIO.

Rerum naturalium Principia tam per se quam per accidens, Tria sunt, nec plura nec pauciora tribus esse necessariò est.

Conclusio prima.

AD quæstionem istam breuiter dico duo, primo, ꝙ prima principia rerum naturalium intrinseca sunt tria. secundo dico ꝙ nõ sunt plura tribus. Primum ostenditur sic: materia, forma, & priuatio, sunt tria aliquo modo: sed materia forma, & priuatio sunt principia intrinseca rerum naturalium: ergo principia intrinseca rerum naturalium sunt tria aliquo modo Maior est euidens de se, & Minor declaratur primo ꝙ materia & forma sunt principia prima rerum naturalium intrinseca: qu a illa, ea quibus primo & principaliter res naturales sunt & fiunt, sunt prima principia rerũ naturalium intrinseca. hęc est euidens: sed forma & materia sunt huiusmodi. ex ers. n. sunt & fiunt res naturales, tanquã ex partibus intrinsecis existentibus in ipsis qđ patet: quia, sicut ratio hominis musici resolutur in rõnem hominis, & rationem musici, sic rõ substantiæ naturalis resolutur in rõnem materiæ, & rationem formæ. vnũquodq; autem ex illis est, in quę resolutur, & ea quibus cõponitur: quare &c. Et notandum circa illam rõnem, ꝙ materia, forma, & priuatio, sunt aliquo modo tria, & nunq̃ diuisa abinuicẽ loco, & supposito, sicut Socra. & Plato, sed sunt distincta secũ diffinitionem & quidditatẽ. alia n est diffinitio materiæ, & alia formæ, & alia priuationis. materia n. est subiectum primũ, ex quo inexistẽte aliquid fit, vt dicit Primo huius. Forma vero est actus dans esse illi subiecto, & per qđ illud subiectum habet esse actu. Priuatio verò est negatio formæ in tali subiecto, cum aptitudine ad eam forma. quamuis enim formam generabilẽ præcedit in subiecto negatio, & non esse ipsius, cum aptitudine tñ recipiendi eam, & sic debet intelligi. Q aliter autẽ materia, & forma, & priuatio sint tria videbitur consequenter. Quod autẽ priuatio sit vnum principium intrinsecum rerum naturalium ostenditur sic cõter. Illud, quod est ex non esse actu cõiunctum per se & principali subiecto rerum naturalium & quantum ad fieri, & quantum ad esse, est aliquo modo principium rerũ naturalium. hæc recipitur pro manifesta sed ipsa priuatio est huiusmodi: nunquam. n. materia rei naturalis transmutaretur ad aliquam formam, nisi deficeret illa forma, & nisi haberet aptitudinem ad recipiendũ eam: & hoc quasi per se notum est. si. n. materia non careret aliqua forma, tunc haberet eã. & sic non transmutaretur ad eam, & ad illam intentionẽ est illud quod dicit Arist in 1. de Gene. habitibus præsentibus in materia, non amplius generatur aliquid. Similiter, si ipsa materia carens aliqua forma non haberet potentiã siue aptitudinem ad recipiendem eam, tunc nunq̃ reciperet eam, cũ non recipiatur impossibile recipi & per consequens nõ naturaliter deberet transmutari ad ipsam, & quia otiosa esset illa transmutatio. Necesse est itaq; ad hoc ꝙ materia transmutetur ad aliquã formam, vt prius careat ea, & habeat potentia siue aptitudinẽ ad eam. hæc aũt carentia cum aptitudine, indubitanter est priuatio, vt patet 4 Met. ergo priuatio necessario est cõiuncta materiæ in fieri rei naturalis. Item etiam q̃um ad esse: nam materia exuitens sub vna forma necessario est priuata alia forma sibi oppolita. vt materia carẽs forma hominis, necessario est priuata forma lapidis. & hue ẽt ponit Com. in illo cap. manifestum igitur: sequitur ergo, ꝙ priuatio est principium rerum naturalium q̃um ad esse. Vtrum autem sit principium per se vel per accidens, & quomodo, videbitur in alia quæstione. Secundo dico ꝙ principia intrinseca rerum naturalium non sunt plura tribus: quia tot sunt huiusmodi principia quot sufficiunt ad generationem & corruptionem rerum naturalium, & ad alias transmutationes, & ad esse ipsarum: hæc est manifesta. oam ad hoc ordinantur principia rerum naturalium, vt ipsæ res generentur ex eis, & fiant, & transmutentur sin quòd eis conueniunt: sed tria sufficiunt q̃um ad intrinseca. l. materia, forma, & priuatio, cum accidentia rerum naturalium non sint priora substantijs naturalibus: & cuilibet ipsorum nõ possint esse intrinseca principia & prima earũ. Item, ipsa causa agens rem naturalem non pòt esse principium intrinsecum, & de essentia rei generatæ: quia nihil esset seipsum, vt manifestum est cuilibet. vtrum autem agens naturale debeat esse intrinsecum ipsi materiæ subiectæ transmutationi, bona qò est & forsitè videbitur posterius. Tñ certum est, ꝙ ipsum agens siue faciens tam naturalẽ non est de essentia ipsius generati, vel qñcunque facti. Similiter etia finis rei naturalis, propriè loquendo, vel est operatio rei naturalis, vel aliqua res nobilior ea, cui intendit aliqualiter assimilari, vel coniungi per operationem suam, vt satis patet in 2. de Aia & ponit Com. in 2. Meta. & quodcunq; illorũ sit causa finalis vel vtrumq;, manifestum est, ꝙ non intrinseca rei naturalis: relinquitur ergo, ꝙ sola materia & forma possint esse principia rei naturalis per se intrinseca, & principaliter. Priuatio autem est hmõi principium propter necessitatẽ prædictã: quare &c. Item, si principia rerũ naturalium essent plura tribus, oporteret ꝙ illud quartum vel esset subiectũ ipsum, vel aliquid aliud contrarium á duobus contrarijs primis. s. á priuatione, & á forma: sed non pòt esse aliud subiectum: quia vnum subiectum aliquo modo vnitatis sufficit ad recipiendum omnia generabilia naturalia. quahter autem necessario sit vnum, videbitur post. Nec potest esse aliud contrariũ: quia cuc oportet esse aliquid aliud contrariũ et. Nam contrarium dr contrarij contrarium, & tunc inter illa duo cõtraria addita esset quędã alia contrarietas: sed hoc est impossibile: quia non potest esse nisi vna prima contrarietas. nam prima contrarietas est primi generis, s. substantiæ, & vnius generis non est nisi vna prima contrarietas; substantia autẽ est vnum genus: quare illud quartum non potest esse aliquod contrarium: & sic relinquitur ꝙ prima principia intrinseca rerum naturalium non possint esse plura tribus.

Ratio secunda de Efficiens nõ est causa intrinseca.

Finis nõ est causa intrinseca.

Tex. c. 34.

Tertia rõ.

Tex. c. 62.

Cõfirmatio

Priuatio est principium

Principia dicuntur prima dupliciter.

Tex. c. 55.

Tex. c. 27.

Comm. 50.

Cõclusio secunda.

Tex. c. 76.

Tex. c. 54.

Dubitatio.

Rsio prima.

Responsio.

Et confirmatur magis manifestando. cum. n. principia rerum naturalium saltem aliqua, sint contraria; vt prius ostensum est, prima principia debent esse prima contraria, & inter quæ sit prima contrarietas. prima autem contraria non sunt nisi vnum par contrariorum, & ipsa contrarietas non est nisi vna; quia quod per superabundantiam dr vni soli conuenit, & sic illa contraria quæ sunt prima principia rerũ naturalium, non sunt nisi duo. præter hoc autem nõ est nisi vnum subiectum eorum, vnum dico aliqua vnitate: quare sequitur ꝙ principia rerum naturalium nõ sunt plura tribus. Et est intelligendum ꝙ principia rerum naturalium possunt intelligi prima dupliciter. Vno modo primitate cõitatis, alio modo primitate principalitatis. Primo modo. s. primitate cõitatis, quæ cõuenit prædicatur de omnibus principijs rerũ naturalium: & sic sunt principia, materia, & forma, & priuatio in suis contrarijs accepta. Secundo modo, & sic sunt principia substantiæ naturalis quãdmodum. substãtia est primum ens primitate principalitatis respectu omnium aliarum rerum naturalium, sic ẽt principia substantiæ sunt principia prima respectu cuiuslibet principiorum principalitatis primitate: & sic vtraq; prima principia rerũ naturalium sunt materia de genere substantiæ, sunt & forma substantialis, & eius priuatio. hæc sunt cõia principia omnibus substantijs naturalibus generabilibus & corruptibilibus. & hoc quidem verũ est comparando adinuicẽ principia, quæ sunt in istis rebus naturalibus inferioribus: principia enim istorum sunt principia substantiæ. &, si volumus loqui de primis principijs rerum transmutabilium simplicibus primis ordine principalitatis, sic indubitanter prima principia rerum trasmutabilũ & mutationum sunt principia motus cœlestis, qui primus est inter oẽs, & principium omnium aliorum: vt patet Octauo huius & 2. de Gene. Vtrum autem in substantijs naturalibus semperuis. l. corporibus cœlestibus sit materia talis, aut non, perscrutatio est bona. & habet inquiri in 8 Meta. & 12. & in 8. huius. Sed aliquis dubitaret rationabiliter contra demonstrationẽ illam, qua ostensum est priuationem esse principiũ quia similiter posset probari, ꝙ potẽtia materiæ, & similiter dimensio essent principia rerum naturalium: eo ꝙ semper & necessario sunt coniuncta ipsi materiæ, & in esse, & in fieri. Ad hoc pòt dici, ꝙ ista comprehenduntur in subiecto seu materia: nã indistanter ipsum subiectũ debet esse potens informari & transmutari:

Replicd. Reſponſio.

tari: quod non eſſent niſi eſſet quantum. Sed diceres, ꝙ ſimiliter priuatio deberet comprehendi nomine ſubiecti, & ſic nõ dicerentur niſi duo. Dico ꝙ Arist. capiendo ſit ipſam priuationem diſtincte ab aliis pro tanto, quia aliqui ſpecialiter errabant circa ipſam, nullo modo eam à materia diſtinguẽtes. Philoſophus aũt non ſolum debet dicere vetitatẽ, ſed remouere & eam patere errores. Item pp illud diſtinait priuationem à ſubiecto magis q̃ potentiam aut dimenſionem: quia ipſa priuatio habet alium modum principiandi ipſum fieri, q̃ materia & forma. eſt. n. priuatio principiũ fieri, ſicut terminus a quo, non aũt materia neq; forma. dimenſio aũt & potentia non habent oino alium modũ principiandi ipſum fieri niſi per modum materiæ, ſ. per modum recipiendi ſaltẽ diſpoſitiui. ideo bene tradidit Arist. numerum principiorum totioſecorũ naturalium. Et eſt aduertendum vtrum, ꝙ principia rerum naturaliũ ſunt aliquo modo duo ſolum, aliqoo modo tria ſolũ, aliquo modo ſunt quatuor, aliqoo modo quinq;. Et patet. ſi numerentur principia rerum naturalium intrioſeca per ſe, & quantum ad eſſe, ſic ſe ot tm duo, ſ. materia & forma: ſi vero numerent principia intrinſeca per ſe, & per accidens, ſic ſunt tria, ſ. materia, forma, & priuatio. ſi vero numerentur cauſæ intrinſecæ & extrinſecæ ſolu per ſe, ſic ſunt quatnor, ſ. materia, forma, ageos, & finis. Si verò cum principijs intrinſecis & extrinſecis per ſe counumereotur principia per accidens, hc ſiunt, ſ. materia, forma, priuatio, agens, & finis. Conſiderandum eſt vlterius, ꝙ duplex eſt analogia, vt cõter ſolet dici hic. Quædã eſt analogia, quæ eſt diuerſa habitudo diuerſorum ad vnũ ſubiectum, & hanc analogiam habent alia prædicamẽta ad ſubſtantiam, vt dicit Com. in 4. Met. Alia eſt analogia, quæ eſt habitudo diuerſorũ ad vnum agens. ſicut plures operationes medicinales attribuuntur vni medicinæ, & forte omnia iſta inferiora cęlo. Alia eſt attributio diuerſorum ad vnum finem, vt ſanationum in cibo, & vrina ad ſanitatem animalis. Alia aũt eſt analogia, quæ eſt ſimilis habitudo diuerſorum ad diuerſa, ſm quam aliquid ſe habet ad alterũ, ſicut quoddam alterum ad alterum. vt ſicut rector ſcholarum ad ſcholas regendas, ſic rector nauis ad nauem regendam. & furiẽ iſtam analogiam habent ad ſeinuicẽ principia aliorum generum ad principia ſubſtantiæ, & econuerſo. ſicut. o. principia ſubſtantiæ ſe habent ad ſubſtantiam, ita principia qualitatis ſe habent ad qualitatem, ſimiliter autem & in alijs.

Numerus principiorũ accipitur diuerſimodẽ.

Analogia eſt dupliciter.

Comm.s.

RESPON. AD primam nõuem dicendum, ꝙ prima contraria bene ſunt quædã principia, ſed præter illa, oportet eſſe aliud ſubiectum. vt demonſtratũ ſuit prius: quare noo valet. Ad ſecundã patet ex dictis. numerando. n. principia extrinſeca & intrinſeca verũ eſt ꝙ ſuot quatuor: ſed intrinſeca tm quodammodo ſunt duo, & quodammodo tria. Ad tertiã dicendum ꝙ ſunt tria ſm analogiam aliquo modo. Et ad improbationes. Ad primam cum dr. nulla entia &c. dico ꝙ principia eſſe tria ſm analogiam dupliciter põt intelligi. Voo modo ſic, ꝙ ipſa analogia ſit formalis ratio, qua denominantur tria, vt albedo eſt principium formale, quo aliquid dr album, & hoc modo eſt falſum, vt probatur. Alio modo põt intelligi principia eſſe tria ſm analogiam. i. ꝙ ſint tria analogata, quorum quodlibet in ſe eſt vnum ſm analogiam: ex quibus analogis conſtituitur vnus ternarius, quo dicuotur tria, & hęc eſt veritas. nã materia, forma, & priuatio ſic ſunt tria ſm analogiam: oon ꝙ vna analogia ſit formale principium qno dicantur tria, ſed quia vnumquodq; illorum tm ſe ſumptum & in ſua cõitate tota eſt vnum ſm quandã analogiam, & hoc eſt verum. materia. n. ſm ſe ſumpta ſo tota ſui cõitate, prout numeratur cõtra alia duo principia cõia rerum naturalium, dicitur de materia prima, quæ eſt purè potentia, & ad ſubiectũ quod eſt ens actu ſimpliciter: eſt tm to potentia ad aliquam diſpoſitionem accidentalem. & oõ dicitur pure vniuoce, nec omnino æquiuoce, ſed ſm prius & poſterius. Sed, ſi quæratur de quo per prius dicitur materia: fortè dicendum eſt, ꝙ ſm ordinem naturæ rei materia ſm prius dicitur de ſubiecto primo, quod omnino eſt eos in potentia: iſtud. n eſt to potentia ad formam ſubſtantialẽ, quæ eſt verior potentia, q̃ potentia ad formã accidentalẽ. Similiter forma dicitur analogicè de forma ſubſtantiali, & de forma accidentali: & ſm prius dicitur de forma ſubſtantiali ordine naturæ rei. licet ſm nominis famoſitatẽ & impoſitionem prius dicatur de forma accidẽtali. ſimiliter priuatio dicitur ſm analogiam de priuatione formæ ſubſtantialis & accidentalis. & ſic vnumquodq; illorum trium, ſm ſe ſumptum, eſt vnum ſm analogia: & ad iſtam intẽtionem debeot intelligi eſſe tria ſm analogiam. Et ad illud. qđ contra hæc inducebatur, cum aliquia &c. concedendum eſt. &, cum dr, ꝙ materia non eſt quid vnum &c. dico, ꝙ verum eſt, ſi accipiatur materia. prout eſt principium propriæ ſubſtãtiæ generabilis, ſed, ſi accipiatur cõter materia pro quocunq; ſubiecto ente in potentia ad aliquam diſpoſitionem, ſic bene eſt quid vnum ſm analogiam, vt dicebatur: & hoc modo ſumitur materia cum dicuntur prima principia rerũ naturalium eſſe tria ſm analogiam pręcite l. quẽdo de primis principijs primitate communitatis: & hoc etiam modo materia inuenitur in omnibus corporibus naturalibus. corpora o. cœleſtia, quãuis non habeut materiam, quæ eſt intrinſecum principiũ ſubſtantiæ, & de ſe in potentia ad eſſe, tamen bene habent materiam, ſ. ſubiectum, quod eſt in potentia ad vbi. aliter. n. non mouerentor localiter. & hoc intendit Philoſophus in 8. Meta. & 10 Duodecimo, vbi dicit, Tex. c. 4 ꝙ cœlum habet materiam, vel eſt materia, quæ eſt in poten Tex. c. 1 tia vnde, & quo, t. to potentia ad terminos trans formationis localis, quorum vnus eſt vnde, i. a quo, & alius eſt quo, i. ad quem. Et eſt conſiderandum circa illud, ꝙ, ſi accipiantur principia rerum naturalium prima primitate principalitatis, ſ. princi, ia ſubſtantiæ generabilis, quæ ſunt principia reſpectu accidentium, ſic non ſunt propriè tria ſm analogiã, ſed materia ſubſtantiæ compoſita eſt vnum ſm nuuiei um aliquo modo, vt videbitur poſt: & ipſa forma ſubſtantialis generabilis eſt aliquo modo vnum ſm genus ad omnes formas ſubſtantiales, cum prędicetur de ipſis to eo quod quid, & hat diuerſa ſecundum ſe. Similiter autem de priuatione formæ ſubſtantialis. cum igitur dicitur ꝙ principia rerum naturalium prima ſuot tria ſm analogiam, intelligendum, eſt, hoc de principijs primis primitate communitatis, quæ etiam in omnibus naturalibus corporibus inueniũtur. Ad tertiam confi mariunẽ, eum dicebatur, illa, quę ſunt vnum &c. conceditur, ꝙ non ſunt vnum ſm analogiam hc, ꝙ analogia ſit ratio formalis, & principium formale, quo dicũtur tria: ſed bene ſunt tria ſm analogiam, i. tria analogata: quorum quodlibet in ſe eſt vnum ſm analogiam. & hoc modo eſt intelligẽdum, cum dicitur, principia rerum naturalium ſunt vnum ſm analogiam. verum eſt ſine dubio loquendo de analogia, quę eſt attributiu ad vnum finem. forma. n. aliquo modo eſt finis materiæ, ſimiliter & priuationis: & ideo volo, quòd non ſint tria ſm illam analogiam, ſed aliquo modo, vt prius dictum eſt. Ad quartam patet ſolutio ex dictis. nam licet in cœlo noo ſit materia, quæ eſt in potentia ad eſſe ſimpliciter, nec forma, talem materiam perficiens ſecundum intentionem Arist. Com. 1. Cœli & Muod. tamen ipſum cœlum, quud eſt quinta eſſentia corporea, bene eſt materia in potentia ad vbi, ſm ꝙ oſtenſum eſt. & aliàs plenius oſtenderetur, ſi Deus voluerit, & ſibi placuerit. Ad quin Compoſitũ cõſideratur dupliciter. tam, cum dicitur, principia etiam &c. cuoceditur. Et, cum dicitur, quòd materia, & forma &c. poteſt hic dici, ꝙ compoſitum ex materia & forma de genere ſubſtantiæ conſideri hic poteſt dupliciter. voo modo ſecuodum ſuam eſſentiam circunſcriptis omnibus accidẽtibus per intellectum, & hoc modo ſortũ ooo eſt notius quo ad nos quàm materia & forma: nec materia & forma ſunt notiora ſecuodum naturam ipſo compoſito ſic ſumpto. nam, ſicut cõter dicitur, compoſitum de genere ſubſtantiæ circunſcriptis per intellectum accidentibus, non habet aliquam rem de ſua eſſentia præter materiam & formam, id eſt quæ nec ſit materia, nec forma. Alio modo poteſt conſiderari huiuſmodi compoſitum quod ad aliquod accideos eius, vel q̃ium ad aliqua accidentia ſenſibilia. & hoc modo ipſum eſt ootius quo ad oos forma, & materia. & forma & materia ſunt eo notiora, quo ad naturam ipſo modo prædicto: & ſic materia & forma bene ſunt magis entia compoſito ſic conſiderato: & ipſum compoſitum eſt notius quo ad nos ſm talem modum. & hoc tenetur Com. 10 Primo huius, in prologo. vbi dicit, quòd poſſibile eſt ex rebus compoſitis, t. ex coolequentibus eatum cognoicere cauſas eatuo. Aliter ai cunt aliqui, ꝙ licet materia & forma non ſint maioris per

Dubitatio:

Reſponſio.

fectionia entitatis quã compositum, & specialiter ipsa materia: sunt nõ priorisentitatis aliquo modo ipso composito: & hoc sufficit ad hoc, ꝙ sint notiores quo ad naturam vt dictum est in quæstione de notioritate vniuersalium &c.

Tex. c.37. *Sic igitur nos dicamus &c.*

QVAESTIO XXII.

Tex. c.62. *An ex non ente simpliciter siue ex nihilo aliquid fiat.*

Circa illud capitulum quæritur, vtrũ aliquid possit fieri ex non ente simpliciter, siue ex nihilo. & est circa illam partem specialiter. Multipliciter aũt cum dicatur fieri. Arguitur primo ꝙ sic. quia agens omnipotens potest aliquid ꝓducere ex nihilo, alter. n. nõ esset omnipotens: sed aliquod agens est oipotens, vt ipse Deus, vt concedunt oẽs leges. quare &c. Item secundo, agens, qđ nullo mõ est diminutũ, põt aliquid ex nihilo ꝓducere: hoc. patet ꝙ. n. agena subiectũ requirat ex quo agat prouenit ex diminutione ipsius: sed primum principium est agens nullo modo diminutum, imo perfectissimũ vt patet in 5. Meta. à

Comm.21. Com. & Arist. in prœmio Meta. dicit totaliter optimum qđ est in natura Deus. quare &c. Item tertio, nisi aliquid fieret ex nihilo. tunc procederetur in infinitum in causis: ꝙ est

Comm.5. impossibile 2. Meta. probatin consequentia. sumamus aliquod factum: aut illud est factum ex aliquo, aut ex nihilo. si ex nihilo, hĩ propositum. si ex aliquo, quæratur de illo alio, aut illud est factũ ex aliquo, aut ex nihilo. si ex nihilo, hĩ propositum. si ex aliquo quęratur de illo alio aut illud est factũ &c. ex aliquo vel ex nihilo. si ex nihilo, hĩ propositum. si ex aliquo, quæretur de illo vt prius, & sic procedetur in infinitum. Itẽ quarto, quanto agens est nobilius & perfectius tanto pauciora ꝓsupponit: sed Deus est nobilius agens, & perfectius q̃ natura: ergo pauciora præsupponit in agendo q̃ ipsa natura cum igitur natura ꝓsupponit materiam, Deus ipse minus q̃ materiam præsupponit: & hoc non est nisi nihil. ergo nihil præsupponit. Maior patet. quia. n natura est agens perfectius q̃ ars, ideo natura in agendo minus præsupponit q̃ ars præsupponit. n natura eius ro potentia, s. materiam. Ars aũt semper præsupponit ens actu, vt ars domificatoria ꝓsupponit ligna lapides, & medicina corpus humanum: similiter aũt & in alijs. & inde est ꝙ oẽs formæ rerum artificialium sunt accidentia: vt dicit Com. in secũdo huius, & in 2. de Aia, quare &c. Item quinto, agens virtutis

Formæ rerum artificialium sũt accidentia. Comm.15. Comm.8. infinitæ põt aliquid ex nihilo facere: sed ipse Deus est agẽs virtutis infinitæ, ergo &c. Maior patet: quia tale agens põt aliquid reducere de infinita distantia: minor patet in 12.

Tex.c 51. Meta. quare &c. Item Seato arguitur ratione antiquorum

Tex. cõ.86. philosophorum naturaliũ. Si aliquid fit aut fit ea ente, aut ea non ente. Si ex non ente, hĩ intentum. Si ex ente, hoc est impossibile. quia si aliquid fieret ex ente, tunc esset aotequa fieret: qđ est impossibile. & probatur consequentia. nam, si aliquid fieret ex ente, nõ fieret nisi ex ente, quod est ipsummet. vt si aqua fit ex aliquo ente, oporret ꝙ hæc ea ipsa aqua. s. n. fieret ex aere per se, tũc aer remaneret in aqua facta, & sic vnum & idem esset aer & aqua: quod est impossibile. ergo relinquitur, ꝙ, si aliquid fit ea ente, qđ ipsum fiet ea illo

Tex. c6.34. ente, quod est ipsum. & hę sequitur ꝙ aliquid est antequam fit factum: qđ est impossibile: ergo relinquitur óẽ quod fit fieri ex non ente. Item septimo, sicut le habet generatio quę dam ad nõ ena quoddam, sic gnatio simpliciter ad non ens simpliciter per conuenientem similitudinẽ. sed generatio quædam est ea non ente quodam, vt generatio albi ex non albo: ergo generatio simpliciter est ex nõ ente simpliciter.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in litera. vult. n. ꝙ semper oportet aliquid subijci quod fit, i. cui attribuitur fieri, & in quo recipitur ipsum fieri. & in hoc conuenerunt omnes, qui de natura locuti sunt, quòd ea nihilo nihil fit.

CONCLVSIO.

Aliquid ex nihilo fieri, vel sicut ex materia, aut post sui non esse per motum, aut naturalem mutationem impossibile est, at per aliam fortiorem simplicem productionem, Deo tantum propriam, aliquid ex nihilo fieri, non inconuenit.

Ex nihilo aliquod fieri intelligi duplicitẽr.

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ aliquid fieri ex nihilo simpliciter põt intelligi duobus modis. Vno modo hc, ꝙ ly ex, determinet circuostantiam eaę materialis. & esset sensus aliquid fieri ea nihilo tanq̃ ex materia. Alio modo põt intelligi sic, ꝙ ly ea, dicat circunstantiam ordinis, i. post, vt sit sensus, aliqd fieri ex nihilo, i. post nihil, nullo sui præexistente. Modo ad cõnem dicerent Arist. & Com. & alij philosophantes ꝙ ea nihilo non põt aliquid fieri primo modo, stanq̃ ex materia qđ multipliciter est euidens. nã, si ex non ente, vt materia fieret aliquid, tunc non ens, seu nihil esset pars entis: qđ est impossibile, vt patet per le. & pbatur consequentia. nam illud, ex quo fit aliquid tanq̃ ex materia per se remanet in re facta tanq̃ para facti, vt est videre in artificialibus. nã, si domus fiat ex lapidibus, ligna remanent in domo facta, similiter aũt & in alijs. Ita, si ex nihilo aliquid fieret, tunc ipsum nihil reciperet esse factum qđ est impossibile. & breuiter vnũ oppositorum non recipit alterum. vnde cũ oino nihil opponatur ipsi esse, nihil non recipit esse. illud autem, ex quo aliquid fit, vt ea materia recipit esse factũ. quare &c. Secundo ét dicerent Arist. & Com. ꝙ ex nihilo non potest aliqd fieri, secundo modo, s. post nihil: qđ probatur sic. Primo, quia illud, quod fit, potuit esse anteq̃ fieret. nam, si non potuit esse tunc fuit impossibile esse, & sic nunq̃ erit: illa igitur potentia ad esse eius qđ fit, aut est in aliquo ente, aut in nullo nte oino. Si in ente, ergo no ẽt post oino nihil: si in non ente, hoc statim est impossibile: quia nõ ens oino, non habet potentiã ad esse: quia tunc aliqñ esset ens, quare &c. Dicunt aliqui, ꝙ potuit esse potentia actiua agentis, nõ potentia passiua materiæ. sed oõ sufficit: quia nihil propriè potuit esse anteq̃ esset, nisi præcesserit potentia receptiua fuit esse. Item tõ Arist. est in litera: omne, quod fit, vel est accidens, vel est substantia si est accidens, manifestũ est, ꝙ in fieri requirit subiectum: no & ipsum accidens non põt esse sine subiecto. si aũt sit substantia he fit ex aliquo, sicut patet per inductionem. nam plãtæ & etiam aialia fiunt ex semenibus, similiter aũt & in alijs suo modo. Itẽ hoc manifestat Arist. to docendo in omnibus modis fieri. omne. n. quod fit, aut fit transfiguratione, vt statua. aut appositione, vt qui augmentantur: aut abstractione, vt ex lapide figura Mercurij: aue compositione, vt domus: aut alteratione, vt ex aqua aer: in omnibus. n. istis modis manifestũ est aliquid subijci ipsi fieri & præexistere. quare &c. Item ratio Com. & est multum pulchra. dicit. n. Com. ꝙ, si individuum transferretur de nõ esse omnino ad esse, oporteret aut ꝙ aliquid esset transmutatum sine transmutatione, aut qđ transmutatio esset in nõ ente. quorum vtrumq; est manifestum impossibile. qđ. n. aliquid fit transmutatum sine omni transmutatione, hoc est impossibile, sicut qđ aliquid fit album sine albedine: ꝙ etiam transmutatio fiat in non ente, hoc est impossibile: quia tunc non ens transmutaretur, cum omne, in quo fit transmutatio, transmutetur. sicut illud, in quo est albedo, est album, & sic patet impossibilitas consequentium. sed consequentia non multum declarat Com. potest aũt sic intelligi. si aliqđ individuum est factum, habet aliquam dispositionem q̃ prius non habebat, nec simpliciter, nec in subiecto; prius. n. non habuit esse & nunc est; ergo oportet ꝙ aliquid sit transmutatum; deinde. n. qđ nihil in mundo sit variatum; ora igitur se habent, vt prius; & sic sicut prius nõ fuit ens, sic nunc non est ens; & sic est ens & non ens; quod est oppositum primæ dignitatis. si aũt aliquid est transmutatũ, aut igitur est transmutatum sine transmutatione, & hc hĩ primum impossibile; aut est transmutatum transmutatione, & tunc aut illa transmutatio recipitur in non ente simpliciter, & sic habetur ꝙ impossibile aut recipitur in aliquo ente, & hc illud, quod fit per illam transmutationem, non fit ex omnino nõ ente, i. post omnino non ens; cuius oppositum dicebatur; & hæc quidem ratio est multum fortis quantum ad ulta conclusionem, qđ nihil põt fieri ex puro non ente; semper ergo oportet aliquid subijci ei quod fit. Sed notandũ est sicut dicit Com ibidem, ꝙ duplex est transmutatio, t. accidentalis, & substantialis; & istæ conueniunt in multis, sicut ipse colligit in Primo tractatu de Substantia Orbis. differunt tñ in hoc, quia in transmutatione accidentali non mutatur nomẽ, nec diffinitio rei circa quam fit. vt, si Socr. transmutetur de albedine in nigredinem manet nomen & diffinitio Socr. in tali trãsmutatione, & fieri subijcitur ens actu, & vnum numero simpliciter sub vtroq; termino trãsmutationis. In transmutatione verò substantiali mutatur nomen, i. res nominata & diffinitio.

Fiendi sunt quoq; modi.

Transmutatio est duplex.

diffinitio.vt, si animal moritur & generatur cadauer, non remanet animal, nec diffinitio animalis. similiter autem, si cadauer resoluitur ad terrestreitatem, in huiusmodi transmutatione oportet subijci aliquod subiectum, quod non sit ex se ens in actu: cum.n. subiectum transmutationis debeat manere vnú numero sub vtroq; termino, cò q vnus terminorum non recipit alterum, cum sint oppositi, tunc, si subiectum esset de se ens actu simpliciter, tunc maneret vtique vnú numero ens actu simpliciter. & sic, cum nomen & diffinitio sumatur ab actu, maneret idé nomen & diffinitio eadem: & sic non esset transmutatio substantialis Vtrum aút in aliqua transmutatione posit manere aliqua forma substantialis vna numero, vt forma corporis, aut substantiæ, quæ tú forma non sit essentiæ, nec de essentia materiæ primæ, ad præsens non determino, sed alias videbitur Deo volente. & hæc quidem est sententia Arist. & Cõm. de illa quæstione.

Opinio catholica.

Tenendum est tú simpliciter, & cum fide Christiana, q ipse Deus produxit omnia de nouo ex nihilo præexistente subiecto. sed illa productio non fuit facti, nec fieri, nisi æquiuoce, quantumcunq; tetmious eius fuerit vniuocos cú termino factionis naturalis: sed dr creatio & simplex emanatio. Hunc igitur modum ignorauerunt Philosophi gentiles. nec mirú: quia non potest cognosci ex sensibilibus, nec conuinci ex aliquibus, quę cum sensibilibus concordant. & ideo illi q sumpseruut cognitiones suas ex rationibus concordantibus sensatis, non peruenerunt ad notitiam hmói factionis: pcipuè, quia raro contingit iste modus, & nunq; fuit nisi semel. & est valde longum ips præteritum postquã fuit. Illi autem, qui istum modú productionis cognouerunt, dicuntur per aliam viam cognoscere, s per auctoritates sanctorum, & per reuelationes, & hmói. Per illam autem diffinitionem productionis, quæ facta est, soluuntur argumenta

Responsio. ad argumẽta.

Aristot. & Auerroia. Probant.n. sufficienter q ex nihilo simpliciter nũ posit aliquid produci productione quæ est motus & transmutatio naturalis, sed productione quæ est creatio, & supernaturalis bene pót. Et si dicas, nonne terra creata est eiusdem speciei cum terra generata? dicendum q sic: ergo productio est eiusdem speciei, & non æquiuoce: diceretur q non sequitur, quia agens, quod creat, est alterius ordinis ab eo, qui generat. & ideo productiones sunt diuersæ.

Dubitatio.

Responsio.

RESPON. ARistoteles autem & Auerroes solueruut rationes, quæ sunt contra eorum sententiam. Ad primam. cum dicebatur, agens omnipotens &c. dico. per interemptionem. nam agens non dicitur omnipotens, utli omnipoteotia actiua, & potentia actiua non est sine potentia passiua. Vnde agens omnipotens non est potens nisi possibilium, & potẽtia passiua. nonc autem ex nihilo simpliciter fieri aliquid non est de numero possibilium potentia passiua &c. Ad secundam neganda est, maior. non.n. est ex diminutione agentis q nõ facit impossibile sed dicere ipsum agens facere impossibile

Comm. 4.

fieri, est error & deceptio, vt dicit Com. in Octauo huius: nonc autem facere aliquid omino ex nihilo, est impossibile facere impossibile fieri, vt patet ex dictis. & sustentantur ipsi super hoc, q vnum oppositorum non intelligitur fieri ex altero nisi per accidens, vt album ex nigro: similiter aút & in alijs. Cum ergo non ens opponatur enti, non fit ens ex non ente nisi per accidens. semper autem per accidẽs reducitur ad per se aliquo modo. ideo oportet aliquod ens subijci ex quo fiat quod fit. Ad tertiam neganda est consequẽtia. & cum dr, si aliquid fit &c. dico, q, si aliqua substantia fiat, illa fiet ex subiecto præexistente in potẽtia. &, cum dicitur, quæretur de illo subiecto ex quo fit, aut ex aliquo, aut ex nihilo &c. dicu hic, q tu supponis vnú falsum impossibile, s. q primum subiectum ex quo per se aliquid fit, fiat de nouo, hoc autem est impossibile, vt demonstratum est in Primo,

Tex. cõ. 82.

& declarabitur in sequentibus. Non igitur procederetur in infinitum in causis naturalibus per se ordinatis. sed peruenieretur ad vnam primam materiam, quæ tamen erit ingenerabilis, & incorruptibilis. Ad quartam dicendum, q quãto agens est nobilius, tanto pauciora præsupponit priora agentia. Vnde agens nobilissimum nullum agens præsupponit. sed non quanto agens est nobilissimũ, tanto pauciora præsupponit in parte subiecti. quia tunc sequeretur, q, cũ quælibet intelligentia sit nobilior natura materiali: q minus præsupponeret quã materiam: & sic nihil præsupponeret.

Et vlterius, cum primum principium sit nobilius quælibet alia intelligentia, sequitur q minus præsupponit quã nihil. quod est ridiculum. & ideo nõ valet illa ratio. Ad quintam potest dici, q, si sit virtutis infinitæ in vigore, bene vetũ est, quod potest &c. sed si est virtutis infinitæ fm durationem, oportet. sic autem est in proposito. nullum.n. mouẽs est virtutis infinitæ fm vigorem, vt videbitur in Octauo, sed bene est virtutis infinitæ fm durationem. Ad sextam cum dicitur. aut ex ente &c. dicendum fm Arist. in litera, q aliquid fieri ex ente potest intelligi dupliciter. vno.n. modo ex ente fm q ens, alio modo ex ente, non fm q ens. sed aliquo alio modo. similiter autem ex non ente. quemadmodum Medicus aliquis potest intelligi dupliciter. vno modo fm q Medicus. alio modo non fm q Medicus, sed fm q ædificator. & licet hoc esset per accidens. Modo dicendum, q illud, quod fit simpliciter, bene fit ex ente actu, sed non fm q est ens actu per se, sed fm aliam modũ. Similiter id, q fit simpliciter, bene fit ex aliquo qd non est id quod fit. sed non fm q non est id nec p se, sed alio modo & p accidens. v.g. si aer debet generari simpliciter, oportet bene q ipse fiat ex aliquo ente actu, sed fiet ex aliquo ente actu, fm q ens actu per se. vt puta ex aqua, quia tunc simul remaneret aqua & aer, & simpliciter: sed neque fiet ex aqua fm q aqua est non aer & per se. quia tunc remaneret non aer in aere facto: quod est impossibile. Fit ergo qd fit ex ente in actu, per accidens tñ: & similiter ex non ente, quod, cum non ens sit illud quod fit. Et illam distinctionem ignorantes antiqui errauerunt circa generationem, dicentes generationẽ simpliciter nõ esse, quia putauerunt, si quid fieret ex ente actu, quod fieret ex ipso fm q ens actu, & per se. Similiter autẽ, si fieret ex non ente, q fieret ex non ente fm q non ens & per se. hæc autem non sunt necessaria, sed per accidens aliquo modo fit aliquid ex vtroq. Sed tunc restat dicere vlterius ex quo fit per se quod fit. Et Arist dicit, q ex ente in potentia ad ipsum, vt, si ex aqua generatur aer, oportet in aere esse aliquod ens, quod sit in potentia ad aquam: similiter autem & in alijs. Sed illi etiam nũ distinxerunt inter eus actu, & ens in potentia, & ideo peccauerunt. Ad septimam eum dicebatur, sicut generatio quædam &c. dico, quòd ens simpliciter potest dicere duo. Vnu modo nun ens vniuersaliter, & sic uun tenet similitudo: quia non ens quoddam potest habere potentiam ad ens quuddam, sed non ens vniuersaliter nullam potentiam potest habere. Alio modo non ens simpliciter poresť intelligi uon ens principaliter, i. non ens actu: & hoc modo bene generatur ex non ente simpliciter, idest ex non ente actu, ente tamen potentia: & sic solnit Arist. in 1. de Generatione. quare uon valet.

Illud quod fit, fit ex ente in actu q accidens.

Comm. 11.

Manifestum igitur, quòd, si quidem causæ sunt & principia eorum, quæ nata sunt, ex quibus primis sunt, & fiunt non secundum accidens &c.

Tex. c. 65.

QVAESTIO XXIII.

An Priuatio sit rerum naturalium Principium.

VEritur hic vtrum priuatio sit principium rerum naturalium. Et habet ét hæc quæstio locum in cap. præcedente, l. Si igitur non dicamus. sed magis, propriè hic, vt puto. Arguitur primo q non: quia illud, qđ est per se nõ ens, non est principium entis: cum cã eius sit dignior causato. sed ipsa priuatio est per se nõ ens, secundũ Arist. in litera: quare &c. Itẽ secundo, ipsa non est principiũ vt cã materialis: quia materia recipit principiũ, vt formam facti, & priuatio non recipit principiũ vt formam facti, cum ipsa opponatur ei: & vnum oppositorũ non recipit alterũ; nec est cã formalis ipsius rei naturalis: quia ipsa priuatio non dat esse ipsi rei naturali. nec est cã agens: quia oẽ agens est mouens: priuatio autẽ non est mouens. semper.n. existimabitur species aliqua mouere. Tertio huius. nec ét est causa finalis rei naturalis: quia finis & bonum sunt idé 3 Ethi. priuatio aút non est bonum quid, imo imaginatur ad maleficium: ergo nullo modo est causa rei naturalis, nec per consequens principium, vt videtur. Item tertio, magis vi quòd potentia materiæ sit principium rerum naturalium, quàm priuatio: ipsa.n. potentia materiæ est per se ens, & præcedit

Tex. c. 18.

generatū,& necessarin requisitur ad fieri rei naturalis: priuatio autem est per se non ens, & in ipsa potentia non ponitur ab Arist. esse vnum principium rerum naturalium. quarere &c Item quarto, si priuatio esset principium rerum naturalium, aut esset principium per se, aut per accidens. hæc diuisio sufficiens est. sed nō est principium per se, vt omnes cōcedunt: quia ipsa est per se non ens, nec per accidens. probatio: quia per accidens contingit nō esse, vt patet 10. Met. & 8. huius. & 1. Phste. sed ipsam priuationem non contingit nō esse principium ipsius fieri, dum est ipsum fieri, vt manifestū est cuilibet intelligenti. quare &c. Item quinto, illud, quod non est principium cognoscendi, non est principium essendi, vt patet ex 2. Meta. sed priuatio non est principium cognoscendi, cum sit posterius nota, vt omnes concedunt.

Tex. cō. 26. Tex. c. 56.

Tex. c. 4.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in litera, & Com. & rationibus. quia principia substantiarum naturalium debent esse contraria, vt prius ostensum fuit: & in hoc cōcordauerunt omnes antiqui ipsa veritate coacti. sed non possunt esse contraria nisi cōtrarietate priuationis & habitus, vt dictum est prius. quare &c. Item, si ex homine immorico fiet musicus, aut fieri musicum attribuetur homini immusicn, secundum q̄ homo, aut secundum q̄ immusicus: si sm q̄ homo, hoc non stat: quia tunc omnis homo fieret musicus, quod est falsum. si sm q̄ est immusicus, tunc, cum immusicum sit priuatio musici, ipsum fieri attribuetur priuationi, & sic priuatio est principium rei naturalis.

CONCLVSIO.

Priuatio quo ad esse, rerum naturalium principium nequaquā est, ut ipsa, quo ad earum fieri principium est, non ita purè per accidens, sed principium per se, vti subiectum dispositiuum ad formam inducendam.

Fieri & esse rerū naturalium qd intelligim⁹.

AD quæstionem est intelligendum, q̄ sicut communiter dicitur, & bene, res naturales possunt aduenire dupliciter. Vno modo quantum ad fieri: alio modo quantum ad factum esse. & propter illos, in quibus Philosophia oritur de nouo, dicn, q̄ per fieri rei naturalis est intelligendus motus præcedens ipsam rem naturalem & tendens ad ipsam formam in ea trahendam de potentia subiecti. verbi gratia, cum ignis ex combustibilibus generat ignem, præcedit quædam alteratio, in ipsis lignis, scilicet quia calefiunt, & sic calefiunt & disponuntur & præparatur materia lignorum ad formam ignis recipiendum, tandem aūt materia sufficienter disposita, scilicet facta & exiccata, ignis generans dē educere formam ignis de materia lignorum, in qua præexistebat non actu, sed potentia. talis igitur motus seu transmutatio præcedens efficiei naturalis intendens ad ipsam suam formam, dē fieri rei naturalis. Sed factum esse est ipsum esse rei naturalis, q̄ terminat huiusmodi motum: vel qun aduenientc vel habito, cessat motus, & non amplius fit res. Sed est etiam vlterius considerādum, q̄ principium & causa potest accipi dupliciter. vno modo dicitur causa per se. alio modo causa per accidens quantum spectat ad propositum. & iterum causa per accidens potest intelligi dupliciter. vno modo purè & omnino per accidens prout per accidens omnino distinguitur contra per se alio modo dicitur per accidens sm q̄ per accidēs distinguitur contra primo & principaliter. Item considerādum, q̄ licet principium dicatur multipliciter, vt patet in 5. Met. c. de Principio, tñ non est multum rationabile illam qualionē intelligi nūc de principio, quod est causa: non. o. est satis conueniens, quærere, an ipsa priuatio sit principium rerum naturalium capiendo principium prout est principium magnitudinis, quod est primum significatum principij positum ibidem. Constat. n. q̄ ipsa priuatio non sic est principium rerum naturalium. nam hmōi principium magnitudinis est punctus, aut prima pars magnitudinis. Et manifestum est ipsam priuationem formæ naturalis non esse punctum, neq; primam partē magnitudinis, imo magis reducitur ad primum mndum principij. quia illud dē principium primo modo, vnde aliquid primo mouetur ad aliquē terminum sibi oppositum, vt patet, cum dicit, ex oppositis autem alterum, in 5 Meta. Nec est dicendum, q̄ reducitur ad 5m modum principij, quia principium secundo modo est illud, a quo pluribus datis principijs, facilius aliquid potest fieri: sicut significat Arist. vt in docendo debemus incipere à facilioribus ipsi discipulando, licet posset fieri hoc incipiendo à difficilioribus, sed non ita bene; modo fieri rei naturalis non potest habere principium à quo ficut terminus nisi suum oppositum quod est priuatio. Item principiū istō secundo modo debet esse aliquid positiuum, sicut prima scipia doctrinæ sunt ipsa magis nota nobis, vt expositores cō eordant. & aliter ignorantia esset optimum principium doctrinæ, q̄ nullus meretur: quia tunc doctor primo deberet inducere ignorantiam in ipso discipulo. Relinquitur ergo, vt videtur, q̄ ad primum modum reducatur: potest ipsa priuatio inquantum est terminus à quo ipsius fieri, reduci aliquo modo ad 5m significatum principij, quod est illud, vnde vuumquodque hēt optimē. Nam ab ipsa priuatione aliquo modo optimē fieri incipit rei naturalis, vel à termino à quo, licet non sit illud, vnde incipit, vt ab agente. Item nō quæritur an priuatio sit principium rerum naturalium accipiendo ipsum principium pro prima parte quantitatiua inexistente, ex qua aliquid fit, vt prima pars nauis est sedile: quia certum est q̄ ipsa priuatio non est prima pars quantitatiua rei naturalis, ex qua inexistente fiet res naturalis. Amplius non est rationabile quærere, an ipsa priuatio sit principium rei naturalis, accipiendo principium rerum naturalium pro suppositione, vel propositione per se nota: quod est aliud significatum principij ibi positum. notum. n. est, q̄ hoc non verum. Vnde omnibus his significatis prætermissis remanet significatum principij, quod est causa: & de isto quæritur. Sed & causa multipliciter dicitur. vno modo dicitur causa materia, alio modo forma. alio modo efficiens, vel agens, alio modo finis, vt patet in Secūdo huius. Modo non est multum nobium, verum priuatio sit principium rerum naturalium, sicut causa finalis. Certum. n. est q̄ nunquam per se ipsius vel gratia ipsius priuationis res naturales, nec habēt esse nec fieri, nec operari. Nec est dubium an sit causa efficiens. manifestum. n. est q̄ non: cū efficiens agat per formam suam in ipsam formam generatā priuatio aurē non producit formam, cui opponitur, vt cuidēs est. Nec est dubium an priuatio sit principium, quod est sicut causa finalis rei naturalis: quia planum est ipsam non dare esse rei naturali cuius est priuatio. Relinquitur ergo quæstio, an priuatio sit principium rei naturalis, sicut subiectum, vel sicut materia: & hoc aliqualiter videtur dubium. Deinde præmitto, quòd dupliciter aliquid est subiectum aut principium subiectiuū respectu alicuius recepti vno modo per se & principaliter, vt substantia respectu accidentium. Alio modo dispositiuē, vt superficies respectu coloris dicitur subiectum. similiter autem & in alijs similibus multis.

Principium dupliciter.

Tex. c. 1.

Cū dr multipliciter. Tex. c. 28. & 29.

Intellectus qōnis. Aliquid est subiectum dupliciter.

Tunc dico ad quæstionem quatuor. Primo dico, q̄ priuatio non potest esse principium rei naturalis proprie, quantum ad factū esse, secundo dico q̄ ipsa non potest esse principium rei naturalis quantum ad fieri, purè per accidens: tertio q̄ nullo modo per se. tertio dico, q̄ ipsa non est per se principium subiectiuū principale respectu ipsius fieri. Quarto dico, q̄ est per se principium, tanquam subiectum dispositiuum, vel dispositiuo subiecti. Primū sic patet: quia illud, quod nō remanet re facta, non est principium intrinsecum ipsius rei quantum ad factum esse: hæc est manifesta. quia principium intrinsecum vult remanere in ipso esse rei, cuius est principium intrinsecum: sed ipsa priuatio quæ præcessit formam in materia, non remanet in re facta, imo deficit adueniente forma, vt notū est omnibus intelligenti. quare &c. verum tamen est, q̄ semper in materia, cum ipsa est sub aliqua forma, est priuatio alterius formæ oppositæ: sed non propter hoc est dicendum, q̄ priuatio sit per se principium intrinsecum rei factæ: quia non est aliqua pars ipsius rei, sc. nec materia, nec forma, nec est prior ipso esse rei factæ imo posterior omnino: consequitur enim formam illa aliqs oppositā. Secundum declaratur: quia licet dicebatur prius in quæstione de diuisibilitate substantiæ materialis: nullum ens potē per accidens conuenies alicui nisi ei necessario. & hoc declaratum fuit auctoritatibus Aristotelis in 10. Metaphy. & Octauo huius, & 1. Poster. & in 5. Meta. cap. de Eodem. & c. de Accidente: sed ipsa priuatio præcedens formam in materia necessario est principiū rei naturalis quantum ad fieri, vt omnes concedunt, & capitur ab Arist. & Com. ergo ipsa non potest esse huiusmodi principium per accidens

Cōclusiones quatuor.

Secundæ cōclusionis probatio.

Tex. c. 26. Tex. cō. 36. Tex. cō. 53.

Dubitatio. accidens omino: ita ꝙ nullo modo per se. Sed circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, quare Aristo. dixit ipsam esse principium per accidens magis quam per se, cum ipsa
Responsio. aliquo modo sit principium per se. Secūdo, quæritur in quo mō ꝙ se ipsam priuatio sit principium ipsius fieri rei naturalis. Ad primum posset dici, ꝙ Aristo. pro tanto dixit eam esse principium per accidens, quia voluit ostendere diuersitatem eius à materia, siue subiecto, eo ꝙ in hoc visus fuit Plato errare: quia materiam & priuationem non distinxit, vt habetur in litera, magis autē patet diuersitas materiæ à priuatione ponendo eam esse principium per accidens, quā principium per se, eō ꝙ ipsa materia nullatenus est principium ſm accidens. sed solum per se. Ad ſm videbitur circa
Tertiæ conclusionis ꝓbatio. quartam conclusionem. Tertium ostenditur quia illud, qđ est principale & per se primō subiectum ipsius fieri, est ipsa prima materia, sicut pater per Philosophum in litera. dico aūt primum subiectum ex quo fit aliquid primum cum insit: sed ipsa priuatio non est idem essentialiter cum prima materia, vt omnes concedunt: & probat Arist. in litera. Ité per se & principale subiectum fieri est in potentia ad terminum ad quē, informabile termino ad quem ordinatur fieri: sicut est videre in artificialibus. Nam subiectū fieri domus, scilicet lapides, lateres, & ligna est informabile forma domus, & prius est in potentia ad eam, similiter aūt & in alijs: sed priuatio ꝓcedens formam in materia non est in potētia receptiua ad terminum ipsius fieri, nec informabilis ipso: Vnum. n. oppositorum non est receptiuum alterius, nec informabile ab altero: imo est destructiuum, aut destructio ipsius. quare &c. Ité primum & per se subiectum ipsius fieri subijcitur ipsi formę fieri terminato, hoc est eutdēs de se. sed priuatio nō subijcitur ipsi formæ fieri terminato, imo amo-
Quartę cōclusionis, ꝓbatio. uetur priuatio, quæ in fieri præcedebat, vt untum est. Quartum declaratur illud, quod præcedit ipsum fieri rei naturalis, & est necessario communctum principali & per se principio subiectiuo ipsius fieri, est principium dispositiuū ipsius fieri. hæc recipitur pro manifesta ab omnibus intelligentibus: sed ipsa priuatio est huiusmodi. nam antequam materia subijciatur alicui fieri alicuius rei naturalis, oportet ipsam carere & priuatam esse omni forma tali, vt dictum fuit prius, & quousdiu materia transmutatur ad formam facti, ue
T. cō. 55. cessario habet priuationē annexam. si. n. haberet illam formam. non amplius moueretur ad eam: vt aut Arist. in 1. de Generatione, ꝙ habitibus præsentibus in materia nō amplius generatur aliquid, sed ism est. quare &c. cū igitur priuatio sit necessario principium dispositiuum q̄tum ad fieri, & non est purè per accidens, relinquitur ꝙ par te. patet ergo quartum, i. ꝙ priuatio est per se principium subiectum
Dubitatio. dispositiuum quantum ad fieri. Sed dubitabis hic: primo in quo modo prædicatorum per se sit ista propositio, priuatio est principium dispositiuum ad ipsum fieri. Secundo, quia ſm hæc, ipsa priuatio deberet poni in diffinitione ipsius fie-
Responsio. ri: quod non vī esse verum. Ad primum posset dici, qđ hoc est in secundo modo prædicatorum per se. nam esse principium dispositiuum ipsius fieri, est quoddam per se accidēs priuationis quemadmodum dicimus risibilitas hominis. Item aliquis diceret, ꝙ est in primo modo per se: nam esse principium fieri est causa finalis, propinqua ipsius priuationis præexistentis in materia. ad hoc. n. videtur ordinari priuatio in materia, & huius gratia esse, vt sit aliquo mō principium rei naturalis q̄tum ad fieri: modo, omnis talis propositio est in primo modo dicendi per se, in qua causa prædicatur de causato in recto, vel in obliquo, vt dicit Linco. super 1. Poster. Ad aliud dicunt antiqui, & probabiliter, vt mihi vī, ꝙ ipsa priuatio includitur ī diffinitione ipsius fieri. nam fieri est motus præcedens formam in materia, & tendens ad ipsam formam. motus aūt est actus entis in potentia, i. ad terminum motus. potentia aūt ad termium motus, quæ est diffinitio ipsius motus, est carentia formę cum aptitudine ad eam, & huiusmodi carentia est ipsa priuatio: & sic in diffinitione motus includitur priuatio, vt pater resoluenti partem diffinitionis, & per consequens in diffinitione ipsius fieri quod realiter est idem cum illo motu: non. n. solum illud dī poni in diffinitione, quod in ea exprimitur nomine proprio, sed quod in ea implicatur & ponitur in
Obiectio. diffinitione alicuius diffinientium, vt dicunt Logici. Sed dices. si in diffinitione motus, & fieri ponitur priuatio, cum motus sit idem essentialiter cum termino ad quē, sequitur, ꝙ priuatio ponatur in diffinitione termini ad quem, i. formæ, ad q̄ ordinatur fieri: & hoc est falsum. Potest dici, quod Responsio. motus pro toto ma fluente bene est idē aliqualiter cum termino ad quem vadit, fieri tñ ab eo differt sicut imperfectum à perfecto, & diminutum a completo. & ideo non sequitur, ꝙ illud idem, quod ponitur in diffinitione motus, sit etiam in diffinitione termini ad quem. Aliter pōt dici. ꝙ priuatio est in diffinitione motus, capiendo motum pro fluxu formæ, & isto modo nō est idem essentialiter eum termino ad quem, vt in Secundo huius, ostenditur. vel possumus dicere bi uius, ꝙ ipsum fieri nihil aliud est nisi transmutatio subiecti priuati aliqua forma ad illam formam, & hæc diffinitio habetur pleue ex intentione Arist. & Cōm. Aliter diceret aliquis ad priorem dubitationē, quod licet priuatio per se sit principium ipsius fieri tanq̄ subiectum dispositiuum, quia tñ non est per se principale principium eius, ideo non oportet quod ponatur in diffinitione ipsius motus aut fieri. sed hoc non est totum: quia similiter potentia nō est principale subiectū motus: ni ponitur in diffinitione eius, & sic patet ad quæstionem. Est aūt diligenter considerandū, quæ ista Diuersi tati li huius qō nis. quæstio solet moueri sub alia forma sic, vtrum ex priuatione fiat aliquid per se & adhuc alio modo, vtrum fieri muticū per se attribuendum sit immusico præcedēti. Et primus quidem modus perquirendi tunc vult habere talem distinctionem, ꝙ ly ex, potest dicere circunstantiā causę materialis, vel potest dicere circunstantiam ordinis, vt sit sensus ex priuatione aliquid fieri, i. post priuationē. &, si intelligitur primo modo, patet quid sit respondendum. sic. n. quod fit, sit ex priuatione per se tanquam ex causa materiali dispositiua, non aūt principali. Si autem intelligatur secundo modo, sic potest bene dici, ꝙ ex priuatione per se fit aliquid, i. post eam: nam ex eo quod est terminus ex quo ipsius fieri, potest dici aliquid fieri ex priuatione tali modo, i. post illud. sed ipsa priuatio est terminus a quo ipsius fieri, vt conceditur, cum ab ipsa incipiat ipsum fieri. quare &c. Si autē quæritur ſm alium modum, sic potest dici ſm distinctionem in propositum, i. ꝙ fieri muticū attribuitur immusico non tan quam principali subiecto, sed tanquā dispositiuo. Et sic patet veritas istius quæstionis, quæ in multis & diuersis quaternis inuenitur multum diminutè & truncatè tradita.

A Dprio res rationes. Ad primam dicitur, ꝙ non ens non RESPON. est principium entis per se, sed per accidēs bene, & sic est in proposito. ꝙ si intelligitur est per accidēs omnino, sic, ꝙ nullo modo per se, dico ꝙ hoc est falsum & impossibile: nullum. n. necessariū naturaliter & omnino est omnino per accidens, vt euidenter ostensum fuit prius, similiter in quæstione de Generatione formæ, & aliās resumetur: sed, si intelligitur per accidens, ſm ꝙ distinguitur contra primum & principaliter sic est verum. tunc dicendum ergo, ꝙ non ens est principale principium per se entis: tñ aliquod non eus potest esse principium dispositiuū ad aliquod ens precise ad ens diminutum & imperfectū, sicut est ipsum fieri. sicut non substantia vel accidens non est principale principium per se substantiæ, tamen potest esse principium dispositiuum ad substantiam per se, vt omnes concedunt. quare &c. Aliter dicunt quidam, ad primam rationem, ꝙ licet priuatio non sit ens positiuum extra animam, tamen nō sequitur, ꝙ nullo modo sit eus: quia ens dicitur etiam de negationibus & priuationibus, & corruptionibus entium positiuorum, vt Arist. dicit in 4. Meta. Ad secundam patet ex di Tex. c. 4. ctis. est enim priuatio principium in genere causæ materialis dispositiuæ, & hoc est esse causam materialem quodammodo posteriorem & non omnino primam. Ad tertiam potest dici, quòd potentia materiæ bene est aliquo modo principium ipsius fieri. sed illud cōprehenditur in materia seu subiecto: & similiter dimēsio, quæ est necessaria ad fieri, ita quod, cum dicitur subiectum seu materia est principium ipsius fieri, intelligitur per hoc totum compositum ex substantia corporali & potentia, vnde & subiectum, describitur per ens in potentia. Sed quare Arist. non distinxit inter substantiā subiecti, & potentiā, & dimensionem, sicut inter substantiam subiecti, & priuationem, quæratur causa huius in quæstione de numero principiorum rerum naturalium,

Priuatio quo sit principium per accidens.

Ad quartam dicendum, q̃ priuatio est principium aliquo modo per accidens. prout per accidens distinguitur contra principaliter & primo, non tñ sic est per accidens q̃ nullo modo est per se. Et tu dices, accidens contingit non esse verum est accidens ratissimum & indeterminatum, quod nec est, nec semper, nec ſm magis, nec vt in pluribus: vt dicit Arist. in 5. Meta. c. de Accidente. sed accidens necessarium & determinatum non contingit non esse. & omne tale, dico esse aliquo modo ſm se, quod, sed distinguitur contra primum significatũ accidentis, vt plane docet Arist in 5. Met.

Tex. c. 35.

Tex. c. 31.

RESPON. Rõnom ad oppositũ q̃ se accipitur dupliciter.

AD rationem in oppositum cõm dicebatur, q̃ fieri musicum &c dicitur communiter q̃ huiusmodi fieri attribuitur per se homini, sed ipsum per se accipitur dupliciter. vno modo propriè prout cadit in propositionibus demonstratiuis. alio modo per se, i. non per aliud subiectũ. vt exemplificat Aristo. in 1. Poste. c. de Statu in prædicatis. q̃ album conuenit homini per se, & non per aliud subiectum: sic autem dicitur in proposito q̃ fieri musicũ attribuitur homini non per aliud subiectum. Aliter potest dici, q̃ fieri musicũ non attribuitur immusico tanquam subiecto per se, & principaliter, nec propriè attribuitur homini ſm q̃ homo, sed

Obiectio.

ſm q̃ est in potentia ad musicam. Et tu dices, ergo omnis homo in potentia existens ad musicam fieret musicus. cum vnus homo fieret musicus. Dico q̃ verum est, vel ſm actum, vel ſm aptitudinem. omnis. n. homo existens in potentia ad musicam, vel fit actu musicus, vel est aptus natus fieri musicus, nec oportet q̃ omnis homo existens in potẽtia ad musicam fiat actu musicus vno tacto musico. sicut quamuis homo sit principale subiectum risus, non tñ oportet q̃ omnis homo rideat actu, ridente vno. Aliter dicendum & melius, quòd, si vous homo immusicus fiat musicus, huiusmodi fieri debet attribui huic existenti in potentia ad hãc musicam, ſm

Respõsio.

Tex. cõ 38.

q̃ est hoc ens in potentia ad musicam: singulo. n. causatorũ debent assignari causæ singulares: vt Arist. docet in Secũdo huius, vnde cum hoc fieri musicum sit quidam singularis effectus, debet ei assignari singularis causa subiectiua. & hic nullum inconuenientes consequitur. Ad secundam potest dici, q̃ licet priuatio non sit principium cognoscendi habitũ cuius est priuatio, tamen bene potest esse principiũ cognoscendi aliquem alium habitum, cuius ipsa non est priuatio: quàuis igitur priuatio formæ in materia non sit principium cognoscendi ipsam formam: tamen potest esse principium cognoscendi ipsum fieri rei naturalis, seu ipsam transmutationem præcedentem formam. Nec est inconueniens, q̃ priuatio alicuius habitus sit notior aliquo modo aliquo alio

Tex. c. 37.

habitu, vt plane docet Com. 10 huius c Mouentium igitur & eorum, quæ mouentur, vbi ostendit causam quare Arist. describit illud, quod mouetur per se per illud, quod mouetur per accidens. Et tu videas Commentum tot, & alibi, si vis intelligere recte Philosophum Arist.

Tex. c. 69.

Subiecta quidem natura sensibilis est secundum analogiam, sicut enim ad statuã æs, aut ad lectulum lignum, aut alterum aliquod habentium formam in materia, & informe se habet prius quam accipiat formam, sic ipsa se ad substantiam habet &c.

QVAESTIO XXIIII.

An Omnium Generabilium & Corruptibilium sit vna materia.



VAritur hic vtrũ materia prima sit vna numero in omnibus generabilibus & corruptibilibus. Arguitur primo q̃ non: quia vnum numero non potest esse simul in diuersis numero: quia tunc posset esse vnum numero, & plura numero, & sic esset voũ & noo voum, q̃d est impossibile: sed ipsa generabilia sunt plura numero, vt manifestum est ad sensum: quare &c. Itẽ Secundo, si sic esset, tunc omnium generabilium esset vna forma: cum in vna materia non sit nisi vna forma numero, vel saltem specifica. sed consequens est falsum & impossibile: quia tunc omnia naturalia gñabilia & corruptibilia essent vnus & eiusdem speciei, quod est impossibile. Itẽ tertio, aut esset vna ſm essentiam, aut ſm esse, per sufficientem diuisionem: sed non est vna ſm essentiam: quia tunc entia non essent diuersa ſm essentias, cum haberent vnam cõem essentiam nec est vna ſm esse: quia aliud esse habet materia ignis & aquæ & bois & asini quare &c. Item Quarto, si sic, tunc quodlibet heret ea quoliber: q̃d est falsum, vt patet in Primo huius & patet consequentia. quia illa sunt adinuicẽ transmutabilia, & vnum horũ fit ex altero, quæ cõcant in vna materia, vt dicitur in 2. de Generatione. quare &c.

Tex. cõ. 34.

Tex. cõ. 37.

Oppositum arguitor auctoritate Arist. hic, & in 1. & in 2. de Generatione. & per 1 om. hic, & in 12. Meta. Et arguitur

Tex. c 6.

Tex. c. 14.

tatione: quia omnis diuersitas & pluralitas est per aliquem actum. actus est aliqui distinguit & separat, vt conuer accipitur ex 2. Met. sed ipsa prima materia ouliani formam habet

Tex. cõ. 49.

de se: ergo de se non est distincta ni diuersis entibus naturalibus. & hic relinquitur. q̃ sit vna: quia quæ cũq; diuersionem non habent, vt sic vnum dicuotur 5 Met. cũ igitur ipsa non

Tex. c. 2 te.

sit vna specie de se: quia species & forma idem sunt, & ipsa ſm q̃ materia est, nulla de se habet forma. Item, noo est vna genere: q̃a cum habet generis sunt diuersæ ipès. nec est voa ſm analogiam: quia semper vnum aoalogatorum est perfectius altero, & prius. & voa prima materia rei naturalis non est simpliciter prior aut perfectior q̃ alia: relinquit: ergo, q̃ sit vna numero, & hæc quidẽ rõ est fortis & demonstratiua.

CONCLVSIO.

Materiam propinquam vnam numero esse omnium generabilium & corruptibilium est impossibile, materiam autem priman ac remotam vnam numero non possibile, sed priuatiuè omnium generabilium esse, & per indifferentiam concedendum, suscipiendum est.

AD quæstionem præintelligendum est, q̃ materia duplex est ſm modum, i materia propinqua, & materia remota. materia quidẽ propinqua est materia disposita determinatis dispositionibus, & præparata, vt materia calida & hicca est materia propinqua ignis, humiditer aũt & in aliis. Materia remota est materia omo prima, de qua superius fuit dictum, quod de se nulla tot mam habet propriam ſm q̃ materia, neque priuationem propriam: seu est in potentia ad oẽs formas & priuationes. Et ista quidẽ prima & remota

Materia est duplex.

Opinio.

materia dixerunt aliqui, q̃ ipsa de se nec est vna nec plures: quod probauerunt ea hoc, q̃ ipsa de se nec habet q̃ntitatem individuam, quæ est principiũ vnitatis numeralis ſm eosnec multas q̃ntitates distinctas, à quibus est pluralitas numeralis, cum ipsa sit ens potentia. Sed illud non sufficit: quia vnum & multa sufficienter dividunt ens ſm Aristo. in 10. Meta. vode, cum materia sit ens, oportet q̃ sit vnum vel multa: & cum ipsa de se non sit multa, quia non habet de se quibus distinguatur in multa, remanet, q̃ sit quid vnũ: sed non est voũ ipecie aut genere propriè, cum non habeat aliq̃ forma specificam, nec gñalem: ergo relinquitur q̃d sit vna numero non. n. est quia vnum ſm analogiã, vt manifestũ est cuilibet intelligenti, eo q̃d nõ est distincta in prius & posterius ſm sui natura, cum sit pure potentia eus. Et iõ dico alter, & dico q̃d materia ꝓpinqua noo est voa numero oium gñabilium & corruptibilium, quia, si sic, oia generabilia essent eiusdem speciei, cũ vna materia numero eodẽ modo disposita nõ sint plures formæ substantiales specificæ: cõsequens aũt est manifeste impossibile. quia entia naturalia habent diuersas operationes, & alia p̃ia ꝓpria accidentia diuersa. Itẽ, materia propinqua est materia informata dispositionibus ꝓprijs alicuius rei naturalis, vt manifestum est: sed certum est, q̃d dispositiones ꝓpriæ vnius rei naturalis sunt diuersæ à ꝓprijs dispositionibus alterius. vt dispositiones ꝓpriæ ignis sunt calidũ & siccum in summo, & dispositiones ꝓpriæ aquæ sunt frigidũ & humidũ: hæc aũt sunt cõtrariæ adinuicẽ, similiter aũt & in aliis suo modo. semper. n. dispositiones proprię vnius rei naturalis sunt cõtrariæ dispositionibus proprijs alterius rei, sicut extremũ extremo, vt contingit in simplicibus corporibus, quæ sunt contraria sibiinuicem, vel in vna qualitate, vel in duabus. Aut sunt contraria sibiinuicem, sicut extremum medio: vt dispositiones clementorum dispositionibus mistorum vel sicut vnum medium alteri medio, vt dispositiones panis dispositionibus carnis, vt tãgit Com. in 1. Cæli & Mundi, similiter aũt & in aliis. quare &c. Item, Secũdo est dicendum, q̃ materia prima & remota bene est voa numero oium generabilium & corruptibilium. quod sic probatur;

Opinio reprobatio. Tex. c. 9.

Conclusio prima.

Cõclusio secunda.

batur: quia omnium, quæ adinuicem tranſmutantur, eſt vnum ſubiectum numero, cum ſemper tranſmutatio requirat ſubiectum vnum numero ſub vtroq; termino tranſmutationis, vt patet in iſto Primo, & Quinto huius. Sed ipſa entia naturalia ſunt adinuicem tranſmutabilia, vt patet ad ſenſum. nam ex animali fit cadauer, & ex cadauere fit terra: ſimiliter aũe & in alijs. Nec eſt ratio quare in duobus entibus naturalibus trãſmutabilibus adinuicem immediatè ſit vnum ſubiectum numero plus q̃ in diuerſis. quare &c. põe oſtendi ratione ſuptadicta, quæ mihi vr eſſe ſufficiens ad iſtam concluſionem demonſtrandam. cum.n. non ſit materia prima de ledistincta in diuerſis matetialibus, oportet ipſam habere aliqnam vnitatem in eis. vniuerſaliter. n quæcunq; diuiſionem non habent, vt ſic, vnum dicuntur 5. Met. & cum ipſa nõ ſit de ſe vna ſpeciei propriæ, nec genere, nec analogia, relinquitur q̃ ſit vna numero. quare &c. Sed de modo vnitatis ipſius conſidetanda eſt diligenter ſententia Cõm. in 12. Meta ex eius verbis. n. & eius ſententia ibi enlligitur, q̃ aliquid eſſe vnum numero poteſt intelligi dupliciter. Vno modo aliquid eſt vnum numero poſitiuè & propriè, & eſt illud, quod habet vnam formam indiuidualem, quæ eſt ens actu & indiuiſum in ſe, ſicut Socr. & quodlibet aliud indiuiduum ſubſtantiæ, ſimiliter & in alijs ſuo modo, alio modo poteſt intelligi aliquid eſſe vnum numero priuatiuè, ſ. per priuationem omnium formatum indiuidualium à quibus eſt multitudo numeralis: modo materia non eſt quid vnum numero primo modo, ſ. poſitiuè: quia ipſa in eſſentia ſua non habet aliquam formam indiuidualem propriam, qua ſit vna actu & ens in actu, vt demonſtratum fuit prius: ſed bene eſt vna numero priuatiuè per priuationem oium formarum indiuidualium, à quibus eſt multitudo & pluralitas numeralis: non ſic q̃ ſit actu priuata & denudata ab oibus formis ſimul, ſicut oculus cęcua eſt ſimul priuatus omni viſione. hoc. n. eſt falſum & impoſsibile, ve demõſtrat Cõm. in Secundo huius. & Ariſt. in de Gene. ſed ſic, q̃ ipſa in eſſentia ſua ſm q̃ eſt materia prima non includit a liquã formã propriam, & ſic non habet de ſe multitudinẽ. quare ſelinquitur q̃ ipſa ſit vna numero priuatiuè. Et eſt notandum circa hoc, q̃ ſicut ipſa dr̃ vna numero priuatiuè modo prædicto, ſic ipſa poteſt dici cõis ad oia generabilia & corruptibilis ẽt priuatiuè, quia. ſ. non habet in eſſentia ſua aliq̃ formam indiuidualem & propriã, quæ determinata ſit ad vnum indiuiduum ſeu ſingulare, ideo eſt cõis priuatiuè. Et addit Comm q̃ differt cõitas materiæ primæ à cõitate vniuerſalium, præcipuè generis: formæ. n. communes, in quibus inueniuntur vniuerſalia, ſunt in potentia. & ideo ſcire aliquid ſm q̃ vniuerſale, eſt ſcire ipſum in potentia ſm q̃ dicit Communicatio igitur, quæ intelligitur in formis cõibus, habet eſſe extra animam in potentia. Iſta autem communicatio, quæ intelligitur in materia prima, eſt puta priuatio: cum non intelligatur niſi per priuationẽ formarum indiuidualium ab ea. Eſt igitur intentio Commentatoris in his verbis: q̃ materia prima non habet cõitatem ſuam per aliquam vnam formam cõem & potentialem, quæ ſit de ſua ſubſtãtia & propria ei ſm q̃ materia. Sed vniuerſale habet communitatem extra animam per aliquam vnam formam communem, potentialem tamen & imperfectam, quæ eſt propria ipſi vniuerſali. & in his verbis Commentator videtur intelligere, q̃ alia eſt forma vniuerſalis extra animam à forma ſpecialis: vniuerſalis dico, pto te, de qua alias Deo ſauente dicam. Cõmunitas autem materiæ primæ, ad omnia generabilia non eſt aliud niſi eius indifferentia ad ipſa, inquantum non habet aliquem actum ſibi proprium, quo ſit hoc, i. ſpeciale diſtinctum ab alio. Et dicit ibi Commentator, q̃ verum eſt, q̃ iſte eſt vetus intellectus materiæ primæ quantum ad eius vnitatem, qui nunqua eſt dictus ab Ariſt. in aliquo loco: ſed inuenitur innui ex eius verbis. & hoc eſt verum, quia in 1. Meta. in entibus dicit, q̃ in fundamẽto naturę nihil eſt diſtinctum. & in Septimo dicit, quòd ipſa non eſt quid, nec quale, ne quantum, nec aliquid aliorum, quibus diuiſum eſt ens. quare &c. Vlterius eſt intelligendũ, q̃ aliquis poſſet dubitare ſatis rationabiliter. nam omne, quod habet entitatem poſitiuam extra animam eſt vnum entitate poſitiua extra animam. hoc eſt euidens ex 4. Meta. ſed materia prima habet entitatem poſitiuam extra animã, cum ſit aliquid realiter & quidditatiuè diſtinctum à priuatione, vt patet in Primo huius quare &c. Præterea Si materia prima ſit vnum numero priuatiuè, ex hoc, q̃ in eſſentia ſua non habeat aliquam multitudinem formarum indiuidualium, a quibus eſt multitudo numeralis, ſic ip à poſſet dici plures numero priuatiuè pro tanto, quia ipſa in eſſentia ſua non habet aliquam vnam formam, a qua ſit vnitas numeralis, & ſic eſſet vna numero ptiuatiua, & plures numero priuatiuè ſimul, quod videtur irrationabile, eo quia iſta videntur oppoſita. Præterea. Similiter poſſet dici, quòd ipſa materia eſt vna ſecundum ſpeciem priuatiuè, eo q̃ non habet in eſſentia ſua aliquam multitudinem formarum ſpecificarum, à quibus eſt multitudo ſpecifica: hoc autem nullus dicit. Ad primam dicendum, q̃ materia prima ſicut habet entitatem poſitiuam, ſic habet vnitatem poſitiuam ſolum potentialem, vt patet ea præcedentibus. & ideo concedit habere vnitatem potentialem ſolum poſitiuam, ſed non vnitatem actualem poſitiuam de ſe. Ad aliud poſſet aliquis euadere dicendo ſic, q̃ non eſt ſimile de multitudine materiæ, & de vnitate ipſius. nam ratio vnitatis ſumitur ab indiuiſione, vt patet in 5. Meta. indiuiſin autem eſt quædam priuatio. & ideo vnitas eſt propinqua priuationi, ſed pluralitas non ſic ſe habet. & ideo poterit dici materia vna priuatiuè, & non plures priuatiuè: quòd, ſi hoc non ſufficit, concedatur materiam eſſe plures priuatiuè ſic intelligendo, quòd in ſua eſſentia nõ includit aliquam formam à qua ſit vna numero, actu, & ideo ſicut dicitur vna numero, quia non eſt plura de ſe, ſic dicitur plura numero. quia non eſt vna de ſe: nec iſta ſunt oppoſita realiter, vnum numero priuatiuè, & plura numero priuatiuè. ſicut licet album & nigrum ſint oppoſita, rñ priuatio albi & priuatio nigri non ſunt oppoſita, cum ſimul ſint in medio colorato. Prima tñ ſolutio vr melior, eo q̃ ratio vnius ſumitur ab indiuiſione vnde, cum materia prima non ſit de ſe diuiſa numeraliter, ipſa poteſt dici quodammodo vna numero. ſed ratio multitudinis & pluralitatis non ſumitur à priuatione. & ideo, quamuis ipſa non ſit vna numero per aliquam vnam formam, non ſequitur, vt ſint plures numero. nec intelligo q̃ ipſa ſit vna numero & priuatiuè, & ſolum, & præciſe pro tanto, quia de ſe non habet multas formas indiuiduales: quia ſimiliter poſſet dici, q̃ indiuiduum ens actu, vt Soct. eſſet vnum numero priuatiuè: quia nullum tale habet multitudinem formarum, à quibus ſit multum numeraliter: ſed pro tanto, quia nec vnam formam indiuidualem habet, qua ſit vna numero, nec multas, quibus ſit numero plura. ſed potẽtialẽ habet ad ambo hæc. Vnde ſorte ratio principalis radicalis vnitatis materiæ primę eſt iplam eſſe ens purè potentia, ad quod conſequitur prædicta. Et ideo Com. dicit in eo, aut quod in potentia dicere, eſt q̃ eſt vnum numero, & commune pluribus. vt igitur ſit ad vnum dicere, materia prima eſt dicta vnum numero, ex eo q̃ ipſa eſt ens in pura potẽtia, & per ablationem formarum indiuidualium omnium ab ea modo prædicto, non quia actu ſimul ſit ſine omnibus formis, ſed quia nullam claudit in eſſentia ſua. Ad aliud dubium poteſt dici, q̃ non eſt inconueniens materiã primam eſſe vnam ſecundum ſpeciem priuatiuè proportionabiliter, ſicut ipſa dicitur vna numero priuatiuè. ſ. quia ipſa non habet in ſua eſſentia formas, quibus ſpecificè diſtinguatur, ita q̃ per ablationem formarum ſpecificarum dicitur vna lecundum ſpeciem priuatiuè, ſimiliter vna ſecundum genus: ſed hoc non oportuit Commenta. exprimere: quia patet ex dictis eius ſatis.

EX dictis patet ſolutio primarum duarum rationũ. Ad tertiam dicendum, quod ipſa non eſt vna numero ſm ſuum eſſe actuale, vt bene probatur: tamen ipſa eſt vnum numero ſecundum ſuum eſſe potentiale. non quidem, q̃ eius potentia ſit ſimpliciter vnum ſubiectum numero, ſed ipſa ſecundum id, quod eſt ens vnum ſecundum eſſe potentiale, & hoc ſufficit. Vel dicatur, quod eſt vna ſecundum eſſentiam modo prædicto. Et cum dicitur, quia tunc entia naturalia non eſſent differentia ſm luas quidditates, dico, q̃ imo: quia differentia ſunt illa, quæ ſunt diuerſa aliquid vnum entia, 10. Meta. modo, entia naturalia ſunt diuerſa ſecundum formas aliquid vnum entia, idelt in aliquo vno conuenientia, ſcilicet in materia. Sed dicet, ad minus entia

Tex. cõ. 62. Tex. com. 8. Tex. cõ. 11. Comm. 14. Vnum numero ſecundo dupliciter. Comm. 1. Tex. cõ. 6. Materia prima eſt cõis ad oia generabilia &c. Tex. c. 8. Dubitatio. Tex. c. 9. Tex. cõ. 66. Relponſio. Tex. cõ. 11. Rõ vnitatis materiæ. RESPON. Tex. cõ. 12.

naturalia nõ erunt diuersa ſm ſuas quidditates & per ſe & primo, cum non mereat eis diuerſitas niſi rõne vnius partis quidditatiuæ, & hoc concederet à multis, ſ. abillis, qui ponunt quiditatem ſubſtantiæ materialis eſſe cõpoſitam ex materia & forma. Alij verò dicerent, q materia prima nullomodo eſt pars quidditatis ſubſtantiæ ſiue rei naturalis, ſed
Comm.34. ſola forma eſt tota quidditas, vt vĩ velle Com. in 7. Meta. ſed de hoc ad præſens oõn diſcutio. Ad quartã dicendum, q oia materialia ſunt adinuicem tranſmutabilia, vel immediate, vt illa, quæ ſunt ſit iinuicem propinqua ſm formas, vel mediatè & per plures tranſmutationes, ita q materia, quæ nunc eſt ſub vna forma. ſ. aſſini, poteſt fieri ſub forma tertæ multis tranſmutationibus mediantibus: & hoc nõ eſt inconueniens, nec contra Ariſto. ſed q vnumquodque immediatè fiat ex vooquoque, hoc eſt inconueniens.

Tex. c. 70. *Primum quidem igitur dictum eſt, &c.*

QVAESTIO XXV.

An Potentia materiæ eſſentialiter ſit idem cum ipſa ſubſtantia materiæ.

Commentator ſuper iſtam partem ea ponendo illud verbum Ariſt. & quid ſubiectum, probat q potentia materiæ non eſt ſubſtantia eius & ideo circa hoc põt quæri, vtrum potentia materiæ ſit idẽ eſſentialiter cum ipſa ſubſtantia materię. Arguitur primo q
Comm.70. ſic: quia illud, per qđ ſubſtãtiatur aliquid eſt ejus eſſentia: nihil o ſubſtãtiatur per ſuum accidens, vt manifeſtum eſt: ſed materia ſubſtãtiatur per poſſe, vt ſcribit Cõm in tractatu de Subſtantia Orbis. Item ſecundo, ſicut ſe habet primũ agens ad eſſe acto, ſic ſe habet primum patiens ad eſſe in potentia, per conuenieotem ſimilitudinem: ſed primum agẽs eſt ens actu per ſuam eſſentiam, ita, ſ. q actu non eſt additũ ſubſtantiæ ſuæ, vt oẽs concedunt: quare ſimiliter primum patiens eſt ens in potentia per ſuam eſſeotiam ſic, q poteotia non eſt aliquid additum eius eſſentiæ. Item tertio, in quo libet genere eſt actus & potentia, vt vult Ariſt. in 9. Meta. &
Tex. c. 7. Comm. 6. Com. in Proœmio de Aia: ſed ſubſtantia eſt vnum genus: ergo in genere ſubſtantiæ eſt aliqua potentia illa sutẽ oon eſt compoſitum, nec forma, vt manifeſtũ eſt: ergo relinquitor q ſit materia, vt manifeſtum eſt: & ſic materia eſt ſubſtãtialiter potentia. Itẽ quarto, ſicut ſe habet eſſe ad poſſe, ita eſſentia ad potentiam: ſed in æternis noo differunt eſſe &
Tex. c. 31. poſſe ſm Ariſt. in Tertio buius: ergo in æternis non differũt eſſentia & potentia. cum igitur prima materia ſit æterna, vt
Tex. c. 82. demonſtratum eſt in Primo huius: ſequitur q ipſa ſit idem cum ſua potentia. Item quinto, ſi potentia materiæ eſſet accidens ſuperadditum eſſentiæ materiæ, ſequeretur, q eſſet proceſſus in infinitum to accidentibus materiæ ſimul exi-
Tex. cõ. 41. ſtentibus; quod videtur impoſsibile ex Tertio huius. vbi dĩ, q non eſt dare infinitum actu ſimul, nec in multitudine, nec in magoitudine. Et probatur conſequentia; quia ſubiectum eſt in poteotia ad accidentia ſua, vt manifeſtum eſt; aliter. n. eſſet impoſsibile ea habere. ſi igitur potentia materiæ eſt accidens materię ipſa vtiq; materia videbitur eſſe in poteotia ad ipſam potentiam, & ſic quæretur de illa potentia, per q̃ materia eſt in potentia ad ſuam potentiam, vtrum ſit idem eſſentialiter cum ipſa ſubſtantia materiæ, aut non. ſi ſic, pari rõne erat ſtandum in prima poteotia; ſi oon, tunc materia eſt in potentia ad illam poteotiã, & ſimiliter quæro de illa tertia potentia, & ſic, aut ibit quæſtio in infinitũ, aut oportet in principio cõcedere, q potentia materiæ ad formam ſit idẽ eſſeotialiter cum ipſa prima materia. Item ſexto, ſi potentia materiæ eſſet accidens materiæ, tunc ipſa potentia eſſet actus; quod vĩ impoſsibile, quia actus & poteotia ſuot oppoſita, & vnum eorum non eſt alterum. Et patet conſequentia; quia omne accidens eſt forma, & omnia forma eſt actus. Item ſeptimo, ſi potentia materiæ eſt accidens, tunc forma non vniretur immediatè materiæ primæ; quod vĩ inconueniens. quia forma ſubſtantialis eſt prima perfectio ipſius materiæ, vt oẽs conceduot. & patet conſequentia; quia forma nõ vnitur materiæ niſi mediante potentia ipſius materiæ. Itẽ octauo, ſi potentia materiæ eſſet accidens materiæ, tunc ex materia & forma nõ fieret vnum niſi ſecundum accidens; quod eſt impoſsibile, vt vult Ariſto. in 8. Meta. & 2. de Anima. & conſequentia probatur; quia ex materia & forma non fit vnum, niſi quia materia eſt ens in potentia, & forma eſt actus. ſi ergo eſſe in potentia accideret materiæ, tunc ex ipſa forma & materia fieret vnum ſecundum accidens; quod eſt inconueniens. Tex. c. 4. Tex. c. 7.

Oppoſitum arguitur auctoritate Com. in iſta parte, vbi dicit aperte, q potẽtia non eſt idẽ cum ſubſtantia materiæ. vt idem dicit in Tractatu de Subſtantia Orbis, q poſſe, quo ſubſtantiatur hoc lubie ſtũ, differt a natura ſubiecti, & hoc probat hic, & ſimiliter ibidẽ, vt videbitur. Et arguĩ rõne; quia ſicut ſe habent potentiæ aĩæ ad animam, ſic potentiæ materiæ ad materiã per conuenientẽ ſimilitudinem. ſed potentiæ animæ non ſunt ipſa ſubſtantia aĩæ, cum ſubſtantia animæ noo ſit niſi vna in vno aoimato, & potẽtiæ ſunt plures, vt viſus & auditus ſm commuoem doctrinã. quare &c. Comm. 70.

CONCLVSIO.

Potentia materiæ, ſi ſubiectiuè ſumatur, eadem eſt cum ſubſtantia materiæ, ſi verò pro formali principio, quo ipſa potens dicitur, eſſentialiter diuerſa eſt ab ipſa eius ſubſtantia.

AD iſtam quæſtioocm dimiſsis aliis opioionibus, dico ad præſens per diſtioctionẽ, q per potentiã nos poſſumus iotelligere duo; vno modo ſubiectũ potens. alio modo for male principium, i. reſpectu ſeu habitudine ad formam geoerãdum, vel ad agens. Tunc dico ad qõnem, q potentia, ſi ſumatur pro ſubiecto potentiæ, ſic eſt idem eſſentialiter cũ materia; qoia illud, quod eſt pfectibile & inlotmabile per formam ſubſtantialẽ, eſt ipſa eſſentia materiæ primæ informabile. dico primo principaliter, boc eſt euidens; ſed ſubiectum potens eſt hmõi, vt etism notum eſt; quare &c. Secundo dico, q ſi ſumatur potentia pformali principio quo materia dĩ potens, ſic non eſt idem ſubſtantialiter, vel eſſentialiter cum ſubſtantia materiæ. Et boc probatur multipliciter. Et primo ſic; illa noo ſuot penitus vnum & ideoi eſſentialiter, qnorum vnum multiplicatur altero manente voo: hoc eſt euidens. ſed materia eatiſtente voa numero, potẽtiæ ſunt plures, vt potentia ad formã ignis eſt alia à potentia ad formam aquæ, ſimiliter aũr & in alijs. Et hæc rõ ſumpta eſt ex verbis Ariſt. ex Tertio huius, vbi dicit, q poſſe ſanari, & poſſe iofirmari non idem, licet ſubiectum potens ſit idem; & Com. in 1a Met. dicit, q numetus habilitatum, i. potentiã materiæ eſt ſm numerum ſpecieium generabilium. Et confirmatur illa rõ; quia, ſi potentia materiæ, quæ formaliter denominatur poteos eſt, idem cũ materia eſſeotialiter, qua rõne voa potentia, & alis erit, ſic idem cum materis, & ſic oẽs potentię, quas habet materia ad formas, erunt idẽ eſſentialiter & ſubſtantialiter cũ ipſa materia; modo, quæcunq; vni & eidem numero eſſeotialiter & iodiuiſibiliter ſuot eadem, inter ſe ſunt eadẽ; ergo oẽs potentiæ materiæ ad formas ſunt idem eſſentialiter & vnum, qđ eſt impoſsibile per ſe. nam potentiæ diſtioguuntur per diſtioctiooẽ actũ, ſaltem immediatorum. Item, ſi potentia, q̃ habet materia exiſteos ſub forma aquæ ad formam aeris, eſſet voum & idem cum potentia, q̃ habet ad formam ignis, tunc oẽ, quod vnã illarum potẽtiarum reduceret ſd actum, reduceret & aliã, boc non vĩ bene cooueniens; & ſic, oẽ qđ generaret aerem ex aqua, generaret ẽt & ignẽ; quod eſt impoſsibile & cõtra ſenſum. Item rationes Com. ſunt ad propoſitum efficaces. Nam, ſi potentia materiæ, eſſet oino eſſeotialiter eadẽ cum ſubſtatia materiæ, runc aduenieote forma corrumperetur, vel auferretur ſubſtantia materiæ, quod eſt manifeſtum impoſsibile. & patet cõſequentia, quia forma præſente, corrũpitur potentia, q̃ habuit ad formam illa, vt manifeſtum eſt. quod. n. eſt actu non eſt ſicut cũ erat in potentia, vt dĩ in 9. Met. & vniuerſaliter dicit ipſe, ſi potẽtia materiæ eſt. ſubſtantia eius, tunc ſubſtantia eius corrumperetur apud generationem. Sed mirũ eſt, cum potentia materiæ ad formã ſit infinitæ durationis à parte ante, vt dicit Com in 1. Cœli & Mundi, qũo ipſa poteſt corrumpi, cum Ariſt. demonſtret in 1. Cœli & Muodi multipliciter, q nullũ ens ingenitum, ſ. æteroum à parte ante, põt corrumpi, ſicut nec aliquod factũ põt manere incorruptibile. Et fortè dicẽdum, q oullũ perpetuum à parte aote põt corrumpi ſic, q io poiterum nullũ eius ſimile generetur. & ſic intelligit Ariſt. contra illos, qui poluerunt muodũ iogenitum, & poſtea oino corrumpi ſic, q in futuro nullus regenerabitur mũdus. ſed potentia materiæ

Tex. c. 10. Comm. 2. Tex. c. 11.

Concluſio prima.

Concluſio ſecunda.

Prima rõ.

Secunda rõ

Tertia rõ.

Dubitatio tertia. An potẽtia materiæ corrumpi valeat.

Reſponſio.

teriæ ad formam, quæ fuit æterna ex parte ante, quãuis corrumpatur & nunqoam geoeretur eadem numero, tñ redibit potentia eadem ſpecie, vt cum Socr. fuerit corruptus, materia eius iterum erit in potentia ad formam hominis, ſicut fuit prius. Vel dico, q̃ potentia, q̃um ad id, qđ eſt poſitiuum, nõ corrumpitur. ſed ſolum q̃tum ad priuationem formæ, quæ præexiſtebat in materia, & hoc additum non prætermittas. Item, ſi potentia materiæ eſſet ſubſtantia materiæ, tuoc materia eſſet in prædicamento ad aliquid, nõ in prędicamento ſubſtantię: quod impoſsibile. pars. n. ſubſtãtiæ eſt ſubſtantia. & patet conſequentia: quia potentia pto reſpectu eſt in prædicamento ad aliquid: & hoc etiam ipſe dicit in Tractatu de Subſtantia Orbis, q̃ poſſe dr̃ reſpectu formæ: & ipſa materia eſt vnum entium exiſtentium per ſe, i. abſolutam eſſentialitet a reſpectu. Sed cõtra iſtam poſitionem dubitatur multipliciter. Primo dubitatur circa illa diſtinctionem, qua dr̃ q̃ hoc nomen potentia poteſt ſumi vel pro ſubiecto, vel pro reſpectu: hoc vr̃ inconueniens, quia nomen abſtractum non ſumitur pro ſubiecto. in hoc. n. differt terminus accidẽtalis cõcretus ab abſtracto, ſiue à principali: quia terminus accidentalis concretus poteſt accipi pro ſubiecto vel pro forma: abſtractus aũt non. cum igitur potentia ſit nomen abſtractum non poteſt teneri pro ſubiecto: quamuis hoc nomen potens poſsit accipi pro vtroq;. Vnde huic argumento innitentes quidam dixerunt, q̃ illa diſtinctio prouenerit ex ignorãtia inter abſtractum & denominatiuum. Item dubium eſt contra primam rationem Com. quia ſupponit, q̃ ad priuationem formæ corrumpitur potentia: hoc autem vr̃ difficile: quia cum forma ſubſtantialis educitur de potentia materiæ à generante, quæro an materia ſit potens recipere formam. aut non: ſi ſic, igitur habet potentiam recipiendi formam nihil. n. eſt potens recipere formam ſine potentia, ſicut nihil eſt album ſine albedine: ſi autem non ſit potens recipere formam, ergo recipit quod non poteſt recipere; quod eſt impoſsibile. ergo in illo inſtanti materia habet potentiam ad formam, & hæ potẽtia non corrumpitur, vt vr̃. Etiam conſit matur; quia potentiæ actiuæ correſponder potentia paſsiua 5. Meta. ſed in inſtanti, cum generans generat, & extrahit formam ad actum, ipſum generatus habet potentiam actiuam reſpectu materiæ; ergo ei correſpondet potentia paſsiua, & non niſi in materia, vt certum eſt. ergo in inſtanti illo materia habet potentiam receptiuam formæ, & tamen in illo inſtanti forma eſt præſens materiæ; ergo apud præſentiam formæ non corrũpitur potentia materiæ; & ſic ratio Comm. videtur falſum ſupponere. Item dubitatur tõnabiliter circa ſecundam rationẽ eius. Nam oulla relatio fundatur immediatè in ſubſtantia, vt capitur ab Ariſt. 5. Meta. c. de ad aliquid ſi igitur potentia materiæ fundatur immediatè in ſubſtantia materiæ, vt conceditur. eſt. n. accideos immediate conſequens eſſentiam materiæ, intantum, q̃ per eã circumſcribitur eſſentia materiæ; ergo non eſt ad aliquid; cuius oppoſitum ſupponit ratio Com. 2. Aliud dubium eſt aotiquum; q̃, ſi potentia materiæ eſt accideos eius, aut eſt accidens ens reale, aut accidens ens ratioois. nõ eſt dicendum, q̃ ſit ens ſolum rationis; quia ſic materia non eſſet potẽs niſi per operationem noſtri intellectus; quod eſt ablurdũ. ſi verò diceretur, q̃ ipſa eſſet accidens ens reale, hoc vr̃ inconueniens; quia reſpectus vel relatio non poteſt eſſe realis, & eos extra animam, cuius terminus non eſt ens extra aiam. hæc eſt manifeſta; quia relatiua ſimul luot & non ſunt. nunc aũt terminus iſtius reſpectus, ſ. potentiæ materiæ ad formã generandam non eſt ens extra aiam; terminus autem hmõi relationis eſt ipſa forma generanda, quę nondum eſt ens extra aoimam, vt manifeſtum eſt, quare &c. Item quidam dubitant multum lubtiliter; quia, ſi potentia materiæ eſſet accideos præter aoimam, tunc ſimul erunt accidentia realia infinita; quod vr̃ impoſsibile, vt patet ex 3. Phy. quia noo eſt infinitum in actu, nec ſm magnitudinem, oec ſm multitudioem, vt accipitur ee illo loco. Et probatur conſequeoria ſm intentionem Ariſt. generatio. n. procedit in infinitum in futuris, vt patet in 2. de Generatione. & ideo oportet q̃ in infinitum generẽtur formæ infinitæ: modo materia ipſa habet nunc accidentaliter poteotias remotas, ſaltẽ ad omnes formas illas, quas recipiet in futurum; quia, ſi nunc non haberet aliquam potentiam ad formam, quam reciperet in milleſimo anno, tunc eſſet impoſsibile recipere eam, & ſic reciperetur impoſsibile recipi: quod eſt impoſsibile. oportet igitur q̃ materia, quæ nunc eſt, habeat potentiam ad q̃libet formam, quam reciperet in futuro: & ſic, cum iſtæ formæ erunt infinitæ, ſequitur, q̃ materia, quę nunc eſt, habeat potentias infinitas ſimul. Si igitur potentia materiæ eſt ens actu reale, ſequitur q̃ infinita accidentia realia ſimul erunt actu in materia. & augeni difficultatem; quia, cum quęlibet portio materiæ erit ſub formis infinitis numero, & multæ ſunt portiones oiateriæ adinuicem diſtinctæ, ſequitur q̃ ſimul eruni pluta infinita ſimpliciter. dico iofinita ſimpliciter; nam alias formas recipiet in futuro hæc portio materiæ, quàm illa; & ſic erunt valde multotnes infinita; q̃ vr̃ omnino ablurdum & impoſsibile. Ad primum dubium, dico q̃ voa nulli rei repugnat, nec modus ſignificandi; immo voa quælibet, quãrum eſt de ſe, eſt ind ifferens ad quodlibet ſignificatum, & ad quemcunq; modum ſignificandi: q̃ autem vox aliqua ſignificet talem rem, vel talem, ſub tali otodo ſignificandi, vel tali, hoc habet ab impoſitione humana, & vſu. vnde, ſi nos inuenimus multas homines vti aliqua voce ad aliquam rem ſignificandam, & ſpecialiter vitos aotiquos & ſolennes, debemus ei concedere illam vocẽ talem rem ſignificare; cum igitur inueniamus Ariſto & Com. vti hoc nomine potentia, pro ſubiecto potente, & aliqñ etiam ſumitur pro reſpectu, vi oẽs conceduni nullum reputo inconueniens diſtinguere modo prædicto. Cum ergo dr̃ q̃ nomen abſtractum non ſumitur pro ſubiecto, ſine dubio verum eſt, q̃ nomen abſtractum rõne, qua abſtractum eſt, oon ſumitur pro ſubiecto, ſaltem eo modo, quo concretũ; ſed aliqua voa ſignificans aliquam formam in abſtracto poteſt eſſe impoſita ad ſignificandum ipſum ſubiectum ſm aliam rationem, & æquiunce præciſe: quia nulli voci repugnat quamcuoq; rem ſignificare. Quod aut Ariſt. & Com. accipiant hoc nomen potentia pro ſubiecto potente; hoc patet in diuerſis verbis Ariſt. & Com. Dicit. n. Ariſ in 2. de Aia, q̃ materia eſt potentia; quod non eſt verum propriè, niſi, quia eſt ſubiectum poteos, Similiter dicit 7. Met. q̃ materia nec eſt quid, nec quale, nec quãtum, quare &c. ſed potentia omnia illa. Similiter Com. in ſuo Tractatu de Subſtãtia Orbis dicit, materiam eſſe potentiam recipientem numerum ſm numeruni formarum. & in multis alijs locis inueniee poteſit diligens conſiderator; de nomine iñ non eſt multum curandum, dummodo ſciatur veritas rei. eſt autem fyncera veritas, q̃ ipſa materia prima eſt ſubiectum potẽs; quod vtrum vocetur potentia, oon facio magnam curam. Ad aliud dubium, dicuoi aliqui, q̃ poteotia materiæ, quæ eſt eius accidens, poteſt accipi dupliciter. Voo modo q̃tum ad priuatiooem formæ, ad quam eſt potentia, & hc huc dubio corrumpitur potentia materiæ ad præſentiam formæ, & ſic intelleait Com. Alio modo poteſt accipi potentia materiæ quaotum ad aptitudinem materiæ ad recipiendum formam ipſam & ſic potẽtia materiæ ooo corrumpitur aduenieote ipſa forma, vt oſtendunt rationes adductæ. Sed hoc noo placet aliis. Primo, quia ſm hoc, ratio Com. nooostendit niſi q̃ priuatio eſt aliud a materia, oam potentia materiæ quaotum ad priuationem non eſt aliud quam priuatio. Item oppoſita non poſſunt ſimul eſſe: modo actus & potentia ſunt oppoſita, ſaltem relatiuè accipiendo potentiam pro reſpectu; ergo ſimul materia non habebit potentiam ad formam, & actu formam, cum actus, & potẽtia ſint oppoſita relatiuè, vt ſcribit Comm. in 9 Meta. Et ideo alij aliter dicunt, q̃ adueoieote vel præſente forma ſm actum, deficit potentia præcedens noo ſolum quo ad priuatioué, ſed etiam quaotum ad reſpectum præcedẽtem forma, ita q̃ materia non eſt amplius in tali potentia, ſicut erat. Et cum dicebatur, q̃ in illo inſtanti generationis formæ, aut materia eſt in potentia aut oon, dico, q̃ ipſa noo eſt propriè in potentia præcedente actum, ſed eſt in potentia actui coniuncta, q̃ non eſt proprié potentia realiter differens a ſuoie ſubiecto potentiæ, ſed eſt quædam non impoſsibilitas habendi actum. ſicut dicimus, q̃ Sor. ledens poteſt ledere, id eſt non eſt impoſsibilis ſedere; potentia. n. multipliciter dicitur, vt patet in 2. Perihen. Et cum dicebatur viterius, q̃ poteotia actiua requirit potentiam paſsiuam, poteſt dici, q̃ verum eſt po-

Quarta reſpoſtio.

Prima dubitatio.

An conuenienter poſtia diſtinguat in ſubiectum & in reſpectum.

Dubitatio ſecunda.

An ad priuationę formæ corrumpatur potẽtia.

T. cõ. 27.

Dubitatio certia.

An potẽtia materię ſubſtantia darur & ſubſtantia materiæ.

Tex. cõ. 20.

Dubitatio quarta.

An potẽtia materiæ ſit accidẽs reale vel rõnis.

Dubitatio quinta.

An potẽtia materiæ ſit accidẽs reale.

Tex. c. 41.

Ad primã.

Potentia capitur dupliciter.

Tex. c. 2.

Tex. c. 3.

Ad ſecundũ dubitationem.

Reprobatio reſpoſtionis.

Com. 2.

Alia rãio:

est potentia passiua quæ est subiectum potens & receptiuũ, sed non semper requirit potentiam quæ est accidens substantiæ potentis. Alij dicunt ꝙ in instanti eductionis formę substantialis ipsum generans non est amplius in potentia agens, quia nihil mouet, & omne agens prꝓprie est mouẽs, sed hoc est difficile: quia in instanti generationis ipsum generatis habet aliquam causalitatem supra ipsam formam, & nno aliam, nisi agentis. Etiam Arist. vocat agens non solum mouens motu prꝓprie dictu, sed vniuersaliter omne transmutans, qualitercunq; transmutat, vt patet in Secundo huius. Item potest dici, ꝙ ipsi potentiæ actiuæ agentis correspondet bene potentia passiua materiæ, accipiendo potentiam pro naturali qualitate materiæ, quæ disposita est ad recipiendum formam, & illa non corrumpitur: sed non oportet ꝙ ei correspondeat ille affectus prius tus, qui prius erat in materia. Ad aliam dubitationem dicẽ communiter, ꝙ illa potentia materiæ, quę est respectus ad formam, non fundatur immediatè in ipsa substantia materię primę, sed mediante aliqua qualitate naturali, quæ est de secunda specie qualitatis: & est naturalis potentia passiua, quæ correspondet naturali potentiæ actiuæ agentis. Sit cum dicitur, ꝙ potentia ad formam est immediatè consequens essentia materię, potest dici, ꝙ verum est immediatè, non mediante aliquo alio subiecto principaliori & priori via generationis, sed non immediatè per priuationem medij dispositioni, imo dimensiones inhærent immediatius ipsi primæ materiæ, dicente Comm. in de Substantia Orbis, ꝙ primum rerum inexistentium huic subiecto sunt tres dimensiones, quæ dicuntur corpus, Pro tanto tamen materia dicitur notificari per ipsam potentiam, quia per istum respectum materia manifestius comparatur ad formam, & ad transmutationem substantialem, à qua principaliter sumitur intellectus primæ materiæ, vt patet in Primo huius. Ad aliud dubium diaerũt aliqui, ꝙ potentia materiæ, quæ est respectus ad formam, non est aliquod accidens reale præter operationem intellectus, sed solum habet esse positiuum ẽm intellectum. dicũt tamen, ꝙ materia est potens recipere formam, dato ꝙ intellectus non intelligerer & exemplificant, ꝙ priuatio non est aliquod ens positiuum præter intellectum, & tñ oculus esset cæcus remota actione intellectus. Sed mihi videtur, ꝙ in istis dictis est contradictio implicita: quia constat, quòd præter omnem actum intellectus humani materia esset potens recipere formam, & hoc concedunt isti: & certum est, ꝙ ipsa non est potens formaliter nisi per potentiã, aut ipsa potentia præter actum intellectus est aliquid, aut nihil, si est aliquid: ergo ens & constat ꝙ non est solum ens negatiuũ: quia materiam esse potentiam non est solum ipsam esse priuatam: & sic potentia, præter actum intellectus, est ens positiuum: cuius oppositum isti dicunt. Si vero dicatur ꝙ potentia, præter actum intellectus, sit nihil, tuoc materia est formaliter potens per oihil: potens dico realiter, & extra animam: quod est absurdum. Præterea, Si potentia materiæ est ens solum secundum intellectum, aut est ens solum per intellectum practicum, aut speculatiuum: hæc diuisio est sufficiens. non per intellectum practicum: quia tunc intellectus practicus induceret potentiam in ipsa materia vel ipsa potentia materiæ esset aliquid de humanis actionibus, quæ sont absurda. & vt sit ad vnum dicere practicus, vel est factiuus, & ille principium est artificialium necessariorum humanæ vitæ, sicut domus & vestimenta & huiusmodi, de quorum numero non est potentia materiæ: vel est actiuus & ille est actus agibilium humanorum, i. virtutum moralium, & operationum earum: de quarum numero non est potẽtia materiæ. vel esset aliqua de humanis delectationibus, quæ sunt absurda. Si autem diceretur, ꝙ ẽm intellectum speculatiuum, tunc solum esset ens subiectiuè in intellectu speculatiuo: & sic non esset principium transmutationis realis, aut transmutatio realis materiæ ad formam oò esset, nisi intellectus humanus intelligeret: qđ est absurdum. nam omni homine dormiente, adbuc ignis combureret. & patet consequentia: quia nunquam materia transmutaretur ad formam, nisi esset potens recipere eam. si autem potentia esset solum ens apud intellectum, tunc non esset potens recipere formam, nisi intellectu intelligente. quare &c. Nec est simile de cæcitate ad oculum, & de potentia materiæ ad materiam. nam cæcitas non est aliquid positiuum de se, sed negatio visus: & idem esse positiuum solum habet apud intellectum, sed potentia materiæ est aliquid positiuũ, quo formaliter materia est potens præter omnem actum intellectus humani. Præterea Ens rationis solum non est principium transmutationis per se naturalis: quia oec est principium actiuum per se huius transmutationis, nec dispositio actiui naturalis, quia tunc esset ens actiuum ipso naturali: nec est principium materiale, vt manifestum est: nec principiũ dispositiuũ passiui: & sic nullo modo ens rationis est principium necessarium naturalis transmutationis, & sic aut oportet dicere, quòd potentia materiæ non est principium transmutationis naturalis necessarium, & sic materia posset transmutari naturali transitu actione ad formam sine potentia ad esse. quod nullus diceret: aut est dicendum, quòd ipsa potentia materiæ ad formam non solum est ens rationis, & hoc puto verum. Ad aliud, qđ arguitur, ꝙ respectus realis exigit terminum entem & realem præter animam, potest coocedi. modo forma generanda in materia, licet non sit actu ens in materia, ipsa tamen est in potentia actiua agentis: & sic ipsa est terminus illius respectus, qui dicitur potentia materiæ. nnn. est dubium, quin potentia passiua referatur ad actuam, & econuerso. & ab ista potẽtia actiua illius agentis ipsa potentia materiæ habet realitatem suam, vt à termino: & hoc ignorare vix sunt illi, qui potentiam materiæ dixerunt esse ens reale, sed solum ens rationis. Et in quæres, an materia referatur ad formam generãdam alia relatione, quam relatione qua refertur ad agens. Et dicetem ꝙ non, qđ proba. ur: quia si materia refertur ad formã generandam per aliam potentiam, q̃ habet ad generãs: aut est per potẽtiam actiuam, aut passiuam. nnn per potentiam actiuam. quia certum est, ꝙ materia prima non habet potentiam actiuam respectu formæ generandæ, vt iam nmnes concedunt. si verò referatur ad formam generandam relatione, quæ est potentia passiua, hoc non est niũ relatio ad agens, quia potentia passiua est principium transmutandi ab altero, ioquantum alterum 5. Meta. Dicerem ergo, sal uo meliori iudicio, ꝙ materiam habere potentiam ad recipiendum formam, nun est aliud realiter, nisi ipsam habere potentiam, vt transmutetur ab agente, & sic huiusmodi respectus est beoe relatio realis, cum ipsum agens sit quid reale præter animam. Et sic potest probabiliter dici ad istã antiquam dubitationem, si tamen aliàs melius viderem, nõ recusarem. Ad aliud dubium dicunt aliqui, ꝙ accidentia realia esse simul & actu infinita, nnn est inconueniens io accideotaliter ordinatis, & quæ possunt esse in eodem loco, & io eodem subiecto. sic autem est de illis potentijs, quas habet materia ad formas ad futurum generandas, sunt. n. per accidens intentæ, & per accidens ordinatæ. Sed tunc est dubium, cum potentia materiæ ad formam sit eius relatio ad agens, tunc simul essent infinitæ potẽtiæ adinuicem actiuæ. Et ad hnc potest dici, ꝙ non est incõueniens, infinitus esse respectus virtutis actiuæ ad materiam receptiuam, & sic potentia materiæ, quæ est quãtitas naturalis absoluta, est vna: relata tamen iohnitis respectibus, similiter & virtus actiua primi alterantis est & aliqualiter vna, sed habet respectus infinitos ad ipsam materiam: illi tamen respectus & virtus actiua sub illis respectibus existens non est actu generans aliquam formam, nisi sit determinatus respectus ad illam materiam, & locum generationis. & ideo non erunt simul infinita secundum actum. Sed ꝙ adiungebatur in dubitatione, quòd nnn solum erunt iohnita huiusmodi accidentia realia: sed pluries & multnties infinita, eo ꝙ quælibet portio materiæ, habet huiusmodi potentias infinitas, difficile est. Et aliquis posset dicere, ꝙ qoamuis quælibet portio materiæ sit in potentias ad formas infinitas ẽm numerum, non tamen sunt plures potentiæ infinitæ simpliciter: quia ex omnibus illis numeris potentiarum fit vous numerus simpliciter infinitus. Sed sine dubio hoc noo sufficit: quia, cum hæc demonstrata portio materiæ fiet in posterum sub formis infinitis secundum materiam, oportet ꝙ nunc habeat potentiam aliquam ad vnamquamq; illarum, aliter. n. oon esset potens recipere eas, & sic esset impossibile recipere: & per cõsequens noo reciperet: & cum ponatur in posterum recipere, sequitur, ꝙ recipiat, & quòd nunquàm reciperet: quod

Alia ratio.
Tex. c. 29.
Alia ratio.
Ad secundã dubitatio.
Tex. c8. 69.
Reprobatio huius respõsionis.
Ad quartã dubitatio.
Quæstio.
Tex. c. 57.
Ad quintã.
Dubitatio
Responsio prima.
Ratio alia.
Reprobatio.

quod eſt impoſsibile. oportet igitur, ꝙ nunc habeat potentiam ad vnamquamque illarum formarum: quas in futuro reciperet: & cum illę erunt infinitæ ſimpliciter, ſequitur, ꝙ habeat potentiam ad infinitas formas: & ſic, cum ad vnamquamq; habeat potẽtiam vnam diſtinctam a potentia, quæ eſt ad aliam, ſequitur, ꝙ hæc portio materiæ demõſtrata ſimul habeat potentias infinitas ſimpliciter: & ſimiliter ſi numerus aggregatus ex numero potentiarum huiuſmodi materiæ, & numero potentiarum alterius materiæ, non eſt niſi infinitus, ſequitur, ꝙ pars eſt æqualis toti: quod eſt impoſsibile omnino, quia dignitas eſt, ꝙ omne totũ eſt maius ſua parte ergo relinquitur, ꝙ numerus totius aggregatus ex numeris potentiarum duarum portionum materiæ ſit maior quàm numerus potentiarum vnius portionis materiæ: hoc autem iterum eſt inconueniens, quia infinito ſimpliciter nihil eſt maius: & iam probatum eſt, ꝙ numerus potẽtiarum vnius portionis materiæ eſt ſimpliciter infinitus. Ad huius difficultatis euaſionem accipio, ꝙ ſm intentionem Arift. in qualibet portione materiæ demõſtrata ſuccedunt in poſterum formæ infinitæ numero diuerſæ quod ſic patet: conſtat enim ꝙ hæc portio materiæ non poteſt ſubſiſtere ſine omni forma, & conſtat etiam, ꝙ quæcunq; forma ſit in iſta materia, ipſa non poteſt perpetuo exiſtere in ea ſm Arift. quia vt ſic corruptibile perpetuaretur, quod eſt impoſsibile, vt demonſtratum eſt in 1. Cœli & Mun. Hæc igitur portio materiæ demonſtrata, exiſtens ſub hac forma, aut aliqñ priuabitur illa forma, aut nunquam, ſi priuabitur illa forma, aut acquiret aliam, aut non. Si non: eſt contra primam ſuppoſitionem. ſi acquiret aliam, tunc aut ſemper ſtabit ſub illa, & hoc eſt contra ſecundam ſuppoſitionem: aut non ſemper, & tunc ſicut ptius, iſta corrupta, aut nullam aliam accipiet, & hoc eſt contra primam ſuppoſitionem aut recipiet aliã, & ſic erit quæſtio de illa, & ſic in infinitum neceſſe eſt ſuccedere ſibiinuicem in hac demonſtrata portione materiæ formas infinitas, ita, ꝙ numerus ſucceſsiuus formarum indiuiduarum ſibiinuicem ſuccedentium in hac portione materiæ, eſt infinitus ſimpliciter ex parte poſt: ſimiliter autem dicetur de alia portione materiæ, & eadem ratione: & ſic habetur, ꝙ duo numeri infiniti ſucceſsiui erunt in materia, & conſtat, ꝙ totus numerus aggregatus ex iſtis duobus numeris, eſt maior quolibet illorum: ſiquidem omne totum eſt maius ſua parte, infinito igitur numero ſucceſsiuo formarum nihil prohibet fore numerum infinitum maiorem. nec aliquid etiam prohibet, ꝙ plures formæ conſtituant numeros infinitos formarum numeralium ſucceſsiuos. Sic igitur cuilibet formæ fiendæ correſpõdet in prima materia aliquis vnus reſpectus, qui eſt potentia ad eam, & alterius formæ generãdæ alter reſpectus, quid prohibet in diuerſis portionibus materiæ, ſimul eſſe infinitas portiones materiæ, & ſic eſſe ſimul plures numeros infinitos huiuſmodi potentiarum ſimul exiſtentium? aut etiam quid prohibet vnum numerum infinitum talium potentiarum eſſe maiorẽ alio? Et cum dicebatur, ꝙ plura infinita non ſunt ſimul, nec vnũ infinitum eſt maius alio, hoc ſine dubio verum eſt de infinito in quantitate continua. tale. n. ſi eſſet aliquid vnum infinitum, illud comprehenderet totum, & extra illud nihil eſſet: ſed de infinito in quantitate diſcreta accidentaliter ordinatarum nihil eſt inconueniens ipſum eſſe, & eſſe ſimul plura talia, & vnum talium poteſt eſſe maius alio: quia nullum illorum infinitorum totum comprehẽdit, quod eſt illius generis. vel poſſet dici ſatis rationabiliter, ꝙ vnus illorum numerorum nõ eſt maior, ſimpliciter in alio numero, ſicut, quamuis in qualibet linea ſint infinita puncta in potẽtia, vt communiter dicitur, tõ totum aggregatum ex numero punctorum exiſtentium in vna linea, & numero punctorum exiſtentiũ in alia linea non eſt maior numero punctorum, quæ ſunt in vna linea. Et, cum dicitur, ꝙ imo, quia omne totum eſt maius ſua parte, dicitur, ꝙ vnus illorum numerorum non eſt totum reſpectu alterius: quia ratio totius repugnat infinito, cum totum, & perfectum ſint idem. vt patet ex Tertio huius: ita tamen, ꝙ omne totum eſt perfectum, ſed non econuerſo. Nullum autem infinitum, ſm ꝙ huiuſmodi, eſt perfectum, vt vult Arift. in Tertio huius. & ideo vnus illorum numerorum non eſt totum reſpectu alterius, nec econtrario. Sed, cum dicebatur, ꝙ Ariſto. hoc improbat in tertio huius. Dicitur, ꝙ ipſe bene demonſtrat ibi non eſſe infinitum ſecundum magnitudinem, ſed de infinito ſm multitudinem non videtur demonſtrare. imo ratio, quam ad hoc inducit, videtur totum eſſe probabilis hæc autem videtur eſſe intentio Commentatoris: quia dicit ſuper illam rationem, ꝙ forte iſta propoſitio eſt de genere propoſitionum per ſe in tertium. ſ. ꝙ omnis numerus eſt per ſe numeratus. ſi ergo poneretur ꝙ aliquis numerus eſt infinitus, tunc ille non eſſet numeratus: quod eſt impoſsibile, vt diceretur Commentatori, ꝙ omnis numerus ſpecierum eſt numeratus: ſed non oportet de numero individuorum præciſe accidentaliter ordinatorum, & ſimul potentium eſſe in eodem loco & eodem ſubiecto: quod dico, ad differentiam numeri individuorum corporalium exiſtentium in diuerſis locis, vt Socrates, & Plato. talium. n. individuorum numerus non poteſt eſſe actu infinitus ſimpliciter. quia ex eis conſtitueretur vna magnitudo ſimpliciter infinita: quod eſt impoſsibile. modo poteſtiæ materiæ ad formas futuras ſunt talia individua: quæ bene poſſunt ſimul eſſe in eodem loco & ſubiecto. & ideo nihil videtur prohibere numerũ earum eſſe ſimpliciter & actu infinitum. Vel dicatur, ꝙ Com. non aſſerunt illa propoſitionem eſſe ſimpliciter veram: quia dicit forte. Aliter dicunt aliqui ad diſſolutionem principalem: ꝙ licet formæ generandæ eſſent ſimpliciter infinitæ, & materia nunc eſt potens recipere formas illas: tamen non oportet ꝙ ſimul nunc in materia ſint potentiæ infinitæ: quia nõ oportet ꝙ potentia multum remota ſit alia reſpectu alterius formæ & alterius: imo materia per vnam & eandem potentiam numero. ſ. per ſubſtantiam ſuam, eſt potens recipere omnes formas individuales: potentia dico multum remota. non ergo dicerẽtur, ꝙ materia, quæ, nunc eſt, habet aliam potentiam numero ad formam, quæ generabitur in milleſimo anno à potentia ad formam, quæ fiet poſt quatuor mille annos. Potentiæ tamen propinquæ bene ſunt diuerſæ ad diuerſas formas: & iſtæ etiam ſunt diuerſæ a ſubſtantia materiæ, & de iſtis intelligebatur concluſio. Et iſtæ potentiæ propinquæ non ſunt ſimul in materia, ſed ſibiinuicem ſuccedunt vna poſt aliam. Sic igitur nõ erunt ſimul actu infinitæ potentiæ in materia, nec plures erunt infinitæ, nec vnum infinitum erit maius alio. Sed illud non eſt bene iurum. quia, ſi potentia remota materiæ, ad formam, quam reciperet in 300 anno, eſt omnino realiter eadem cum potentia remota ad formam, quã recipiet in milleſimo anno, neceſſe eſſet, ꝙ, cum vna illarũ reduceretur ad actum ſuum, & alia reduceretur ad actum ſuum hoc. n. videtur per ſe notum. quia cum aliquæ potentiæ ſunt eadem eſſentialiter & indiuiſibiliter, ſi vna illarum reducatur ad actum ſuum, ꝙ & alia ſimiliter reducatur ad actum ſuum, igitur, cum potentia materiæ ad formam generandam in milleſimo anno ſit eadem omnino cum potentia materiæ ad formam generandam in 300. anno. vt ponitur, ſequitur, quòd, cum vna illarum reducatur ad actum ſuum, ꝙ & alia reducatur ad actum ſuum: & ſic, cum generabitur forma generanda in 300. anno. generabitur etiam forma generanda in milleſimo anno: quod eſt ridiculum. ergo illæ potentiæ remotæ ſunt diuerſæ ad diuerſas formas generandas, & ſic redit idem quod prius. Inquire diligenter, quia multum eſt hoc difficile & clauſum.

Propoſitio.

Tex. c. 115.

Infinita poſſunt eſſe plura ſimul.

Tex. c. 64.

Tex. cõ. 64.

Infinitũ ſm multitudinem datur.

Alia ratio.

Reprobatio.

RESPON.

AD rationes principales. Ad primam dicendum, ꝙ aliquid ſubſtantiari per poſſe poteſt dupliciter intelligi. vno modo ꝙ reponatur in huo eſſentiali genere per poſſe. alio modo poteſt intelligi aliquid ſubſtantiari per poſſe. i ꝙ ſubſtantia eius cognoſcatur. modo verum eſt, ꝙ illud primum poſſe eſt de eſſentia eius, & ipſamet eſſentia illud qđ ſubſtantiatur per poſſe. ſed ſecundo modo non oportet. aliquid. n. cognoſcitur per alterum, quod non eſt de eſſentia eius, ſed accidens proprium eius: & ſic materia ſubſtantiatur per poſſe. i. ſubſtãria ipſius materiæ intelligitur per poſſe, & ipſum poſſe ponitur loco differentiæ ſubſtantialis materiæ. Item poteſt intelligi, ꝙ materia ſubſtantiatur per poſſe. i. refertur ad ſubſtantiam principaliter dicta. m per poſſe, ſcilicet ad formam: & hoc modo verum eſt. nec ſequitur propter hoc, quòd poſſe ſit eius eſſentia: & illud etiam dicit ibidem Commentator, quòd poſſe, quo ſubſtantiatur &c. Ad ſm dico, quòd ſimile eſt in hoc: ꝙ ſicut primum agens

ſic eſt

sic est ens actu, ꝙ nullo modo habet potentiam receptiuã, sic primum patiens est ens in potentia receptiua & passiua, ꝙ nullo modo de se habet potentiam actiuam. sed dissimile est in alio: quia sicut primum agens est ens nobilissimũ, & in fine perfectionis, & actus primus, & ideo non potest esse subiectum alicuius accidentis: quia tunc se haberet ad ipsum aliquo modo sicut perfectibile ad suam perfectionẽ: sed ipsum primũ subiectum est substantia imperfectissima, & indiget perfici formis substantialibus & accidentalibus. & ideo sua potentia passiua potest esse accidens ipsius. Ad tertium cum dicitur. In quolibet genere &c. potest cõcedi, ꝙ in quolibet genere substantiæ est potentia. s. subiectum potens, & hæc est materia prima, quæ est in genere substantiæ, ranquam principium intrinsecum. Vel potest dici, ꝙ in quolibet genere esse actum, & potentiã potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd ipsa potentia, quæ est respectus ad actum, vel etiam subiectum, quod perficitur per actum, sit vniuersaliter in illo genere, in quo est ipse actus, & hoc est falsum in alijs generibus à genere substantiæ. nam subiectum, quod perficitur per qualitatem actualem, non est in genere qualitatis, sicut subiectum, quod perficitur per formam substantialem, est in genere substantiæ. Alio modo potest intelligi, ꝙ in quolibet genere &c. ita ꝙ illud idem, qđ est actu in aliquo genere, aliquando fuit in potentia, & è conuerso, & hic verum est. nam illa eadem qualitas, quæ modo actu est in genere qualitatis, fuit aliquando ens in potentia, ita ꝙ ad eam fuit aliquid in potentia aliquando. similiter autem & in alijs huiusmodi. tamen potentia non est in genere qualitatis, & sic est verum: ita ꝙ potentiam inuenire in alijs generibus à substantia nihil aliud est, q̃ aliud esse in potentia ad rem illius generis, quæ tamen potentia non est de alio genere, tanquam principium essentiale intrinsecum. & ideo non valet illa ratio. Ad quartum cõcedo Maiorem &c. Et, cum dicitur, ꝙ in æternis &c. dico ꝙ illa propositio, in æternis non differt esse & posse, debet hic intelligi, ꝙ in æterno, ſm ꝙ ateroũ est, non est prius tempore ipsum posse esse q̃ esse: quia tunc non esset æternum. illud enim, quod prius tempore potest esse q̃ sit, prius tempore est non ens quam ens sit. & hoc æterno repugnat. in æterno igitur non differt esse & posse: hoc est, ꝙ nõ prius tempore potest esse quàm ipsum sit. Sed non oportet ꝙ in æterno non differat posse ab ipso esse, ita, ꝙ omne suum posse sit idem cum illo esse ad quod est posse. ut cut Sol ſm suam substantiã est æternus, & ideo substantia eius non prius potuit esse q̃ fuerit: & tamen aliquod eius posse differt ab aliquo eius esse. posse enim esse in oriente differt ab esse in oriente: quia dicimus, dum est in occidente, potest esse in oriente, & tamẽ non est ibidem: similiter est in proposito. eum. n. substantia materię sit æterna, nunquam prius potuit esse materia q̃ fuerit materia: tameo nõ sequitur, ꝙ omne posse, quod ipsa habet ad aliquod esse, sit penitus idem cum illo esse. Ad quintum dicendum est, ꝙ non est processus in infinitum. Et, cum dicebatur, si potentia materiæ est accidens, tunc materia erit in potentia ad illud accidens. Dico, ꝙ potentia dicitur dupliciter, vt ad præsens spectat. vno modo propriè, pro potentia ad actum, & sic non oportet ꝙ omne subiectum sit in potentia ad suum accidens, sed solum ad accidentia separabilia, quæ de nouo acquiruntur in ipso. alio modo sumitur potentia large, pro non impotentia habendi aliquid, vt Socr. sedens potest sedere. i. non est impossibile sedere, ꝙ talis potentia non est quid aliud simpliciter à subiecto, & ab actu eius. sic autem est ipsa materia in potentia ad suam potentiam. s. quia non repugnat ei habere eam, sed non est in potentia ad suam potentiam primo modo, quare non valet illa ratio. Ad sextum dicendum, ꝙ potentia ipsa materiæ potest compatari ad substantiam ipsius materiæ primæ, & sic ipsa hæc est quidam actus accidentalis imperfectus, vel potest compatari potentia ipsa ad illud, ad quod est potentia, & sic non est actus, vt potentia materiæ ad formã ignis non est forma, nec actus ignis, similiter autem & in alijs. Verum est tamen ꝙ est in potentia pura, i. subiectum purè potens, non est aliquis actus nec substantialis, nec accidentalis. Ad septimum dicendum, ꝙ formam substantialem vniri immediatè materiæ primæ potest dupliciter intelligi. Vno modo immediatè per priuationem omnis medij, & omnis causæ tam principalis quàm dispositiuæ, & hoc puto impossibile: imo quælibet forma substantialis requirit aliquas dispositiones, mediantibus quibus vniatur ipsi materiæ. alio modo potest intelligi formam substantialẽ vniri immediatè ipsi materiæ primæ per remotionem medij principalis: eui. s. vniatur principali' quam materię, & ꝙ principalius subsistet forma q̃ materiæ: & hoc est verissimum. principale. n. subiectum retinens formam substantialem est ipsa essentia materiæ, & ipsa forma est eius actus primus, & prima perfectio primitate principalitatis: eam tamen præcedunt multæ præparationes ordine generationis, præcipuè forma mixti perfecti, vt alias videbitur, si Deus voluerit. Ad octauum nego consequentiam. &, cum dicitur, ꝙ ex materia & forma &c. Dico, ꝙ ex materia, ſm ꝙ est in potentia. i. ſm ꝙ est subiectum potens, fit vnum eum forma, sed non secundum ꝙ est in potentia. i. ſm respectum ad ipsam formam, ipse. n. respectus materiæ ad formam non est principalis causa voionis & vnitatis materiæ ad ipsam formam: fit ergo vnum ex materia & forma, ſm ꝙ forma est actus, & materia est potentia. i. subiectum potens, & nullum actum de se habens: & sic intelligendum est illud dictum Aristo. & Commentatoris. bene tamen concederem, ꝙ sicut forma substantialis perficiens materiam, licet sit agens principale vel principalis ratio agendi, tamen non agit nisi mediante aliqua qualitate naturali actiua, quæ est eius dispositio ad agendum vt omnes concedunt, & sic etiam materia, quæ est principale recipiendi vel principalis ratio recipiendi, non recipit nisi mediante aliqua qualitate naturali passiua, quæ est eius dispositio ad recipiendum, & illa potentia passiua. i. qualitas naturalis disponens ad receptionem, habet in se quendam respectum modo prædicto ad formam: & huiusmodi accidentia bene sunt in toto cõposito ex materia & forma. primo tamen primitiate generationis inhunt tatione materiæ, licet principaliter via & ordine perfectionis respiciant ipsam formam, quæ est finis materiæ, & omnium motuum & dispositionum materialium præcedentium ipsam, vt satis habetur ex Secundo huius, & sic dictum sit ad quæstionem. Tex. c. 26.

In quolibet genere est actus & potentia.

In æternis non differt esse & posse

Potentia capitur dupliciter.

Forma substãtialisqũ vnitur materiæ.

QVAESTIO XXVI.

An Materia habeat in se infinitas potentias.

D meliorem intellectum huius quæstionis; quæritur, vtrum materia in se habeat potentias infinitas simul. Et arguitur ꝙ non: quia, cum potentia materiæ sit ens reale prater intellectum, vt patuit prius, sequitur ꝙ extra animam simul essent entia infinita: qđ vi valde absurdum: quare &c.

Oppositum arguitur: quia materia habet potentias ad plures formas: aut ergo ad formas finitas aut ad infinitas. si ad finitas: ergo illis receptis vel finitis & habitis non esset amplius in potentia ad alias formas: & tunc vel corrumpetur materia illa, quod est impossibile, vel non esset amplius receptiua formę: quod etiam est impossibile. si autem habet potentiam ad formas infinitas, sequitur ipsam habere infinitas potentias: eum numerus potentiarum materię sit secundum numerum formarum ad quas habet potentiam, vt omnes concedunt. quare &c.

CONCLVSIO.

Materiam primam infinitas potentias simul habere ad formas infinitas individuales impossibile est.

Ad euidentiam quæstionis præmitto aliqua. Primo quòd materia prima non potest per se sine alia forma subsistere: & hoc potchtè & perfectè demonstrat Arist. in 1. de Generatione & Corruptione. & Com. in Secundo huius: quia sequetur quòd ens potentia de se esset ens actus: & sic esset ens actu & non esset ens actu: quod est oppositum primæ dignitatis: Et consequentia patet: quia omne quod subsistit distinctum & separatum à quocunq; alio est ens actu de se. Si igitur materia prima esset secundum se ipsam separata & distincta ab omni forma ſm subsistentiam, ipsa de se esset ens actu. Secundo supponо ꝙ materia non potest esse perpetuo sub vna forma individuali: quia tunc sequeretur quòd corruptibile simpliciter esset perpetuum nam omne compositum ex materia & forma individuali: saltem habente contrarium, est corruptibile de se: & hoc

Tex. cõ. 29. Comm. 12.

omnes

omnes concedunt. Si igitur illud compositum ex materia & forma individuali est corruptibile de se: ergo si materia perpetuo staret sub illa forma illud corruptibile esset æternum: quod est contra naturam: sicut demonstratum est in
Tex. c.115. 1. Cœli & Mundi. Tertio accipio q̃ materia prima accipiat in futuro formas infinitas numero, saltem successiuè. aliter enim generatio non perpetuaretur: sed deficeret, quod est
Tex. có.59. impossibile secundum Arist. in 2. de Generatione & in Pri-
Tex. có.17. mo. Et probatur ista suppositio ex præmissis: quia materia quæ nunc est sub aliqua forma aut perpetuo habebit eandem aut non. Si primum detur: hoc est contra suppositionem secundam. Si detur secundum. hoc. s. q̃ illa forma corrumpetur. tunc aut materia recipiet aliam formam aut nullam. Si nullam: tunc erit materia sine omni forma individuali. quod est impossibile, vt patet ex prima suppositione. Si materia recipiet aliam formam: tunc quæretur de illa an perpetuo erit in materia aut non: & sic sicut prius: oportebit ergo concedere q̃ semper post quamlibet formam recipiat aliam in infinitum: & hoc est quod volumus. Quarto accipio q̃ materia nunc habet potentiam ad quamcunq; formam quam recipiet in futuro: quod sic patet: quia si materia in millesimo anno aliquam formã reciperet: aut nunc habet potentiam ad illam aut non. Si habet potẽtiam habetur propositum. Si nullam habet potentiã ad eam recipiendam. ergo non est potens recipere eam. & sic nunc est impossibile recipere eam & ponitur q̃ recipiet eam: quare quadoq; recipiet illud quod est impossibile recipere: quod est absurdum. Sicut enim illud quod nunc est impossibile moueri nũquam mouebitur, sic omnino illud quod est impotens recipere aliquid, nunquam recipiet illud. Quinto suppono q̃ materia respectu alterius & alterius formæ habet aliam & aliam potentiam. Nam alia est potentia materiæ ad formam quã recipiet in ducentesimo anno a potentia materiæ ad formã q̃ recipiet in millesimo anno: & hoc est latis planum cuilibet sani capitis. Na si esset penitus eadem potentia, & nullo modo diuersa ad formam quam recipiat in 300. anno futuro & ad illam quam recipiet in millesimo anno, antequam vna istarum potẽtiarum reduceretur ad actum suum, & alia reduceretur ad suum actum. Et sic cum materia reciperet formam in 300. anno reciperet simul formam quam potest recipere in 300. anno: quod est ridiculum. oportet igitur q̃ alia si potentia materiæ ad aliam & ad aliam formam: aliter enim cum seciperet vnam formam simul reciperet omnes quas posset recipere.

Conclusio. Ex his dico ad quæstionem q̃ materia prima nunc habet potentias infinitas ad formas infinitas individuales. Quod sic probatur: si prima materia recipiet in futuro infinitas formas necesse est ipsam nunc habere potentias infinitas: hoc patet ex duabus suppositionibus. quarum prima dicit q̃ materia nunc habet potentiam ad quamlibet formam q̃ recipiet in futuro. Alia est q̃ ad diuersas formas habet diuersas potentias vt ostensum est: sed ipsa materia recipiet in futuro formas infinitas, vt probatum est: quare &c. Et si dicas, ergo potẽtiq̃nas habet materia ad formas sunt ignotæ: dico q̃ verum est q̃ium ad numerum determinatum omnium talium potentiarum. i. q̃ non est notus numerus determinatus omnium talium potentiarum: tñ hoc non obstante nota est quidditas potentiæ materiæ ad formã & eius diuersitas à substantia materiæ & multa talia. Solutiones autem difficultatum circa istam positionem cõtingentium reqniras in alia quæstione præcedente istam: quia hic istam partionem non pro alio resumpsi, nisi vt manifestarentur hypothæses, ex quibus ista conclusio confirmatur & demonstratur. Et sic de illis considera distinctionem potentiæ in potentiam propinquam & remotam, si forte inueniens alio modo esse dicendum. Similiter cõsidata de priuatione alicuius formæ in materia quæ potest corrumpi sine eo q̃ illa forma generetur. s. per corruptionem formæ quam consequitur illa priuatio: & tñ materia adhuc remanebit priuata illa forma priuatione alia consequente aliam formam &c.

Tex. c.18. *Existente quodam diuino optimo & appetibili, Aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus, Aliud autem est aptum natum appetere, & desiderare ipsum secundum ipsius naturam &c.*

QVAESTIO XXVII.

An Materia ipsa Formam appetat.



Vertitur hic, vtrum materia appetat formam. videtur primo q̃ non: quia aut appereret causam appetitu naturali, aut appetitu animali. Non appetitu naturali: quia ille consequitur formam naturalem: vt appetitus naturalis ipsius grauis ad vbi deorsum: nec appetitu animali: quia appetitus animalis non est nisi in animalibus, sicut naturalis in naturalibus. Item secundo, sicut se habet forma ad materiam, sic se habet materia ad formã per conuenientem similitudinem. sed forma non appetit materiam. ergo nec è conuerso. Item tertio, si materia appeteret formam: aut hoc esset, quia simul intẽderet plures formas habere: & sic intenderet & appeteret impossibile. aut quia caret omni forma, & hoc est impossibile, vt patet ex dictis: aut quia esset fastidita data forma quam habet & hoc est inconueniens: quia nullum perfectibile est fastiditum sua perfectione. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in 10 litera. & auctoritate Commentatoris ibidem.

CONCLVSIO.

Materia ipsa formam appetit non animali aliquo appetitu, sed naturali.

Appetitus est duplex.

INtelligendum est q̃ duplex est appetitus. sicut dicit Cõmentator in commento huius partis. Est. n. appetitus naturalis, & est appetens animalis. Appetitus naturalis est inclinatio consequens naturam rei ad aliquam perfectionem ipsius, sicut graue dꝫ appetere esse deorsum: eo q̃ quadam aptitudinem & inclinationem habet ad esse deorsum tanquam ad suam perfectionem naturalem. similiter autem & in alijs. Appetitus tñ animalis aliquando sumitur pro actu: aliquando pro potentia: actus autem qui dicitur appetitus animalis est inclinatio consequens cognitionem existentem in animali qua cognoscit aliquid esse bonum vel malum. cum. n. animal aliquid iudicat sibi esse bonum & conueniens, statim inclinatur ad prosequendum illud: & mouetur ad prosequendum illud nisi aliquid prohibeat. Cum autem iudicat esse malum statim inclinatur ad fugiendum & euirandum illud: & huiusmodi * cognitiones sequentes cognitionem sensitiuam vocantur passiones. Appetitus autem animalis, secundum q̃ dicit potentiam, est virtus naturalis animæ quæ recipit huiusmodi inclinationem seu passionem: cuius sub diuisionẽ relinquo ad præsens quia pertinet ad 3. de Anima. & ad 2. Ethicorum & Sextum.

* Inclinationes.

Conclusio prima. Tunc dico ad quæstionem tria. Primo q̃ materia prima appetit formam: quia vnumquodq̃ perfectibile appetit suam perfectionem: perfectio. n. vnuiscuiusque est eius bonum: vnumquodq; autem appetit solum bonum: vt patet 1. & 2. Ethicorum. sed materia est quid perfectibile & eius perfectio est forma vt manifestum est. quare &c. Secũdo dico, q̃ materia non appetit formam appetitu animali: quia non cognoscit formam: tunc. n. omnia materialia naturalia cognoscerent: quod est ridiculum. Et ex hoc syllogiza. 1. Conclusio secunda.

Conclusio tertia. tio dico q̃ materia appetit formam appetitu naturali: quia quod appetit aliquid & non appetit illud appetitu animali appetit illud appetitu naturali, præcipuè si illud appetens sit res naturalis aut natura; sed materia appetit formam vt ostensum est, & non appetit eam appetitu animali. vt iam probatum est. quare &c. Præterea. illud quod per sui naturam principaliter inclinatur ad aliquid tanquã ad sui perfectionem; appetit illud appetitu naturali; sed materia est huiusmodi respectu formæ. vt patet ex dictis. ipsa enim est de se ens in pura potentia passiua ad formam; & sic est perfectibilis per eam. quare &c. Sed aliquis dubitaret contra demonstrationem primæ conclusionis; quia si materia appeteret formam; eo q̃ est perfectibilis per ipsam. tunc cum ipsa non solum habeat vt sit perfectibilis quando actu mouetur ad formam, sed etiam antequam moueatur ad formam non solum appetit formam cum mouetur ad eam, sed etiã antequam mouetur ad eam: hoc autem videtur esse contra vnum dictum Com. quia dicit q̃ appetitus materiæ ad formam est illud quod habet materia de motu ad formam: modo materia nihil habet de motu ad formam nisi cũ actu

Dubitatio prima.

mouetur

mouetur ad eam. igitur solum appetit formã dum actu mouetur ad eam: quod non esset si appeteret formam: eo ꝙ
Quæstio. est perfectibilis per eam. quare &c. Item quæritur an appe-
Ad primũ. titus materiæ ad formam sit idem cum eius potentia ad eã,
Responsio. aut quid aliud ab ea. Ad primum dico ꝙ materia non solũ appetit formam cum actualiter mouetur ad eam: sed etiam antequam actualiter moueatur ad eam: eo ꝙ tũc est imperfecta & apta perfici. Et ad dictũ Com. dico ꝙ posset dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ appetitus materiæ ad formam sit illud qđ habet materia de motu ad formã. i. aliqua pars motus ad formam: & sic esset verum ꝙ tunc solũ appeteret formã cum moueretur actu ad eam. Alio modo potest intelligi sic ꝙ appetitus materiæ est illud quod habet materia &c. i. quædam idoneitas & quædam ordinatio materiæ ad formam: quæ est principium quodammodo motus naturalis ad ipsam formam inquantum sine tali idoneitate motus materiæ sd formam non esset naturalis: & sic est verũ: & istam idoneitatem habet materia antequam actu moueatur ad formam. Vel aliter potest dici. s. ꝙ Com. intelligit de materia vt est accepta in loco propinquo generationis alicuius formæ. tunc. n. appetit illam determinate: & iste appe-
Ad qõnem. titus est aliquid illius motus ad istam formã. Ad aliud dico
Responsio. ꝙ appetitus materiæ ad formam non est omnino aliud ab ipsa eius potẽtia: sed fortè differt ẽm rationem & modum: quia dr̃ potentia materiæ respectu potentiæ actiuæ agentis: & dr̃ appetitus ratione qua est ad formam inquã ad suum bonum: ad formam dico vt est in potentia actiua agentis.

RESPON. AD primum argumentum dico ꝙ materia appetit formam appetitu naturali: sed ille non solum cõsequitur formam: sed quamcunq; naturam inclinatam ad perfectionem: verum est ꝙ in entibus actu appetitus naturalis bene consequitur ipsam formam. sed in entibus potentialibus, sicut est intellectus possibilis & materia prima, bene consequitur ipsam naturam perfectibilem. Ad secundum dico ꝙ simile est in hoc: quia sicut forma non existit sine materia: forma dico quæ nata est vniri materiæ: imo separatio eius à materia est tua corruptio: sic materia nõ potest esse sine forma. vt dictum fuit prius: sed dissimile est in hoc ꝙ materia non est perfectio dans esse formæ. sicut ipsa forma est perfectio dans esse materiæ. Ad tertium dico ꝙ non est sufficiens diuisio: quia ipsa materia appetit forma pro tanto, quia ens in potentia est perfectibile per eam: quantumcunque enim materia sit actu sub aliqua forma, non remouetur propter hoc ab ea quin ipsa sit quantum est de se in potentia ad alias, quibus nata est perfici. & ideo eas appetit vt formaliter perficiatur eis.

Quæstio. Sed aliqui satis rationabiliter dubitãt, cum forma hominis sit forma perfectissima quæ nata est perficere materiam vt supponunt, quare materia existẽs sub forma hominis ap-
Responsio. petit alias formas? Et dicendum ꝙ licet forma hominis sit perfectissima formarum materialium: quia tamen ipsa non dat materiæ omnia esse substantialia quæ sunt sb aliis formis materialibus & ipsa materia non potest stare perpetuo sub forma humana. ideo ad hoc materia habet aptitudinẽ ad alias & eas appetit naturaliter. Melius enim est ipsam successiuè esse sub formis omnibus quam solũ esse sub forma humana. In omnibus autem natura desiderat quod me-
Tex. cõ. 49. lius est vt Arist. dicit in 2. de Generatione. Si igitur esset possibile materiam esse perpetuo sub forma hominis: fortè non appeteret esse sub aliis: sed quia hoc non est possibile: ideo relinquitur in materia existente sub vna forma hominis appetitus ad alias formas.

QVAESTIO XXVIII.

An priuatio sit materiæ appetenda formam causa.

CIRCA cõmentorum huius partis quæritur vnum. Vtrum priuatio sit causa appetitus materiæ ad formam. Et arguitur primo ꝙ non: quia non ens nõ est causa entis: sed priuatio est non ens: appetitus autem est aliquod ens, vt manifestum est: quare &c. Item secundo, appetitus ipsius materiæ ad formam est naturalis inclinatio ipsius materiæ ad formam. vt prius dictũ est: modo priuatio non est causa talis inclinationis ad formam, quia eum adueniente forma corrumpatur priuatio ipsa, vtiq; prius tio esset causa inclinationis ad suam corruptionem: quod vt inconueniens. Item tertio, aut esset causa materialis aut efficiens aut finalis aut formalis. Non causa materialis, quia ipsa substantia materiæ est huius cã materialis. vt patet ex dictis: nec causa formalis: quia formæ non est forma & ipse appetitus materiæ est quædam forma saltem accidentalis. Nec etiã est efficiens: quia non ens non efficit aliquid. omne. n. efficiens est mouens, vt patet in 8. de Generatione, semper autẽ existimabitur species aliqua mo- Tex. c. 55.
uens in Tertio huius: nec causa finalis. s. quis finis est quid Tex. cõ. 28.
bonum. priuatio autem non est quid bonum cum opponatur diuino optimo & appetibili, vt patet hic: & sic non est propter finem bonum. quare &c. Item quæritur in litera. Sed priuatio non est natura ipsius materiæ, vt manifestum est: quare materia nõ appetit formam secundum priuationem.

Oppositum arguitur auctoritate Com. qui quidem dicit Comm. 81.
quòd priuatio existens in materia est causa deficiendi naturalis, quod habet materia ad formam. Et istud videtur sentire Arist. in litera vbi dicit ꝙ materia nõ appetit sui ipsius Tex. c. 82.
speciem propter non esse indigens, ergo vult ꝙ non indi- Indigentia
gentia est causa non appetendi: & sic per oppositum indi- est cã appe-
gentia est causa appetendi. quia sicut negatio est causa negationis & affirmatio est causa affirmationis 8. Poste. indigentia autem est idem quod priuatio. quare &c. titus.

CONCLVSIO.

Prius ôo non principalis causa est appetitus materiæ ad formam, sed dispositiua potius.

INtelligendum est quòd duplex est modus causæ quãtum ad propositum spectat: quædam. n. est causa principalis, & quædam est causa dispositiua: & diuersitas hęc reducitur ad illam distinctionem, ꝙ quædam est causa prior, & quædam posterior, quam ponit Arist. Secundo huius, & 5. Met. Tex. cõ. 32.
causa enim principalis est causa prior, & causa dispositiua Tex. c. 3.
est causa magis posterior.

Tunc dico ad quæstionem duo. Primo, ꝙ priuatio non Conclusio
est causa principalis appetitus materiæ ad formam; quia il- prima.
lud quod non est perfectibile per formam non est principalis causa subiectiua appetitus materiæ ad formam hæc est manifesta. nam principalis causa subiectiua appetitus materiæ est illud quod recipit illam formam tanquam suam perfectionem: sed illa priuatio non perficitur per formam, vt manifestum est. quare &c. Secundo dico ꝙ priuatio est eã Conclusio
sa dispositiua appetitus materiæ ad formã: quia illud quod secunda.
necessario requiritur in materia ad hoc vt appetat formã & nõ est causa principalis ipsius appetitus, videtur esse causa dispositiua. Sed priuatio necessario requiritur in materia ad hoc ꝙ appetat formam. nunquam. n. materia appeteret proprie formam nisi careret ea, saltem appetitu, qui sit principium motus ad formam. Nam materia non moueretur ad formam quam habet vt manifestum est. & dicit Philoso. r. de Generatione. quare &c. Est ergo intentio Aristo. circa Tex. cõ. 55.
hoc ꝙ materia priuata aliqua forma appetit illam vt perficiatur per eam: non quòd ipsa priuatio appetat formam: quia nihil appetit sui ipsius corruptionem, priuatio autem corrumpitur præeunte forma: sed ipsa materia subiecta priuationi est quæ appetit formam.

AD primum rationem dico quòd non eos non est princi- RESPON.
palis causa entis: sed non ens potest esse causa dispositiua alicuius entis: vel causa sine qua non. Et cum dicitur ꝙ priuatio est non ens: dico ꝙ ipsa non est ens positiuum: tamen bene est ens priuatiuum: priuationes. n. & negationes entia dicimus 8. Meta. Ad secundum dico ꝙ primatio bene Tex. c. 6.
est causa disponés materiã ad inclinationem naturalem ad formam: & ita inclinatio non est destructio priuationis: sed bene verum est ꝙ ista inchoatio est ad aliquid ad quod consequitur remotio priuationis. s. ad formam. vnde bene concedendum est ꝙ priuatio disponit materiam ad inclinationem ad suum corruptionem. sed forte non per se, sed per accidens. accidit. n. formæ, ꝙ sit corruptio, vel ꝙ eam sequitur corruptio priuationis prout priuatio disponit ad eius appetitum. Ad tertium dico ꝙ est causa materialis dispositiua: non principalis: & hoc non est inconueniens. Ad quartum similiter potest dici ꝙ materia appetit ẽm sui naturam principaliter: sed dispositiuè per priuationem. vel dico ꝙ

in illo

in illo verbo Arist. ly ipsius, non refert naturam materię sed priuationem. cum enim dixisset quod est quoddam diuinū optimum & appetibile: subdit aliud quod contrarium ipsi esse dicimus. s. priuationem aliud autem aptum natum desiderare secundùm ipsius naturam. s. secundùm naturam ipsius priuationis. Sed sine dubio credo ꝙ melius est ꝙ ly ipsius, referat materiā: tum quia priuatio proprie nec est natura nec habens naturam: tum quia melius est Arist. ponere caulam principalem appetitus māteriæ aut formā quam dispositiuam: sed de hoc non est magna vis facienda: dummodo hoc sit declaratum ꝙ priuatio aliqualiter habeat ingressum in generationem: vt dicit Cō. & sic aliqualiter cā. &c.

Tex.c.82 *Corrumpitur autem & fit: est quidem vt sic: est autem vt non: secundum quidem enim quod est in quo secundum se corrumpitur: quod enim corrumpitur in hoc est priuatio: inquantum autem secundum potentiam non per se, sed incorruptibilem & ingenitam necesse est esse ipsam &c.*

QVAESTIO XXIX.

An materia prima sit per se Generabilis & corruptibilis.

HIC quæritur, vtrum materia prima sit per se corruptibilis & generabilis. Et arguitur primo ꝙ sic quia illud quod est pars compositi per se generabilis & corruptibilis est per se generabile & corruptibile. hęc videtur esse manifesta. Sed materia prima est huiusmodi. ergo &c. Item secundo, illud per quod alia sunt generabilia & corruptibilia est per se generabile & corruptibile. nam propter quod vnumquodque tale & illud magis. Primo Poste. sed per materiam alia sunt generabilia & corruptibilia, vt

Tex c.81 patet in isto Primo & 7. Met. quare &c. Item tertio, sicut se

Tex.c 82 habet subiectum alterationis ad alterationem, sic se habet subiectum generationis ad generationem per conuenientē similitudinem: sed subiectum alterationis est alterabile, vt

Commen.6 omnes concedunt. quare &c. Item quarto, auctoritate Cōmen. in Primo huius ea sic igitur nos dicamus. vbi sic dicit. In spermate quod fit homo est aliquid quod recipit formā hominis: & est illud quod in rei veritate dicitur generari. Constat aūt ꝙ illud recipiens formam hominis est ipsa materia prima. ergo prima materia in rei veritate dicitur generari.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotel. in ista parte.

CONCLVSIO.

Materia non est generabilis per se.

Conclusio. DIcendum breuiter ꝙ materia prima oō est generabilis per se. quod probatur ratione Aristo. in litera, vt ea deducit Cō. Nam si materia prima per se generaretur, tunc antequam materia prima esset generata, ipsa esset: quod est impossibile. Et patet consequētia. nam si materia prima generaretur ipsa generabitur ex materia prima. Materia. n. prima est primum subiectum ex quo fit aliquid cum insit: modo materia prima omnium generabilium est vna numero, vt dicit Com. & Arist. igitur materia prima ex qua generabitur materia prima erit vna numero cum materia quæ generabitur. Omne aūt quod est penitus vnum numero cū illo ex quo generat est antequam fit generatum: cum illud ex quo aliquid generatur sit anteq̄ fit generatum illud. Et confirmatur ista non remouendo quandam cauillationem. Nā si hæc pars materiæ signata generaretur, tunc oporteret eā generari ex aliqua materia. tunc aūt illa materia præexistēs esset penitus vna numero cum illa quæ generatur aut alia. Si eadē penitus tunc illa materia quæ ponitur generari fuit materia antequam fuerit generata. Si verò materia quæ generatur ex hac portione materiæ nō sit penitus eadem numero cum illa præexistente: sed alia sequuntur duo impossibilia. Primo, ꝙ duæ materiæ numero simul erunt in vno loco. s. illa, quæ generatur, & ea ex qua ponitur generari: quod est omnino impossibile. Aliud est, ꝙ materia, quæ ponitur fieri ex materia præiacente, reciperetur in illa materia: illud enim quod generatur ex aliquo, recipitur in illo vel secundum se totum, vel ſm aliquam sui partem, impossibile est autem materiam primā, cui sit primum subiectū, recipiri in aliqua parte materiæ: quia tunc non esset primum subiectum. Item, cum illud, ex quo aliquid generatur, prius fuerit in potentia ad ipsum generatum materia præexistēs erit in potentia ad materiam generandam: & tunc cum potentia non sit nisi ad actum, sequitur quòd materia generata sit actus: quod est vnum impossibile manifestum.

RESPON. AD primum argumentum dico, ꝙ licet prima materia sit pars compositi generabilis, non sequitur, ꝙ per se corrumpatur, sed per accidens & improprie, secundum ꝙ in ea aliquid corrumpitur. vt, si diceretur dolium accrescere, quia aliquid. l. vinū accrescit in ipso, vt exemplificat Cōmen. Ad secundum dico, ꝙ illud, per quod alia sunt generabilia & corruptibilia formaliter, bene debet esse generabile & corruptibile. s. ipsum compositum vel forma: per materiam autem alia non sunt generabilia neque corruptibilia formaliter, sed solum subiectiuè. Ad tertium dico, ꝙ subiectum alterationis est alterabile ideſt alterabile subiectibile, sed non per alterationem acquisibile: similiter autem subiectum generationis est generabile, id est generationi subijcibile, sed non per generationem acquisibile. Et etiam sic intelligendum est dictum Commenta. ꝙ materia recipiens formam est illud, quod in rei veritate generari dicitur, id est generationi subiici, nō autem generari, id est terminare generationem. Quod autem est illud quod per se & primo terminat generationem, inquirendum est.

Quæstionum super Primum de Physico Auditu, finis.

SVPER SECVNDVM LIBRVM DE PHYSICO AVDITV.

Tex.c.3 *Est igitur natura principium alicuius, & causa mouendi & quiescendi in eo in quo est, primum, & per se, & non secundum accidens &c.*

QVAESTIO I.

An naturæ definitio bona ac perfecta sit.

QVAERITVR hic, vtrū definitio naturę sit bona. Et probatur primo ꝙ nō: quia absolutum nō debet definiri per respectiuum, cū definitio debeat esse ex prioribus: respectiuū autem non est prius absoluto, imo est posterius: sed natura est quid absolutum. s. forma & materia, principium aūt est quid respectiuū, cum dicatur ad principiatū. quare &c. Item secundo, quandocunq; inferius cōiungitur immediate suo superiori est nugatio, vt dicendo, animal homo, sicut habet videri in Primo Elenchorum. sed sic est in ista definitione: quia dicitur ibi principium & causa. causa est quid inferius ad principiū. Omnia enim causa est principium, sed non conuertitur ꝙ Meta. c. de principio. igitur Tex.c.1 in ista definitione est nugatio, & talis definitio non est bona, Sexto Topic. quare &c. Item tertio, idem non est principium & causa oppositorum. idem enim inquantum idem, non est natum nisi facere. idem a. de Generatione: sed motus & quies sunt opposita: Quinto huius: ergo natura non Tex.c.53 est principium motus & quietis. Item quarto omnis bona Tex.c.20 definitio debet competere cuilibet contento sub definito, Sexto Topic. sed ista definitio non competit omni naturæ: probatur primo, quia natura cœli non est principium quietis, cum ipsum cœlum perpetuo moueatur, Octauo huius. quare &c. Item quinto, forma substantialis grauis inanimati est quædam natura, vt manifestum est: & ipsa nō est principium mouendi & quiescendi in eo in quo est. s. in ipso graui: quia, si sic, tunc graue moueret seipsum: cuius oppositum vult Arist. Octauo huius: quia hoc est proprium animalium. Item sexto, bona definitio non debet continere aliquod superfluum, Sexto Topic. & Porphyr. & 2 Poster sed ista definitio cōtinet aliquid superfluum. cum enim omne, quod est primo tale, sit per se tale, vt patet Primo Poster. videtur, postquam dictum fuerit quòd natura est primum principium mouendi & quiescendi, ꝙ superflue ponatur per se: & similiter post ipsum per se superflue exprimitur, & non secundum accidens. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristot. & Commenta.

CON-

CONCLVSIO.

Hæc naturæ definitio Naturæ eſt motus, & quietis principium to eo in quo eſt, primo & per ſe, & non ſecundum accidens, perfecta & recta eſt.

Concluſio. AD hoc eſt dicendum, quod illa diffinitio eſt bona, cuius oēs particulæ conueniunt definito, & per ipſam notificatur diſtincte ipſum definitū, & diſtinguitur ab oibus alijs hāc recipio pro manifeſta. ſed illa definitio eſt huiſmodi. Primo

Natura eſt principium motus & quietis. q̄ ſit principiū motus & quietis eius in quo eſt, probat Ari. quia naturalia differunt a naturalibus (ſ. ab artificialibus) q̄ principiū motus & quietis exiſtens in eis artificialia. non ſm q̄ artificialia ſunt, nullum habent impetum mutationis innatum. i. nullū habent principiū motus exiſtens in eis, ſm q̄ artificialia ſunt: ſed naturalia, ſm q̄ naturalia ſunt, neceſſario habēt in ipſis principiū aliquod motus & quieris. & ſic naturalia differūt à non naturalibus q̄ principiū motus exiſtens in eis. ſed naturalia, ſm q̄ naturalia ſunt, non differūt à non naturalibus niſi per natura, vt manifeſtū eſt. ergo ſequitur, q̄ natura eſt principiū, per ſe motus & quietis in eo in quo eſt. ſ. in quo eſt ipſa natura, & ipſe motus & quies: Et poſſet hæc declaratio ſic reduci ad ſyllogiſmū. Illud per qđ naturalia, ſm q̄ naturalia ſunt, differunt a non naturalibus, eſt principiū motus in eo in quo eſt motus & quies: ſed natura eſt illud, per qđ naturalia, ſm q̄ naturalia ſunt, differut à non naturalibus. ſ. ab artificialibus: ītę præmiſſæ ſunt mā niſeſtæ cuilibet bene diſpoſito. quare &c. Quòd autem

Natura eſt principale principium motus & quietis. natura ipſa ſit primū. i. principale principiū intrinſecum motus & quietis, hoc non multum declarat Ariſt. ſed pòt ſic videri. Cum. n. in rebus naturalibus ſint aliqua principia motuum & quietum inſtrumentalia: & quædam ſecundaria. ſ. qualitates naturales, quæ ſunt earū virtutes, & qnædam magis prima & principalia. ſ. ſubſtantiæ ipſarum, neceſſe eſt, q̄ natura vel ſit principium motus inſtrumentale & ſecundarium, vel principium. i. principale: ſed non eſt dicendum, q̄ natura ſit principium intrinſecum motus ſolum ſecundarium & inſtrumentale: quia tes naturalis, vt naturalis eſt principaliter & primo habet eſſe & diſtinctionē ab alijs per natram. Vnde omnino irrationale eſſet, q̄ natura eſſet ſolū principium inſtrumentale & ſecundarium mouendi & quieſcēdi. ergo relinquitur ipſam eſſe primum. i. principale principium: dico intrinſecum mouendi & quieſcendi & poteſt ſic ordinari ſyllogiſmus. Principium mouendi & quieſcendi ſecundarium & organicum ſolum non eſt principale principium intrinſecum eſſendi & diſtinguendi. Sed ipſa natura eſt principium intrinſecum principale eſſendi & diſtinguendi naturalia a non naturalibus, vt manifeſtum eſt: ergo natura non eſt principium motus ſolum inſtrumentale: relinquitur ergo, q̄ ipſa ſit principale, & primum hmòi principium. ex hoc autem ſequitur q̄ ſit per ſe & nō ſm accidens. Conſideradum tamen eſt, q̄ iſtæ duæ particulæ. ſ. per ſe, & non ſecundum accidens, non inutiliter ſubiunguntur poſt hanc particulam primum. nam per eas euidentius notificatur ipſa natura, & magis diſtincte. iſta enim particula primum, diſtinguit naturā a virtutibus naturalibus tei naturalis, quæ ſolum ſunt principia inſtrumentalia motuum, vt grauitas in graui, & leuitas in leui: & calelactibilitas in

Naturæ cōperit per eſſentiam ſuā quæ ſit &c. calefactibili, & ſic de cæteris. Et hæc particula per ſe, debet referri ad iſtam particulam, in eo in quo eſt: vt ſit ſenſus, q̄ ipſi naturæ per ſuam eſſentiam competit q̄ ipſa ſit in illo in quo eſt motus, cuius ipſa eſt principium. & in hoc diſtinguitur natura à mouente violentante, quod non eſt intrinſecū ei in quo eſt motus, cuius eſt principium, ſed extrinſecum, vt patet in 3. Ethic. Hæc aūt particula, & non ſm accidēs. licet compraehendatur ſatis in hoc, quod eſt per ſe, nō tamen inutiliter exprimitur: quia per eius expoſitionem manifeſtius & euidētius diſtinguitur ipſa natura ab arte, quæ quodammodo eſt principium motus. Nam licet aliquæ artes ſint aliquando principia motuum in illis eiſdē ſuppoſitis, in quibus ſunt huiuſmodi artes, tamen eſt hoc per accidēs, verbi gratia. medicina aliquādo eſt principium medicationis in ipſo medico in quo eſt medicina: cum. ſ. ipſe medicus infirmus exiſteos per ſuam artem medicatiuam ſeipſum medicatur. ſed hoc ſine dubio eſt oioo p accidens. ſi. n. artem medicatiuæ conueniret per ſe, q̄ ipſa eſſet ſubiectiue in illo eodem in quo eſt motus, cuius ipſa eſt principium, tunc, cum nunquam medicatiua ars ſit principium ſanationis niſi in laborante. (ſanus. n non recipit motum medicationis:) ſequeretur vtiq; q̄ medicus in quo eſt ars ſubiectiuè medicinæ, ſemper eſſet infirmus. cum ipſe medicaretur, & q̄ nunquam medicaretur infirmum niſi ſeipſum: quod eſt abſurdum. hoc igitur contingit arti medicatiuę per accidens. ſ. q̄ ipſa ſit in illo eodem, in quo eſt motus cuius ipſa eſt principium. vt ergo euidentiſsime oſtenderetur differentia inter naturam & artem, ideo Ariſt. apte ſibi & non ſm accidens ſupple ipſa natura eſt in illo, in quo eſt motus. & hoc eſt veritas: num nunquam enim natura tōta per accidens eſt in illo, in quo ipſa canſat motum, ita q̄ contingat motum & naturam, quæ eſt eius principium omnino ſeparata eſſe: hoc enim eſt impoſsibile, q̄ motus naturalis de ſui ſm ſit in aliquo in quo nullo modo eſt natura grauis, quę eſt principiū talis motus: quemadmodum eſt poſsibile, q̄ ſanatio fiat in aliquo ſubiecto, in quo nullo mudo eſt ipſa ars medicinæ, quæ eſt principium ſanationis. Et propter hoc dicit Ariſto. q̄ hæc ſeparantur aliquandu abinuicem ideſt ſubiectum, in quo eſt ars, & ſubiectū in quo recipitur motus, cuius principium eſt ars quod non contingeret, ſi per ſe eſſent coniuncta. Et Com. dicit ibidem, q̄ artes inmatæ ſunt per ſe & primo agere in alia ſubiecta ab illis, in quibus ſunt & ſic ſunt principia motuum in alijs. Et hoc intelligendum eſt de artibus, é quibus proponemur acta nos ſolum actiones, vt dicit Com. & ideo non valeret inſtantia de arte ſaltandi & de arte cantandi ſine extrinſecis inſtrumentis: quæ videntur eſſe principia motuum in ſubſtantijs, in quibus ipſæ ſuot. Cōſideradum eſt, q̄ hmòi artes, à quibus proueniunt actiones illæ, non ſunt proprie & per ſe principia ſubſtantiæ motus, ſed modi motus, vt per artem ſaltatiuam non habet babēs eam facere ipſam ſubſtantiam motus ſaltationis. cuius forte ſignum eſt: quia etiam ſine arte aliqui ſaltant, ſed habet facere talem modum motus, vel ſaltem diſpoſitionis. ſ. q̄ velociter ſaltet & per longum ſpatium: aut q̄ flectat tibias & erigat brachia, & hmòi conditiones accidentales. Et adhuc dato, q̄ tales artes eſſent principia aliquorum motuū, non ſm lum prima & principalia principia eorum, ſed magis inſtrumentalia. & ideo nō ſequeretur q̄ hmòi artes eſſent naturæ. hic igitur patet bonitas diffinitionis naturæ. Et eſt intelligendum vlterius ſm Comment. q̄ licet omnis natura ſit principium motus in eo in quo eſt, hoc tamen diuerſimode eſt in diuerſis rebus naturalibus. Nam in aliquibus. ſ. in alterabilibus ſimplicibus. ſ. in elementis, quæ dicuntur ſimplicia per abnegationem miſtionis, principium alterationis, & ſimiliter generationis eſt ſecundum materiam. i. principiū intrinſecum eſt principium receptiuum, ſeu paſsiuū & non actiuum: nō enim inuenitur aliquod corpus ſimplex quod alteretur ex ſe. i. actiue, vt ipſe dicit: & multo minus quod genetet ſe, vel quod habeat in ſeipſo principium actiuum ſuæ generationis. qualiter hoc autem ſit intelligendū, quæratur in quæſtione de intrinſicitate mouētis naturalis. Sed in rebus augmentantibus, & etiam in mobilibus ſm locum ſaltem aliquibus, principium intrinſecum motus eſt ſm formam. i. vt credo, principium actiuum illorum motuum eſt intrinſecum mobili: & hoc ſpecialiter verum eſt de motu augmentationis. Animal. n. & planta, concedūtur habere virtutem & principium actiuum ſuę augmentationis. vt patet in 2. de Generatione, & Secundo de Anima. Similiter animal habet in ſe principium actiuum ſui motus localis: & non ſolum paſsiuum. in tantum, q̄ ex hoc dicitur mouere ſeipſum. ſed verum graue inanimatum & leue ſimiliter habent in ſe principium actiuum ſui motus localis, & ſi fie, vtrum actiuum per ſe, aut ſolum per accidens, hoc eſt valde magnum & difficile dubium, ſed de hoc alibi videbitur, ſi Deo placuerit. Similiter dicit Comment. animalia & plāte habent principium actiuum qnarundam alterationum intrinſecum ſicut eſt de illis, quæ accidunt animalibus ex eis, quæ contingunt corporibus eorundem. & forte intellexit Comment. q̄ aliquando ſpecies aliquæ rerum, receptæ in organis corporis animalis, facūt aliqnas alterationes in ipſo animali, ſicut habet videri in de cauſis motus animalium. & contingit etiam. q̄, cum aliquod extrinſecum alterauerit partes exteriores corporis animalis, vt aer calidus aut frigidus, illæ partes alteratæ alterāt alias interiores, ſed

hic motus

Medicinæ conuenit p accidens eſſe principiū motus in ſubiecto in quo eſt.

Tex. c. 3

Commen. 3

Commen. 7

Natura eſt diuerſimode principium motus in diuerſis.

Tex. c. 34
Tex. c. 37

hic motus non esset proprius animalibus: quia in elementis potest contingere, vt ꝙ vna pars aquæ calefactæ calefaciat aliam. & sic in diuersis ipsa natura diuersimodè est principium intrinsecum motus. Et dicitur natura non omnino vniuoce principium. In omnibus tamen descriptionibus non potest quis facere plus ultra. S. Arist. vt dicit Com. ita ꝙ quamuis natura non dicatur omnino vniuoce & vniformiter de omnibus naturis, tamen Arist. dedit ita bonā descriptionem cōem de ipsa, ꝙ nullus potest ponere meliorem.

RESPON. TVnc ad rationes. Ad primam cum dicitur, absolutum &c. Dico, ꝙ illud, quod est penitus absolutum, & quantum ad suam essentiam, & quantum ad rationem subiecti qua intelligitur & significatur, non debet definiri per respectum: sed quod est absolutum ẽm illud quod est, tamen intelligitur & significatur sub aliqua habitudine seu respectu, potest definiri per illum respectum: & hic est ius propositio. nam licet natura ẽm sui essentiam sit quoddam absolutum (materia & forma substantialis, tamen hoc nomen natura significatur & intelligitur in respectu & in habitudine ad motum & quietem: & ille respectus seu habitudo exprimitur per hoc, quod dr, principium & causa mouendi &c.

Absolutum pōt definiri p respectū.

Ad secundam potest dici, ꝙ h infertus immediatè additur superiori inutiliter, sic est negatio, aliter non. modo sic non est hic: quia dicitur principium & causa ad significandum quòd non eodem modo, sed diuersis modis ipsa natura est principium & causa motus in diuersis rebus naturalibus, sicut patet ea prædictis a Com. sumptis.

Idē potest esse cā oppositorum.

Ad tertiam dicunt aliqui, quòd idem non est causa oppositorum eodem modo & æque principaliter: sed diuersimodè potest esse & vnius principaliter & alterius secundario ideſt mediante primo, & sic est in proposito: natura. n. est principium motus magis principaliter & primo, sed ipsius quietis non ita principaliter, sed mediante motu. Sed hoc videtur repugnare definitioni quantum ad illam particulā primum. illa n. videtur determinare totum hoc. s. principiū & causa mouendi & quiescendi. vtī quis diceret ꝙ natura bene est primum, id est principale principium quietis per respectum ad qualitates seu virtutes accidentales ipsius mobilis, quæ non sunt principalia principia motus & quietis. sed non est omnino primum principium per priuationem motus medij. Et sic diceretur, ꝙ licet natura non sit primum principium quietis æquè primo & principaliter, sicut motus, tamē ipsa est primum. i. principale principium quietis respectu virtutum naturalium accidētalium, ita s. quòd prius & principalius est principium quietis: quàm sint huiusmodi virtutes, & hoc sufficit &c. Aliter potest dici cum dicitur, vnum & idem non est principium oppositum. Verum est principium actiuum per se & immediatum, præcipuè in subiecto eodem modo dispositio: sed idem potest esse principium receptiuum oppositorum successiuè recipiens ea: modo sic est intelligenda definitio, ꝙ natura est principium receptiuum motus & quietis, ita tamen, quòd illa non recipit simul, sed successiuè, quamuis simul habeat

Quies est duplex.

aptitudines ad motum & quietem. Aliter dicunt aliqui, ꝙ quies ipsa est duplex. vna est quies in termino à quo, & illa bene opponitur motui, & sic non intelligitur quòd eadem natura sit principium motus & quietis, vt natura, quæ est principium motus à sursum in deorsum, non est primum & per se principium quiescendi sursum. similiter autem & in aliis. Alia est quies in termino ad quem, & illa non dicitur oppo ni motui, sed est perfectio motus aut cōsequens ipsam perfectionem motus, vt habet videri in Quinto huius. & sic natura eadem est principium motus & quietis. nam eadem est natura, qua graue mouetur deorsum, dum est sursum, & principium, quo quiescit deorsum, dum est in loco deorsum. similiter autem & in aliis.

Ad quartam dicunt aliqui, quòd ista definitio debet intelligi in his, quæ mouentur & quiescunt. vnde sic est intelligenda, natura est principium motus & quietis existens in eo, in quo est motus & quies &c. In illis autem, quæ solum mouentur, natura est principium motus solum. corpus autem cœleste solum mouetur & nō quiescit. quare &c. Nec est irrationabile, ꝙ aliter definiatur natura cœli, quam natura istorum inferiorum: quia natura etiam nō dicitur vniuoce de istis & de illa. sed æquiuocè, vel analogicè. nā corruptibili & incorruptibili substantiæ non est aliquid commune omnino vniuocum, vt patet in 12 Met. Aliter dicunt aliqui, ꝙ in illa definitione debet accipi, Et, pro vel, ita ꝙ natura sit principium & causa mouendi vel quiescendi, ita tamen, ꝙ per istam disiunctionem circunscribitur quædam particula definitionis vna. Aliter potest dici, ꝙ natura cœli bene est causa mouendi & quiescendi, eo modo, quo conuenit quiescere ipsi cœlo. quamuis. n cœlum non quiescat quiete opposita motui locali de vno vbi ad aliud vbi, tamē quiescit quiete opposita motui locali de vno toto loco ad alium totum locum: nunquam enim totum cœlum mouetur de vno toto loco ad alium totum locum distantem, sicut animalia, quæ sic huiusmodi mouentur. Et forte ad istā intentionem dicit Philosophus in Octauo huius, ꝙ mouetur totum & quiescit omne. & hoc magis declarandum est in Sexto. Sed dicens, quies est priuatio motus. e vnde nihil quiescit quiete opposita alicui motui, quo scilicet motu nō est natum moueri per illum motum, eo ꝙ priuatiuè opposita nata sunt fieri circa idem: cœlum vero nou est natum tali motu moueri. Et potest dici, quòd quamuis cœlum secundum naturam propriam, qua cęlum est non habeat moueri tali motu, tamen non repugnat ei secundum quòd coepas: quia tunc repugnaret omni corpori. cum ergo dicitur, quòd nihil quiescit aliqua quiete, nisi illud quod natum est moueri motu opposito illi quieti, posset dici, quòd verum est, vel cui non repugnat moueri tali motu ratione sui generis. non solum enim aliquid potest dici priuatum aliquo, quod natum est habere secundum speciem propriam, sed potest dici priuatum aliquo, quod natum est habere. i. quod non repugnat ei secundum suū genus. vt docet Arist. 5 Meta. cap de Priuatione, vt talpa dicitur priuata oculis, quia licet secundum speciem propriam non sit nata habere oculos, tamen non repugnat ei ratione qua animal. similiter autem & in similibus. Et forte ista solutio debet sufficere, licet communiter non ponatur.

Obiectio. Responsio. Tex. cō. 76. Tex. cō. 2. Tex. cō. 32.

Ad quintam potest dici, quòd forma substantialis inanimati est principium motus in ipso graui, non quidem actiuum per se, sed solum passiuū, seu receptiuum. & ideo non sequitur, quòd graue moueat seipsum propriè: quia quod mouet seipsum localiter debet esse diuisibile in per se mouens, & per se motum. Verum autem hoc simul stet cum eo, ꝙ motus grauis deorsum sit naturalis, quæritur in quæstione de intrinsecitate motoris naturalis ad mobile Quod autem forma grauis sit principium motus ipsius receptiuum & non actiuum per se hoc videtur apertè dicere Arist. in Octauo huius in fine illius capituli. Sed accidit & hoc ab aliquo moueri: vbi ait loquens de grauibus & leuibus inanimatis: quod quidem igitur nihil mouet ipsum seipsum, manifestum est: sed motus principium habet non mouendi nec faciendi, sed patiendi. Vtrum autem hoc verum sit & quomodo; debet inquiri super Octauum huius in quæstionibus de motore grauium & leuium inanimatorum. Est enim quæstio summe difficilis, & nec est hic locus terminandi eam.

Forma grauis est principium motus receptiuum.

Ad sextam rationem dicendum, ꝙ non est superfluum ponere istam particulam, primò, subdere per se, propter causam prius dictam. Nam per istas particulas sic intellectas, vt expositæ fuerunt, manifestius & magis distinctè manifestatur & declaratur essentiæ naturæ; & similiter de illa particula, & non secundum accidens. Item, ista particula primum, posset aliter exponi, vel intelligi quam exponta fuerit superius. vt sit sensus; quod natura est principium mouendi & quiescendi in eo in quo est, ita quòd primo & immediatè, nō mediante alio motu causat motum & quietem in eo in quo est, vel secundum actum vel secundum aptitudinem; & hoc dicitur ad differentiam motus, quem natura non potest causare in aliquo alio ab eo in quo est, vt graue cum mouetur deorsum, potest aliquid aliud mouere deorsum; sed natura ipsius grauis non erat primo, id est immediatè principium illius mouet, sed mediante motu, quem causat in illo in quo est. motus autem quem principiat in illo in quo est, causat & principiat immediate, id est non mediante aliquo motu necessario præcedente. Et sic intelligendo definitionem, habetur ꝙ nunquam aliquod corpus mouet aliud corpus nisi ipsum prius moueatur. si enim

Nā imediatè causat motū in illo in quo est.

aliqood corpus per sui naturam prius moueret aliud corpus quam ipsum moueatur per suam naturam, natura eius prius & immediatius esset principium motus in alio quàm in illo in quo est: quod non videtur rationabile. De hoc tamen non dico ad præsens determinationem. Alia etiam particula & non fm accidens, pr̃ esse alicui intelligi. Ad quod considerandum, q̃ per se aliquando sumitur propriè, pro eo, quod est per sui essentiam. Aliqñ sumitur magis large pro eo quod distinguitur contra indeterminatum, aut non necessarium: ita q̃ cõiter dicitur aliquod conuenire alicui per se, quod determinatè & necessario ei conuenit. Vnde & Arist in 1. Poste. c. Si igitur demonstratiua scientia. dicit, q̃ ea, quæ sunt per accidens, non sunt necessaria. & sic necessaria non sunt per accidens, per cõuersionem negatiuè. quare relinquitur oĩa necessaria esse per se saltem cõiter & large. Ne igitur quis putaret q̃ natura sit principium &c. per se, fm q̃ per se dicit idem quod determinatum & necessarium non per se propriè & per sui essentiam; ideo subdit Philosophus. Et non fm accidens, in quo dat intelligere q̃ natura est principium mouendi &c. non solum per se large prout per se distinguitur contra indeterminatum: sed per se verè & propriè (per sui essentiam: & hoc est verissimum. Nam ipsa natura per sui essentiam immediatè hoc habet q̃ sit apta nata esse principium motus &c. licet actu non sit principiũ motus & quietis nisi mediantibus aliquibus naturalibus potentijs accidentalibus actiuis & passiuis saltem in istis inferioribus naturis Vtrum autẽ natura mouens cœlum moueat immediatè per luam essentiam aut per virtutem: aut per cognitionẽ diuersam realiter à sua substantia bene est inquirendum: sed hoc ad præsens non dicitur. Sufficit autem nunc diffinitionem naturæ esse bonã & nullam negationem nec superfluitatem continere: licet particulæ positæ ru ea multum videantur propinquæ.

Per se est dupliciter.

Tentare autem demonstrare naturam esse ridiculum est.

QVAESTIO II.

An naturam esse quoquo modo demonstrari possit.

Vꝛitur hic vtrum naturam esse possit demonstrari. Et arguitur primo q̃ hic quia illud qđ est notum per aliud potest demonstrari per aliud, hoc est euidens: sed naturã esse est notum per aliud. l. per esse naturalium rerum. sicut. n compositum est notius simplicibus cõponentibus ipsum, sic esse compositi notius est q̃ esse simplicium partium suarum. Vnde cũ natura sit quoddã principium simplex ex quo res naturales componuntur, vꝛ q̃ notius sit esse rei naturalis q̃ esse naturę. quare sequitur q̃ naturam esse põt demonstrari Et tam sicut natura cognoscitur per motum, vt patet ex eius definitione, sic naturam esse cognoscitur per motũ esse, & hic naturam esse potest demonstrari. Item secundo, illud circa quod contingit errare potest demonstrari: & hæc vꝛ esse nota de se, & hꝛ r. Poste. Sed circa hoc quod est naturam esse aliqui erauerunt; negantes. n. motum esse negauerunt naturam esse: cum natura sit principium motus. quare &c. Item tertio si principium magis notum, põt demonstrari: & principiũ minus notum poterit demonstrari. Sed principium notius põt demonstrari. quia principium primu complexum est notissimum omnium principiorum, vt patet 4 Meta & tñ Arist. in eodem quadrupliciter ipsum demonstrat, cum ostendat ipsum es necessarijs & veris propositionibus. Omnis autẽ syllogismus ex necessarijs est demõstratiuus. vt docet Arist. in 1. Poste. c. Si igitur demonstratiua scientia &c. Item materiam esse potest demonstrari. vt patet in 1. huius modo materia est natura vt patet Secundo huius quare &c.

Tex. cõ. 3.

Tex. c. 6.
Tex. cõ. 15.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. qui dicit quòd tentare naturam demonstrare &c.

CONCLVSIO.

Opinio prima.

Falso nonnulli & apparenter Naturam esse demonstrare conati sunt, hoc enim indemonstrabile est.

Demonstrari quæ debeant.

DE quæstione intelligendum, q̃ aliqui & magni dicunt q̃ multum differt dicere aliquid non posse demonstrari, & debere demonstrari. Demonstrari. n. potest, vt dicunt, omne illud quod potest cõcludi ex necessarijs per se & notioribus saltem demonstratione quia. Item demonstrari potest demõstratione ad impossibile omne illud cuius oppositio falso est aliquid notius in falsitate. Vnde cum oppositum primi cõplexi sit notius in sua falsitate omnibus alijs falsis: quemadmodum ipsum primum complexum est notius in sua veritate omnibus alijs veris. idcirco omnia alia principia complexa ab ipso primo principio cõplexo possunt demonstrari demonstratione ad impossibile. Illud autem solum debet demonstrari quod est ignotũ & dubium; & hoc pulchrè docet Lincon. in 1 Poster. in principio, vbi dicit. q̃ non docetur neque addiscitur: nec per consequens demonstratur: nisi illud quod cum primo concipimus est nobis dubium vel apparet falsum Tunc dicunt dnn ad quæstionem. primo q̃ naturam esse potest demonstrari: & demonstratione ostensiua & demonstratiue ad impossibile: secundo q̃ naturam esse non debet demonstrari. Primum ostenditur ratione præmissa: quia naturam esse potest syllogizari ex propositionibus veris necessarijs & per se & notioribus, vꝛ si sic arguatur: motus est: sed motus non potest esse nisi natura sit. quare natura est. Vel formetur sic & melius Si motus est, natura est sed motus est: ergo natura est: maior notificabitur sic. si principiatum à natura est, ipsa natura est. hoc est euidens. Sed si motus est principium à natura est, probatio. quia cum natura sit principiũ motus, sequitur q̃ motus est principiatũ a natura. & sic si motus est principiatum à natura, est: ergo si motus est natura est. Itẽ entia naturalia sunt: sed naturalia entia nõ possunt esse nisi per naturã. quare &c. Et istę sunt demõstrationes ostensiuę. Item ad impossibile dupliciter. Primo sic. natura non est: sed si natura non est, motus non est. quare motus non est; & hoc est falsum impossibile notius q̃ naturam nõ esse. Item sic, si pponendo q̃ motus est: quia sensus bñ disponto & sufficienter appropinquato & medio bene disputio apparet motus. Tunc arguitur sic. natura non est. hanc ponit aduersarius. Sed si natura non est motos non est. hæc recipitur & conassumitur vt vera: ergo motus nõ est. sed supponebatur motum esse. quare motus est, & non est: qđ est contra primã dignitatem. Secũdum ostenditur. quia illud cõplexum non debet demonstrari qđ non est occultum nec dubiũ nec apparet falsum terminis eius intellectus: hoc satis patet in 1. Poste. & præcipuè auctoritate Lincon. prallegata. Sed intellecto quid dꝛ nomine naturæ & quid nomine motus nõ est dubium nec occultũ nec apparet falsum naturam esse vt manifestum est. quare &c. Sed salua reuerentia hꝛ dicentiũ ista positio vꝛ mihi dubitabilis quantum ad primã conclusionem. l. q̃ naturam esse possit verè demonstrari. Quia in omni vera demonstratione siue fit quia, siue pp quid ambæ præmissæ debent esse notiores conclusione. sicut patet ex 1. Poste. aliter. n. non facerent scire. modo in nonibus prædictis ambæ præmissæ non sunt notiores cocclusione. vt patet diligenter cõsideranti. Nam licet in prima rõne prima propositio fortè sit notior. (ista motus est: rõ secunda. (ista motus põt esse sine natura: non est notior q̃ naturam esse: nec potest probari nisi accipiendo aliquã minus notam q̃ naturam esse, vt si accipereтor sic. Si principiũ non est principiatum non est: sed natura est principiu motus, sine dubio ista vꝛ esse minus nota q̃ naturam esse vel saltem non magis nota. quare &c. Et similiter militari potest contra duas rones ad impossibile præinductas. Etiam contra secundam rõnem cum dꝛ, si entia naturalia sunt: si cõcederetur ista est notior quàm naturam esse: rõ alia non est untior. (ista, entia naturalia non possunt esse sine natura vel nisi per naturam, imo notius esse vꝛ naturam esse quàm ipsam esse principium naturalium vel saltem non minus notum. Et hic cum demonstratio debeat esse ex ambabus notioribus cõclusione demonstranda. aliter. n. non notificaret eam, videtur q̃ natura esse non potest propriè prædictis argumentationibus demonstrari. Et fortè posset responderi ad hanc dubitationem quòd sufficit demonstrationi vt sit ex notioribus quo ad naturam: licet non semper sit ex prius notis nobis: sicut patet in demonstrationibus naturalibus quæ sunt propter quid, i. per causas. illæ. n. non sunt ex prius notis quo ad nos cum effectus naturales sunt notiores quo ad nos sinis causis. vt patet in Primo huius. Modo ista ꝓpositio si motus enim natura est, vel natura est principium motus; quamuis

Conclusio Prima probabiliter.

Conclusio secunda probabiliter.

Reprobatio opinionis.

Responsio ad reprobationem primæ opinionis.

nis non sit notior quo ad nos quã ista propositio naturæ est: tamen est notior quo ad naturam. quia motum esse vel naturam esse principiũ motus est causa finalis huius ꝙ est naturam esse: ad hoc.n. ordinatur esse natura, vt motus sit, vel vt ipsa sit principium motus: & sic ꝑdictæ demonstrationes procedunt ea causa: & per consequens ea notioribus naturæ: ideo sunt bonæ demonstrationes. Et est aduertendum ꝙ aliquid esse notius nouis, vel quo ad nos, dupliciter pot intelligi. Vno modo ꝙ cognitio eius præcedat in nobis cognitionẽ alterius vtã generationis. & hoc modo forte effectus naturales sunt prius nobis noti. Alio modo ũ aliquid nobis prius notum, quia eius cognitio prior est via dignitatis & perfectionis q̃ cognitio alterius: & hoc modo ea est nobis prius nota tuo caulato. Vnde Com. in 2. de Aia & in 1. huius dicit, ꝙ cognitio alicuius per suam eam perfectior est q̃ per suam essentiam tm. Cum ergo sit ꝙ demonstratio debet esse ex notioribus. i. prius notis: si intelligit ex prius notis nobis, intelligendum ea altero modorũ prioritatis s. ꝙ est ea talibus quorũ cognitio prior est in nobis vel prioritate perfectionis vel generationis. Si igitur naturam esse principium motus est cã finalis eius quod est naturam esse, tunc prædicti syllogismi possunt cuncedi esse demonstrationes ꝓp quid. & si sic intelligitur prima conclusio, eo cedimus eam. Si aũt naturam esse principiu motus, vel ipsum motum esse, nullam causalitatẽ haberet super illud qđ est naturam esse, tunc non bene video qualiter isti syllogismi essent demonstrationes: vtli quis diceret ꝙ ad demonstrandũ occulta vel dubia bene oportet vtraq; propositionem esse notiorem nobis. Sed ad demonstrandum. i. ad cognitionẽ manifestorũ ea quæ sunt manifesta & non dubia nec occulta: talibus vtitur vna, topositione notiori. Declarata ergo sunt duo. primo ꝙ naturam esse pot demonstrari. Secõ ꝙ non debet demonstrari. Et est considerandum ad pleniorem intellectũ huius secundæ conclusionis: ꝙ aliquid docetur demonstratiuẽ dnobus modis. Vno modo per scripturam. Alio modo per expressum sermonem: & hoc pulchrẽ dicit Lincon. super 1. Poster. Non solum voco doctrinam quod ab ore doctoris audimus: sed scripturam et loco doctoris accipio: & quãs quantum ad vtranq; doctrinam oporteat discipulum in mente sua siue in anima præcognoscere quid nominis passionis & subiecti, & quia est subiecti & dignitatis, tñ non semper est necesse nec cõueniens ꝙ ipse doctor siue doceat verbo & sermone siue scriptura ordinet exponere vel præferibat quid nominis passionis vel subiecti: nec quia est subiecti vel dignitatis: vt ꝙ ipse scribat vel dicat tale nomen significat talem passionem vel tale subiectum: & quòd tale subiectum existit. Cum. n. omnibus intellectu bene dispositis notum est significatum alicuius nominis vel esse alicuius subiecti vel dignitatis, superfluum esset illud prætimare scribendo vel loquendo: vt ꝙ aliquis præordinaret quid significat hoc nomen calditas vel frigiditas: vel quod ipsa calditas sit: & sic de cæteris. modo intellectiua & natura nihil debet facere vt otiosum: & propter hoc dicit Lincõ. super 1 Poster. de comparatione demonstrationum, ꝙ mos est Philosophorum ponere verba ad imitationem naturæ, quæ non facit pluribus instrumentis qđ potest facere vnico instrumento. Similiter autem & eadem ratione cum aliquod complexum sit notũ & manifestum: & terminis intellectus non potest esse dubium, nec apparere falsum: non debet doctor illius sententiæ conari & laborare ad demonstrandum illud complexum. Et ꝙ vera sint prædicta manifestè docet Aristo. in 1. Poste. c. difficile autem est cognoscere ũ scimus aut non, in ista particula. Quasdam tñ scientias nihil prohibet quasdam eorum deficere ſm lectionem Lincon. Et vide ꝙ illam scientiam quæ posita est in solutione qõnis figoault Arist. in suo sermone cum dixit. tentare &c. Tentare. n. solet esse respectu difficilium quæ difficile est & laboriosum facere. vnde cum ipse non dicat simpliciter ꝙ ridiculum est demonstrate naturã esse, sed tentare demonstrare: in hoc vt innuere ꝙ naturam esse potest demonstrari modo prædicto. sed tñ ridiculum est tentare tanquã sit difficile & laboriosum demonstrare naturam esse. Et hoc etiã significat litera quæ sequitur: manifestum. n. ꝙ huiusmodi rerum sunt multa. i. quæ mouẽtur & quiescunt. vnde si quis aliter tentet demõstrare naturam esse ipse procedet ex minus manifestis: & hoc est contra rõnem: & per consequens reprehensibile & derisibile: demonstrare namq; ſm se manifesta non potentis est &c. Vltimo considerandum ꝙ homines inueniuntur dupliciter dispositi & idonei ſm intellectum: quidam. n. bene sunt dispositi & idonei ad Philosophia & isti recipiunt propositiones per se notas eo modo quo recipi debent. i. sine rationatione exposita. Alij verò sunt male dispositi ſm intellectum vel ex natura vel ex consuetudine vel ex vtroq; vel ex defectu exercitationis: & isti aliquando non recipiunt bene propositiones per se veras & notas sed negant eas aut petunt eas demonstrari: & tale genus hominum nunquam potest philosophari. vt dicit Cum. hic. & apud tales vt eis satis faciat vtitur Aristo. quandoque quibusdam deductionibus & propositionibus famosioribus vel simpliciter vel apud illos qui se sunt dispositi: & hæc est doctrina Com. super 2. Phys. c. dicendum igitur primum verius hnem. Per prædicta patet ad rationes. Ad primam concedo ꝙ naturam esse potest demonstrari modo prædicto sed non debet demonstrari ex intentione & per se tanquam sit difficile & laboriosum. Vnde sic intelligo, ꝙ si aliquis vel sermone vel scripto promitteret alicui discipulo bene idoneo & disposito docere philosophiam naturalem: ipse non teneretur in libro suo scribere demonstrationem ad demonstrandum istam cõclusionem scilicet naturam esse: nec similiter si verbo doceret non teneretur exprimere talem demonstrationẽ. Si tamen aliquis minus bene dispositus vel male negaret naturam esse posset ei demonstrare. Et per hoc patet ad secundã rationem.

Ad tertiam dico breuiter ꝙ primum principium nõ demonstratur aliqua vera demonstratione: sed solum demonstratione ſm quid. i. elenchi. a leu redarguitiua quæ procedit ex concessis ab aduersario & nullo modo ea vere notioribus nec simpliciter nec alicui. vt patet ibidem: & cum dr ꝙ omnis syllogismus ea necessarijs est demõstratio verum est ea necessarijs notioribus conclusione & non aliter.

Ad quartam cum dr materiam esse &c. potest dici ꝙ ibi est fallacia accidentis. Nam ipsi materiæ extraneum est ꝙ sit natura respectu huius attributi qđ est demonstrari esse. Vnde nunquam materia demõstratur sub ratione esse qua natura, sed sub ratione qua materia: & hoc nõ est remotum ꝙ aliquid demonstretur esse sub vna ratione specialı & non sub alia communi & vora ratione. Et est consimile argm̃, vt si diceretur: ceruus demonstratur esse vel aliquod aliud animal cuius esse non est notum, sed certum est esse animal: ergo animal demonstratur esse. Vel sic. Deus demonstratur esse: sed Deus est ens: ergo ens demonstratur esse: & si isto est melius exemplum: inquire melius. Dubitant aliqui, quia eadem via inuestigatur si est & quid est. vt Aris. vult 7 Met. Constat autem ꝙ quid est ipsius naturæ inuestigatur. vt patet in litera. Et potest dici ꝙ eadem via demonstratiua & à priori inuestigatur si est & quid est: sed non est necesse si qđ est inuestigatur aliqua via non demõstratiua ꝙ propter hoc demonstretur si est siue ipsum esse: nunc autem ipsum quid est naturæ non demonstratur ibi de natura. Quia ibi dicit Com. ꝙ per syllogismos hypotheticos nullum ignotũ declaratur omnino. i. demonstratione simpliciter: sed vtimur eis ad confirmandum aliqua manifesta per se, ſupple bene dispositis, quæ tamen indigent modicula declaratione propter non bene vel minus bene dispositos. Nunc autem Arist. ad enquirendum diffinitionem naturæ vtitur syllogismo quodam hypothetico: quod potest sic videri. Si naturalia differunt à non naturalibus per principium motus & quietis in eis: & natura est id per qđ naturalia differunt à non naturalibus: sequitur ꝙ natura est &c.

Notius esse aliquid quo ad nos intelligitur dupliciter.

Comm. 8. Comm. 1.

Doctrina demonstratiua dupliciter.

Propositiones ꝑ se notas oportet quoq; male dispositos ꝓbare.

Comm. 6.

Comm. 85.

Tex. c. 7.

Videtur autem natura & substantia eorum, quæ natura sunt, quod primum ineſt vnicuique non formatum per ſe ipſum, vt lectuli natura lignum, ſtatua autem æs &c. Tex. c. 1.

QVAESTIO III.

An Materia & Forma sunt Natura.

HIC quæritur, vtrum materia, & forma sint natura. & arguitur primo de materia quòd non sit natura: quia quod demonstratur esse, & potest & debet demonstrari esse, non est natura: hoc patet ex præcedenti quæstione. sed materia demonstratur

Tex. cō.60. esse, vt patet in Primo huius, & in de Substātia Orbis: quare &c. Item secundo, quod est in potentia ad naturam non est natura: sicut quod est in potentia animal non est animal. sed materia est in potentia ad naturam: est enim ens
Tex. cō.81. potentia ex 1. huius. & 7. Meta. quare &c. Item tertio, quod
Tex. cō.81. est in potentia ad ens non est ens, & per consequens non est natura. quia natura debet esse ens: sed materia est in potentia ad ens, quia est in potentia ad esse: ens autem & esse
Tex. c.3. sunt idem, vt capitur ex 4 Meta. quare &c. Deinde quarto arguitur de forma, q ipsa non sit natura. quia quod accidit naturæ non est natura, hoc est euidens. Sed forma accidit naturæ. 1. materiæ cum possit ei adesse & abesse præter corruptionem subiecti. 1. materiæ. quare &c. Item quinto. si mate-
Tex. cō.61. Tex. c.12. ria & forma est natura. tunc vnius rei naturalis erunt plures naturæ, cum vnius rei naturalis sit materia & forma. vt patet in 1. huius, & 2. Sed inconueniens videtur quòd vnius rei naturalis sint plures naturæ sicut plurium rerum naturalium sit vna natura, quia etiam vna res naturalis esset plures. quare &c. Item sexto, quod est ens absolutum non est natura: quia natura est quid respectiuum enim sit principiū & causa. Sed forma est quoddam absolutum, cum sit substantia: loquimur enim de forma substantiali. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate. Arist. in isto cap.

CONCLVSIO.

Et si tam materia quàm forma sit natura, formæ tamen verius & prius natura est quàm materia.

Conclusionis tres. cōclusio prima probabiliter.

non habent materiam intelligibilem, sed sunt materia intelligibilis aliotuoi entium mathematicalium, ideo arguendū est vt prius. Dico ergo aliter ad quæstionem præmittendo aliqua. Primo, ꝙ entium mathematicalium qoædam considerantur io scientijs mathematicis, vt subiecta, vt de qoibus demonstratur, quædam autem vt pasiones, quæ demonstrātur. Item considerādum, ꝙ ipsa mathematicalia possunt dupliciter diffiniri. i. per geous & differentias suas proprias, & etiam per subiecta sua propria & per se, & hoc manifestum est parum etiam scientibus de mathematicis: vt linea diffinitur per iōgitudinem, quæ est suum genus, & numerus per multitudinem & sic in multis alijs. & par & impar per numerum tanquam per sunm proprium subiectū, & curuum, & rectum per lineam, & figura, per superficiem & subiectū: similiter autem & in alijs. Tunc dico ad quæstionem quòd subiectum eotis mathematici, per qnod diffinitor, poteti dici conuenieoter, ꝙ est materia intelligibilis ipsius. Quod sic potest declarari: illud, in quo est aliqua forma, per se, est eius materia, sai rem in qua. hanc puto concedendā. sed subiectum per se enris mathematici est illud, in quo iplum est, vt manifestum est: ergo est eius materia. aut ergo materia seosibilis, aut iotellectualis. hanc diuiuonem pooit Aristot. vt conuenientem: sed non est materia sensibilis, quia entia mathematica ooo diffiniuntur per matetiam sensibilē proprie, vt omnes cōcedont, & in hoc differt à naturalibos, quibus hoc est proprium, vt iaris habeiur in Prooemio de Anima & in isto capit. & septimo Metaph. ergo relinquitur, ꝙ subiectum entis mathematicæ, per ꝙ diffinitur sit eius materia intelligibilis. Et est hic considerandum, ꝙ ooo solum subiectum pasiouis mathematicæ est eius materia intelligibilis, sed etiam subsiantia in qua sunt oumeri & magnitudines est materia iotelligibilis earum & boc patet per rationem iam dictam, cum eoim numerus & magnitudo existunt in subsiantia subiecta eis, oportet ꝙ ipsa sit eorum materia aliquo modo, & oon est materia sensibilis. ergo &c. Hæc etiam est senteotia sancti Thomæ super istud capit. qoi fuit melior expositor inter latioos. dicit enim hæc verba. Si igitur quantitas oon claudit in suo inrellectu qualitates iensibiles vel pasiones vel motos, claudit tamen io suo intellectu subiectam. potest igitur intelligi quantitas siue materia iubiecta motui & qualitatibus sensibilibus: non tamen absque subsiantia. & ideo huiuimodi quantitates, & quę eis accidunt sunt secundum inteliectum abstracta à motu & à materia sensibili, non autem à materia intelligibili. Vult igitur iste expositor, ꝙ, quia non sunt abstracta à subsiantia, ideo non suot abstracta à materia intelligibili: quod non diceter, nisi intelligeret subsiantiam esse materiam intelligibilem eorum. Et dico viterius, ꝙ per istam subsiantiam intelligibilem scilicet per subsiantiam, possunt iubiectam diffiniri, si perfecte diffinirentur. quod probo. quia illud, quod est per se principium essendi alicuios, est principium cognoscendi cognitiooe perfecta, vt patet ex 2. Meta. Constat autem, ꝙ subsiantia iubiecta est principiū per se essendi istarom formarum, & suppono tanquam notum. ergo &c. Si autem qoæras buiotmodi diffinitiones, forte possunt esse reales. Magoitudo est quantitas contioua permanens, per quā subsiantia subiecta habet partes: quarum vna est extra aliā discretione interueniente. Numerus autem est quantitas discreta permaoens, per quam sobstantia iubiecta habet partes: quarum vna est extra aliam discretione interueniente, & ioquor de oumero subsiantiarum indiuidualium. Has autē diffinitiones iumpsi ex tractatu Roberti de Ortii scientiarum, ꝙ siquis ponat meliores mihi non displicet. Secundo, ꝙ etiam genus & differentia entis mathematici possunt dici materia iotelligibilis ipsius. quod sic videtur: quia partes habent ratio oem materiæ respectu totius, vt vult Arist. Secundo huius: modo, genus & differentia sunt partes diffinitionis entis mathematici, vt euidens est: ergo quodammodo habent rationem materiæ respectu ipsius diffinitionis eius, non antem iuot materia seosibilis vt manifestum est. quare sunt materia intelligibilis. Nec sequitur ex hoc, ꝙ Naturalis similiter diffiniat, vt Mathematicus: quia Naturalis, licet diffiniat per genus & differentias, non tamen diffinit per genos & differentiam rei mathematicæ: & istud pono esse materiam intelligibilem rei mathematicę quantum ad

Opinio auctoris. Tex. c. 16. Text. c. 39. Lect. 5. Mathematica possum diffiniri subiectam. Tex. c. 4. Conclusio secunda. Tex. c. 31.

Dubitatio. tem ad eius diffinitionem. Sed contra primam conclusionē aliquis dubitat. Nam, si numerus & magnitudo diffiniuntur per subiectam, quam suo subiectam, tunc poterunt demonstrari de ea per ipsam diffinitionem. Accidens enim, quod diffinitur per suum subiectum, videtur posse demonstrari de ipso per illam diffinitionem, vt latius patet in secundo Poster. Hoc autem videtur inconueniens: quia nullius artifex inuenitur demonstrare ista accidentia de ipsa subiantia. quare &c. Ad hoc posset aliquis respondere, quòd non sequitur ista accidentia demonstrari de subiantia per illas suas diffinitiones: quia demonstratio debet esse ex notioribus. Primo Poster. modo, ista accidentia non sunt notiora de illis diffinitionibus, quàm de subiantia vt videtur. Aliter posset dici secundum alios, quòd ista accidentia possent bene demonstrari de ipsa subiantia per dictas diffinitiones hic syllogizando, Omnis subiantia continua habens partes, quarum vna est extra aliam discretione non in etueniente habet magnitudinem, vel est magna: sed subiantia materialis est huiusmodi: quare &c. Similiter posset demonstrari numerus saltem secundum aptitudinem inhærendi hic procedendo, Omnis subiantia apta nata habere partes, quarum vna est extra aliam discretione inetueniente, est numerata vel numerabilis: sed omnis subiantia materialis est huiusmodi: quare &c. Et sic possent aliqualiter demonstrari, siquis negaret. non tamen deberent demonstrari proprie propter hoc, quia non sunt dubia alicui rationem intelligēti, nec apparet falsum ea inesse subiantiæ, imo talia manifesta & statim nota non debent demonstrari, sicut declaratum fuit prius. quare &c. Aliqui sic obijciunt, illud. cui repugnat extendi in infinitum, nō potest esse subiectum eius, cui non repugnat extendi to infinito: sed subiantiæ repugnat extendi in infinitum, vt supponunt, magnitudini aut non repugnat, vt capitur ea Tertio Physic. Sed per eandem rationem probatur, quòd punctus non est materia intelligibilis lineæ, cum puncto repugnat extendi in infinitum. Et forte dicendum. quòd magnitudini repugnat extēdi in infinitum, cum hoc sit ei impossibile: si enim ei esset possibile, hæc potētia esset otiosa per totum tempus æternum. bene tamen verum est, quòd non repugnat magnitudini primo & principaliter, sed formæ naturali. Posset autem aliquis vlterius quærere, ad quam partem Philosophiæ, pertinent huiusmodi diffinitiones & demonstrationes, & in cō fidera circa hoc, quoniam eget pericrutatione.

Responsio.

Accidentia mathematica possunt demonstrari de subiāia subiecta.

Supra q. a. huius tecundi Obiectio.

RESPON. AD primam rationem dico, q illa sunt abstracta à materia sensibili, sed non ab omni materia. Ad secundam dico breuiter, q non solum potest intelligi actus vel habēs actum, sed etiam aliquid habens habitudinem ad actum: quod nec est actus nec habens actum de sua essentia. Verum est tamen, quòd tale non intelligitur per speciem propriam, vt dicitur, sed per speciem actus: modo, materia, licet non sit actus nec habens actum, tamen habet aptitudinem ad actum, vt patet in 7. huius. quare &c. Etiam potest dici, quòd, cum dicimus entia mathematicalia diffiniri per materiam intelligibilem, non est intelligenda ibi materia prima materia omnino prima, quę est ens omnino & pure potentia. nam ista non est subiectum saltem propinquum cuiuslibet entis mathematici. sed per materia intelligibilem intelligimus subiectum deferēs ipsum ens mathematicum immediate vel quasi immediate. & illud non vniuersaliter est ens in potentia pura, vt patet ex prædictis. Verum est tamen quòd subiectum dimensionum interminatarum scilicet materia prima, est ens pura potentia secundum quòd videtur velle Commenta. in 1 tractatu de Subiantia Orbis, vbi dicit primum rerum existentium in hoc subiecto sunt tres dimensiones, quæ dicuntur corpus.

Non habēs actu exilles actus intelligitur p speciem actus

Materia intelligibilis ē subiectū deferens.

Ad tertiam dico, quòd non ponitur ibi materia intelligibilis sub ratione qua materia in communi, nec sub ratione, qua intelligibilis. sed ponitur aliqua. d, quod est materia intelligibilis sub aliqua speciali ratione, secundum quam habet notificare ipsum diffinitum. vt cum dicimus quòd linea est longitudo sine latitudine &c. ibi ponitur longitudo sub ratione sua propria, per quam notificatur linea, & non ponitur sub ratione qua materia, nec sub ratione qua intelligibilis, & tamen dicitur diffinitio per materiam intelligibilem pro tāto, quia non est per materiam sensibilem scilicet per subiectum relatum ad motum & quietem, & tamen est aliquo modo per materiam, vt ostensum fuit prius.

Ad quartam dico, q imo differenter diffinit Naturalis & Mathematicus: quia Mathematicus diffinit per illud, q est materia intelligibilis, non sic intelligendo. i. per materia quæ potest intelligi, sed per materiam, nō vt sensibilis est. i. non per materiam sumptam in habitudine ad motum & quietem. hoc autem modo non diffinit Naturalis, imo per materiam sensibilem. i. per materiam relatam & comparatam ad motum, vt videbitur in sequenti quæstione. Verum est igitur, q materia per quam diffinit Naturalis, est intelligibilis, sed non solum est intelligibilis, imo etiam sensibilis modo prædicto. Et sic, vt sit ad vnum dicere, Mathematicus diffinit per materiam, intelligibilem solum, ita q ly solum, excludit materiam sensibilem, Naturalis autē diffinit per materiam sensibilem, & sic multum, differenter, vt patet cuilibet intelligenti. vel dicas & redit in idem, q materia, per quam diffinitur res naturalis, quāuis sit intelligibilis, tamen non eodem modo, sicut materia mathematicalium. nam materia rei naturalis, vt naturalis est, non intelligitur sine motu, nec est intelligibilis sine motu: sed materia, per quam diffinitur res mathematica, est intelligibilis sine motu & alijs sensibilibus accidentibus: & propter hoc dicitur materia intelligibilis. materia verò naturalis non sic metetur dici intelligibilis, quia non lumitur sine sensibilibus præcipue sine motu: si autem diceremus naturalia diffiniri per materiam intelligibilem daretur intelligi q in eorum diffinitionibus sumeretur materia sine sensibilibus.

Mathematicus diffinit per materiā intelligibilē tantum.

Ad quintam posset dici, quòd Commentator accipit causam formalem largè, pro ente abstracto per intellectum à materia sensibili. & hoc modo materia intelligibilis bene continetur sub causa formali, & sic ad illud &c.

QVAESTIO VI.

An naturalia diffiniantur per materiam sensibilem.

VAERITVR vtrum entia naturalia diffiniantur per materiam sensibilem. Arguitur primo, quòd non. quia dicit Aristot. in 7. Metaphysi. quod materia est ignota secundum se: & tale non est principium notificandi aliquid, nec per consequens diffiniendi. ea hoc syllogiza. Item secundo, si sic, tunc in diffinitionibus substantiarum naturalium esset additamentum: quod reputatur inconueniens per Aristot. in 8. primo Metaphysic. vbi vult, q diffinitio substantiæ non est per additamentum. consequentia probatur: quia materia non est sensibilis nisi per accidentia, vt manifestum est, & sic in diffinitione substantiæ naturalis esset accidens. accidens autem est extra genus substantiæ: & talis diffinitio datur per additamentum, in qua sumitur aliquid, quod est extra genus diffiniti. quare &c. Text. c. 35.

Et confirmatur, quia aut in diffinitionibus entium naturalium ponitur materia, sensibilis, vt sensibilis est, aut materia, quæ est sensibilis, non vt sensibilis est. si primo modo, sic sequitur idem inconueniens quod prius: si secundo modo, hoc videtur inconueniens. quia sic etiam in diffinitionibus mathematicalium ponitur materia, quæ est sensibilis, licet non vt sensibilis est: & tuo simliter diffinuentur naturalia & mathematicalia. quare &c. Text. c. 17. Confirmatio.

Item tertio, illud, quod est singulare, non debet poni in diffinitione: quia diffinitio est de vniuersalibus, & ex vniuersalibus, vt patet ex 1. Poste. sed materia sensibilis est singularis, cum sensibus sit singularium, vt patet in Secundo & Tertio de Anima: quare &c. Item quarto, entia naturalia non dicuntur diffiniri per formam sensibilem, vt videtur manifestum: ergo nec per materiam sensibilem. & tenet consequentia: quia magis videretur debere diffiniri per formā sensibilem quam per materiam, cum forma sit principalius natura quàm materia, vt patuit prius. quare &c. Item quinto illud, quod non est simpliciter notius substantia naturali, non debet poni in eius diffinitione, cum diffinitio debeat esse ex principijs diffiniti. principia autem sunt simplicitèr & secundum naturam notiora principiatis, vt dicit in proœmio huius, sed materia non est quid notius secūdum naturam Text. c. 60. Text. c. 37.

ram quam substantia composita: quia illud, quod est notius secundum naturam & simpliciter, debet esse magis, vt dicitur in procœmio huius. modo, materia noo est magis ens quàm substantia composita. quare &c.

Item sexto, materia sensibilis non potest esse in diffinitione substantiæ naturalis, vt principium extrinsecum: quia non est agens neque finis ipsius, vt notum est. nec vt principium intrinsecum. Probatio, quia principia in sunt partes illius, cuius sunt principia, vt patet in Primo huius modo, ipsa materia non est pars quidditatis substantiæ naturalis, Comm.45. vt vult Comment. in Septimo Metaph. capit. Vtrum autem idem vel diuersum &c. vbi dicit, quòd quidditas hominis est homo secundum formam, & non est homo aggregatus ex materia & forma.

1. de anima. Tex. c.36. 6. Metaphy. Tex. c.2. 7. Metaphy. Tex. c.39. 2. Physic. Tex. c.19. Oppositum arguitur auctoritate Arist. in multis locis in procœmio de Anima, & in sexto & septimo Metaphy. & in isto Secundo lib. Physic. videtur idem intendere.

CONCLVSIO.

Entia Naturalia pcc materiam, idest pcc subiectum, quod est principium quod substat motui vel quieti, cæterisque sensibilibus qualitatibus, definiri necessarium est.

AD quæstionem intelligendum est, qꝙ qer materiam sensibilem possunt intelligi duo. vno modo potest accipi materia sensibilis pro materia prima informata qualitatib. sensibilibus, vel vt alij loquuntur. pro materia prima in habitudine ad formam naturalem, quam consequuntur qualitates sensibiles, & isto modo dicũt aliqui, qꝙ entia naturalia diffiniuntur per materiam sensibilem. Sed, vt breuiter expediam, non videtur esse vtiuel saltem verum: quia constat qꝙ corpora cœlestia suot substantiæ naturales, & tamen non habent materiam primam substantem formæ inhęrenter, vt Conclusio nuntur probate Commentator in multis locis. ad præsens responsiua. tamen sup ponio. Alio modo potest accipi materia sensibilis pro subiecto, quod & vt est principiũ motus & quietis per se & substat accidentibus sensibilibus. & hoc modo credo, qꝙ entia naturalia debent diffiniri per materiam sensibilem non intellig bilem. i. per subiectum, quod est principium motus, & vt est principium motus. Hoc autem potest ostendi quia naturalia debent diffiniri per illud quod est propetum principium ipsorũ, & per quod distinguuntur à non naturalibus: hanc recipio pro manifesta & concessa. sed subiectum, quod est principium &c. est huiusmodi. constat enim qꝙ omnia naturalia vel sunt alia substantia, quæ sunt principia motus & quietis, vel sunt formæ existentes in tali bus subiectis, vel composita ex formis naturalibus. & talibus subiectis: & per tale subiectum sub ratione prædicta distinguuntur naturalia à non naturalibus. mathematicalia enim secundum qꝙ huiusmodi, non requirunt aliquod subiectum, quod sit principiũ alicuius determinati motus aut quietis: imo quodlibet ens mathematicum indifferenter se habet ad omnem motum, vt patuit prius. Similiter entia diuina. Intelligentiæ non habent subiectum aliquod quod sit principium motus, & quietis in eo in quo est, & subsistet, accidentibus sensibilibus, imo sunt substantiæ immobiles & insensibiles, vt suppono ad præsens. quare &c. Similiter etiam. entia artificialia secundum qꝙ huiusmodi, non habẽt subiectum quod sit principium alicuius motus aut quietis: Tex. c.2. vt docet Arist. in Secundo Physico. propẽ principium, vbi sic dicit, lectulus autem & indumentum &c. vide literam. Quod autem materia debeat poni in diffinitione rei naturalis substantia, vt est principiũ motus & quietis, hoc declaratur: quia certum est, quòd in diffinitione rei naturalis, vt naturalis, si ponatur materia, debet poni sub ratione, qua natura est, aliter enim non diffiniretur res naturalis, vt naturalia est diffinitione naturali. modo materia ooo est natura proprie, nisi sub illa ratione, vt est principium motus & quietis, vt patet per diffinitionem natura, qua nullua Tex. c.7. potest ponere melior em, vt dicit Com. quare &c. Et est considerandum, quòd, cum motus sit de genere sensibilium, vt vult Arist. in Secũdo de Anima, ideo subiectum, vt est principium motus, rationabiliter dicitur materia sensibilis, & Differt substantia naturalis. hæc formalis ratio est diuersa à ratione formali, ratione eius quod dicitur materia intelligibilis, vt manifestum est ex prædictis. Item, considerandum, quòd multum differt substantia, & substantia naturalis, vt naturalis est: quia in ratione formali substantiæ non includitur accidens substantiæ. dico secundum id quod est: sed in ratione substantiæ naturalis, vt naturalis est, includitur motus, vel habitudo ad motum & quietem, intantum qꝙ quidditates naturalium, vt naturalia suot, non possunt intelligi sine motu nec diffiniri. & hæc est aperta scientia siue doctrina Aristo. in multis locis, & Comment. Primo Arist. in hoc cap. dicit sic Impar quidem enim & par, & rectum & curuum, adhuc autem & linea & figura sioe motu supple diffinitur, vt patet ex litera immediatè præcedente, vbi sic dicit: fiet autem vtique manifestum, si aliquis vtrorumque tentauerit terminos dicere & subdit Impar quidem enim &c. postea addit. Caro autẽ, & os, & homo. adhuc supple diffinitur, sine motu scilicet, quia non diffiniuntur sine subiecto, & habitudine ad motũ. Tex. c.2. Item in texto Metaph dicit Aristotel. sic, Sed omnia physica similiter simo, vt nasus, oculus facies, caro, os, animal, folium, radix, cortex totaliter planta, nullius enim ipsorum tatiu sine motu est, sed semper habet materiam. Item in septimo Metaphysic. cap. Quoniam verò diffinitio oratio est, di Tex. c.39. cit sic. Sensibile itaque animal forsan & sine motu non est diffinire. etiam ibidem dicit Commenta. sic, res naturales Comm.5. suut è contrario mathematicis:, quidditas enim rerum naturalium non potest intelligi sine motu & sensu. sicut possunt intelligi quidditates mathematicarum.

Item. Commenta versus principium Septimi sic dicit. In philosophico auditu perscrutatur de principijs corporis secundum qꝙ est naturale. i. secundum qꝙ mouetur & quiescit. hic autem perscrutatur de eis secundum qꝙ substantia tantum Ecce, qꝙ Commen exponit illam reduplicationem secundum qꝙ naturale idest secundum qꝙ mouetur & quiescit: & intelligit vel secundum actum vel secundum aptitudinem Ex quibus omnibus videtur esse manifestum secun- Res naturadum intentionem Arist. & Commen qꝙ res naturalis, secundũ qꝙ naturalis est, includit motum vel habitudinem ad motum: & ideo bene potest diffiniri per materiam sensibilem idest per subiectũ, quod est principium motus, & vt est principium motus Et hoc bene signatur Commenta. in 6. Metaphy. super verba primum dicta, vbi dicit sic. Nullum illorum habet diffinitionem absq; eo, qꝙ illa diffinitio accipiat aliquod transmutabile: transmutabile autem proprijssime est subiectum, quod est principium motus. Et est considerandum propter iuniores, quòd ens naturale dupliciter ac Ens naturea cipitur. vno modo proprie & strictè, & sic eos naturale idẽ le capitur est, quod habens naturam: habens autem naturam est com duplicitet. positum ex materia & forma, sicut docet Arist. in Secundo Tex. c.4. huius. alio modo sumitur ens naturale generaliter & communiter pro omni eo, de quo proprie considerat Philosophus Naturalis per Scientiam naturalem. Et istud dicitur: quia quædam sunt entia naturalia, quæ sunt per se accidentia substantiarum naturalium, vt moueri sursum ignis, & sic de alijs. & hæc dicuntur proprie secundum naturam vt docet Arist. in litera. Alia sunt substantiæ naturales, & hæ sunt duplices. quædam sunt simplices, quædam composita ex materia & forma & istæ simplices, quædam sunt per se subsistẽtes actu, vt dicitur de coelestibus cœlestibus, quædam sunt per se non subsistentes actu, & hæc sunt materia, quæ est subiectum scilicet quòd naturalia entia diffiniũtur per materiam sensibilem. i. per subiectum, quod est principium motus, verum est in omnibus entibus naturalibus aliquo modo. vt si diffiniatur ignis, qui est substantia naturalis composita, posset sic dici. Ignis est substantia composita ex materia & forma substantiali, quæ sunt principia motus sursum, proportionaliter autem & in alijs. Et, si diffiniretur moueri sursum, sortè diceretur, quòd est actus entis in potentia ad vbi leuium. Et, si diffiniretur, materia prima, sortè diceretur, qꝙ est subiectum primum, ex quo aliquid fit, & sumeretur ibi subiectum, quod est idem cum materia sub ratione ootiori in habitudine ad factionem alicuius, quæ est aliquo modo motus. Et, si diffiniretur forma substantialis hominis diceretur, quòd ipsa est actus entis in potentia motuũ cognitiooris, qui est proprius hominis per ipsam formã substantialem inhærentem sibi. Et, si diffiniretur corpus cœleste sursum diceretur, qꝙ est subiectum recipiens motum circularem perpetuum. Et si quæratur de illis exemplis quæ-

dam manifestatio & exercitatio, non autem omnimoda verificatio. tantum autem ad præsens mihi sufficit q̃ sicut substantia naturalis debet diffiniri per materiam, vt est principium motus, sic quælibet specialis res naturalis, si vniuersaliter diffiniatur, debet diffiniri per aliquod subiectum, vt est principium motus propter illius rei Vlterius intelligendum, quòd secundum Comment. in illo Secundo in fine vltimi cap. per diffinitionem rei naturalis debet apparere, materia: sed hoc contingit dupliciter. Vnomodo sine expressionem, ita. s. quòd exprimatur tanquam vna pars diffinitionis, vt si dicatur homo est substantia composita ex talibus carnibus & ossibus, & anima rationali. Alio modo sine quadam coniectationem, ita s. q̃ ex partibus positis in diffinitione coniectetur quòd materia eius debet esse talis & talis. vt, si diffiniatur res naturalis per genus & differentiam, vt homo per animal rationale licet enim ibi non exprimatur materia hominis, tamen ex hoc quòd est animal, sequitur quòd debet esse compositus ex materia dispositia ad receptionem specierum sine materia, vel ad virtutem recipiendi speciem sine materia, & ex hoc quòd est rationalis tinum sequitur quòd debet esse compositus ex materia optime complexionata ad recipiendum intentiones cogitabiles, vel aliquid huiusmodi. & isto modo videtur intelligere Comment. & sic caplanat Albertus ibidem.

dupliciter per diffinitionem rei naturalis.

SPON. AD rationes in contrarium. Ad primam dicendum q̃ aliquid esse ignotum secundum se potest intelligi dupliciter vno modo quòd nullo modo possit intelligi, & sic nullum ens est ignotum. nullum. n. ens est ignotum naturaliter, vt dicit Com. supra Primum de Generatione, & habetur ca 3. de Anima. quia intellectus possibilis est potens omnia fieri, imo ipsum non ens non est hic ignotum, quòd nullo modo possit intelligi, imo intelligitur per speciem entis, vt communiter dicitur; & sic materia etiam omnino prima non est ignota per se vel secundum se alio modo potest intelligi quòd aliquid sit ignotum secundum se, ita q̃ nõ est natum cognosci sine alio, sed per aliud cognoscitur, & sic est de materia prima: & tale potest quam notum est, potest esse principium cognoscendi alterum & diffiniendi.

Comm. 19. Text. c. 18

Ad secundam patet ex dictis. Nam licet accidens sit extra genus substantiæ, non tamen est extra genus substantiæ naturalis, vt naturalis est, vt declaratum est. quare non valet. Item dicunt aliqui, q̃ non omnis diffinitio, quæ est per aliquid extra genus diffiniti, est propria per additamentum: imo oportet quod diffinitum ipsum existat in illo tanquam in suo subiecto, vt in substantia existit accidens: & ideo, cũ accidens diffinitur per subiectum, est diffinitio per additamentum, & substantia non est in accidente vt in subiecto: & ideo, quamuis substantia diffiniretur per accidens, nõ esset per additamentum. hoc tamen sine dubio verum est, q̃ substantia non debet diffiniri proprie loquendo de diffinitione per suum accidens, vt docet Com. in 7. Meta. saltẽ per accidens, vt accidens est, licet forte per aliam rationẽ posset.

Substantia non diffinitur per suũ accidens.

Ad tertiam dico, quòd materia sensibilis bene est singularis secundum esse extra animam, sed secũdum esse abstractum in intellectu, bene est vniuersalis, & hoc sufficit. nihil. n. prohibet illud, quod singulariter existit extra animã vniuersaliter intelligi: quod contingit ex abstractione virtutum intellectualium, quarum vna generat intellecta & alia recipit ea, vt declaratum est in tertio de Anima.

Ad quartam dico, q̃ imo entia naturalia bene diffiniuntur per formam sensibilem, idest per formam, quæ est principium & vt principium motus & quietis. Et, cum dicitur, quòd illud non est dictum commune, quòd diffiniatur per formam sensibilem, sed per materiam sensibilem, dico q̃ pro tanto forte cõsuetum est dici ea diffiniri potius per materiam sensibilem quàm per formam sensibilem, quia nullum est dubium, quin per formam sensibilem debeat diffiniri, imo quasi quilibet bene disposito parum exercitato in Philosophia Naturali. Et hoc etiam dicit plane Aristot. & Comment. in proœmio de Anima, sed de materia magis fuit dubium. & propter hoc magis ponitur in quæstione ad manifestandum & frequentius exprimitur, vt per consuetudinem aliqualiter ei detur. Quæ enim consuetimus dignamur dici & consueta sunt magis nota 2. Metaph. Item forte ratio quare frequentius dicuntur diffiniri per materiam sensibilem quàm per formam sensibilem est: quia per materiam sensibilem magis distinguuntur à diuinis entibus, quam per formam sensibilem. nam per materiam sensibilem distinguuntur à diuinis: & ratione qua materia est, quia nullam habent materiam secundum communem doctrinam: & ratione, qua sensibilis est, quia penitus sunt insensibiles: sed per formam sensibilem non sic distinguuntur ab eis ratione qua forma est, quia ipsa entia sunt quædam formæ. & quamuis formæ non dicantur de eis secundum vnam rationem vniuocam, & specificam, tamen dicuntur de eis secundum vnam rationem analogam: sed de hoc nõ plus ad præsens.

Tex. c. 16

Ad quintam solutum fuit prius, vbi ostensum fuit quomodo materia est simpliciter nobilior ipso composito: quia licet non sit maioris entitatis ipso, est tamen realiter & vniuersaliter prior ipso: & hoc sufficit ad hoc, vt sit notior simpliciter & secundum naturam intelligendo sicut prius fuit expositum. Item, licet materia non sit verioris entitatis actualis, quàm compositum, est tamen verioris entitatis potentialis, quàm compositũ: quia compositum non est in potentia nisi ratione materiæ, & non ratione formæ ita quòd materia per se & primo est in potentia, compositum autẽ non primo, sed ratione partis: & hoc sufficit ad hoc quod materia ut aliquo modo notior secundum naturam.

Materia est magis ens quam compositum.

Ad sextam potest dici, quòd licet materia non esset principiũ intrinsecum quidditatis naturalis eo modo quo pars est intrinseca totî: tamen ipsa est principium intrinsecum substantiæ compositæ, vt euidens est de se, & sic ponitur in eius diffinitione. Et adhuc licet non esset pars quidditatis. s. formę, tamen posset esse principiũ intrinsecum ipsius quidditatis, vt proprium subiectum ipsius quidditatis deferens ea. & ideo deberet poni in diffinitione quidditatis. Et hoc satis videtur rationale. Nam Comment. vult in isto Secundo quòd materia est causa formæ & per consequens eius principium. si quidem omnis causa est principium 5 Metaphy. & constat quòd non est principium extrinsecum, cum nec bragens, nec finis: ergo relinquitur, q̃ sit principium intrinsecum ipsius formæ. non quidem sicut pars est totius secationi. quia materia non est pars formæ, sed sicut subiectum & perfectibile est intrinsecum suæ perfectioni inhærenti, ea quæ cum ipso fit vnum ens per se, & existent in vno loco. Posset etiam dici secundum aliquos, quòd materia bene est pars essentialis quidditatis naturalis. Et ad dictum Comment. dum ipse dicit. quòd quidditas hominis non est homo compositus ex materia & forma, verum est ea materia indiuiduali hac vel illa: sed est compositus ex materia & forma in communi pertinente ad speciem. & illud compositum dicitur totum non proprie ab informando, sed per circumscriptionem materiæ indiuidualis, vt dicunt: & sic intelligit Commenta. cum dicit, quòd quidditas hominis est homo secundum formam idest compositus ex materia, & forma præter conditiones indiuiduales & particulares, quæ non sunt de quidditate hominis. & similiter in alijs. sed de hoc ad præsens non detectemur.

Materia est principium formæ. Comm. 30. Text. c. 1.

Demonstrant autem & quæ magis naturales &c. Tex. c. 26.

QVÆSTIO VII.

An naturalis Philosophus habeat considerare materiam primam.



DIC deberet quæri, vtrum ista scientia media sint magis naturales quã mathematicæ, sed de hoc quæritur cũ sophismatibus, & quæritur nunc circa sequens capitulum. Quoniã autem natura dupliciter dicitur. Et primo quæratur vtrum naturalis Philosophus habeat considerare materiam primam. Arguitur quòd non. Primo, quia eam cõsiderat Meta. vt patet in 7. & 8 & 10 & 12. Meta. non ergo Naturalis. ex hoc syllogiza. Item Secundo, nullus artifex demonstrat suum subiectũ, nec ea, quæ sunt ante suum subiectum secundum Lincoñ. in Primo Poste. & Aristote. dicit in eodem, quòd nullius Scientiæ est demonstrare propria principia sua: sed materia est principium rerum naturalium: ergo Naturalis non demõstrat eam esse. Item tertio, sicut se habet ars ad res artificiales, ita se habet natura ad res naturales, per conuenientem similitudinem.

Text. c. 21. Text. c. 8. Text. c. 30.

sed

sed nulla ars considerat primam materiam rerum artificialium, sed vnaquæque propriam, vt domificatiua ligna & lapides, & faber æs, & medicus corpus humanum: quare nulla Scientia Naturalis considerat materiam primam rerum naturalium. Præterea quarto, Naturalis non considerat primam formam, vt satis patet per Commenta. in duodecimo Mera ergo nec primam materiam per simile conuenies.

Comm. 51. Oppositum videtur intendere Aristot. in isto capitulo & expressius Commentator.

CONCLVSIO.

Naturalis Philosophus considerat materiam primam per simplicem intellectus apprehensionem, a compositionem, considerat etiam substantias abstractas aliquo modo, vt horum inferiorum effectrices causæ sunt.

Materia est duplex. INtelligendum, q̃ de materia possumus loqui dupliciter. Vno modo de materia prima & remota, quę. s. de se nõ est ens, nisi pura potẽtia passiua. Alio modo vt dispositа & appropriata ad formam: & hæc est materia determinatis accidẽtibus & alijs dispositionibus informata. vt materia calida & sicca in summo est materia appropriata igni, & frigida, & humida, aquæ, similiter autem & in alijs. Vlterius considerandum gratia Quartæ rationis inductæ, q̃ secundum

Comm. 83. Formarum genera duo Cõmen. in Primo huius, versus finem, formarum duo sunt genera. Quædam sunt formæ in materijs, & aliæ sunt non in materijs, sed separatæ ab omni materia & magnitudine, & hæ dicuntur intelligentiæ, vt patet in 12. Meta. Vlterius accipio, q̃ ipsius materiæ potest haberi duplex consideratio: vna intuitiua, quæ pertinet ad primã operationem intellectus, aut compositiua & discursiua, quæ pertinet ad Secundam operationem intellectus, qua. s. consideratur materia esse & demonstratur. Modo de istis peccauit Anic. scẽdum recitationem Commen. in Primo huius & 2. Voluit. n.

Error Aui. Comm. 83. Comm. 22. Auic. q̃ Philosophus naturalis non demonstrãt materiam primam esse similiter nec primam formam abstractam, quæ est Deus supremus. Sed ista demonstrare pertinet ad Philosophum primum, seu diuinum. s. ad Metaphy. & Naturalis debet accipere & supponere ab ipso materiam primam esse & formas abstractas: & hoc probauit ratione prætacta, quia audiuit ex Posterioribus Analyti. q̃ nulla scientia demonstrat sua propria principia. ecrtum autem est q̃ materia prima & forma prima sunt quędam prima principia re

Conclusio prima. rum naturalium. quare &c. Sed illa positio non placet Cõ. quia sicut dicit, impossibile est demonstrare primam materiam esse, nisi per signum naturale ideſt per transmutationem in substantia, & similiter prima forma absolutã, impossibilis est demonstrari nisi per signum naturale. s. per motũ æternum: talia autem deberẽt demonstrari per Scientiam

Tex. c. 1 Tex. c. 4 Naturalem, quæ considerat signa naturalia, & non per Philosophiam Primam. Vnde Commen. in Primo huius dicit, q̃ certior sermonum, quibus vsus est Auic. ad demonstrandum primum principium esse, non transcendit ordinem sermonum probabilium Et in isto cap. dicitur q̃ via, qua processit ad demonstrandum primum principium esse, est via loquentium, & sermo eius semper inuenitur melius inter Peripateticos & loquentes: vnde peccauit peccato manifesto eum eredidit demonstrare primum principium esse demonstratione essentialiter pertinente ad Scientiam Diuinam. Dico ergo ad intrer ad quæstionem secundum intentionem Comment primo, q̃ Naturalis Philosophus habet cõsiderare materiam primam consideratione intuitiua. s. secũdum primam operationem intellectus: quia quicunq; considerat compositum ex materia & forma cognitione perfecta, necesse est quòd cognoscat materiam & formam, vt docet Arist in Primo huius eadem enim sunt principia essendi, & cognoscendi a Meta. Sed Philosophus naturalis considerat composita naturalia ex materia & forma. s. animalia plantas, & mineralia: quare &c. Sciendum tamen, quòd ipsam quidditatem vel essentiam materiæ primæ non considerat Naturalis, vt naturalis est, nisi habitudine ad motum vt patuit in præcedentibus. Secundo dico, quòd Naturalis

Conclusio secunda. Philosophus habet considerare materiam primam consideratione compositiua. s. cognoscẽdo ipsam esse & demonstrando. Quod probatur ratione Cõm. quia illius philosophi est considerare materiam primã esse, qui habet considerare primum medium, & signum, quod demonstratur esse: eiusdem n. scientiæ est cõsiderare medium, & extrema demonstrationis, Primo Poste. sed Naturalis Philosophus primo & directe considerat medium, seu signum, quo demonstratur materiam esse: non. n. potest proprie demonstrari esse nisi per transmutationem in substantia, per quam conuenitur esse aliquod ens in potẽtia pura secundum se: & esset demonstratio talis, In quibuscunque entibus est transmutatio in substantia, oportet esse materiam, quæ est ens pure in potentia: sed in entibus naturalibus hoc contingit. quare &c. Maior patet nam in transmutatione substantiali mutatur nomen & diffinitio, ita, quòd nec manet idem nomẽ, nec eadem diffinitio: in hoc. n. differt transmutatio substãtialis ab accidentali. in tali autem substantiali transmutatione requiritur aliquod subiectum. hoc. n. commune est omni transmutationi. Vnde & Aristot. in Primo huius dicit, q̃ Tex. c. 6 semper oportet aliquid subijci quod fit, id est eui attribuitur fieri: & illud subiectum debet esse vnum aliquo modo sub vtroq; termino transmutationis. illud ergo subiectum vnum, quod subijcitur transmutationi substantiali aut de se & secundum quòd subiectum, est ens actu, aut ens in potentia. si esset de se & secũdum quòd subiectum, ens actu, tunc terminus aduenies non esset nisi accidens. nõ autem substantia: quia substantia non recipitur in ente actu secundũ q̃ ens actu, sed magis accidens, & similiter forma, quæ abiceretur ab illo subiecto si esset accidens, & non substantia, postquam remaneret idem ens actu sicut prius. talis autem transmutatio non est substantialis mutans nomen & diffinitionem. imo accidentalis: & sic transmutatio substantialis non esset substantialis: & sic patet maior, & minor est manifesta, quasi de se, nam, vt dicit Commen. in Primo huius, videmus idem corpus transferri de carnositate in terrestreitatem, & mutatur nomen & diffinitio, ita q̃ nõ amplius dicitur caro, nec habet diffinitionem carnis. similiter aut & in alijs. quare &c. & hæc quidem etiam est demonstratio naturalis, cuius medium pertinet ad Philosophum naturalem. quare &c. Tertio dico, q̃ etiam ad Philosophum naturalem spectat demonstrare substantias abstractas esse per similem rationem scilicet, quia medium, per quod demonstrantur esse. i. motus perpetuus eõtinuus & vniformis pertinet ad Philosophum naturalẽ, vt manifestũ est. quare &c. Item demonstrare entia abstracta esse, aut pertinet ad Philosophum Primum, aut ad Naturalem: conflat. n. quòd non ad mathematicum. Sed non pertinet ad Philosophum primum: quia nullus artifex potest demonstrare suum subiectum esse demonstrationem. c propter quid, nec quia, cum nihil sit notius in scientia quam subiectum scientiæ: modo, formæ abstractæ sunt subiecta Philosophiæ primæ, seu Meta. s. partes subiectiuę principalis subiecti, vt habet vndecimo Mera. ideo videtur, quòd non habet demonstrare huiusmodi formas esse. quare &c. Vnde dicit Commẽt. versus finem Tex. c. 83 huius primi, quòd, si Naturalis non demonstraret huiusmodi genus entium esse sequitur q̃ non esset alia pars Philosophiæ, nisi Naturalis & Mathematica. Quod sic apparet: quia certum est, quòd Mathematicus nondemonstrat ea esse. & non potest haberi scientia de ipsis, nisi cognoscantur esse. eum igitur esse eorum sit occultum & ignotum, oportet quòd demonstrentur esse, antequam cognoscatur quidditates eorum: sed non possunt demonstrari per scientiam considerantem quidditates eorũ: ergo, si non demonstrantur esse per Naturalem, nullo modo demonstrabuntur esse, & per consequens nulla scientia, vel pars Philosophiæ erit de eis, & sic non erunt plures Philosophiæ rationales & speculatiuæ, nisi Naturalis & Mathematica: quod est absurdum. Relinquitur ergo, quòd naturalis demonstrat formas abstractas esse. Considerandum tamen, quòd aliter considerat Diuinus de istis, quàm Naturalis. nam Naturalis vt dictum est, demonstrat eas esse per motum, & non est alia via philosophica, vt dicit Commen. in 8. huius. & sic cõsiderat de istis secundum quòd sunt causæ mouentes, sed Diuinus, supponens pro cõstantia naturali talia entia esse, considerat de eis secundum quòd sunt formæ substantiæ seu substibilis & finis, ita quòd eunsiderat & demonstrat quòd huiusmodi substantiæ abstractæ sunt principia substantiæ sensibilis secundum formam & secundum finem. Et vel vlterius

Physicus & mer diuersi mode considerane substantias abstracta. Comm 3.

alia prædicata quidditatiua demonstrat de eis, s. quòd sunt actus puri, & quod sunt intelligentes, & intellectæ, & similia. & hæc est doctrina Comin. 12 Metaph. vt patet consideranti. Qualiter autem formæ absolutæ sunt formæ subsistentiæ sensibilis considerandum est, sed non hic.

RESPON. AD primam rationem dicendum, sicut dicit Cõm. in 7. Meta. & in Duodecimo q Meta. aliter considerat primam materiam, & aliter Naturalis. nam Meta eam cõsidesai ẽm q est principium subsistentiæ, supple compositæ, Naturalis autem eam considerat ẽm q est causa transmutationis: illi modi sunt diuersi, & hoc intuicit. Item habetur ab eodem in 7. Meta. versus principiũ: & videar cui placet. Iste Cõmen. 5. Metaph. considerat primam materiam per comparationẽ ad omnes primas partes entis, & operationes, huc priuationes carũ. vt appatet 7. Meta. vbi Aristot. sic dicit. q materia Tex. c. 8 non est quid s. non est substantia actu supple de se, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum, quibus determinatũ est ens, ueq; priuationes, sed supple potentia ad omnia hæc. Naturalis aũt non sic considerat eam, sed modo prædicto.

Scientia potest demonstrare causas sui subiecti. Ad secundam, quæ fuit ratio Auic. soluit Com. dicens q maior est vera de demonstratione propter quid, & de demonstratione simpliciter. & per demonstrationẽ simpliciter torte intelligit demõstrationem per causam remotam: nulla igitur scientia demonstrat causas primas sui subiecti demonstratione per eam, sed, si causæ subiecti haberent causas aliàs, per quas possent demonstrari, tunc illa demonstratio pertinebit ad superiorẽ sciam cuius est considerare illas causas: tñ scientia bene potest demonstrare causas sui subiecti demonstratione, quæ est per signum, dico demonstratione quia. i. per effectum notiorẽ, & hoc contingit cum in scia aliqua considerat aliquis effectus per se, qui notior est nobis qua causæ subiecti, & aliter non, cum demonstratio fit ex notioribus. Et hoc fuisset Lincon. in Primo Poste. ad ostendendũ q Aristo. non debuit demonstrare, q ipsum scire sit, non. nec potuit per eam, cum nullius scitæ sit demonstrare suum subiectu: nec principia sui subiecti per causam neq; demonstratiua, q quia manifestum est: quia non inuenit aliquis effectus per se notior nobis consideratus in scia demõstratiua, p qua manifestetur, q ipsum scire sit vel debeat manifestari, cũ oũ disponitis sit quia per se manifestũ ipsũ esse.

Ad tertium soluit Comment. q non est omnino simile: quia non est aliqua alia, quæ considerat principia & passiones rerum artificialium in con. & ideo nullam considerat materiam primam rerum artificialium, nec forte est multum necessarium, quia ars ordinatur ad factionem rei artificialis, quæ est quid singulare: & ideo sufficit cognoscere materiam ea qua. sed bene est vna scientia Naturalis considerans res naturales in communi, & principia communia, & passiones communes: & illa habet considerare materiam primam communem, & demonstrare eam modo prædicto.

Naturalis considerat formã primam. Ad quartam patet ex dictis, quõ Naturalis considerat formas abstractas, & formam primam. Et vide, q non est similе de materia prima, & de forma prima omniõ: quia prima materia est pars substantiæ naturalis vel subiectũ quidditatis naturalis: & ideo Naturalis habet eam considerare. sed forma prima, quæ est Deus, non est pars alicuius substãtiæ naturalis, sed totum est forma exemplaris: & ideo Naturalis no considerat eã, vt forma est, sed forte, vt est primum Tex. c. 27 principiũ motus, vt hẽt videri in Octauo huius: quare &c.

QVAESTIO VIII.

An Mathematica habeat rationem causæ.



DETERMINATIS autem his, considerandum est de causis. Hic quæritur primo super. 1. c. 28 verum materia sit causa. Arguitur primo q non, quia non est nobilior & dignior quã cæ materialis. causa aũt dignior est causato. Item Secũdo, causa dat esse causato: modo materia non dat esse, imo recipit esse à forma. Item Tertio ca vniuersaliter prior est causato. Primo Poste. & 2. sed materia no est prior composito, cum actus sit prior potentia, Nono Meta. item Quarto, si esset causa, aut esset ca rei diuinæ, an naturalis, aut mathematicę per sufficientẽ diuisionem. quærimus. n. de materia realiter existente extra animam: sed non põt esse cã entis diuini, vt oẽs concedunt: nec entis naturalis, q a quidditas rei naturalis nõ est nisi forma, vt vẽ volle Cõm. & sic materia non est pars, nec principium. intrinsecũ quidditatis naturalis: quare &c. Itẽ, non põt esse cã entis mathematici, q a sic cõsiderari deberet in Scia Mathematica, cũ sit ia debeat cõsiderare cã suarũ sc b. liũ. mõ, hoc vẽ esse aperte entia Cõ. in Proœmio huius, vbi dicit, q Cõmen. 1. Scia Mathematica cõsiderant de ea formali nũ: quare &c.

Oppositum vult Aristot. in illo cap. & 5. Meta. & in alijs Tex. c. 28 multis locis. Et arguitur ratione: quia quod respondetur Tex. c. 2. ad interrogationem propter quid, est causa: nunc autem materia respondetur ad interrogationem propter quid, vt si quæratur propter quid animal est corruptibile, potest responderi, quia est compositum ex contrarijs.

CONCLVSIO.

Materia est naturalium omnium causa quo ad esse ac fieri.

AD quæstionem breuiter dico duo. Primo q materia est Cõmen. 1. causa rerum naturalium quãtum ad esse, quia illud, ex quo aliquid compositum est, vẽ esse principii ipsius quãtũ ad esse: sed ens naturale subtilens actu generabile & corruptibile est compositum ex materia & forma. sicut. n. homo albus est quid compositum ex homine & albedine, sic substantia naturalis generabilis & corruptibilis est composita ex materia & forma, vt docet Philosophus in Primo huius. Secundo dico, q materia rerum naturalium est causa earũ, quantum ad fieri: quod patet, quia illud, quod est subiectum per se transmutationis per quam acquiritur res naturalis, est eius principium quantum ad fieri. nam huiusmodi transmutatio est ipsum fieri rei naturalis. & subiectum est principium eius, cuius est subiectum, vt manifestũ est. quare &c. sed constat, q materia est subiectum per se transmutationis ipsius, per quam acquiritur res naturalis. quare &c.

RESPON. AD primam rationem dicunt aliqui. q illa propositio est solum probabilis. s. q ca sit nobilior causato: est. n. vera in pluribus causis, s. in agente principali, & forma & fine, sed non in materia prima, quę est imperfectissima. Vel dicendum, q causa est nobilior causato, vt causatum est. sed non oportet, vt illud, quod est causa, sit nobilius simpliciter eo quod est causatum, & hic est in proposito. quare &c. Causa non est semper nobilior causato.

Ad secundam dico, quòd non est de ratione causæ vt sit actu, sed ad cuius esse sequitur aliud: & hoc bene competit materiæ. quare &c. Vel dico, quòd materia bene dat esse, non quidem esse actu, sed potentia.

Ad tertiam dico, quòd actus bene prior est potentia ordine perfectionis, & dignitatis, sed via generationis est contrarium, Nono Metaphyhc. Tex. c. 15.

Ad quartam dico, q materia sensibilis est causa & principium rerum naturalium, & materia intelligibilis est causa, & principium entium mathematicalium, vt ostẽsum fuit prius. Ad auctoritatem Comment. mihi videtur, q est difficile respondere: posset tamen dici, q ipse sic intelligit, q Mathematicus tantum cõsiderat de causa formali, id est de ente abstracto à materia sensibili, & non de agente, neque de fine. & tale ens abstractum à materia sensibili dicitur forma: cum hoc tamen stabit q vnum eius mathematicum sit materia intelligibilis alterius. Est ergo intentio Comm. vt credo, q Mathematicus considerat de causa formali tantum, accipiendo causam formalem prout est abstrahibilis à materia sensibili, & non considerat de materia, quæ non est tale ens. s. abstrahibile: sed de materia, quæ est abstrahibilis à materia sensibili, bene potest considerare, & vt sit ad vnũ dicere in illo text. mone Comment. ly tantum, non excludit de causis nisi materiam sensibilem, & causam agentem & finem: materiam autem intelligibilem non excludit, eo q ipsa est forma vt ipse capit formam. s. pro ente abstrahibili à materia sensibili & individua: & omnino communi potest enim quodlibet subiectum mathematicum intelligi une où sensibilitate & motu, & è cõtrario de naturali: & hic desino. Mathematicus considerat de causa formali tantum.

Alio autem modo species & exemplum, hæc autem ratio est ipsius, quod aliquid erat esse, & huiusmodi genera, vt eius, quæ est diapason duo ad vnum, & omnino numerus, et partes, quæ in diffinitione. Text. c. 28.

QVAE-

QVAESTIO IX.

An omnes partes definitionis sint forma.

CONSEQVENTER quæritur, vtrum oēa partes diffinitionis sint formæ, arguit primo q̄ nō, quia illud, quod prædicat de aliquo essentialiter & in recto, nō est eius forma: sed a. n. esset ista, animal est animal. vt dicit Cō. in 7. Meta. sed partes diffinitionis prędicant de diffinito essentialiter & in recto verū. n. est dicere, homo est animal rōnale mortale. & similiter vera est ista, animal rationale mortale est animal: & ista, rationale est rationale: quare &c. Item secū do, si partes diffinitionis essent formæ, tunc ois diffinitio esset logica. nam diffinitio dr logica, quæ est per formam, vt accipitur ex Procemio de Anima: sed consequens est inconuenies, vt patet ēt ex Procemio de Aia quare &c. Itē tertio, si sic esset, tunc materia esset forma: cum in diffinitione accipiat materia, vt patuit. Itē quarto, ois diffinitio esset diminuta, quod est absurdum. & patet consequentia per dictum Cōm. in Procemio de Aia, vbi dicit, q̄ qui in diffinitione accipit formā & dimittit materiā, existimat q̄ dimittit aliqd non necessarium: sed non est ita, s. q̄ dimittat aliquid non necessarium, imo dimittit aliquid necessarium: & hic, si partes diffinitionis sint formæ, & dimittatur materia, erit diminuta diffinitio: quia dimittet aliquid necessariū. quare &c.

Oppositum docet Aristot. in litera.

CŌNCLVSIO.

Partes diffinitionis, vt partes, materiæ rationem habent, vt verò essentiales sunt diffinito formales sunt in comparatione ad indiuiduum naturæ definitæ.

Opinio S. Thomæ Texte 31.

Tex. c. 83. entia actu, quæ non mouẽt, vt patet in Octauo huius. Item, si sic, aut esset actus pfectus, aut imperfectus, vt omnes concedunt: nec est actus imperfectus: quia actus idem est quod
Tex. c6. 21. perfectio, vt patet 5. Met. a. modo, nulla perfectio est imperfecta, sicut nulla est perfecta, eo ꝙ nihil denominatur ex ipsum, sicut igitur nulla albedo est alba, sic nulla perfectio est perfecta, & per cõsequens nulla perfectio est imperfecta: quia, opposita nata sunt fieri circa idem: perfectum autem & imperfectum sunt opposita, vt manifestum est. ergo nulla perfectio est imperfecta: sed omnis actus est perfectio, vt manifestum est ergo nullus actus est imperfectus. Item, vnus & idem actus non potest esse diuersorum entium. hæc est manifesta: sed vnus & idem motus est diuersorum, vt mouentis & mobilis. vt patet in isto Tertio, quare &c.

Tex. c. 18. Oppositum arguitur auctoritate Arist. & Com.

CONCLVSIO.

Motus neque simpliciter actus perfectus, nec pura est potentia, sed permixtus & imperfectus est actus.

Dicendum primo, ꝙ motus est actus, secundo, ꝙ motus est actus imperfectus. Primum probatur. quia illud est actus, quo aliquid est actu prius in potentia existens: sed ipso motu aliquid est actu formaliter, quod prius erat in potentia. vt ædificabile cum actu ædificatur est ens acto, & calefactibile, cum actu calefit, est ens actu, ad quem prius erat in potentia. Et notandum, quòd mobile, antequam moueretur, erat in duplici potentia scilicet ad actum imperfectũ, & ad illum reductum est cum mouetur: & ad actum perfectum & quiescentem, & ad illum reductum est terminato motu. vt calefactibile, antequam calefiat, est in potentia ad calefieri, & ad illum actum reductum est cum calefit, ita qđ per calefactionem, quæ est motus formaliter actu calefit: & erat in potentia ad calefactum esse, & ad illum actum reductum est terminata calefactione. s. cum habet caliditatem quieiscentem. s. non fluentem amplius ad vlteriorem gradũ. Item, motus aut est actus aliquis aut potentia pura ad aliquam formam, aut omnino nihil: & hęc diuisio est sufficiẽs. sed motus non potest esse omnino nihil, vt manifestum est ad sensum: quia motus comprehenditur à sensu, vt pater ad sensum, & dicitur in 2. de Anima: & Com. in Quarto huius. neque potest esse sola & pura potentia ad formam aliquam: quia tunc omne quod esset in potentia ad aliquam formam actu moueretur ad eam, siquidem habens motum actu mouetur: hoc autem est falsum. nam aqua frigidissima est in potentia ad caliditatem, & tamen nondum mouetur ad caliditatem. similiter graue detentum sursum est in potentia ad vbi deorsum, & tñ nondum mouetur actu deorsum. ergo relinquitur ꝙ motus est aliquis actus. Secundum declaratur: quia medium inter potentiam puram & actum completum est actus imperfectus, hęc est manifesta: sed motus est huiusmodi. quare &c. Item, cum motus sit actus, ve probatum est, necesse est ꝙ sit actus perfectus, aut actus imperfectus, sed non est actus perfectus, quia sic omne habens aliquam formam ad quam est motus actu perfectè mooueretur secundum illam: quod est falsum: habens enim caliditatem perfectam non amplius calefit, vt manifestum est, & habens vbi deorsum non amplius descendit. quare &c.

Tex. c. 64. Comm. 88.

Mobile antequã moueatur est i duplici potentia.

Dubiũ primum.

Sed hic sunt duo dubia. Primũ est, quia, si motus est actus imperfectus, tunc omne quod habet aliquam formam ſm actum imperfectum moueretur ſm illam: quod falsum est quia tepidum habet aliqñ caliditatem imperfectam, & tñ non calefit abiente calefaciente, vt patet in aqua tepida remota ab igne. similiter aut. m in multis huiusmodi aliis. Itẽ generatio est motus, &, vt patet per Arist. hic, vbi, cum definierat motum vniuersaliter, exemplificat de alteratione, loct mutatione, & augmento, & diminutione, & generatione. Ex quo manifeste vł intendere, ꝙ generatio, proueniã distinguitur ab alteratione, est motus, alioquin non assignasset exemplum de generatione, postquã exemplificauerat de alteratione. sed generatio non vł esse actus imperfectus, eum forma substantialis, ſm quam est generatio, non recipiat magis & minus: quare &c.

Dubium secundum. Tex. c. 6.

Ad primũ. Ad primum dico, ꝙ motus non est quicunq; actus imperfectus, sed actus imperfectus existens in subiecto tendente cõtinuè & fluente ad vlterius complementum, quantum ad motum intensionis: vel ad vlteriorem diminutionem, quantum ad motum remissionis. Ista autem tendentia cõtinua ad vlteriorem perfectionem non est de essentia motus, qui est actus imperfectus, sed est aliquid necessario requisitum ad motum. verum est ista, ꝙ sicut prius dicebatur auctoritate Com. ꝙ hoc nomen motus famosius accipitur pro fluxu formæ siue tendentia, quã pro ipsa forma imperfecta, cuius pars generatur post partem. quicquid tñ sit de hoc, motus non est quicunq; actus, sed actus existens in subiecto tendente & transmutato ad aliquid vlterius. modo tepiditas abiente calefaciente, est actus imperfectus sine fluxu actuali ad vlteriorẽ partem vel gradum. quare nun valet obiectio. Ad aliam, quæ vł rectè esse contra hoc, cum dicitur, ꝙ generatio est motus, & tñ ipsa non est actus imperfectus tendens ad complementum. Dicitur cõiter, ꝙ generatio accipitur dupliciter. Vno modo pro inductione formæ substantialis in materia, vel magis propriè loquendo pro inductione formæ substantialis de potentia materiæ: & ista est in instanti, nec est motus contentus sub motu, quem Arist. hic definit. Alio modo accipitur pro alteratione præcedente istam prædictam subitam mutationem, & sic est verè motus & actus imperfectos. hæc cum dicitur. quare ergo Arist. exemplificauit de generatione

Ad secundã

Generatio capitur dupliciter.

tione post alterationem, si per illam generationem non intellexit nisi alterationem? Respondetur ad hoc, ꝙ hoc tanto fecit, quia huiusmodi alteratio, licet sit vna transmutatio: tñ dicitur alteratio in cõparatione ad qualitatem ad quam tendit: & dr generatio in relatione ad ipsam formã substantialem ad quam disponit huiusmodi qualitas: & hic exemplificauit de ea prout vtroq; modo significatur. Aliter dicunt aliqui. ꝙ illud exemplum de generatione nõ ponitur quia ibi, sed pp manifestationem: de exemplo.n. non quæritur verificatio, sed manifestatio, vt docet Com. in 2. de Anima. Et fortè voluit Arist. per hoc significare, ꝙ, si generatio, quæ distinguitur ab alijs transmutationibus, esset motus, oporteret ipsam esse actum generabilis ſm ꝙ generabile. i. dum tendit continuè & fluit ad vlteriorem gradũ: & hoc esset verum nihil.n. prohibet conditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile. Fortè autem nõ esset magnum inconueniens contra naturam, ꝙ generatio, quæ est transmutatio secundum substantiam. i. ſm formam substantialem, præcedens transmutatum animal generatum, esset verus motus, & esset actus imperfectus fluens continuo ad vlteriorem perfectionem, & hic forma substantialis reciperet magis & minus. ſ. intensionem & remissionem continuè. Et generatio, prout distinguitur a generato, esset verus motus alius ab alteratione essentialiter & ab alteratione. De hoc autem fortè alias inquirerur cum videbitur de modo, secundum quem elementa fiunt in illo.

Responsio prima.

Responsio secunda.

Comm. 67.

Generatio est ver' motus.

RESPON. AD rationes. Ad primam dico. ꝙ illud, cuius est motus quàm subiecti, dum ipsius est motus, bene est ens actu, saltem imperfecte. Et cum dr contra hoc, ꝙ motus est actua mobilis, ſm ꝙ mobile: verum est mobilis secundum ꝙ mobile, i. ſm ꝙ mouetur: non n mouetur actu formaliter nisi per motum, & sic est in actu imperfecto. Ad aliam dico, ꝙ verũ esset, si motus esset omnis actus ꝙ omne ens actu moueretur: sed non est omnis actus sed prædicto modo. Ad aliam dico ꝙ est actus imperfectus. Et cum dicitur, ꝙ nulla perfectio est perfecta: potest dici, ꝙ nulla perfectio est perfecta nec imperfecta illo esse quod ipsa dat suo subiecto, vt albedo non est alba nec perfecte nec imperfecte: tamen aliqua perfectio potest esse imperfecta & perfectibilis aliquo alio esse ab illo esse, quod ipsa dat suo subiecto. vt superficies, quæ est quædam perfectio, potest esse perfecta quãtum ad esse album, vel nigrum, similiter autem & in alijs humilibus. Cum igitur motus sit quædam perfectio, non est actus imperfectus, nec perfectio imperfecta quantũ ad esse, quod dat subiecto. i. quantum ad moueri, imo fortè mouet & non imperfecte: tñ huiusmodi actus potest esse imperfectus quantum ad aliud. ſ. quantum ad esse, quod dat terminus motus. illud.n. esse nondum habet motus nec subiectum motus dum mouetur. Vel dicatur, ꝙ motus est actua imperfectus, & perfectio imperfecta. non quidem ſm se per se, sed ratione subiecti: quia ipsum subiectum motus dum mouetur est imperfectum termino motus. & similiter vlterior perfectione ad quam tendit. Sic igitur motus est actua imperfectus & est perfectio imperfecta. i. imperfecti subiecti ſm ꝙ huiusmodi. i. dum tendit in complemẽtum, & hoc non est inconueniens. Ad aliud dico, ꝙ diuersorum bene potest esse vnus & idem actes diuersimodè, licet non eodẽ modo. Dicitur ergo, ꝙ motus vnus & idem est mouentis vt agentis vel termini à quo: & est mobilis vt subiecti, vel termini in quo subiectiuè: & sic bene est conueniens.

Nulla perfectio est perfecta.

Motus est perfectio imperfecta.

Tex. c. 6. *Diuisio autem secundum vnumquodque genus hoc quidem esse entelechia, aliud autem potentia in potentia existentis. Entelechia secundum quòd huiusmodi est motus, vt alterabilis quidem, inquantum alterabile.*

QVAESTIO III.

An Motus Definitio sit conueniens.

COnsequenter quæritur, vtrum definitio motus sit bene assignata. Arguitur primo, ꝙ non; quia implicat contradictionem, ſ. ꝙ motus sit actus, & ꝙ sit entis in potentia. nam actus entis in potentia, ſm ꝙ in potentia, est potentia: & sic motus est actus, & potentia, vt vlterius est potentia & non potẽtia, & actus & non actus. Item, quod est actus entis in potentia non est actus entis in actu, & è conuerso: sed motus est actus entis in actu probatiu: quia motus est actus eius, quod mouetur: & nihil mouetur nisi ens actu, Quinto huius. Item, si motus est actus entis in potentia ſm ꝙ huiusmodi, tunc est actus omnis entis in potentia. nam ſm ꝙ præsupponit de omni: sed consequens est falsum: quia materia est ens in potentia, & tñ motus non est actus eius. Item, si motus esset actus entis in potẽtia, ſm ꝙ huiusmodi, tunc esset actus mobilis ſm ꝙ mobile: hæc consequentia etiam conceditur in litera, & patet: quia ipsum mobile est ens in potentia, ſm ꝙ huiusmodi: sed consequẽs est falsum. quia, si motus esset actus mobilis, ſm ꝙ mobile, cum nihil possit esse actuale nisi actu, ſm quem est tale. vt nihil potest esse album nisi albedine. ergo nihil esset mobile nisi actu haberet ipsum motũ. hoc autem falsum est manifestè. Nam calefactibile erat calefactibile antequam calefieret: similiter autem & in alijs, quæ quandoque mouentur, & quandoque non, quare &c.

Tex. c. 8.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. qui sic definit motum, & Commentator vult eodem modo.

CONCLVSIO.

Definitio Motus, quia ipsum esse actum existentis in potentia, vt sic, dicitur, est conueniens.

AD quæstionem est præintelligendum, ꝙ aliquid subiectum potest tripliciter se habere ad aliquam formam. vno modo ꝙ sit in pura potentia ad ipsam, nihil penitus habens de ea. vt aqua frigiditissima nihil penitus caliditatis habet, & ideo non calefit. similiter autem & in alijs huiusmodi. alio modo potest subiectum se habere ad formam, quando perfectissimè & lumino eam habet, vt ignis habet caliditatem: & adhuc tale subiectum non mouetur ad huiusmodi formam, nec ſm talem formam vt hic tertio modo contingit ꝙ subiectum se habet ad formam generabilem, ita ꝙ habet eam sub esse diminuto & imperfecto, quasi medio modo inter potentiam puram, & vltimã perfectionem. & adhuc illud contingit duobus modis. vno modo sic, ꝙ ipsum subiectũ quiescat sub illo forma diminuta, ita ſ. ꝙ in aliquo toto tempore sit sub vno & eodem gradu illius formæ, & non fluat actu, nec tendat ad vlteriorem perfectionẽ & adhuc istud sic se habens non mouetur, vt patet de aqua tepida remoto calefaciente & sic in similibus. Alio modo ꝙ ipsum subiectum habens in se actum incompletum continue tendat & fluat ad aliquid vlteriua. ſ. complementũ vel ad vlteriorem diminutionem. ad vlterius complementum, quantum ad motum ſm quem aliqua forma intenditur: ad vlteriorem autem diminutionem, quantum ad motum remissionis, ſm quem aliqua forma remittitur. Imaginantur.n. multi, & fortè bene & subtiliter, ꝙ, cum ignis appropinquatus est aquæ. non solum inducit caliditatem continuè ipsam intendẽs & perficiens, sed etiam remittit frigiditatẽ continuè ipsam interficiendo. Vtrum autem simul tempore fiat ista intẽsio caliditatis & remissio frigiditatis vel successiuè, dubium videtur. Quidã enim dicunt, ꝙ statim, cum ignis sufficiẽter appropinquatus est aquæ, inducit aliquem gradum vel partem caliditatis, & corrumpit aliquem gradum frigiditatis, & sic continuè, ita ꝙ vnus gradus imperfectus caliditatis bene stat in aqua cum frigiditate eius remissa, & è conuerso. Alij vero creduut, ꝙ, quia contraria non possunt simul esse: caliditas autẽ & frigiditas sunt contraria: ideo non possunt esse simul vnquam in eodem subiecto, saltem ſm eandem lui partem, sed prius oportet totam frigiditatem remoueri, antequam aliquis gradus caliditatis inducatur in aqua. Et tunc ipsa aqua dispositа ꝑ destructionem frigiditatis inducitur caliditas successiue para post partem: & hoc voluit dicere Com. in illo Tertio cum dicit, ꝙ motus est generationis partis &c. vt dicetur post hoc. Quicquid tñ sit, de hoc constat, ꝙ tunc solum aliquid subiectum mouetur actu ſm aliquam formam, cum habet eam ſm incompletum & imperfectum esse, & actu fluit ad vlteriorem gradum. & hoc est ꝙ causat definitio motus: quam ponit Arist. motus est actus entis in potentia ſm ꝙ huiusmodi. i. ſm ꝙ fluit & vadit ad vlteriorem gradum: ita ꝙ ly ſm ꝙ, reduplicat illam proprietatem necessario requisitam in subiecto adhoc quòd ille actus sit motus, & dicatur motus; quamuis huiusmodi fluxus aut via seu tendentia

Subiectũ habet se tripliciter ad formam.

Intensio & remissio fiunt simul tempore.

Tex. c. 4.

non

non sit idem formaliter & essentialiter, cum actu ipso imperfecto, vt videbitur post. Tunc dico ad quæstionem, ꝙ definit o motus est bene assignata quælibet dimito est bona, cuius oēs particulæ verè connectuntur definito, & per ipsam definitum distinguntur & separatur à quocunque alio: sed

Motus, est actus entis in potētia.

ista est huiusmodi. Quòd.n. motus sit actus, iam ostensum est prius: ꝙ autem sit actus entis in potentia ostendit Arist. quia motus est actus illius, in quo semp. r inuenitur, sicut lumen est actus diaphani, quia semper inuenitur in diaphano, & non in alio: motus autem semper inuenitur & est in ente in potentia. sau ente quod est priuatum aliqua perfectione, & est aptum natum eam habere. vt calefactio semper inuenitur in aliquo, quod est priuatum aliquo gradu caliditatis, & est aptum natum eam habere similiter autē & in alijs huiusmodi, & nunquā inuenitur in aliquo alio: nunquam n. calefit aliquid nisi careat aliquo gradu caliditatis, quem sit natum recipere. Et consimili ratione pôt ostendi vltima particula. sicilla ſm ꝙ huiusmodi, intelligendo eam, vt præmissum est. nam ipse motus semper inuenitur in subiecto tendente & fluente actu ad aliquid vlterius, & nunquā in alio, vt patet ex præmissis. Verum est ꝙ Arist. illam vltimam particulam aliter declarat supponens, ꝙ quāmis aliquid vnum & idem sit actu & potentia, tñ aliud est esse actu & aliud esse in potentia. & hoc pulchrè monstrat Arist. per potentias ad contraria. quamuis.n. vnum & idem subiectum numero, puta humiditas vel sanguis habet potentiam ad sanari & ad infirmari, tñ istæ potentiæ nō sunt eadem essentialiter cum subiecto illo, quia, si posse sanari & posse infirmari essent idē cum subiectò vno omnino, tunc inter se essent eadem posse sanari &c. quia quæ vni & idem numero essentialiter sunt eadem, inter se suot eadem: & sic sequeretur, ꝙ sanari & infirmari essent eadem, eò ꝙ potentiæ vniuntur & distinguuntur ſm actus: ergo. cum hoc sit omnino inconueniens, sequitur ꝙ non sit idem alicui subiecto esse actu, & esse impotentia: quāmuis in veritate sit in potētia ad aliqueor actum. vt quamuis æs, quod est materia statuæ, sit actu æs, & in potentia ad statuam: & sic aliquid potest esse actus alicuius, vt est in potentia, & non esse actus eius ſm ꝙ est in actu. Et hoc voluit Arist habere in illa parte. Tunc arguitur. Statuificatio, quæ est quidam motus æris ad formam statuæ, aut est actus æris, inquantum est actu æs, aut in quantum est in potentia ad statuā: sed non primo modo: quia sic, motus esset. l. statuificatio esset quidditas ipsius æris. nam actus vnius cuiusq; ſm ꝙ est ens actu simpliciter est eius quidditas & forma. Vnde Com. dicit in 7. Meta. ꝙ quidditas hominis est homo ſm formam. Et vniuersaliter, si motus subsantiarū naturalium esset actus earum ſm ꝙ huiusmodi, tunc essent quidditates earum, vt concludit Comm. vt si calefactio ligni esset eius actus, ſm ꝙ est lignum, tunc esset quidditas ligni, similiter autem & in alijs: quod est absoldum. ergo relinquitur ꝙ statuificatio est actus æris inquantum in potentia i. ſm quòd fluit. quia &c. Et est notandum ſm Com. hic, ꝙ ex ista definitione motus apparet confirmatio. s. ꝙ motus omnis debet esse continuus. i. non interruptus quiete media. Si enim subiectum alicuius actus imperfecti quiesceret sub illo per aliquod tempus & non continuè fluer et ad vlterius, tunc non esset actus eius ſm ꝙ in potentia i ſm ꝙ fluit &c. sed secundum quod in actu. i. ſm ꝙ quiesceret sub illo actu: & sic ille actus non esset motus. Ad hoc igitur quòd aliquis actus imperfectus sit motus requiritur in subiecto eius continuus fluxus ad vlterius: ita ꝙ in illo nullo tpe quamdiu mouetur quiescat sub aliquo vno gradu. sed in quolibet instanti accipiat illum vel alium gradum: & sic intelligo illam continuationem, quæ apparet ex definitione motus. Sed hæc

Comm. 20.

Obiectio.

Comm. 23.

scientia videtur contradicere ipse Com. in 8. huius, vbi dicit, quod sermo Alpharabij est sermo non verus in hoc ꝙ dicit, ꝙ ex vniuersali definitione motus apparet continuitas: & sic videtur hic ipsi contradicere. Fortè diceret magister, ꝙ Com. non loquitur ex intentione propria, nec ſm determinationem, sed ſm probabilitatem: sed hoc nihil est. Et ideo dico aliter, ꝙ intentio Commentatoris in Octauo huius est, qđ. non est similiter continuitas in motu augmentationis, sicut motu locali, quia possibile est ꝙ aliquod mobile incipiat de nouo moueri localiter ad aliquod vbi, & continuè sine interpositione quietis moueatur per aliquod totū tempus ad illud vbi. Sed non est possibile. ꝙ augmentabile aliquod, incipiens moueri ad quātitatem, postquam omnino non mouebatur continuè, augeatur ꝙ totum tempus vsque ad vltimam quantitatem, quam potest acquirere per motū augmentationis: imo necesse est intercidere plures quietes inter diuersas partes illius augmentationis: non intendit negare, quin aliquæ particulæ augmentationis, quibus acquiruntur particulæ quantitatis, habeant continuitatem. & similiter est de quibuslibet alterationibus. Sic igitur Alpharabius intellexit augmentationem se esse cōtinuam eius, ꝙ augmentabile, postq̄ incæperit augmentari continuè augmentetur per totum ipsi, quousq; perueniat ad vltimam quantitatē, & non sit aliqua quies intermedia, sic est sermo non verus. Et sic patet, ꝙ in dictis Commentat. nulla est contradictio, quamuis aliqui superficialiter inspicientes commentum imponant ei contradictionem.

Comm.

RESPON.

AD primam rationem dico, ꝙ definitio non implicat contradictionem. Non.u est necesse ꝙ actus entis in potentia sit pura potentia, sed potest esse actus imperfectus modo præexposito. Ad aliā patet ex dictis. Qm̄ motus est actus alicuius, quod est in actu, non tñ inquantum est in actu, sed inquantum est in potentia modo prædicto. Patet etiam ad tertiam. Ad quartam dicendum, ꝙ motus non est actus mobilis ſm ꝙ mobile formaliter, ita quòd motus det formaliter esse mobile, sicut albedo dat esse album, sed finaliter: quia ipse motus est finis propinquus, ad quem ordinatur mobile ſm quod mobile. Et licias, ꝙ motus non est actus entis in potentia ad motum, sed entis in potentia ad terminum motus, ſm ꝙ in potentia i. dum est in potentia &c.

Et dubium autem manifestum est, quòd est motus in mobili. actus enim huius, & ab hoc: motui autem actus non alius est. oportet quidem eum esse actum virisque &c.

Tex. c. 18.

QVAESTIO IIII.

An Motus sit in Mouente.

Onsequenter quæritur. Vtrum motus sit in mouente. Arguitur primo ꝙ sic. Quia sicut se habet quies ad quiescens, sic motus ad mouens, per conuenientem similitudinē: sed quies est in quiescente, vt manifestum est per sequitur &c. Item, illud, quod denominat aliquid, non est separatum ab illo, vt albedo Socratis non denominat Platonem: sed motus denominat ipsum mouens. nam à motu dicitur aliquid mouens, vt manifestum est: quare &c. Item, nihil dat aliquem actum nisi præhabeat ipsum. hoc hꝫ à Commentatore in 12. Meta commento. 17. Omne extrahens aliquid ex potentia in actum necesse est, vt in eo sit aliquo modo illud quod extrahit: modo, constat ꝙ mouens dat ipsi mobili motum, & extrahit ipsum de potentia ad actum, vt patet in isto Tertio. quare &c. Item, motus est in illo, cuius est actus: hęc videtur manifesta. sed ipse motus est actus mouentis, vt manifestum est, & habetur hic: quare &c. Item in quo est actio, in illo est motus. nam omnis actiu fundatur in moto, vt patet in isto Tertio, & hoc vult Auctor Sex principiorum: sed actio est in agente, cum omnis actio sit in illo cuius est actus. Actio autē est actus agentis, cum sit eius finis: quare &c. Item, motus aut est in mouente tanquam in subiecto: aut tanquam in efficiente per sufficientem divisionem & concessam: sed non est in ipso tanquam in agente quia vt aliqui dicunt, motus nō habet agens per se: & hoc determinatum est in Quinto huius. quare &c.

Tex. cō. 2 a.

Oppositum igitur auctoritate Arist. hic, qui vult, ꝙ motus non est in mouente, sed in mobili. vnde dicitur esse actus mobilis inquantum mobile. quare &c.

CONCLVSIO.

Esse, Motus per se in mouente nequaquam sit, est nihilominus eo per accidens.

AD quæstionem præintelligendum est, quòd in ordine mouentium necesse est esse aliquem motorem omnino immobilem: & hoc bene demonstratum est in Octauo huius. & ideo supponatur ad præsens. Tunc potest dici breuiter

ter ad quæstionem, ꝙ motus non est in mouente per se. s. inquantum mouens. & hoc probatur, quia si sic, tunc omne mouens moueretur: quod est impossibile ſm suppositionem prædictam. & patet consequentia: quia omne illud, in quo est motus, mouetur, sicut omne illud in quo est albedo, est album. modo, si in mouēre per se est motus, in omni mouente est motus, eò ꝙ per se præsupponit de omni, Primo Posteriorum. quare &c. Item, io illo per se non est motus, quod non est per se in potentia receptiua, motus enim est actus entis in potentia, inquantū huiusmodi. & intelligitur in potentia receptiua, vt manifestum est per inductionem in singulis motibus. calefactio. n. est actus calefactibilis, qđ est in potentia receptiua caliditatis. & similiter augmentatio est actus alicuius, quod est in potētia receptiua quantitatis, & sic de cæteris, sed ipsum mouens, ſm ꝙ mouēs, non est in potentia receptiua, sed magis actu & in potentia activa. vnde in Tertio huius dictum est, ꝙ semper existimabitur aliqua species mouens. quare &c. Sed. est intelligēdum, ꝙ licet motus non sit in mouente per se, inquantum est mouens, tñ bene potest esse in mouente per accidens: quia aliquod mouens est in potentia ad aliquem actum recipiendum, & ad ipsum transmutatur ab aliquo alio: sed hoc inest ei, non inquantū mouens, sed inquantum mobile. Sicut Sol, qui mouet ista inferiora ad caliditatem existēs sub vno vbi, est in potentia receptiua alterius vbi. vt existens in meridie est in potentia receptiua ad vbi occidentis. Similiter autem in multis alijs. Item, non solum aliquod mouens mouetur & habet in se motum, sed etiam aliquod mouens mouetur ab illo, quod mouet. i. cum ipsum mouens & suum motum sunt sibiinuicem contraria, & talia sibiinuicem appropinquantia mutuo agunt & patiuntur propter cōmutationem in materia & contrarietatem, vt patet in 1. de Generatione.

Tex. cō. 87.

Monens aliquod mouetur à moto.

Tex. cō. 87.

RESPON. AD primam rationem dico, ꝙ in hoc est simile: quia sicut quiescens significat per modum actiui, sic & monens & è conuerso. sed dissimile est in hoc, ꝙ ipsa quies, cum sit quædam priuatio, non cōpatatur propriè ad aliquid, vt ad efficiens, sed solum, vt ad subiectum: motus autem est effectus positiuus, & potest comparari ad aliquid non solum tanquam ad subiectum, sed tanquam etiam ad efficiens, & sic comparatur ad ipsum mouens. Aliter dicunt aliqui, & dicunt, ꝙ quiescés potest accipi dupliciter. vno modo pro eo, quod quiescere facit, & sic est conueniens similitudo: sed & minor est falsa. qnies. n. non est in quiescente. i. in illo, qđ quiescere facit, alio modo pro eo, quod quiescit, & sic non est conueniens similitudo maioris: & minor sic est vera. & ideo non valet ratio. Ad aliud dicitur, ꝙ non oportet illud quod denominat aliquid esse in eo, vt in subiecto, sed sufficit ꝙ sit in eo, vt in suo agente. vt dicimus ꝙ color est visus, & lapis est intellectus. i. cognitus ab intellectu: & in ipsa visio non est formaliter & inhæréter in colore, nec intellectio in lapide. modo ipsa actio bene est in agente tanquā in suo efficiente. ideo &c. Ad aliud dico, quòd aliquid præhabere actum quem dat, siue quem extrahit de potentia, debet intelligi dupliciter. vno modo formaliter, i. quòd sit informatum simul actu, sicut est cum calidum calefacit. & sic est in huiusmodi generationibus vnuocis. alio modo virtualiter. s. ꝙ habet virtutem actiuam per se determinatam ad huiusmodi actum educendum, & hoc sufficit. sic autem bene habet mouens ipsum motum: quare &c. Et hanc distinctionem innuit Com. 12. Meta. commento prælegato. Ad aliam dico, ꝙ motus est actus mouentis, vt efficientis, non vt subiecti. Ad aliud potest dici, ꝙ actio non est in agente formaliter & subiectiuè. i. tanquam forma in subiecto suo, cui inhæret: sed solum effectiuè, vel finaliter. i. tanquam in efficiente, vel tanquam in suo fine propter illa, quæ primaria intentione agunt propter se, & similiter conceditur motus esse in mouente. Sed quidam dubitant hic multum subtiliter, vt mihi videtur. Quia, si actio non est formaliter & subiectiuè in agente, sed in patiente, oportet ꝙ det ei aliquod esse. inutile. n. videtur, ꝙ aliquod accidens sit forma inhærens alicui subiecto, & tamen non det ei aliquod esse, nec substantiale nec accidentale, nunc autem ipsa actio non dat aliquod esse ipsi passo, sicut patet inducendo, non. n. dat ei esse agens: quia ipsum passum nō est agens respectu illius formæ, respectu cuius est receptiuum. & ideo actio illius formæ, qua agitur ipsa forma, non dat esse agens ei, nec dat ei esse patiens, vt manifestum est, nec aliquid aliud, nec mouere, nec moueri. Item, aliquis argueret: quia actio denominat agens: ergo est in ipso. Et, si dicas, ꝙ verum est, tanquā efficiente. Contra hoc est: quia similiter passio est in agente, tanquam in producente: & ideo deberet ipsum denominare, si ille modus essendi sufficeret ad denominationem: consequens autem est falsum nam passio non denominat ipsum agens, vt manifestum est per se. quare &c. Ad primū potest dici ad præsens, ꝙ actio dat ipsi passo aliquod esse. s. esse actuatum vel actuatum: sed bene verum est, ꝙ hoc modo dat ei agens effectiuè. Vel dico, ꝙ dat ei esse subiectum actionis, & istud non est esse agens, nec esse patiens formaliter. Inquiratur melius veritas de isto: quia bene dubium est & a paucis consideratum, vt videtur. Ad aliud dicitur communiter, ꝙ actio denominat agens, non quia sit in ipso formaliter & inhærenter sed effectiuè, nec est simile de passione: quia ipsa non est immediatè ab agente, sed mediante motu & actione. Et adhuc remanet difficultas multiplex. Primo quia dicitur cōiter, ꝙ motus est immediatè subiectum actionis & passionis, ſm ꝙ dicit Com. & videtur velle Aristo. in litera. ergo motus est prior naturaliter actione & passione. liquidem subiectum natura prius est accidēte, ergo ipse motus prius producitur ab agēte quàm actio & passio: & sic actio non est effectus omnino immediatus respectu agentis: & tñ dicitur denominare ipsum ꝓpter hoc, quia ipsa est ab eo, vt ab agente, parr ratione passio denominabit ipsum agens, cum sit ab eo effectiuè. Præterea. Si pro tanto actio denominaret ipsum agens, quia sic est immediatus effectus ipsius agentis, tunc visio non denominaret colorem, cum non sit eius immediatus effectus, sed mediante specie ipsa, quam prius dr efficere in ipso visu: imo etiam visio deberet magis denominare speciem coloris, quæ ſm aliquos est immediatum principium per se actiuum visionis. similiter autem & in alijs. hæc autem sunt falsa: quia dicimus, ꝙ color est visus, seu visu cognitus: non autem dicimus, ꝙ species coloris informans visum sit visa saltem visione coloris: quare dubium remanet, & difficultas nō parua, quomodo & quare actio denominat ipsum agens, & nō sit in eo subiectiuè. Propter hoc dicunt aliqui, licet pauci, ꝙ actio secundum se & ſm suam formam non denominat ipsum agens, sed ſm causalitatem quam habet super actionem: ita ꝙ ipsa causalitas est illud qđ prædicatur denominatiuè de agente. vt, cum dicimus ignis est calefaciens, ipsa essentia calefactionis non denominat ipsum ignem, sed causalitas quam habet super calefactionem. ita quòd sensus est ignis caletacit. i. ignis est principium & causa calefactionis. Et hæc vtiq; causalitas bene est in ipso igne subiectiuè, & sic deberent intelligi omnes istæ prædicationes, & hoc fortè est melius. Inquirant subtiles distinctiui propinquarum intentionum Et posset rationabiliter dici ſm istam viam, ꝙ actio non denominat agens formaliter, sed terminatiuè, & in obliquo. vnde dicere, ꝙ aliquod est tale ens, regulariter est dicere, ꝙ est efficiens caliditatem, vel causa agens caliditatis. Item potest dici, ꝙ actio dat ipsi passo hoc esse, quod est actuari, vel actuari principaliter. & istud esse non remanet in ipso nisi quandiu habet actionem, & agente præsente. sed actuatum esse in facto esse bene remanet in absentia agentis. Ad aliud dico, ꝙ imo ipse motus bene dependet ab agere pee se, sicut probatum fuit aliàs. Et patet faciliter: quia omni potentiæ p se actiuæ correspondet potentia passiua & è conuerso, vt omnes concedunt, & habetur satis ex 5. Meta. nunc autem aliquid est in potentia per se receptiua ad motum, vt patet de materia prima; quia ipsa est natura quædam. natura autem est principium & causa per se mouendi & quiescendi primum & non ſm accidens. constat autem, ꝙ materia prima nullam aliam causalitatem primo & per se potest habere super motum nisi causalitatem receptiui & subiecti, vt patet cuilibet intelligenti principia Aristi. quare &c. Et cum dicitur, ꝙ hoc est determinatum in Quinto huius. s. quòd actio, & passio, & motus non habent agens per se: dico, ꝙ hoc nunquam demonstratum est ibi, imo neque dictum est ab Aristi. nec à Com. & hoc patet inspicienti diligenter literam Aristo. & Com. bene tamen ibi demonstratum est ꝙ motus, ſm ꝙ motus, non fit per se terminus

Dubium primum.

Dubium secundum.

Dubium tertium.

Dubium quartum.

Responsio: Ad tertiū.

Actio denominat agēs secūdū causalitatem.

Ad quartū Motus depēdet ab agēte per se. Tex. cō. 1

Obiectio. Responsio.

minus motus, neque etiam actio nec paſsio. ſed ex hoc non ſequitur, q̃ motus nullo modo dependeat à motore tanquã à cauſa efficiente ſeu agente. Sed inter aliquis argueret ſic.

Alia obiectio.

Omne, quod fit ab agente per motum & trãſmutationem. eſt per ſe terminus motus: hæc eſt nota de ſe. ſed omne qđ fit ab agente per ſe fit ab ipſo per motum & transmutationem, vt videtur omnes concedere, præcipuè ſi fit de nouo ab agente per ſe. Ad iſtud poſſet dici, per ſorte emptionem maioris: quia relatio noua fit in aliquo ſubiecto per motũ & transmutationem. vt ſi quis transmutatur ut ad albedinem, quam prius non habebat, certum eſt, q̃ ab illo agente fit ſimilis alteri albo & per motũ illum aliquo modo: quia nunquam fieret eſſe ſimilis ſine motu. Ad minorem etiam dico, q̃ de numero eorum, quæ ſunt ab agentibus per ſe duo ſunt genera. quædam. n. ſunt, ad quæ ſubiectum paſsiuum nõ eſt ſumme diſpoſitum, immo habet cõtrariam diſpoſitionem ad illa, vt igne appropinquato aquæ, ipſa aqua non eſt ſumme diſpoſita ad caliditatem perfectam, immo habet contrariam diſpoſitionem: & talia forte ſunt ab agentibus mediantibus motibus & tranſmutationibus ſubiectorum, ita, ſcilicet q̃ agente appropinquato paſſo non ſtatim recipiũtur ab agente non paſſo, ſed oportet eſſe tempus medium & motum in tempore. Quædã verò ſunt, ad quæ ipſa ſubiecta, ſiue paſsiua ſtatim ſunt diſpoſita ſufficienter, & non habent diſpoſitionem contrariam ad ea, ſicut diaphanum ad receptionem luminis: & talia bene fiunt ab agente per ſe nõ mediante motu medio, ita q̃ inter inſtans appropinquationis ad paſſum, & introductionem talis effectus non eſt aliquod tempus medium neq; motus tempore menſuratus. vt contingit in lumine & diaphano præſente corpora lumino ſo. nunc autem ipſum mobile ſic ſe habet ad motum, q̃ eſt ſumme diſpoſitum ad ipſum, & non habet contrarietatem ad ipſum neq; diſpoſitionem propriè contrariam, ſed priuationem, ſ. quietem præcedentem & ideo ſtatim præſente motore ipſi mobili ſit motus, ſi aliquid non prohibeat aut deficiat. Nec oportet eſſe tempus medium inter primum inſtans appropinquationis motoris ad mobile, & receptionem ſeu productionem motus: dum modo ipſe motor ſit ſufficienter expeditus ad mouendum. De hoc autẽ inquire vſque ad fundamentum, vt inuenias veritatem. vẽ. n. omnino irrationabile q̃ motus nullam habeat agens per ſe, præcipuè cum in motoribus ſeparatis idem ſit cauſa motus ſecundum finem & ſecundum agens, vt docet plane Commentator in 12. Meta. & in de Subſtantia Orbis.

Comm 36.

Tex. c. 28.

Omnino autem dicere eſt neque actio cum doctrina, neque actio cum paſſione idem propriè eſt, ſed cum ſunt hæc motus quod enim huius in hoc, & quòd huius ab hoc actũ eſſe ratione alterum.

QVÆSTIO. V.

An actio & paſſio ſint duo diuerſa ac diſtincta prædicamenta.



Conſequenter quæritur, Vtrum actio & paſſio ſint diuerſa & diſtincta prædicamenta. Arguitur primo q̃ non: quia quę ſunt vnũ numero non ſunt diſtincta prædicamenta; cum prædicamenta differant ſm̃ ſuas quidditates: modo actio & paſsio ſunt vnũ numero, quia ſunt vnus motus. vt patet in litera quare &c. Irẽ, ſicut ſe habet habere ad haberi, ſic agere ad pati, per eommenientem ſimilitudinem: ſed habere & haberi non ſunt diuerſa prædicamenta, vt patet 5 Meta & in Prædicamentis. quare &c. Item, ſicut ſe habet agens & patiens, ſic actio & paſsio, vt patet per cõuenientem ſimilitudinem: ſed agens & patiens ſunt in eodem genere, vt patet. 1 de Generatione. quare &c. Item, illa quibus aliquid eſt prius, non ſunt prædicamenta, nec per conſequens diſtincta prædicamenta: quia prædicamenta ſunt prima rerum principia, vt dicit Porphyrius. ſed ipſa actione & paſsione aliquid eſt prius, vt motus & mobile, vt patet in iſto Tertio. quare &c. Item, in vnoquoq; genere eſt aliquid vnum primum, quod eſt metrum & menſura omnium aliorum, vt habetur. 10. Meta. ſed in actionibus non eſt aliqua prima, quæ ſit metrum & menſura omnium aliarum, vt vẽ per inductionem. vel ſi eſt aliqua, detur quæ ſit. & ſimiliter in paſsionibus. Item, illa, quæ non differunt ſecundum diuerſas dictiones ſyncategorematicas, non ſunt diuerſa prædicamenta: quia diuerſa prædicamenta debent eſſe diſtincta realiter ſecundum ſuas quidditates, & per ſe: quod non habent illa, quæ non ſolum diſtinguuntur ſecundum diuerſas rationes ſyncategorematicas. Nunc autem actio & paſsio ſolum diſtinguuntur ſecũdum diuerſas rationes ſynca. vt videtur velle Ariſt. in litera. nam actio eſt motus huius, vt ab hoc, & paſsio eſt ipſe motus huius, vt in hoc: & ſic non differunt niſi ſecundum illas dictiones ſynca ab inuicem. quare & c. Item, omnis forma prædicamentalis dat aliquod eſſe ſuo ſubiecto, vt quantitas eſſe quantum, & qualitas eſſe quale. & relatio eſſe relatum: ſimiliter autem & in alijs. modo ipſa actio non dat ipſi ſubiecto aliquod eſſe: quia actio eſt in agente, vt in ſubiecto. modo ipſa non dat ipſi agenti aliquod eſſe, vt videtur inducendo. quare non eſt forma prædicamentalis, & per cõſequens actio & paſsio non ſunt diſtincta prædicamenta.

Tex. c. 23. & 26.

Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſt. in Prædicamentis, & in Quinto Metaphy.

CONCLVSIO.

Actio & paſsio, licet in motu idem ſint, tamen diuerſa ſunt prædicamenta.

AD quæſtionem eſt intelligendum, q̃ prædicamentorum dupliciter poſſet accipi. vno modo, pro coordinatione Prædicabilium ſecundum ſub & ſupra, & ſic non intendimus hic de prædicamento. alio modo pro generaliſſimo & communiſſimo talis coordinationis. vt ſubſtantia dicitur prædicamentum, i. generaliſſimum & cõmuniſſimum, dictum vniuoce de omnibus ſubſtantijs, & qualitas de omnibus qualitatibus. Vbi etiam conſiderandum eſt, q̃ ad hoc q̃ aliquid ſit prædicamentũ ſecundo modo requiruntur multa. Primo requiritur, q̃ illud habeat de ſe multa diuerſa ſm̃ eſſentias & quidditates, quia aliter non eſſet genus, nec per conſequens genus generaliſſimum: genus. n. continet diuerſas ſpecies, & conſtat quòd diuerſæ ſpecies differunt ſm̃ quidditates, & eſſentias proprias vt patet in 2. Poſte & omnes cõcedunt. Secundo requiritur, q̃ habeat aliquem modum eſſendi cõem in omnibus illis ſpeciebus, aliqualiter vniuocum & conſimilem. nam aliter non eſſet vnius rationis generalis ad omnia illa, & ſic non eſſet genus. vnus. n. cõceptus ſumitur ab vno modo eſſendi. Et tertio requiritur, q̃ ille modus eſſendi non habeat aliquem alium modũ eſſendi communiorem & vniuocum, ad quem reduceretur quia, ſi haberet, tunc eſſet aliquod vniuocum communius illo, & ſic non eſſet generaliſſimum, cum haberet genus ſupra ſe communius: generaliſſimum autem eſt ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus, ſecundum Porphyrium.

Ad eſſe prædicamẽti requiritur.

Concluſio reſpõſiua.

Tunc dico ad quæſtionem, q̃ actio & paſsio ſunt diuerſa prædicamenta. quia illa ſunt diuerſa prædicamenta quorũ quodlibet habet ſub ſe diſtincta ſm̃ quidditates, & vnumquodq́ue habet modum vnum eſſendi cõem & vniuocum non habentem aliquem modum communiorem priorem & vniuocum: hæc. n. requiruntur ad hoc & ſufficiunt q̃ aliqua ſint diſtincta prædicamenta, ſed actio & paſsio ſunt huiuſmodi. nam actio continet diuerſas actiones ſpecie differentes, vt actionem corporis, & actionem animæ. & actio corporis cõis eſt multis actionibus differentibus ſm̃ quidditates, vt eſt calefacere, & infrigidare, & ſiccare, & vrere, & ſic de alijs, ſimiliter habet de ipſa paſsione, vt manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. Sed ipſa actio habet vnum modum cõem omnibus actionibus, ſ. eſſe illud, à quo ſubſtãtia denominatur agens. iſte modus eſſendi non reducitur ad aliquem modum communiorem vniuocum, niſi quia fingeretur. Similiter paſsio habet vnum modum cõem omnibus paſsionibus, ſ. eſſe illud, à quo ſubſtantia denominatur patiens: & iſte modus eſſendi cõis non habet aliquem modum communiorem vniuocum & conſimilem cum modo actionis & aliorum prædicamentorũ. quare &c. Et eſt conſiderandum breuiter, q̃ licet actio & paſsio fundentur in eodem motu ſm̃ numerum, tamen hoc eſt ſecundum diuerſas rationes formales: nam ipſe motus eſt ab agente effectiuè, & recipitur in mobili tanquam in ſubiecto. In ipſo igitur motu, prout eſt ab ipſo mouente effectiuè, fundatur actio. ita quòd actio eſt quidam modus eſſendi realis, fundatus & exiſtens

existens in motu prout est ab agente vel mouente. Passio verò fundatur in motu prout est & recipitur in mobili: ita ꝙ ipsa passio est quædam proprietas fundata in motu, inquantum recipitur in mobili & sic actio & passio non sunt vna res formaliter & quidditatiuè. sed solù materialiter & subiectiuè: Et hoc significauit Arist. in litera cù dixit, neq; actio cum passione idē propriè est, sed eiusdem hæc motos: ꝙ.o. huius in hoc ei ꝙ huius ad hoc actum esse rationē alterum est. & intendit per rōnem non solum conceptum

Actionis passionis idditas. animæ rationalis, sed definitionē quidditatiuam. Verum est ꝙ aliqui imaginantur parum aliter de quidditate actionis & passionis. dicunt. n. ꝙ ipsa actio est formaliter productio ipsa motus, & agere formaliter nihil aliod est q̄ producere vel efficere motum: passio verò est idem formaliter cum ipsa receptione motus in mobili. Quicquid tñ sit de hoc constare debet, ꝙ actio & passio sunt res distinctæ formaliter & quidditatiuè, ita ꝙ nec sunt eadem essentialiter cum motu, nec sibijnuicem, sed solù materialiter & subiectiuè.

RESPON. TVnc ad rationes. Ad primā patet ex dictis, quia actio & passio non sunt vnum nomen formaliter & essentialiter, sed per accidens, & sm subiectum: & hoc modo omnia prædicamenta sunt vnū numero, quia sunt in vno subiecto numero, vt in Socrate. Ad secundam dōr responderi, ꝙ est simile quantum ad voces & modos significandi grāmaticales, sed dissimile est: quia habere & haberi non dōr vniuoce, sed multipliciter, vt patet ex Post prædicamentis. Ad tertiam dicn, ꝙ agens & patiens possunt accipi dupliciter. vno modo potest accipi agens formaliter, sm ꝙ agens, & similiter patiens sm ꝙ patiens, & sic non sunt in eodē genere. alio modo possunt accipi quantum ad formas, à quibus proceedit actio & passio, quæ quidem formæ sunt sibijnuicē contrariæ, vt caliditas & frigiditas, & sic de alijs. & hoc vtique modo agens & patiens sunt in vno & eodem genere, & sic non est simile. Ad quartam dico, ꝙ illa, quibus est aliquod cōe vniuocum, non sunt distincta prædicamenta, vt homo & asinus: sed illa, quibus est aliquid prius, tanq̄ causa, bene possunt esse distincta diuersa prædicamenta. sic. n. substantia est prior prædicamētis accidentium. & sic est in proposito. ipsa. n. actione & passione nō est aliquid prius vniuoce prædicatū de eis & essentialiter, sed bene est aliquid prius tanquam principium & causa. s. obstantia motoris & mobilis, & iple motos, cui hæc infunt. Ad quintam potest negari minor. quia actio primi agentis. s. primi motoris, est prima omnium actionum ordine dignitatis, & quodam modo mensura omnium aliarum. Et similiter passio primi mobilis. s. receptio eius à motore, fortè est prima oīum passionum: Vel sm aliquos ipsa passio intellectus ab intelligibili: de quo tibi inquirendum relinquo. Ad sextam dico quòd actio & passio non solum distinguuntur sm conceptus importatos per illas distinctiones syncathegoreumaticas, sed distinguuntur ab inuicem, & à motu formaliter & quidditatiuè: bene tamen verum est ꝙ istorum distinctio circunscribitor per istas dictiones syncat. ab inuicē. Nam actio fundatur in motu, vt est ab agente & passio fundatur in motu vt est in mobili: ideo &c. Ad septimum patet ex dictis: & vide alibi.

QVAESTIO VI.

An Motus sit essentialiter idem cum termino ad quem.

Consequenter quæritur. Vtrum motus sit eiusdem essentiæ cum termino ad quem tendit. Arguitur primo ꝙ non. quia illa nō sunt vnius & eiusdem essentiæ vel eadem essentialiter, quorum vnum deficit & corrumpitur adueniente altero; hæc videtur manifesta. sed motus deficit aduenientе termino ad quem, Tex. cō. 55. vt manifestum est ad sensum, & habetur ex 1. de Generatione. quare &c Item, permanens nō est eiusdem essentiæ cum successiuo, vt manifestum est: sed motus est quid successiuum, cum mensuretur mensura successiua. s. tempore, vt patet in Quarto huius, terminus autem motus est quid per- Tex. c. 102. manens s. qualitas, quantitas, & vbi, & substantia. quare &c. Tertio. Item, si motus localis esset eiusdem essentiæ cum vbi ad quod tendit, tūc sicut motus localis calefacit, vt patet ad sensum, Tex. c. 42. & habetur in 1. Meteororum, & Secundo cœli, sic etiam ipsum vbi calefaciet: quod tamen nullus dicit. & patet consequentia. quia, cum aliqua sunt eiusdem essentiæ specificæ quæcunq; per se operatio cōpetit vni illorum & alteri. Irē, si sic, runc motus circularis & rectus esset eiusdem speciei: quod vīr absurdum & patet consequentia: quia ad vnum & eundem terminum sm speciem contingit puenire per motum circularem, & per motum rectum, vt ad idem vbi per chordam & arcum. modo, quæcunq; vni & eidem essentialiter & specificè sunt eadem, inter se sunt eadem: si igitur ambo isti motus sunt ijdem sm speciem cum termino isto, qui est vnus sm speciem, sequitur, quòd huiusmodi motus erunt ijdem sm speciem inter se: quod videtur incōueniēs. quare &c. Item, si sic, motus naturalis & violentus erunt ijdem sm speciem. nam ad eundem terminum sm speciem mouetur aliquid motu naturali, & aliquid violēto: grauе n. naturali motu mouetur ad vbi deorsum, & leue motu violento mouetur ad ipsum vbi deorsum. quare &c. Item si sic, tunc voum contrariorum in esse perfectissimo esse posset simul cum alio contrario in eodē subiecto: quod est impossibile manifestum, vt ꝙ caliditas in summo esset simul cum frigiditate. Et probatur consequentia: ponamus, ꝙ aliquod graue sit in loco simpliciter sursum, sicut contingit cum aliqua pars ignis existentis in concauo cœli, generatur ex aliquo generante, quod facit ex ea aerem, aut aliud corpus graue simpliciter, vel in respectu: & huiusmodi graue moueatur versus centrū ad vbi deorsum: tunc habebit vbi sursum in sua vltima perfectione, quia ponitur in loco simpliciter sursum & habebit cum hoc vbi deorsum, quia ponitur moueri ad ipsum: & motus ponitor eiusdem essentiæ cum suo per se termino. quare &c. Item generatio est terminus alterationis 2. huius. & in sexto. sed generatio non est idem essentialiter cum alteratione, vt oēs concedunt. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. qui vult, ꝙ motus Tex. cō 64. non est aliud præter res ad quas est motus, vt patet in illo Tex. c. 46. tertio & in quinto, vbi vult, ꝙ motus denominetor à termi Tex. c. 4. no ad quem, non a termino à quo: quod non videtur esse Tex. c. 9. nisi ratione identitatis essentialis, quam habet cum ipso motu. quare & cætera.

CONCLVSIO.

Motus sm quod pro forma minus pfecta à magis perfecta differens sumitur, essentialiter idem est cum termino ad quem, vt verò fluxus quidam est, ab illo diuersus essentialiter est.

Motus capitur duplici ter.

ADquæstionem intelligendum est, ꝙ sicut cōiter dicitur, & accipitur à Cōm. motus potest accipi dupliciter. Vno modo prout non differt à termino ad quem est motus, nisi sicut magis perfectum, & minus perfectum: & hoc modo describit Comm. motum, ꝙ est generatio vnius partis post aliam partem illius perfectionis, ad quam tendit motus donec perficiatur, & fit io acto. Alio modo accipitur motus pro fluxu continuo huius formæ, quo fluit & vadit ad aliquid vltrius. Et dicit Com. ꝙ prima opinio est verior. s. quæ ponit motum esse formam imperfectam & fluentem. Alia autem opinio est famosior. s. ꝙ motus est fluxus, & via quædam huius formæ ad aliquid vltrius acquirendum. Et tunc dicendum, ꝙ motus primo modo sumptus est eiusdē essentiæ cum termino ad quem vadit, secundo modo non. Primum ostenditur: quia forma, quæ non differt ab alia nisi sm magis perfectum & minus perfectum, non differt ab ea sm essentiam specificam, vt albedo pfectior & minus perfecta, similiter autem & in alijs: hæc cōiter conceditur: sed motus & terminus ad quem est motus nō differunt nisi sm magis perfectum & minus perfectum, capiēdo motum pro forma, quæ fluit, vt etiam cōceditur. quare &c. Et intelligo, de maiori & minori perfectione accidentalibus non essentialibus & per se, tales. n. formæ quæ differunt sm maiorem & oobiliorem perfectionem & minorem, loqoendo de essentiali perfectione bene sunt diuersæ sm speciem. Item, ratio Arist. est ad hoc. Omne illud, sm quod aliquid mouetur, est eiusdem essentiæ cum ipso motu secundum quod dico, formaliter & intrinsece. sed omne qđ mouetur vel mouetur secundum substantiam, si ad substantiā est motus, vel secundum qualitatem, vel sm quantitatem, vel secundum vbi: ergo omnia illa sunt eiusdem essentiæ cum ipso motu: hic autem sunt termini motuum, vt manifestum est. quare &c. Secundum probatur ab aliquibus sic: via ad terminum

non

non est eiusdem essentiæ cum illo termino: hæc recipiuntur pro manifesta sed motus, qui est fluxus formæ, est via ad ipsum terminum ad quem, vt manifestum est: quia mediante huiusmodi fluxu mobile peruenit vsque ad terminum ad quem. quare &c. Item, Com. vult intendere, q ipse fluxus formæ, qui est motus fm opinionem famosiorem, est de genere passionis: & hoc fortè verum est quantũ ad sui receptionem in mobili. passio. n. formaliter est ipsa receptio, vt dr. Vnde, & virtus passiua dr receptiua, vt patet ex 2. & 3. de Anima & 1 de Generatione. sed terminus motus est de genere substantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis, vel vbi. & talia non sunt eiusdẽ essentiæ & quidditatis, vt patet in 5. Phisic. q autẽ ipse fluxus formæ fluentis sit passio, capit Com. ex Prædicamentis & hoc fortè solum innuitur ibi ab Arist. cap. de Facere & Pati, vbi exemplificat de pati, sicut calefieri & huiusmodi. Et aliqui nituntur probare hoc per hoc. Quia illud est passio, quo aliquid denominatur patiẽs: hoc est notum. sed ab ipso fluxu quid denominatur fluens, & hoc est esse patiens. Et hæc probatio non videtur multum fortis, nec sufficiens. quia æqualiter est ignotum. q esse fluẽs sit esse patiens, sicut q fluxus sit passio. Aliqui autẽ dicunt, q fluxus ipse, vt est quid continuum, est de genere quantitatis: & fortè est tempus secundario dictum, sed de hoc videbitur in Quarto, si Deus voluerit. Sed dubium est de motu locali, quomodo sit idem cum termino ad quem. Ponamus. n. q ignis eatlens in loco deorsum moueatur sursum, manifestum vr esse, q nondum habet aliquid de vbi sursum simpliciter, cum nondum contineatur in loco sursum simpliciter, & tamen mouetur sursum. Et similiter, si graue eatlens sursum in sphæra ignis moueretur ad vbi deorsum continuè: & tamen nondum habet de vbi deorsum, nec perfectè, nec imperfectè: cum nondum coasmeatur in loco deorsum, & vbi prouenit ea circumscripsinne loci. Forte dicendum, q talis motus, si esset, non esset idem fm speciem cum termino ad quem, sed esset idem, essentialiter fm genus. Nam in eodem genere sunt vbi sursum & vbi deorsum, & hoc sufficit. quia, cum in maiori parte sic se habet, q motus, qui est forma fluens, est idem fm speciem cum termino ad quem. Sic est consuetum simpliciter respondere.

Dubitatio.

Responsio.

RESPON. AD primam rationem patet ex dictis. motus. n. qui est fluxus formæ, bene deficit adueniente termino ad quem: sed actus imperfectus, qui recipitur à motore immobili, nõ corrumpitur, sed perficitur. nec sequitur ex hoc, q duo accidentia eiusdem speciei, solum numero diuersa, sint simul in eodem subiecto: quia huiusmodi actus imperfectus, & terminus ad quem non sunt diuersa numero, immo suus vnus, eo q ipse terminus ad quem extrahitur de potentia subiecti habentis in recipium actum imperfectum. & tunc totum est vnus actus magis completus & perfectus. Aliquibus tamen videtur, q ficus fluxus præcedens terminum ad quem deficit aduenientе huiusmodi termino, sic etiam actus imperfectus deficit: & ideo nõ intelliguntur, quòd huiusmodi motus sit eiusdem essentiæ secundum numerum cum termino ad quem, sed solum eiusdem secundum speciem, quicquid autem sit de hoc verũ, bene dubium mihi videtur, sed quo ad præsens non determino.

Actus imperfectus & terminus ad quem sunt idem numero.

Ad secundam patet ex dictis per distinctionem. Motus enim pro fluxu est quid successiuum, & sic non est eiusdem essentiæ cum suo termino ad quem.

Motus localis calefactio per accidens.

Ad tertiam dicunt aliqui, q, si motus localis calefacit, hoc non est nisi per accidens, ratione & virtute corporis naturalis, in quo fit motus: & cuius est motus, vt habet vide 1 super primum Meteorotum. Vel, si per se calefacit. hoc est quatum ad ipsum fluxum ipsius mobilis de vno vbi ad aliud vbi: per quem quidem fluxum rarefacit & disgregat materiam subiectam, & sic calefacit, & huiusmodi fluxus nõ est eiusdem essentiæ cum ipso vbi, ad quem est motus.

Ad quartam dico, q motus rectus, & motus circularis, qui fuos ad vnum & idem vbi, bene sunt eiusdem essentiæ quantum ad vbi fluentia, quantum ad ipsos fluxus, quorum vnus est rectus & alius circularis, non sunt eiusdẽ essentiæ, præcipuè inquantum rectus & circularis. Alij dicunt, q motus circularis oonquã terminatur ad vnum & idem vbi formaliter, sed solum materialiter & subiectiuè: & ideo non oportet q sint sibimuicem idem formaliter & essentialiter.

Ad quintam dico, q motus naturalis, & motus violẽtus eiusdem corporis naturalis non sunt eiusdẽ essentiæ & speciei inter se, vt motus lapidis sursum & motus eiusdẽ deorsum. sed motus naturalis vnius corporis, & violentus alterius corporis bene possunt esse eiusdem speciei, & sic est in proposito. Aliter dicitur, q non est vnum & idem vbi formaliter, quod terminat motum naturalem, & quod terminat motum violentum, sed solum est vnum & idem materialiter, vel subiectiuè: & ideo non sequitur illos motus esse eosdem essentialiter, & specifice. Sed bene est occultum quomodo sit aliud vbi deorsum, ad quod mouetur graue secundum naturam, ab illo vbi deorsum, ad quod mouetur leue secundum violentiam, cuius locus deorsum non sit alius & alius secundum speciem.

Ad sextam potest dici, sicut prius dictum est, q sis idem genere, non specie specialissima. Alij dicerent, q neganda est consequentia. & ad probationem dico, q imaginatur vnum falsum impossibile, s q aliquod graue sit in loco simpliciter sursum, & habeat vbi sursum simpliciter, & moueatur ad vbi deorsum: quia statim, cum aliquid est graue, impossibile est, q sit in loco simpliciter sursum: immo, si aliquid leuissimum, quod nunc est in loco sursum, simpliciter fiat graue vel minus leue, quantum amittit de leuitate, tantum perdit de vbi sursum: & sit in vbi non simpliciter sursum: & cum illo bene stat vbi deorsum aliquo modo, imperfectum & in respectu. Vel posset dici, q, si graue simpliciter sub concauo orbis Lunæ esset & moueretur ad vbi deorsum, non esset violentus motus à principio vsq; ad finem, sed esset vnus motus per totum spatium ignis vsq; ad aerem, & terminus illius motus esset aliquod vbi sursum simpliciter non omnino perfectum, sed & alius motus per spatium aeris, & illius motus terminus esset aliquod vbi sursum in respectu, licut debetur aeri. Et alius motus esset per aquam, & terminus illius esset aliquod vbi in respectu vbi deorsum. Alius autem motus esset per spatium terræ, suppositio quòd deberet venire ad centrum: & illius motus terminus esset vbi deorsum simpliciter, & sic in quocunque illorum motuum terminus ad quem est eiusdem essentiæ cum motu præcedente.

Graue non põt esse sursum simpliciter.

Ad septimam de generatione, dico, q generatio non est terminus extrinsecus & immediatus alterationis, sed magis qualitas, qua disponitur materia ad formam. Est autem generatio terminus extrinsecus & mediatus: & de tali non intelligitur q sit eiusdem essentiæ cum motu, sed de termino primo & immediato.

Signum. n quòd huius Scientiæ propria consideratio de ipso est; omnes enim, qui videntur rationabiliter testigisse huiusmodi Philosophiam, fecerunt verbum de infinito &c. Tex. c.25.

QVAESTIO VII.

An Infiniti consideratio ad Naturalem spectet.

CONsequenter quæritur circa cap. de infinito, Primo, vtrum ad Naturalem Philosophum pertineat eo considerare de infiniso. Arguitur primo q non, quia de non ente considerat scientia, 5 Posterio. sed infinitum est non ens, ex illo Tertio, & 1. Cœli & Mundi. quare &c. Item, de eo, quod est ignotum, non considerat Scientia naturalis: hæc est manifesta, quia consideratio est quædam notitia, sed infinitum est ignotum, vt dicit Philosophus Primo huius, quare &c. Item, Naturalis considerat de entibus naturalibus & eorum principijs & per se accidentibus, vt patet ex Primo huius, & Tertio. sed infinitum ostium horum est, cum sit non ens. quare &c. Tex. c.33.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. qui considerat hic de infinito. Tex. c.11. Tex. c.x.

CONCLVSIO.

Infinitum, secundum omnem modum infiniti, speculari ad Naturalem Philosophum spectat, sed diuersimodè.

AD quæstionem intelligendum, q Infinitum multiplicitur, dicitur. vno modo dicitur infinitum secundum vigorem, & huiusmodi infinitas, & vigoris attribuitur ab aliquibus ipsi primo principio, quod est Deus, & de tali infinito bene potest considerare Philosophus Naturalis: quia tale

infinitum

infinitum demonſtratur eſſe per medium naturale: vt videbitur in Octauo. Alio modo dicitur infinitum ſecundum durationem ſolum, & de iſto bene conſiderat Philoſophus Naturalis: quia ipſe habet conſiderare de mororibus, & mobilibus, & eorum per ſe accidentibus, vt patet in iſto libro: ſed entia infinita ſecundum duarionem lunr mouentia, vel mobilia, vt corpora cęleſtia, & intelligentiæ mouentes ea, quare &c.

Tertio modo dicitur infinitum per negationem formalis determinationis ſcilicet quod in eſſentia ſua non includit aliquam determinationem formalem, ſed eſt in potentia ad omnes, & hoc eſt materia prima. & de iſto infinito conſiderat Naturalis, eo quòd ipſa materia prima, quæ eſt huiuſmodi infinitum, eſt per ſe principium rerum naturalium, vt patet in Primo huius. quare &c. Alio modo dicitur infinitum ſecundum quantitatem, & eſt quantum ſine termino, & de iſto adhuc debet cõſiderare Naturalis, quia de eo quod non eſt, & opinatur eſſe ab aliquibus ſolemnibus in Philoſophia Notis perrationes quaſi naturales, debet conſiderare Philoſophus Naturalis, demonſtrando ſcilicet illud non eſſe: ſicut enim intellectus deſiderat naturaliter cognoſcere veritatem, & eam manifeſtare, ſic naturaliter deſiderat fugere errores, & eos confutare ſun loco & tempore debitis. Vnde, cum error ſit aliquid ponere eſſe in rerum natura, quod tamen non eſt nec eſſe poteſt, paret, ꝙ Naturalis Philoſophus debet remouere illud, & ſoluere argumenta ad hoc inducentia. Et hunc modum inuenitur Ariſt. cenmiſſe in ſuis libris Philoſophicis. & minor patet in iſto Tertio: ipſum. n. infinitum. i. quantum extenſum ſine termiois, nõ eſt in rerum natura, nec poteſt eſſe, vt hic probatum eſt. Vel dicas ſub diſiunctione. ꝙ huiuſmodi infinitum demonſtratur eſſe vel non eſſe per medium naturale, & tamen aliqui propter aliquas rationes apparentes poſuerunt ipſum eſſe: & dixerunt ipſum eſſe principium rerum naturalium, vt paret hic, & in t.de Cęlo. quare &c. Alio modo dicitur infinitum in potentia, & hoc eſt diuiſio magnitudinis & appoſitio ad numerum: & de iſto etiam conſiderat Naturalis Philoſophus, eò ꝙ eſt quædam proprietas magnitudinis naturalis & numeri rerum naturalium Qualiter autem hoc ſit verum, quòd magnitudo ſit diuiſibilis in infinitum, & quòd numero poteſt fieri appoſitio in infinitum, vt debitur in conſequentibus.

RESPON. Ad rationes. Ad primum dico, ꝙ de non ente non conſiderat Philoſophus Naturalis, demõſtrando ipſum eſſe vel paſſiones ei neſſe: ſed de, non ente, quod ab aliquibus Philoſophis opinatum fuit eſſe per aliquas rationes ſumptas à propietatibus naturalibus, bene poteſt conſiderare Philoſophus Naturalis demonſtrando ipſum non eſſe propter cauſam prædictam.

Ad ſecundum dico, ꝙ infinitum non ſic eſt ignotum, ꝙ nulla nontia habeatur de eo, ſed ꝙ non eſt natum primo cognoſci cum ſit quædam priuatio termini &c. & priuatio nõ cognoſcitur niſi per habitum. Qualiter autem intelligendum ſit quòd infinitum, ſecundum quòd infinitum, eſt ignotum ad intentionem Ariſtot. in Primo huius vſum fuit in quæſtione de hoc ordinata ibidem.

Ad tertium dico, quòd Naturalis Philoſophus primo conſiderat de entibus naturalibus. & eorum principijs, & per ſe accidentibus, ſed ſecundario poteſt conſiderare de aliquo, quod non eſt aliquod illorum, & putatur ab aliquibus Philoſophis eſſe principium ſic autem eſt de infinito quod putabatur ab aliquibus, vt dicit hic Ariſtotel. & Primo Cœli & Mundi. Modicus autem error circa principia eſt cauſa maximi erroris circa ea quæ ſunt ea principijs, vt dicitur ibidem: ideo neceſſarium fuit conſiderare de infinito.

Rationabiliter autem & principium ipſum ponunt omnes, neque enim fruſtra poſſibile eſt ipſum eſſe, neque aliam ineſſe potentiam, niſi ſicut principium &c.

QVAESTIO VIII.

An Infinitum, ſi ponatur, Principij ſolum rationem habeat.

COnſequenter quæritur. Vtrum infinitum ſi eſſet, eſſet principium ſolum, Arguitur quòd non. quia illud, extra quod nihil eſt non eſt principium ſolum. nam principium eſt cuiuſdam, aut quorundam vt dicit Philoſophus in 1 huius. vnde principium requirit multitudinem, vt dicit ibi Com. Sed, ſi eſſet infinitum, extra ſe ſum nihil eſſet. & intelligo de infinito, qđ eſt quarum ſine termino, de quo loquebatur antiqui quare &c. Item, quod eſt poſterius altero, illud non eſt ſolum principium, cum principium debeat eſſe prius, & omnino principium, omnino prius. vt manifeſtum eſt: ſed ipſum infinitum. ſi eſſet, eſſet poſterius aliquo modo, nam infinitum dicit formaliter priuationem finis & termini. & conſtat, quòd priuatio eſt poſterior habitu, vt patet 10 Meta. etiam accipit Com. in iſto tertio. quare &c. Item accidens non poteſt eſſe ſolum principium: hoc eſt euidens: quia ſubſtantia eſt cauſa accidentium, vt dicit Com. in 7. Meta. & ſic accidentia ſunt principiata & cauſata à ſubſtantia. Item in 7. Meta. dicit Ariſt ꝙ ſubſtantia prior eſt accidente notitia, diffinitione, & tempore: & ſic accidens eſt poſterius ſubſtantia quod autem ſolum eſt principium nullo modo debet eſſe poſterius, mo omnino prius omnibus: modo, infinitum, ſi eſſet, eſſet accidens. ergo quantitas ſine terminis. quare &c.

Tex. c.8. Tex. c.10. Comm.4. Tex. c.4.

Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſt. qui videtur velle, quòd infinitum ſi eſſet, eſſet principium, & non principiatum: & hoc concorditer diaerunt omnes antiqui ponentes infinitum eſſe.

CONCLVSIO.

Infinitum, ſi ſit, quo ad ſubſtantiam infinitæ magnitudini ſubiectam, ſolum principium eſt, & non principiatum.

Infinitum põt conſiderari quantũ ad tria.

AD quæſtionem intelligendum eſt, quòd infinitum, ideſt quantum extens terminis, ſi eſſet poſſet conſiderari quãtum ad tria. Vno modo, quantum eſt ipſum infinitatem, qua formaliter dicitur infinitum. quæ quidẽ infinitas nihil aliud eſt, quàm priuatio vel negatio finis, ideſt termini. quemadmodum cæcitas eſt priuatio viſionis, qua formaliter dicitur aliquid cæcum, formaliter dico, ideſt ad modum & ſimilitudinem formalis principij, inquantum denominat & ineaiſtit. Alio modo poſſet conſiderari huiuſmodi infinitum quantum ad ſuam quantitatem carentem terminis. Alio modo quantum ad ſubſtantiam ſubiectam quantitati. Tunc d.co Primo, quòd ipſum infinitum, quantum ad ſuam infinitatem, non eſſet omnino principium: cum huiuſmodi infinitas ſit quædam priuatio, & aliquid poſterius naturaliter alijs, ſcilicet ſubſtantia & magnitudine. Secundo dico, ꝙ quantum ad ſuam quantitatem, non eſſet omnino principium primum ratione præinducta, ſcilicet quia nullum accidens eſt principium omnino primum, ſed poſterius, vt oſtenſum eſt in 7. Metaphyſic. Tertio dico, quòd ipſum infinitum, ſi eſſet, quantum ad ſubſtantiam ſubiectam magnitudini infinitæ, ſolum eſſet principium & non principiatum quod ſic probatur: quia huiuſmodi ſubſtantia, ſi eſſet principiata, aut eſſet principiata principio magnitudinis, aut principio, quod eſt cauſa. non principio magnitudinis: quia ponitur ſubiecta magnitudini infinitæ. magnitudo autem infinita non habet principium, quia ſic eſſet finita: nec principio quod eſt cauſa: quia aut haberet cauſam materialem, aut formalem &c. non materialem: quia materia non eſt ſine forma, vt patet in Secundo huius, & Primo de Generatione. omnis autem forma materialis neceſſario eſt magnitudinis finitæ. cum enim finitas magnitudinis non ſit ex materia, relinquitur quòd eſt ea forma. & qua ratione ex vna forma materiali imponitur finitas & terminus ipſi magnitudini, eadem ratione ex alia. quemadmodum natura formæ imponit terminum qualitati & operationi. igitur huiuſmodi ſubſtantia, ſi eſſet ſubiecta magnitudini infinitæ, nullam formam naturalem haberet nec per conſequens materiam perfectibilem per formam. Item, nõ haberet cauſam agentem: quia cauſa agens debet eſſe maioris virtutis in effectu, vel ſaltem æqualis. huiuſmodi autem ſubſtantia, ſi eſſet, eſſet infinitæ virtutis, etiam ſecundum vigorem, cum in magnitudine infinita non poſſit eſſe virtus finita, vt patet ea 8. huius. virtute autem infiniti a non poteſt eſſe alia virtus maior, vt notum eſt, nec ei æqualis.

Infinitum nullã habet cauſam. Tex. cõ.12. Tex. cõ.29. Tex. c.80.

Sicut nec magnitudini infinitæ esset alia æqualis magnitudo. quod patet: quia, si esset aliqua alia magnitudo æqualis magnitudini infinitæ, aut ambæ ipsæ essent simul. i. indistantes. & sic vna magnitudo penetraret aliam & essent vna ma-
Tex. cō. 55. gnitudo, vt patet Quarto huius: aut vna illarum esset extra aliam & distincta ab alia, sicut aqua terram: & sic vtrsque esset finita. nam magnitudo est finita in parte illa, extra quā est alia: & habet superficiem terminatam & distinctam à superficie alterius, quæ est extra eā, vt manifestum est per se: & sic vtraq; illarum magnitudinum esset finita & infinita: quod est impossibile. igitur vna magnitudo infinita non potest esse æqualis alteri magnitudini infinitæ, & per consequens virtus existens in magnitudine infinita nō potest esse æqualis alicui alteri virtuti. sic igitur illa substantia non haberet causam agentem. Item, non haberet causam finalem. quia illa causa finalis aut esset aliqua alia substantia corporea, aut incorporea: finis. n. principalis substantiæ non potest esse accidens. aut quod. sed nnn posset esse substantia corporea alia: quia huiusmodi substantia, quæ ponitur magnitudinis infinitæ, totum occuparet. vnde non posset esse aliqua substantia corporea extra eam, quæ esset finis eius gratia cuius. nec incorporea: quia substantia incorporea est intelligentia abstracta, vt patet ea 12. Metaphycæ. Intelligentiæ abstractæ sunt principia eorum, quorum sunt principia duobus modis. s. secundum mouens & secundum finem, vt
Comm. 36. docet Com. in ta. Meta. igitur illa substantia abstracta & incorporea, quæ esset finis illius substantiæ infinitæ, moueret illam substantiam infinitam, & ipsa substantia magnitudinis infinitæ reciperet motum ab ipsa substantia incorporea: hoc autem est impossibile, vt demōstratum est 1. Cœli & Mundi. ergo nullam causam haberet huiusmodi substantia infinitæ magnitudinis, & per consequens non esset aliquod causarum. Ea quo relinqoitur, q̄ solum esset principium: ergo q̄ omne ens aut est principium & causa solum, aut est quid principiatum & causatum, vt Arist. sumit.

RESPON. Ad primum argumentum dico, q̄ huiusmodi substantia si esset, nihil haberet extra se distinctum loco & subiecto secundum lui substistentiam, sed haberet bene aliquid extra se distinctum secundum quidditatem & essentiam. i. suam quantitatem, & sic esset eius principium. Ad alia duo patet ex dictis. Concessum enim est quòd illud infinitum non esset primum & omnino principium quoad suam infinitatem, nec quantum ad suā quantitatem, sed solum quantum ad suam substantiam. Et adhuc fortè non esset principium motuum nec actiuum nec receptiuū motus aut passionis, vt patet ea 1. Cœli & Mundi. sed solùm esset principium subiectiuum magnitudinis infinitæ.

Tex. c. 132. *Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis &c.*

QVAESTIO IX.

An in perpetuis & æternis Posse ab Esse distinguatur.

COnsequenter quæritur. Vtrum in æternis differat esse & posse. Arguitur quod sic quia sicut se habet essentia ad potentiam, sic esse ad posse, per conuenientem similitudinē: sed in æternis differt essentia à potentia, vt patet in prima materia, cuius partes omnes sunt æternæ secundum suam essentiam, & tamen
Comm. 70. sua potentia vnius cuiusq; earum est aliud ab essentia materiæ, vt demonstrat Com. in 1. huius. quare &c. Item, Sol est quid perpetuum: & tamen differt in ipso esse & posse. nam, dum Sol est in oriente, habet potētiam, vt sit in occidente, & tamen nondum est in occidente: similiter autē & in alijs partibus cœli. Item, materia existens sub vna forma est in potentia ad aliam formam contrariam. vt existens sub forma ignis, est in potentia ad formam aquæ. vt patet ex Primo
Tex. c. 76. huius. & 1. de Generatione: & tamen materia existens sub vna forma non est sub alia contraria, vt manifestum est. cū igitur materia sit æterna, patet, quòd in æternis est aliud esse & posse. Et posset argui ducendo ad impossibile. nam, si in æternis non differt esse & posse, tunc materia existens sub vna forma, cum habeat potentiam ad aliam contrariam formam, erit simul sub forma alia: quæ enim non differunt ab inuicem sunt simul, sed consequens est falsum & impossibile, vt manifestum est. quare &c.

Oppositum vult Aristo. in fine illius capitulī, esse autem aliquid infinitum fides est ex quinque. Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis, vt dicit ibidem. Tex. c. 31.

CONCLVSIO.

In perpetuis & æternis intransmutabilibus Posse ab Esse non distinctum est, in transmutabilibus autem posse & esse essentiale indistincta sunt, at posse & esse secundum actum superadditum, realiter in transmutabilibus diuersa sunt.

AD quæstionem considerandum est breuiter, q̄ de numero perpetuorum, seu æternorum, quædam sunt omnino intransmutabilia, vt substantiæ separatæ a materia & magnitudine, sicut patet ex Octauo huius. quædam autem sunt transmutabilia sliquo modo, sicut sunt corpora cœlestia, & similiter materia prima. corpora. n. cœlestia sunt perpetua secundum suas substantias, vt patet ea Primo Cœli, & tamen continuè trāsmutantur secundum vbi, vt habetur ibidem & Octauo huius. & 12 Metaphysicæ. Similiter materia prima est æterna secundum id quod est, & secundum suam substantiam, vt patet ea Primo huius, & tamen ipsa transmutator, i. subijcitur transmutationi substantiali de priuatione ad formam, & è conuerso, vt manifestum est in Primo huius, & in 1. de Generatione. Vlterius considerandum est, q̄ in ipsis perpetuis trāsmutabilibus est duplex esse. i. esse substantiale & primum, & esse non essentiale nec omnino primum. & voco esse essentiale & primum illud, quod est idē essentialiter cum essentia talis entis. sicut ipsi materiæ esse materiam est idem essentialiter cum ipsa essentia materiæ, & cum ipsa materia: & ipsi cœlo esse cœlum est idē essentialiter. Esse vero nō essentiale est ipsum esse superadditum essentiæ talis rei. vt in materia prima esse quod habet à forma nominis, vel à forma alterius, non est esse essentiale materiæ, imo est esse superadditum ipsi essentiæ materiæ primæ. Similiter in corpore cœlesti esse in tali vbi vel tali, vt esse in oriente, non est esse essentiale: quod tñ idem essentialiter cum ipsa substantia cœli, sed est esse accidentale & superadditum ipsi substantiæ, vt manifestum est vnicuiq;. Vlterius accipio, q̄ posse, cum sit quidam respectus ad actum distinguitur secundum distinctionem actus, & hoc habetur ea 3. Physi. cap. de diffinitione motus multum expresse. vbi dicitur, q̄ posse sanari & posse infirmari non sunt vnum & idem essentialiter, nisi infirmari & sanari esset vnum essentialiter. Dicimus ergo, q̄ posse, quod est ad esse, vel est ad esse essentiale, vel ad esse non essentiale, sed superadditum. Posse distinguitur secūdum distinctionē actūs. Tex. c. 10.

Tunc dico ad quæstionem tria Primo, quòd in perpetuis omnino intransmutabilibus non differt aliquo modo realiter esse & posse Secundo dico, q̄ in perpetuis transmutabilibus non differt realiter esse essentiale & posse, quod est respectu esse essentialis. Tertio dico, quod in eis bene differe esse superadditum, & posse, quod est respectu talis esse. Primum ostenditur. quia in quibuscunq; differt propriè esse & posse, in illis est aliqua potentia ad esse, quod non habet a prius, & ipsum posita recipiunt: hæc est manifesta. sed in talibus entibus intransmutabilibus nulla est potentia ad aliquid, quod nō habent, & postea recipiant ipsum. quia tunc esset transmutabilia. omne enim, qd est natum recipere aliquid, quod prius non habebat, est transmutabile, vt manifestum est ea 3 & 6. huius. Secundum patet. quasi per idem. Nam in quibuscunq; esse essentiale differt à posse, quod est respectu esse essentialis in illis: potentia ad esse tempore præcedit esse actu, vt patet inducendo. nam in Socrate differe esse actu & Sor. & posse esse. Et cōstat quòd prius tempore fuit potentia ad esse Sor. quam ad esse eius secūdum actum; similiter autem & in alijs. sed in perpetuis seu æternis impossibile est quòd potentia ad esse essentiale sit prior tempore ipso esse, quia æternum est, quod semper est, semper fuit & semper erit 1. Cœli & Mundi. vnde contra rationem entis æterni est, q̄ potentia ad eius esse essentiale præcedat tempore ipsum esse essentiale: quia tunc in tempore primo nō esset secundum esse essentiale, & sic non semper fuisset, nec esset; quod est contra rationem æterni. sequitur ergo conclusio, q̄ in æternis etiam transmutabilibus non differt Tex. c. 6. Tex. c. 32. Ratio secūdæ oōm.

esse

esse essentiale & posse. quod est respectu eius. vt in materia prima non differt esse materiam, & posse esse materiam nō enim fuit aliquando tempus, nec erit, in quo materia posit esse materia, & non sit materia. Et similiter in cœlo non prius fuit cœlum in potentia ad esse simpliciter, quàm esset cœlum in actu, nec aliquid ipsius cœli prius tempore fuit in potentia ad esse cœli, quàm esset cœlum: quia tunc cœlum simpliciter non fuisset, & sic non esset æternum. Similiter nihil ipsius materiæ primæ prius tempore fuit in potentia ad esse extra materiam, quà esset materia, sed è conuerso in generabilibus. Nam aliquid ipsius sortis prius tempore fuit in potentia ad sortis quàm esse fortes: similiter autem & in alijs. Tertium declaratur. Illa sunt diuersa, quorum vnum præcedit alterum secundum tempus: sed in perpetuis transmutabilibus esse superadditum & ipsum posse sic se habent. nam huiusmodi posse prius est tempore quàm sit ipsum esse, vt tangebatur arguendo de materia prima, & de partibus cœli. quæ &c.

RESPON. EX his ad rationes. Ad primam bene concedo qđ in materia prima differt essentia & potentia, quæ est ad esse superadditum, quod habet à forma. Et similiter differt esse materiam & posse esse, quod est respectu talis esse, quod habet à forma: sed non differt potentia ad esse materiam ab eo, quod est esse materiam dēia reali & absoluta. Similiter ad alias duas partes ex dictis in distinctione & positione.

Nos autem intendimus de sensibilibus & de quibus facimus scientiam vtrum in ipsis est aut non est corpus infinitum &c.

QVAESTIO X.

An sit actu corpus infinitum.

QVonsequenter quæritur. Vtrum possit esse corpus actu infinitum. Arguitur primo quod sic. Quia illud potest esse sine termino, in cuius diffinitione non ponitur terminus. in diffinitione corporis non ponitur terminus, vt manifestum est ex 1. Cœli & 5. Meta. latis. quare &c. Item, illud est infinitum, cuius effectus est infinitus. nam causa & causatum debent proportionari 5. Meta. & a huius. finitur autem ad infinitum nulla est proportio, vt patet in isto Octauo & Primo cœli. Sed effectus alicuius corporis est infinitus, motus. n. perpetuus est infinitus, vt patet Octauo huius 1 & motus est effectus corporis, quod mouetur, vel causatur ab ipso aliquo modo, vt notum est. quare &c. Item. illud, quod mouet aliquam virtutem passiuam ad suum actum est ens: non ens. n. non mouet aliquid, vt habetur ex Tertio huius, vbi dicitur, semper n. existimabitur species aliqua mouens: sed infinitum mouet aliquam virtutem passiuā ad actum. probatio: quia virtus imaginariua imaginatur infinitum, vt quilibet experitur: modo, ipsa est virtus passiua, & non mouet seipsam ad actum imaginandi, vt manifestum est. ergo relinquitur, q̄ mouetur ab eo quod ipsa imaginatur: sed ipsa imaginatur in finitum. quare &c. Item, recipiatur aliquod corpus, aut illud est finitum. aut infinitum. si est infinitum, habetur intentum. si finitum, oportet q̄ finiatur ad aliquod aliud & quæratur de illo alio, & sic ibitur in infinitum: & habetur propositum. quod est infinita magnitudo corporalis. Item, illud. quod in essentia sua non includit aliquid, per quod sibi determinet corporeitatem finitam, est in potentia ad corporeitatem infinitam; hæc videtur esse manifesta. sed materia prima in sua essentia nō includit aliquod. per quod determinet sibi corporeitatē finitam, vt manifestum est: quia ipsa est ens purè potentiale, & indifferēns ad omnem actum de se. quare &cætera. Item illud, quod sequitur ex principio mathematico est verum, cum principia mathematicalia sint vera: & ex veris nō sequitur nisi verum. sed ex principio quodam mathematico sequitur, q̄ potest esse corpus infinitum. dicit. n. Com q̄ ficut vnum principiorū, quæ ponit. Geometer est, q̄ ad omnem lineam est accipere lineā minorem, sic vnum principium, quod ipse ponit est, q̄ ad omnem lineam est accipere lineam maiorē: ex hoc autem sequitur, q̄ linea, cum possit non esse sine corpore, quòd ad omne corpus est accipere maius corpus. & ex hoc sequitur.

Tex. c. 2.
Tex. c. 18.
Tex. c. 2.
Tex. c. 28.
Tex. c. 14.
Tex. c. 52.
Tex. c. 38.
Tex. cō. 17.

vltetius, q̄ potest esse corpus infinitum. Corpus enim maius omni corpore finito non est corpus finitum. quia tunc esset maius seipso, & sic relinquitur quòd sit infinitum.

Oppositum vult Arist. hic, & 1. de Cœlo. Et arguitur vna de suis rationibus, quam reputat probabilem. illud, qđ est determinatum superficie, non est infinitum: hæc est manifesta. sed omne corpus est determinatum planicie i. superficie: hanc supponit. quare &c. Et Com. ibi sic arguit. Nihil quod est contentum vna superficie vel pluribus est infinitum: sed omne corpus est huiusmodi. nam omne corpus vel est sphæricum, & sic est contentum vna superficie: vel non sphæricum, sed angulare, & sic pluribus. quare &c.

Tex. cō. 04.
Tex. cō 45.

CONCLVSIO.

Nullum corpus siue simplex, siue compositum actu infinitum esse potest.

DE quæstione intelligendum. quidam dixerunt q̄ materia est in potentia ad magnitudinem & corporeitatem infinitam, propter quandam rationem prædictam, & est quinta. dixerunt tū q̄ illa magnitudo nunquam fuit, nec est, nec erit propter rationes Arist. 1. Cœli & Mundi. Sed illa positio vt irrationabilis: quia nulla potentia est ad impossibile: hoc est manifestum. sed illud, quod nunquam fuit, nunquam est, & nunquam erit est impossibile: quemadmodum illud, quod semper est, semper fuit, & semper erit, est necessarium, vt patet ex 1. Cœli & Mundi. Et hinc videtur rationabile, quia oppositorum debēt esse oppositæ rationes & diffinitiones. necessarium autem & impossibile sunt opposita. vt patet 2. Perihermē. ergo ad illud, quod nunquam fuit, nec est, nec erit non debet materia aliquam potentiam habere: quare &c. & ideo non valet illa positio.

Tex. cō. 25.

Ad solutionē quæstionis præmitto aliqua. Primo, q̄ corpora simplicia sunt tibinuicem contraria: & hic Arist. supponit. vt dicit Com. aut propter famositatem, quia concessum est ferè ab omnibus: aut quia declarabitur post in 2. de Generatione. Vlterius, accipio, q̄, cum vnum cōtrariorum appropinquat alteri & totaliter obtinet super ipsum, & dominatur, necessario corrumpit ipsum & destruit: & hoc manifestum est ad sensum, cum. n. ignis omnino obtinet super aliquod combustibile, generat inde ignem corrupta forma præexistente. Tertio suppono, quod, si esset corpus simplicitet infinitum, virtus eius actiua improportionabiliter excederet virtutem cuiuslibet corporis finiti, quemadmodum etiā magnitudo infinita improportionabiliter excellit omnem magnitudinem finitam, bene quidem verum est, q̄ in aliquo corpore maiori potest esse minor virtus, quam in alio quo corpore minori. vt forte in aere decem palmorum est minor virtus quàm in igne vnius palmi, & tū forte posset multiplicari aer decem palmorum, q̄ esset æqualis virtutis cum igne vnius palmi, si. n. acciperetur aer in eadē proportione excedens aerem decē palmorum, to qua proportione virtus ignis vnius palmi excedit virtutē aeris decem palmorum, tunc ille aer esset æqualis virtutis illi igni. Verbi gratia ponamus grana exempli, q̄ virtus ignis vnius palmi sit in duplo maior q̄ virtus aeris decem palmorum, tunc in aere duplo. scil. in aere viginti palmorum esset virtus æqualis virtuti ignis 1. vnius palmi. similiter autem & in alijs. Si igitur ponetetur quòd aer esset infinitæ magnitudinis, constat, q̄ eius virtus incomparabiliter excederet virtutem illius partis 1. decem palmorū, quæ adæquatur in virtute igni vnius palmi. Et pari ratione incomparabiliter excederet quodcunque corpus finitum eo q̄ in ipso infinities contineretur quæcunque pars æqualis alteri finito corpori.

Corpa simplicia sunt finiti contraria.
Tex. c. 42. Comm 42. Contrariorum vnum corrūpit alterum.

Ex his præmissis dico ad quæstionem, q̄ impossibile est esse aliquod corpus simpliciter infinitum. i. extentum sine terminis. Quod probatur ratione Arist. hic, si esset aliquod corpus infinitum, aut esset simplex, aut cōpositum per diuisionem sufficientem, sed non potest esse simplex: quia tunc virtus eius incomparabiliter & improportionabiliter excelleret virtutes aliorum per tertiam suppositionem, & sic per alia duo sequeretur, quòd corrumperet omnia alia, & sic destrueretur mundus, qui non potest esse sine alijs elementis perfectus, hoc autem est impossibile, vt Arist. 2. supponit. Si autem illud corpus esset compositum ex elementis, aut vnum solum simplicium, ex quibus componi-

tur, esset infinitum & alia finita, aut plura illorum simplicium essent infinita. Nam, si omnia simplicia essent finitæ magnitudinis cum sint finita ſm multitudinem, non constituetur ex eis aliquod infinitum, ex finitis. nam magnitudine & multitudine compositum est finitum: cum quantitas cōpositi resulter ex quantitatibus suarum partium quantitatiuarum, vt manifestū est ad sensum. Oporteret ergo necessario q̄ vel vnum eorum esset infinitum, & alia finita. vel q̄ plura illorum vel omnia essent infinita: non est possibile, q̄ vnum illorum cōponentium sit infinitum, & alia finita propter eandem rationem quæ dicta est. Et Com. sic syllogizat. In omni composito, quod debet permanere, oportet contraria, ex quibus est compositum, esse æquipotentia, hanc recipit pro manifesta. quia, si vnum penitus dominaretur, & obtineret supra alterum, corrumperet ipsum, & sic nō maneret compositum. in omni ergo composito, quod debet manere, oportet contraria esse æquipotentia, sed elementa sunt contraria, hanc supponit, ergo in cōposito ex elementis necessarium est, si debet manere, vt elementa sint æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione. sed, si vnū istorum esset infinitum alijs existentibus finitis, nullo modo essent æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione, quam præmisi. quare &c. Hanc autem rationem tangit Com. & etiā Arist. licet non eodem ordine. Si autem decerneret, q̄ in illo infinito composito omnia elementa vel plura essent infinita, hoc est impossibile, quia vnum corpus infinitum est extensum in infinitum ſm omnes dimensiones: & ideo, si est vnum corpus simpliciter infinitum, nullum aliud corpus est extra ipsum. detur. o. q̄ aliquod aliud esset extra ipsum; tunc esset terminatum & infinitum ad illud aliquod aliud, quod est impossibile, ergo nullum aliud esset extra ipsum. vnde, si multa elemēta componentia illud compositum sint infinita necesse est plura & diuersa corpora simul esse omnino, cum vnum corpus infinitum, si sit, totū occupet & nihil sit simpliciter extra ipsum. quare &c. Eadem ratione illud corpus simplex non potest esse aliquod medium inter elementa: quod. si sit vno elemento subtilius & grossius alio, sicut posuerunt aliqui esse quoddam medium inter aerem & aquam, aqua subtilius & aere grossius, vel inter ignem & aerem: quia, cum ex illo corpore medio fierent elementa, vt dicebant illi, qui ipsum ponebant, oporteret ipsam habere aliquam contrarietatem ad vnum quodq; elementorū. nam omnis transmutatio propria est de contrario in cōtrarium, & cum ponatur habere magnitudinem infinitam, necesse est vt haberet virtutem infinitam & improportionabiliter excedentem omnia alia, & hc aliquando omnia corrumperet. Et est considerādum q̄ sicut tangit, Com. super literam illa demonstratio Arist. non est simpliciter vniuersalis: quia supponit in ea, q̄ omne corpus simplex habet virtutem contrariam ad aliud quodlibet simplex, hoc autem non est verum de corpore cœlesti; quia corpus cœleste nullam habet contrarietatem ſm se totum ad alia corpora, vt satis patet ex 1. Cœli & Mundi. Sed est vniuersaliter ſm opinionem antiquorum qui dubitabant q̄ cœlum esset eiusdē naturæ cum igne. Consuetudo autem Aristo. fuit vti opinionibus antiquorum antequam improbasset eas præcisè, cum ipse arguit contra antiquos contradicendo eis ea concessis ab eis. Vnde etiam in 1. Cœli & Mundi, cum demonstrasset, q̄ præter elementa quatuor est corpus quintum alterius naturæ resumpsit considerationem de infinito, & complevit eam, demonstrans vniuersaliter, q̄ nullum corpus cuiuscunq; naturæ sit potest esse in infinitum simplex. Sed rationes, quas ibidem ponit, nolo nunc pertractare, quia nō pertinent ad istum locum, sufficiat ad præsens videre demōstrationem, qua vtitur Aristo. in isto Tertio, & supra Primo Cœli & Mundi alia requiratur. patet ergo ex his, q̄ impossibile est esse corpus simpliciter infinitum. Et ex hoc sequitur, q̄ materia nullam habet potentiam ad corporeitatem infinitam: quia ad impossibile nulla est potētia, quia impossibile sic esset possibile, cum possibile sit illud, ad quod est potentia: sed ipsum corpus infinitum impossibile est esse, vt ostensum est: quia tunc sequeretur impossibile. quare &c. Item, illud, quod semper & necessario est coniunctū alicui, cui repugnat magnitudo vel corporeitas infinita, non est in potentia ad corporeitatem infinitam, hęc est manifesta per se, sed materia semper est coniuncta formæ naturali specificæ quia formæ materiales generales, etsi sint aliæ à formis specificis, tō nunquam sunt in materia sine formis specificis, vt habetur ea 7. Meta. non est genus præter species. sed formæ autem specificæ repugnat infinita magnitudo, cum sit virtutis finitæ & operationis finitæ & determinatæ. Præterea, si materia haberet potentiam ad magnitudinem simpliciter: infinitam illa potentia educeretur tota per totum tempus æternum quia nunquam reduceretur ad actum cum nunquam futura sit magnitudo infinita consequens autem est inconuenientis: quia dignitas est, naturæ & Deo nihil esse frustra. vt dicit Com. super 2 Meta & habetur ab Aristo. 1. Cœli & Mundi & 3. de Anima quare &c. Et est intelligendum, q̄ licet materia aliquam potentiam habeat ad magnitudinem infinitam, tamen magnitudo infinita non repugnat ei per se immediatè: quia quod repugnat materiæ per aliquid aliud à sua essentia, nō repugnat ei primo & per se immediatè: hoc est manifestū. sed magnitudo & vniuersaliter corporeitas infinita repugnat materiæ per aliquod aliud à sua essentia. scilicet per formam naturalem, cuius est terminare magnitudinem ad maximum & ad minimum. quare &c.

Comm. 42.

In omni composito, quod debet permanere, oportet contraria, ex quibus est compositum, esse æquipotentia, hanc recipit pro manifesta. quia, si vnum penitus dominaretur, & obtineret supra alterum, corrumperet ipsum, & sic nō maneret compositum. in omni ergo composito, quod debet manere, oportet contraria esse æquipotentia, sed elementa sunt contraria, hanc supponit, ergo in cōposito ex elementis necessarium est, si debet manere, vt elementa sint æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione. sed, si vnū istorum esset infinitum alijs existentibus finitis, nullo modo essent æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione, quam præmisi. quare &c. Hanc autem rationem tangit Com. & etiā Arist. licet non eodem ordine. Si autem decerneret, q̄ in illo infinito composito omnia elementa vel plura essent infinita, hoc est impossibile, quia vnum corpus infinitum est extensum in infinitum ſm omnes dimensiones: & ideo, si est vnum corpus simpliciter infinitum, nullum aliud corpus est extra ipsum. detur. o. q̄ aliquod aliud esset extra ipsum; tunc esset terminatum & infinitum ad illud aliquod aliud, quod est impossibile, ergo nullum aliud esset extra ipsum. vnde, si multa elemēta componentia illud compositum sint infinita necesse est plura & diuersa corpora simul esse omnino, cum vnum corpus infinitum, si sit, totū occupet & nihil sit simpliciter extra ipsum. quare &c. Eadem ratione illud corpus simplex non potest esse aliquod medium inter elementa: quod. si sit vno elemento subtilius & grossius alio, sicut posuerunt aliqui esse quoddam medium inter aerem & aquam, aqua subtilius & aere grossius, vel inter ignem & aerem: quia, cum ex illo corpore medio fierent elementa, vt dicebant illi, qui ipsum ponebant, oporteret ipsam habere aliquam contrarietatem ad vnum quodq; elementorū. nam omnis transmutatio propria est de contrario in cōtrarium, & cum ponatur habere magnitudinem infinitam, necesse est vt haberet virtutem infinitam & improportionabiliter excedentem omnia alia, & hc aliquando omnia corrumperet. Et est considerādum q̄ sicut tangit, Com. super literam illa demonstratio Arist. non est simpliciter vniuersalis: quia supponit in ea, q̄ omne corpus simplex habet virtutem contrariam ad aliud quodlibet simplex, hoc autem non est verum de corpore cœlesti; quia corpus cœleste nullam habet contrarietatem ſm se totum ad alia corpora, vt satis patet ex 1. Cœli & Mundi. Sed est vniuersaliter ſm opinionem antiquorum qui dubitabant q̄ cœlum esset eiusdē naturæ cum igne. Consuetudo autem Aristo. fuit vti opinionibus antiquorum antequam improbasset eas præcisè, cum ipse arguit contra antiquos contradicendo eis ea concessis ab eis. Vnde etiam in 1. Cœli & Mundi, cum demonstrasset, q̄ præter elementa quatuor est corpus quintum alterius naturæ resumpsit considerationem de infinito, & complevit eam, demonstrans vniuersaliter, q̄ nullum corpus cuiuscunq; naturæ sit potest esse in infinitum simplex. Sed rationes, quas ibidem ponit, nolo nunc pertractare, quia nō pertinent ad istum locum, sufficiat ad præsens videre demōstrationem, qua vtitur Aristo. in isto Tertio, & supra Primo Cœli & Mundi alia requiratur. patet ergo ex his, q̄ impossibile est esse corpus simpliciter infinitum. Et ex hoc sequitur, q̄ materia nullam habet potentiam ad corporeitatem infinitam: quia ad impossibile nulla est potētia, quia impossibile sic esset possibile, cum possibile sit illud, ad quod est potentia: sed ipsum corpus infinitum impossibile est esse, vt ostensum est: quia tunc sequeretur impossibile. quare &c. Item, illud, quod semper & necessario est coniunctū alicui, cui repugnat magnitudo vel corporeitas infinita, non est in potentia ad corporeitatem infinitam, hęc est manifesta per se, sed materia semper est coniuncta formæ naturali specificæ quia formæ materiales generales, etsi sint aliæ à formis specificis, tō nunquam sunt in materia sine formis specificis, vt habetur ea 7. Meta. non est genus præter species. sed formæ autem specificæ repugnat infinita magnitudo, cum sit virtutis finitæ & operationis finitæ & determinatæ. Præterea, si materia haberet potentiam ad magnitudinem simpliciter: infinitam illa potentia educeretur tota per totum tempus æternum quia nunquam reduceretur ad actum cum nunquam futura sit magnitudo infinita consequens autem est inconuenientis: quia dignitas est, naturæ & Deo nihil esse frustra. vt dicit Com. super 2 Meta & habetur ab Aristo. 1. Cœli & Mundi & 3. de Anima quare &c. Et est intelligendum, q̄ licet materia aliquam potentiam habeat ad magnitudinem infinitam, tamen magnitudo infinita non repugnat ei per se immediatè: quia quod repugnat materiæ per aliquid aliud à sua essentia, nō repugnat ei primo & per se immediatè: hoc est manifestū. sed magnitudo & vniuersaliter corporeitas infinita repugnat materiæ per aliquod aliud à sua essentia. scilicet per formam naturalem, cuius est terminare magnitudinem ad maximum & ad minimum. quare &c.

Comm. 1. Tex. cō. 32. Tex. c. 4. Magnitudo infinita nō repugnat materiæ,

RESPON.

AD argumenta dicendum ad primum, per interemptionem maioris: non. n. quodlibet potest esse sine eo, quod non ponitur in sua diffinitione propria: quia sic subiectum posset esse sine sua propria passione, eò q̄ passio non ponitur in diffinitione sui subiecti, sed magis è cōuerso. vt patet 1. Poste. Ad aliam dico, q̄ effectus alicuius corporis bene est infinitus ſm durationem, sed non secundum magnitudinem: & ideo bene cōcedo, q̄ aliquod corpus est infinitum secundum durationem, & non secundum magnitudinem. Ad aliud dico, q̄ infinitum, secundum q̄ infinitum, non mouet virtutem imaginatiuam ad actum imaginandi ipsum, sed ipsa virtus imaginatiua ad huiusmodi actum, mouetur ab ipso fluxo: sicut intellectus mouetur ab ente ad intellectionem nō entis, vt communiter dicitur. cum ergo dicitur, q̄ virtus imaginatiua mouetur ad actum imaginandi, aut à se aut ab illo, quod imaginatur, dico, q̄ non oportet, sed ab oppositō filius quod imaginatur, vel a suo simili potest moueri ad ipsum actum. Alter dicunt aliqui, q̄ virtus imaginatiua nunquam imaginatur infinitum totum simul idest extensum sine terminis, sed imaginatur infinitum sic, quòd quantacunq; de magnitudine finita imaginata, adhuc potest imaginari maiorem, & adhuc illa maiorem, & sic semper in infinitum successiue, tamen in quolibet actu imaginatur magnitudinem finitam. Vnde Aristo. dicit 2. Meta. q̄ impossibile est intelligere lineam non statuentem, id est non constituentem eam inter duo puncta, vt exponitur. Sed sic dicendo, adhuc remanet dubitatio, quomodo potest imaginari magnitudo maior magnitudine cœli. Quid enim mouebit ad istum actum imaginandi? fortè dicetur, q̄ virtus imaginatiua in forma specie magnitudinis cœli mouet seipsa ad imaginandum magnitudinem maiorem: & sic erit mouens & mota secundum diuersa. quia ratione speciei magnitudinis, erit mouens: & ipsa secundum seipsam erit mota & recipiens illum actum. Sed hoc est dubium, quomodo vna & eadem species magnitudinis mouet ad actus diuersos imaginandi, scilicet ad actum imaginandi magnitudinem, cuius est species, & ad actum imaginandi maiorem magnitudinem. Et forte hoc est secundum prius & posterius, sicut ponitur de specie entis ad intelligere entis & non entis vt accipitur ex 9. Meta. Ad aliud dico, quòd supponit fallum. supponitur enim quòd quodlibet corpus finitum finitur ad aliud extra ipsum. hoc autem est fallum. differt enim tangi & finiri. omne quidem quod tangitur, tangitur ab aliquo extrinseco, dummodo sit veros tactus cuiuscunque extrinseci, superficies vltima simul est superficies corporis tacti. Sed aliquid potest finiri nō ab aliquo extrinseco, sed a propria superficie ipsum terminante: & sic bene valet illa ratio, conceditur enim q̄ aliquod tempus finitum, finitum est ad aliud extrinsecum corpus, & illud ad aliud, sed non ita infinitum: imo devenitur ad aliquod corpus, quod sua propria vltima superficie terminatur scilicet vltima sphæra, vt videbitur in Quarto, quare & cætera. Ad aliam. Illud &c. Verum est, si cum hoc non sit coniunctum necessario alicui sibi determinanti finitam corporeitatem. Et ad minorum

Tex. cō. 42.

Alia ratio.

Tex. cō. 11.

Aliquod corpus pōt finiri propria superficiem.

Magnitudinem cōsiderāt diuersimodè Physicus & Mathematicus

Nota.

Tex. c. 20.

Materia nō habet potentiam ad corporeitatem infinitam.

norum dico, ꝙ licet materia in sui essentia non includit aliquid, per quod sibi determinet magnitudinem finitam, tamen semper & necessario coniuncta est formæ naturali, & virtuti naturali, quibus repugnat magnitudini infinitas. Ad aliud cum dicitur illud quod sequitur &c. verum est eo modo quo sequitur ex principio mathematico. & cum dicitur, quòd esse vel posse esse magnitudinem infinitam, sequitur ex principio mathematico. dico ꝙ non sequitur. & cum dicitur, ꝙ Mathematicus ponit &c. dico, sicut dicit Com. ꝙ Naturalis & Mathematicus diuersimodè considerant de magnitudine. quia Naturalis considerat ipsam magnitudinem secundum ꝙ est finis & terminus in materia, & Mathematicus considerat eam, vt est separata à materia: & quocunque istorum modorum consideretur competit ei diuisibilitas in infinitum, vt dicit Com. Vnde propositio mathematica, quæ dicit, ꝙ ad omnem lineam est accipere minorem: vera est. Et similiter naturalis propositio, quæ dicit, quòd quælibet linea potest diuidi in minores: vera est. Sed, si consideretur magnitudo secundum quòd est finis existés in materia, sic ei repugnat augmentari in infinitum. Vnde propositio naturalis, quæ dicit, quòd ad omnem lineam est accipere maiorem est falsa. seu si consideretur secundum ꝙ est abstracta, sic propositio mathematica dicens, possibile est ad omnem lineam imaginari maiorem, vera est quod fortè sic intelligit Com. non quòd linea, secundum quòd linea, habeat aptitudinem vel potentiam, vt quacunque & quantacunque linea possit esse maior: sed ꝙ ipsi lineæ per seipsam, & secundum suam essentiam principaliter, & primo non repugnat infinitas: imo repugnat primo & principaliter formæ naturali, & ratione repugnantis. Et, si dicas, quòd Mathematicus non suppooit falsum, vt patet in 1. Poste. & ipse tamen supponit, ꝙ sit linea infinita, cum dicit, protrahatur linea infinita. Dicendum, ꝙ sic debet intelligi dictum Geometræ, protrahatur linea in infinitum, i. quantumcunq; necessaria ad propositum. Ad declarandum proportiones & proportionalitates linearum. ad hoc autem sine dubio sufficit linea finita. Nam sm eandem proportionem & proportionabilitatè diuiditur linea minor & linea maaima: ita ꝙ quæcunque proportio inuenitur inter lineam maaimam & luam partem, eadem inuenitur inter lineam minorem & suam partem, eò ꝙ quælibet linea, quantumcunq; parua, est diuisibilis in infinitum, vt patet in Sexto huius, & in libro de Lineis Indiuisibilibus, & sic quæcunque proportio posset declarari in lioea maiori, posset & in minori. sed propter doctrinæ facilitatem exemplificatur aliquando lineam protrahendo maiorem, quasi in infinitum extensam. Aliter etiam videtur dicere Com. Dicit enim, ꝙ additio mensuræ, qua vtitur Geometra, supple cum dicit, ꝙ ad omnem lineam &c. est de genere propositionum opinabilium, quæ sunt fundamenta Geometræ absq; eo quod est extra animam sicut ipse imaginatur, quòd punctus cum fluit vel mouetur facit lineam, & quòd, cum linea mouetur, facit superficiem: & quòd, cum superficies monetur, facit corpus: & imaginatur, quòd figuræ habent positiones, & similiter videtur ponere dimensiooem esse semper augmentabilem, non quòd extra animam semper est sic. Et in

Dubitatio. his verbis Comm. est dubium non paruum, si enim fundamenta Geometræ sunt propositiones opinabiles, ablq; eo quod sint extra animam, videtur, ꝙ fundamenta ipsius Geometræ nunc propositiones falsæ. Fortè potest dici, ꝙ fun-

Responsio. Fundamenta geometræ sunt duplicia & quæ nã falsa sunt damenta Geometræ sunt duplicia. s. quædam secundum veritatem. & ista non sunt falsa, sed vera & necessaria. alia sunt secundum opinionem & famositatem, & ista bene sunt falsa, saltem secundum quòd primo aspectu sonant verba, licet fortè secundum aliquam bonam exapositionem possunt ad bonum intellectum reduci. Et sic se habet de isto fundamento, ꝙ ad omnem lineam est accipere maiorem: hoc. n. sicut primo aspectu videtur intelligi, falsum est: quia nec in re, nec in imaginatione vera est accipere maiorem lineam linea cœli. sed, si intelligitur secundum non repugnantiam, modo prius tacto, fortè verum est. similiter autem & in alijs suo modo, de quibus ipse exemplificat. Vel dicatur, ꝙ Com. intelligit illa fundamenta. i. exemplares declarationes principiorum & fundamẽtorum geometricorum sunt propositiones opinabiles &c. & hoc non est inconueniens t quia de exemplo non quæritur verificatio, sed manifestatio, vt dicit Commẽ. in Secundo de Anima. & acceptum est ab Arist. Primo Priorum Est autem vnum fundamẽtum geometricum, quòd linea est longitudo sine latitudine: & quia hoc est difficile imaginari, eo ꝙ linea semper est cum aliqua superficie: ideo ponitur exemplum ad declarandum, vt si punctus moueatur localiter per sui motum causabit quandam extensionem in longum solum, & illa esset linea. Et similiter est intelligẽdum de alijs, quæ ipse dicit esse fundamenta Geometræ, & propositiones opinabiles absq; eo quod est extra animam. Intendit enim suo fundamenta idest exemplares propositiones, & declarationes, & manifestationes quorundam fundamentorum. i. principiorum occultorum aliqualiter & modiculas declarationes intelligentium, scilicet exemplares. quare &c. Comm. 67. Tex. c. 41.

At veroneque numerus sicut est sic separatus & infinitus. numerabile enim numerus est, aut habens numerum. si ergo numerabile contingit numerare & transire, vtique possibile erit infinitum.

QVAESTIO XI.

An infinita multitudo simpliciter reperiatur actu in natura.

Onsequẽter quæritur. Vtrum aliqua multitudo sit simpliciter infinita. Arguitur quod sic, quia, si homines infiniti fuerunt in præterito, infinita sunt simul & secundum actum: sed infiniti homines fuerunt in præterito: quare: &c. Maior probabatur: quia quilibet homo, qui fuit, habuit vnum intellectum numero distinctum ab intellectu alterius, vt cõmuniter dicitur. intellectus enim cum sit forma substantialis corporis humani, numeratur & multiplicatur secundum multitudinem corporum humanorum, & sic quilibet homo habet suum intellectum. si igitur homines fuerunt infiniti, cum intellectus cuilibet hominis, qui fuerit, remanserit post mortem ipsius: intellectus. n non corrumpitur in morte hominis, imo separatur ab alijs, sicut quòd nunc simul sunt infiniti intellectus, & sic patet maior. & Minor patet, per Philosophum, qui vult, quòd mundus est perpetuus, & per consequens generatio hominum est infinita à parte ante, & post. & sic infiniti homines præcesserunt, & infiniti sequentur quare &c. Et posset ratio sic syllogizari, si placeret. Tot sunt intellectus humani principaliter & actu existentes, quot homines præcesserunt: hoc patet ea dictis, quia quilibet habuit suum intellectum. & intellectus perpetuus est à parte post, vt omnes concedunt, sed infiniti homines præcesserunt: quia mũdus semper fuit, & perfectus, sed non potest esse perfectus sine omnibus suis speciebus, & præcipuè sine specie perfectissima in istis inferioribus, quæ est homo, vnde necesse est, quòd homo semper fuerit, & non potest esse nisi in suis suppositis. vnumquodque autem suppositum hominis est corruptibile & generatum, & non potuit semper fuisse. vnde necesse est, quòd infiniti homines præcesserint: quare sequitur, quòd intellectus humani sunt actualiter infiniti. & sic est multitudo simpliciter infinita. Item, omnes species, quæ possunt esse in vniuerso, sunt actu in ipso vniuerso: aliter enim nõ esset simpliciter perfectum. sed infinitæ species numerorum possunt esse: quia continuum est diuisibile in infinitum, vt hic dicitur, & per diuisionem continui semper augetur numerus, vt etiam hic dicitur: numerus autem maior differt secundum speciem à minori, & è conuerso, vt cõmuniter conceditur. ergo possunt esse species numerorum infinitæ. Itẽ, quantacunque est multitudo in potentia tantam contingit esse actu: sed multitudo est infinita in potentia. quare &c. Maior probatur. quia quanta est magnitudo in potentia, tantam contingit esse actu, vt dicit Arist. in litera. ergo per simile, quantacunque est multitudo &c. & minor apparet per Philosophum in litera quare &c. Item, tot sunt potentiæ in prima materia, quot formas ipsa recipit in futurum: sed materia quæ nunc est in futurum, recipiet formas infinitas: quare &c. Maior probatur, quia materia, quæ nunc est, Tex. c. 37.

habet potentiam ad quamlibet formam, quam recipiet in futurum. non haberet potentiã ad formam quam recipiet in futurum, tunc nõ esset potens recipere illã. nihil enim, est potens sine potentia, sicut nihil est album sine albedine. & sic materia non esset potens recipere formã, quam recipiet in futurum. & per consequens reciperet impossibile recipere: quod est absurdum. ergo materia habet nunc potẽtiam ad quamlibet formam quam recipiet in futurum, saltem potentiam remotam. & constat q̃ potentia ad vnam formarum, quas recipiet, non est omnino eadem cum potẽtia ad alias, imo sunt diuersæ ad diuersas v.g. potentia materiæ ad formam, quam recipiet in primo anno, patet illud nunc non est eadem simpliciter & omnino ſm rem, cum potentia ad formam, quam recipiet in millesimo anno. quia, si esset penitus eadem, tunc vna facta in actu & reducta ad actum & alia esset statim ad actum reducta: quod est ridiculum, adueniente forma, quæ recipietur in materia in anno duodecimo fit in actu potentia, quæ erat ad eam: & non fit in actu potentia, quæ erat ad formã recipiendam in millesimo anno. ergo illæ potentiæ sunt realiter ab inuicem diuersæ, & sic de omnibus alijs. ergo patet manifestè q̃ in materia, quę nunc est, nunc primo paliter sunt tot potentiæ, quot formas ipsa recipiet in futuro: & hęc erãt mai nr. & minor est manifesta secundum Arist nam, cum generatio sit futura in infinitum secundum successionem, vt patet in 2. de Generatione, & in qualibet generatione recipiet nouam formam. manifestum est. q̃ in futuro recipiet formas infinitas successiuè; quare vt q̃ iam sunt actu in materia potentiæ ad formas infinitas simpliciter, & sic est aliqua multitudo actu infinita. Et istæ rationes faciunt mihi dubitationem magnam.

Tex. tõ. 59. Oppositum arguitur auctoritate Arist. qui vult q̃ nullã est multitudo actu & simpliciter infinita, & idẽ vult Com: Et arguitur ratione probabili, quam etiam Arist. inducit in litera pro probabili. nullum numerabile est simpliciter infinitum: hæc est manifesta: sed omnis numerus est numerabilis: hoc ipse supponit quare, nullus numerus est infinitus: & tunc addiungendo, quòd omnis multitudo est numerus aliquis, aut numerus essentiarum, aut numerus individuorum. ergo nulla multitudo est infinita.

CONCLVSIO.

Rerum differentium secundum genus, siue speciem, seu individuum, nulla est actu infinita multitudo, at rerum individualiter differentium nullumque inter se ordinem per se habentium, non inconuenit multitudinem infinitam inueniri.

Comm. 6. Multitudo est duplex. AD quæstionem est intelligendum, q̃ ſm Com. in 8 huius, multitudo vel est rerum differentium ſm formam, & hæc est multitudo generum & specierum: vel est rerum differentium ſm quantitatem, & hæc est multitudo individuorum corporalium & materialium. Et pum esse istam diuisionem intelligendam de illis rebus, quæ sunt distinctæ & diuersæ ab intrinseco principio diuersificatis vel differentiæ. Et præter istas duas multitudines videt aliquibus esse alia multitudo, quæ est aliquorum, quæ nec per se ſm formas suas differunt, nec etiam differunt ſm quantitatem ec ntinuam, sicut duo accidentia eiusdem speciei existentia simul in vno subiecto ſm idem sui. vt intensio huius albedinis, & illius in vno & eodem puncto medij possunt esse, cum per vnum punctum vel per vnam & eandem partem medij continuã ambas videri, & non sunt vna intẽtio numero & individualiter. & cum vna illarum remaneat altera corrupta: ablata enim vna albedine, remouetur intensio eius quę erat in medio, & remanet alia species, seu intentio albedinis remanentis, similiter autem & in multis ſm libus. Item duæ paternitates, & multæ dicuntur esse simul in vno subiecto, & non ſm diuersas eius partes quantitatiuas. & sic, cum talia accidentia non differant ſm formas suas per se, quia tunc differrent ſm speciem, nec differunt ſm quantitatem subiectã, vt manifestum est: vt q̃ præter illas duas multitudines quas ponit Com est alia multitudo, quæ nec est rerum ſm formas differentium, nec ſm quantitatem propriè. Sed illa est multitudo rerum differentium per intrinseca. scilicet per terminos respectuum, quantum ad relationes: vel per agentia cooperantia, quãtum ad species intentionales obiectorum eiusdem speciei. Com. aũt locutus fuit ibidem de multitudine rerum, quæ distinguũtur ab intra, & quæ sunt absolute ab agente conseruante proprio & propinquo, & à termino.

Hoc visto possumus dicere tria. Primo, q̃ multitudo rerum differentium ſm formas, sine sit multitudo generum, siue specierum, non est simpliciter actu infinita. secundo, q̃ multitudo individuorum distinctorum ſm magnitudines, vt Sor & Plato non est actu infinita. Tertio, q̃ multitudo aliquorum individuorum, quæ non differunt ſm formam, nec ſm quantitatem, sed per terminos extrinsecos, est aliquo modo infinita. Primum probatur quadam ratione, quã tangit Alex. in 1. de Sensu & Sensato. Si multitudo generũ aut specierum esset simpliciter & actu infinita, sequeretur q̃ vnum infinitum esset maius alio infinito: qđ repugnat veritati, & hoc relinquit Alexã. pro impossibili. Et probatur consequentia. quia constat, q̃ numerus specierum est maior numero generum, cum vnumquodq; genus habeat multas species, & similiter numerus individuorum, saltẽ in rebus materialibus est maior numero specierum, vt manifestũ est cuilibet intelligẽti. & sic, si numerus generum & specierum esset infinitus vnũ infinitum esset maius alio infinito: quod vt impossibile. Item, aliqui sic arguunt. In quibuscunq; entibus est primum, illa nõ sunt simpliciter infinita. Primum. nam repugnat infinito, sicut & vltimũ, vt manifestum est. sed in generibus est aliquid simpliciter primum. vt substantia, vt patet in 7 Meta. Et similiter inter species est vna prima. principium principium, qđ est Deus, qui est omnium principium ſm dignitatem & nobilitatẽ, vt patet in 12 Meta. quare &c. Tex. c. 4. Tex. c. 83. Et confirmatur; quia, cui semper duarum specierum vna sit simpliciter pfectior alia, si essent species infinitæ, tunc quacunq; specie data, esset dare pfectiorem, & sic in infinitum. & sic nunquam deuenirẽtur ad perfectissimam & nobilissimam, quod est absurdum. quare &c. Secundum declaratur. Si esset infinita ſm actum multitudo individuorum differentium ſm magnitudinem, tunc non possent contineri in aliquo vno infinito: hoc est manifestum, quia semper illud, in quo plura talia continentur, est maius quàm illud, in quo continentur pauciora. vt locus, in quo continentur plures homines, est maior illo, in quo continentur pauciores, dũmodo essent homines sibimuicẽ æquales. ergo illud, in quo infinita continentur, esset infinitum & non infinitum, non ergo omnia alia continerentur in vno illorum huius: sed hoc est falsum: quia omnia alia individua continentur in primo orbe, qui dr vltima sphæra: & hoc suppono ad præsens, quia debet demõstrari in 1. Cęli & Mundi. quare &c. Tunc declaratur tertium & adducitur ad hoc ratio prius tacta, quæ etiam fuit tacta in Primo huius, quam ad præsens non valeo soluere sufficienter. Sed contra istam conclusionem tertiam est dubium difficile. Dubitatio prima. Nam si in qualibet portione materiæ sunt potentiæ differentes, & infinitæ simpliciter, sequitur quòd vnum infinitum est maius alio infinito: quod videtur impossibile secundum Alex. vt arguebatur. & patet consequentia: quia constat quòd totum aggregatum ex numeris potentiarum existentium in duabus partibus materiæ est maius quàm si numerus potentiarum existentium in vna sola parte materiæ: quare, cum numerus potentiarum existens in vnica sola parte materiæ sit simpliciter infinitus, vt tu ponis: sequitur, q̃ vnum infinitum, sit maius. Præterea. Ratio Arist. videtur esse contra hoc: quia omne numerabile est finitum: vt manifestum est sed omnis numerus est numerabilis, & hæc propositio vt necessaria secundum Com. Et confirmatur: quia numerus est multitudo mensurata vno. omne mensuratum est finitum: quare &c. maior patet ex 10. Meta & minor est euidens. Dubitatio secunda.

Ad primum dicerent aliqui, quod vnum infinitum non est maius alio in illis, quorum vnum per se habet ordinem ad aliud: sicut genus & species habent per se ordinem, & species & individuum: sed illis, quæ nullum per se ordinem habent, nullum est malum, quòd vnum illorum infinitorum, scilicet discretorum, sit maius alio. sic autem est io proposito. Nam potentiæ istæ partium materiæ diuersarum nullum habent per se ordiem. ideo &c. Aliquis aliter diceret. quòd in duabus partibus materiæ non est maior numerus potentiarum quàm in vna sola, nec numerus potentiarum duarum partium materiæ, est totum propriè ad numerum potentiarum existentium in vna sola parte, sicut reuolutiones infinitæ, quæ erunt in duobus orbibus

bibus cœlestibus non erunt plures, quã reuolutiones vnius solius orbis. Hæc autem, quæ de ista tertia conclusione dicta sunt, recipiant diligentes inquisitores per modum exercitationis & inquisitionis magis quàm determinationis. Ad alia duo dicendum, ꝙ omnis numerus indiuiduorum differentiam secundum magnitudinem est mensurabilis & numerabilis & pertransibilis vno, quantum est ex natura rei, licet fortè sit nobis immensuratus & ignotus. sed numerus indiuiduorum, quæ non sunt distincta secundum quantitatem, nec subsistentia, sed iohærentia vni & eidem subiecto numero potest esse non numerabilis nec mensurabilis prorsus & simpliciter. & sic intellexit Arist. & Commen.

Intellectus est vnus in oibus hominibus.

AD primam rationem dicerẽtur, ſm fidem, ꝙ nec mundus fuit ab æterno, nec homo, sed habuerunt initium durationis; & ideo non valet ratio. Sed ſm Arist. posito mundum perpetuum, & eius speciem, Dicendum est, vt puto, ꝙ ratio accipit vnum falsum. ſc. ꝙ intellectus sit multiplicatus numerabiliter in diuersis corpotibus humanis, imo ipse est vnus onmero, quo omnes homines intelligont. Hoc autem declarandum est in 3. de Anima sed non hic. Et, cum dicitur, ꝙ intellectus est forma substantialis corporibus, dicendum, ꝙ ooo est forma dans esse corpori, sicut figura ceræ. sic. o. corrumpetur ad corruptionem compositi, sed est forma dãs operari, inquantũ rorum aggregatum ex ipsa & homine intelligit ratione partis, vnde actus non dicitor vniuoce de anima vegetatiua & sensitiua & intellectiua; sed ſm aliam, & aliam rationem. Ad aliam dico, ꝙ vera est maior de speciebus pertinentibus ad perfectionem vniuersi, & non de alijs: modo, species numerorum non pertinẽt ad perfectionem vniuersi necessario, ideo non est necesse, quod omnes sint simul actu: quia successiuè possunt esse.

Intellectus non est forma dãs esse corpori.

Sed mihi vr, ꝙ hoc est multum dubium: quia certum est, ꝙ numerus, qui est species quaotitatis, pertinet ad perfectionem vniuersi necessario, & numerus non põt esse sine dualitate, vt manifestum est. sic ergo dualitas necessaria est ad perfectiooem vniuersi: sed dualitas est species minus perfecta omnibus alijs, vt conceditur: ergo multo fortius ad perfectionem vniuersi pertinent omoes aliæ species numerorum, si species habrat & sic idem quod prius. Et propter istam rationem, eum qualam alia, quam reputo demonstrationem, si vera sunt illa fuodamenta, quæ cõtet concedi solent de numero & de vnitate, posui alias, ꝙ numeri indiuiduorum per se non differunt ſm speciem, imo sunt vnius & eiusdem speciei specialissimæ in genere quantitatis. & respondi ad quasdam obiectiones, quæ sunt contra istam cõclusionem propter quod illam quæstionem inquirat, cui cura fuerit. Ad aliam concederem ad præsens, ꝙ infinita est multitudo potẽtiarum, quas habet materia ad formas recipiendas in futuro: sed istæ potentiæ non sunt indiuidua diuersa ſm quantitates cõtinuas imo sunt in vno corpore iubiectiue. Et forte Arist. non negauit multitudinem indiuiduorum infinitam, nisi illam multitudinẽ quæ consequitur diuisionẽ continui, & est multitudo indiuiduorum corporalium magnitudines diuersas habentium: ideo non valet.

Numerorũ species pertinent ad perfectionẽ vniuersi.

Tex. c. 35. *Aliter enim in tempore manifestum est infinitum, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum. omnino enim sic est infinitum in semper aliud & aliud accipiendo, & acceptum quidem semper finitum esse &c.*

QVAESTIO XII.

An Magnitudo in infinitum diuisibilis sit.

COnsequenter quæritur. Vtrum magnitudo sit diuisibilis in infinitum. Arguitor primo ꝙ non, quia si sic, oporteret ipsam aliquando esse diuisam in infinitum, cum omois potẽtia debeat reduci ad actum, nisi sit ociosa: inconueniens autem est potentiam omnino esse frustra, vt habetur ex 1. Cœli & Mundi, quare &c sed cosequens inconueniens, ꝙ magnitudo sit aliquando actu diuisa in infinitum, quia sic esset multitudo actu infinita indiuidoorum diuersorum secundum quantitates, qđ est impossibile. Item, si sic, tunc totum esset æquale parti, & è conuerso: quod est impossibile, & contra dignitatem illam, quæ est, ꝙ omne totum est maius sua parte probatio consequentiæ. Quia æqualia sunt illa, quæ habent æquales diuisiones: modo, pars magnitudinis, cum sit magnitudo, erit diuisibilis in infinitum, sicut & tota magnitudo: & sic habebit æquales diuisiones pars & totum, cum vnum infinitorum nõ sit maius alio. quare &c Item, si magnitudo esset diuisibilis in infinitum, tunc in magnitudine finita esset potentia infinita: quod est impossibile. quod patet ex 8. huius & probatur consequẽtia. Quia esse diuisibile est habere potentiam ad diuisionem, vt manifestum est vnicuique: & similiter esse diuisibile in infinitũ est habere potentiam ad diuisionem infinitam. potentia autem ad diuisionem infinitam est infinita, vt manifestum est: ergo, cum omois magnitudo sit infinita, vt probatũ est prius: sequitur, ꝙ infinita magnitudine erit virtus infinita, vel potentia infinita: quod est absurdum. Item, illud, quod nunquam est, nec fuit, nec erit, est impossibile, sicut necessariũ est quod semper est fuit, & erit. Sed continuum nunquam fuit diuisum in infinitum, nec est, nec erit, vt concedunt oo ipsum esse diuisum in infinitum est impossibile. ad impossibile autem oulla est potentia, vt manifestum est: ergo nulla est potentia in magnitudine ad diuisum esse in infinitum, & per consequens magnitudo non est diuisibilis in infinitum.

Comm 80.

Tex. c. 17. Tex. c. 3.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in illo cap. & in 6. huius, & auctoritate Comment. & omnium expositorum.

CONCLVSIO.

Magnitudo est diuisibilis in infinitum secundum successionem diuersarum partium.

AD quæstionem dico breuiter, quòd magnitudo est diuisibilis in infinitum: quia quod est diuisibile in semper diuisibilia est diuisibile in infinitum, quia in tali semper remaneret aliquid diuidendum. sed magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia, quia aut est diuisibilis in semper diuisibilia, aut in indiuisibilia, simpliciter: sed non est dicendũ quod sit diuisibilis in indiuisibilia: quia vnumquodque est compositum ex illis, in quæ est diuisibile, vt dicitur in 1. huius, & est notum per se: magnitudo non est composita ex indiuisibilibus, tanquam ex partibus quantitatis: quia vũ indiuisibile additum alteri non constituit aliquid maius, vt manifestum est cuilibet intelligenti, & declaratur supra Primum de Generatione, & in Sexto huius, & in libello de Lineis indiuisibilibus. In istis etiam locis ostenditur multipliciter, ꝙ nullum continuum est compositum ex indiuisibilibus compositione quantitatiua: & hoc ad præsens suppono. quare relinquitur, ꝙ magnitudo non est diuisibilis in aliqua indiuisibilia, imo indiuisibilia, & sic est diuisibilis in infinitum. Et circa hoc considerandum est ꝙ magnitudinem esse diuisibilem in infinitũ realiter non est aliud quàm magnitudinem habere potentiam ad diuisionem infinitam. ita quòd diuisio infinita est quidam actus, ad cuius receptionẽ ipsa magnitudo habet potentiam receptiuam. vel saltem substantia magnitudini subiecta habet huiusmodi potentiam per ipsam magnitudinem. Duplex autem est actus quantum ad propositum spectat. Quidam est actus permaneos, & quidam successiuus: actus quidem successiuus est ille, qui non habet suas partes simul existentes, sed sibiinuicem succedentes, vt dies nõ habet omnes suas partes simul, scilicet mane & meridiem, & huiusmodi: imo istæ partes sibiinuicem succedunt, ita quòd voa parte existente, est in poteotia ad aliam: & illa alia adueniente, adhuc est potentia ad aliam. Et similiter exemplificat Philosophus de agone 3. de ludo, qui celebratur in monte Olympi: illius. n. ludi agooistici artes qoo erant simul omnes, sed sibiinuicem succedebaot, & hoc est videre in omni motu vero & continuo. Et talis actus dicitur actus imperfectus & actus permistus potentiæ, & actus in fieri. Actus autem permanens est ille, qoi oon habet partes successentes, sed aot nullas habet partes, sicut vnitas & punctus, aut partes habet simul existentes, vt albedo, nigredo, & forma Socratis & statuæ. & huiusmodi formæ habent esse fixum in subiecto: & talis actus dicitur actus perfectus & in facto ẽsse consistens & non permistus potentiæ ad aliam partem generandam. Modo, cum dicimus, ꝙ magnitudo habet poteotiam ad diuisionem infinitam, non est intelligendum ꝙ huiusmodi diuisio sit actus permanens, quia aliquando nt totus simul secundum omnes suas partes: hoc. n. est impossibile,

Tex. c. 23.

Tex. c. 49.

Magnitudo habet potẽtiã ad diuisionem infinitam.

sicut probant quædam rationes præinductæ sed illa diuisio est actus imperfectus & successiuus, cuius una pars alteri succedit, & una diuisione existente in magnitudine, adhuc est in potentia ad aliam & sic semper in infinitum. & hęc est doctrina Arist. in cap. vt manifestum est inspicienti lineam unde diffinitur infinitum, quod est illud, cuius sm quantitatem accipientibus, semper est aliquid accipere extra. Et est vlterius diligenter considerandum, q̃ principalis causa irrinseca, quare magnitudo est diuisibilis in infinitum est ista, quia sicut ipsa magnitudo principaliter consequitur materiam

Tex. cō. 38. tuam materiæ, vt patet ex 7. Meta. & Com. tangit in Substantia Orbis, & sic potentia magnitudinis ad diuisionem quodammodo principaliter consequitur ipsam materiam & originaliter. unde, cum ipsa materia de se non sit quid finitum, nec determinatum aliquo termino, sed potentia ad oēs actus, ideo ipsa potentia magnitudinis ad diuisionē recipiendam est infinita & indeterminata. Et hoc fortè sensit

Comm. 59. Com. cū dixit, q̃ diminutio est ire ad nihil, cuius cā est materia: sed additio est ire ad esse, cuius causa est forma: infinitas autem inuenitur p materiam. sicut finitas per formā.

RESPON. AD primam rationem patet ex dictis: non. n. ponimus q̃ magnitudo habet potētiam ad diuisionem infinitā, sicut ad actum perfectum. sicut ad actum totum simul existentem, sed sicut ad actum successiuū & permistum potentiæ, & ideo non sequitur, q̃ magnitudo quandoq; sit actu diuisa in infinitum. Diuisa dico, diuisione simul existente, sed bene diuiditur in infinitum secundum successionē diuisionum.

Ad aliud uero consequētiam. Et ad probationem. dico, q̃ illa, quæ habent diuisiones æquales numero, & in partes æquales magnitudinem: sed non oportet illa esse æqualia, quæ habent diuisiones æquales numero in partes magnitudinis inæqualis. nūc, tota magnitudo & pars eius bene habent diuisiones æquales numero. s. infinitas diuisiones in potentia, & in actu successiuo, sed non in partes æquales magnitudinis. magnitudo enim decem pedum non potest diuidi in tantas partes, sicut magnitudo 10 pedum: & sic de cæteris.

Ad aliam dico, q̃ in magnitudine finita non potest esse virtus vel potentia infinita actiua, vt patet ex 8. huius, sed potentia passiua infinita bene potest esse in magnitudine finita, vt patet in cœlo, quod est magnitudinis finitæ, & tamen habet potentiam infinitam receptiuam motus, vt patet in Octauo huius. modo, potentia magnitudinis ad diuisionem est potentia passiua. quare &c. Item, potest dici. q̃ in magnitudine finita non est potentia infinita secundum extensionem, sed infinita secundum multitudinem potest: vnde dico, quod magnitudo habet potentiam ad diuisionem: potentiam dico in infinitum multiplicatam, sicut & diuisiones, quas recipiet in futuro erunt infinitæ. Ad aliam patet ex dictis. magnitudinem enim esse diuisam in infinitum diuisione simul existente tota, nunquam est nec fuit nec erit, sed ipsam diuidi in infinitum successiuè bene est, fuit, & erit. hoc autem modo habet ipsa potentiam ad diuisionem infinitam. quare non valet ratio.

Tex. c. 49. *Quod autem secundum appositionem idem quodammodo est et, quod est secundum diuisionem infinitum enim secundum appositionem ht è contrario &c.*

QVAESTIO XIII.

An quantamcunque magnitudinem per appositionem contingat excellere.



Consequenter quæritur vtrum per appositionem cōtingat excellere quantamcunq; magnitudinem. Arguitur primo q̃ sic. quia per appositionem contingit excellere quātamcunque multitudinem, secundum Philosophum in litera: ergo per appositionē contingit excellere quotamcunq; magnitudinem per conuenientem similitudinem. Item, sicut se habet diuisio ad minoritatem & diminutionem, sic appositio ad augmentatiuum & maioritatem, per similitudinem conuenientem: sed per diuisionem contingit excellere omnem parvitatem. & fieri minus, vt manifestum est: & docet Arist. in litera. ergo &c. Item, principia mathematicorum sunt vera & necessaria: & vnum principiorum mathematicorum est, quòd ad omnem lineam est accipere maiorem. quod non esset, nisi per appositionem contingeret &c. Minorem ponit Com. in Com. vt prius allegabatur.

Oppositum vult Arist. in litera. vult enim, quòd per appositionem non contingit &c.

CONCLVSIO.

Quamcunque paruitatem per diuisionem, omnemq; multitudinem finitam ac determinatam excellere cōtingit. datam verò magnitudinem per diuisionem excellere, impossibile est.

AD quæsitum intelligendum, q̃, cum aliqua magnitudo diuiditur, illud idem, quod p diuisionem accipitur, potest apponi vel addi alteri magnitudini in præexistentia & sicut procedit successiuè in diuisionem magnitudinis, nec est peruenire ad aliquam vltimam diuisionem post quā non possit esse alia diuisio, sic potest fieri appositio successiuè in infinitum ad aliam magnitudinem: imo propriè loquendo aliter non fit appositio ad magnitudinem aliquam, nisi illud quod apponitur accipiatur per diuisionem aliquam à magnitudine præiacente. bene tamen contingit ex minori quanto fieri maius quantum sine appositione magnitudinis præexistentis actu. s. per extractionem magnitudinis ea potentia ad actum, vt contingit in rarefactione, cū ea aqua generatur ignis: sed non est ibi propriè appositio, sed magis generatio magnitudinis. Vlterius considerandum est, quòd, cum aliqua magnitudo diuiditur, & apponitur alteri magnitudini, nunquam per appositionem talem fit maior quantitatiuè aggregata ex magnitudinibus illis, quarū vna diuiditur & alteri apponitur. vt gratia exempli, si sint duæ lineæ, quarum vtraque sit 10. pedum, si vna diuidatur & alteri apponatur, nunquam excellitur magnitudo 20. pedum, imo sine dubio nunquam per talem appositionem constituetur magnitudo 20. pedum: quia semper remanet aliquid diuidendum. i. aliquid apponendum: dummodo solum apponatur id, quod per diuisionem accipitur.

Appositio fit per acceptionem diuisorum.

Tunc dico ad quæstionem tria. Primo dico, q̃ per diuisionem contingit excellere quantamcunq; paruitatem. secundo dico, q̃ per appositionem contingit excedere omnē multitudinem præexistentem finitam & determinatam: tertio, q̃ per appositionem quantitatis non contingit &c. Primam p̃batur, quia omnis pars est minor suo toto: sed semper acceptum per diuisionem ab aliqua magnitudine est pars totius magnitudinis præexistentis, vt manifestum est: ergo semper illud acceptum est minus illa magnitudine tota, quæ præexistebat. Sed posset sic argui. illius parvitatem contingit excellere per diuisionem, cuius partem cōtingit accipere per diuisionem: hoc est euidens, quia semper pars est minor suo toto. sed omnis magnitudinis contingit accipere partem per diuisionem, cum magnitudo sit diuisibilis in infinitum, vt probatum est prius. Secundum p̃batur. quia omne tinum excellit luam partē & est maius: sed per appositionem vnitatis ad quantamcunque multitudinem præexistentem fit aliqua multitudo, quæ est totum respectu multitudinis præexistentis. quare &c. Et potest sic componi syllogismus. Per illud potest excelli quæcunque multitudo determinata præexistens, per qđ qualibet multitudo præexistens fit pars alterius multitudinis cōstituæ, hoc est euidens, quia semper pars omnis excellitur à toto. sed per appositionem ad quancunq; multitudinē præexistentem ipsa multitudo præexistens fit pars multitudinis constituæ, vt numerus partium ligni sit nunc 10. & vnum lignum diuidatur, tūc additur vnitas, & fiet vndecim, qđ est totum quoddam ad decem: similiter aūe & in alijs. vnde, cum magnitudo sit diuisibilis in infinitum, & per quamlibet diuisionem addatur vnitas vel vnitates ad numerum præexistentē, manifestum est, q̃ per appositionē contingit excellere quantācunq; multitudinem. Sed vtrum per diuisionem cuiuslibet magnitudinis addatur vnitas solum vel vnitates ad duæ necessario bonum est inquirere. veluti gratia, ponamus, quòd vnum lignū nunc sit diuisum in duas partes, & vlterius vna illarum diuidatur in duas partes, non dicemus q̃ sint nisi tria ligna. Quæro igitur, vtrum in vero q; illorum lignorū, quæ distincta sunt per diuisionem, causata sit vnitas, vel solum

Dubitatio.

lum in vnoquoque illorum vel nullo: si in vtroq; ergo generatæ sunt duæ vnitates, & prius erant duæ, & sic erunt quatuor hgna, quod est falsum. si in vno solum causata sit vnitas, hoc est fictitium, quia nō est rō, quare in vno magis quā in alio, vt manifestum est cuilibet intelligenti: sed in nullo illorum facta est vnitas. ergo non sunt nisi duo, vt prius, qđ est contra sensum. Dicerctur ad hoc, q in vtroq; diuisorum facta est vnitas. Et cum dicis. ergo, eum duæ vnitates præexistent &c. Dico, q duæ vnitates bene præexistebant, sed per diuisionem vna illarum corrumpitur .s. vnitas quæ præexistebat: in illa parte, quæ diuiditur, & duæ generantur. sed mirum est, quō vna & eadem actio corrumpit vnitatem, & generat vnitatem. s. illa diuisio. Inquire de hoc vtrū, nolo plus dicere ad præsens. Tertium declaratur; quia pars non potest excellere suum totum: hoc est euidens, sed illud, qđ constituitur per appositionem ad magnitudinem est partes respectu totius aggregati ex magnitudine, quæ diuiditur, & magnitudine cui apponitur: dummodo illud quod additur sit sumptum per diuisionem ex magnitudine præexistente. Et si vna tota magnitudo præexistens addatur alteri toti magnitudini, tunc non excedetur magnitudo aggregata ex ambabus. vt, si linea 10. pedum addatur lineæ 10. pedum non excedetur linea 20. pedum, & sic in omnibus alijs. quæ se &c. Et probatur idem ratione Arist. in litera. si per appositionem contingeret excedere quantamcunq; magnitudinem determinatam, tunc contingeret excelliere magnitudinem cœli, & hoc est euidens. Et sic posset esse magnitudo maior magnitudine cœli, & hoc est quod dicit Aristo. esset aliquid cœlo maius. sed si esset magnitudo maior cœlo, necesse esset eam esse extra cœlum: huc etiam est manifestū. Illa igitur magnitudo vel esset finita vel infinita: si infinita, hoc est impossibile, vt prius patuit: si finita, hoc non potest fieri. quia aut esset terminata termino corporis cœlestis, aut termino naturæ elementaris, aut termino alicuius mixti. non primo modo: quia sic extra cœlum esset natura cœlestis, quod est impossibile: nec secundo modo, quia extra cœlum non pōt esse aliqua natura elementaris, vt demōstratum est in Primo Cœli & Mundi. sitr nec tertio modo, quia impossibile est esse aliquid mixtum extra cœlum quare &c. Item arguit Arist. in litera. quantamcunq; contingit esse magnitudinem in potentia, tantam contingit esse actu, licet non sit ita de multitudine, vt dicit: si igitur in infinitū pōt augeri magnitudo per appositionem, & fieri maior quacunque magnitudine: sequitur q actu pōt esse magnitudo infinita, quod est impossibile. Sed quæritur, quare quantacunq; est magnitudo in potentia tanta est magnitudo actu, & non est sic numero. Respondet Cōm. & multum obscure tō forte vult dicere, q causa huius est: quia potentia ad magnitudinem infinitam si esset, esset potentia ad aliquid vnū indiuiduum totum simul existens: & ideo oporteret q aliqui simul esset infinita magnitudo, sed potentia ad numerū infinitum nō est ad aliquid vnum indiuiduum totum simul existens, sed successiue, sicut & diuisio magnitudinis est infinita successiue procedendo. Vel forte intelligit Cōm. q cā illius diuersitatis est, quia cum magnitudo sit vna quantitas continua, potentia ad additionem, quæ est in ipso, est vna potentia: & si est potentia ad additionem infinitam, illa erit simul actu vel esset simul actu, vt dicit; sed numerus nō est vnum continuum: & ideo in ipso non est vna potentia ad additionem, sed plures potentiæ, quæ non sunt partes vnius possibilitatis determinatæ: & ideo non oportet q sit simul actu infinitus numerus, per appositionem infinitam.

Solutio.

Tex. c. 69

Tex. c. 99.

Tex. c. 69

Quæstio.

Responsio.

Cōmen. 69.

RESPON. AD primum argumentum patet ex dictis. Non. est simile de appositione ad magnitudinem & ad multitudinē, quia illud, q constituit per appositionē ad multitudinē præcedentem, est quoddā totum respectu totius multitudinis præcedentis. sed illud, quod constituitur per appositionē ad magnitudinē præcedentē &c. est pars magnitudinis totius præexistentis, vt manifestum est cuilibet intelligenti, & ex dictis. Ad aliud dico, q non est oino simile. bene simile est in hoc, q sicut relictū per diuisionem est minus eo qđ præexistebat, sic constitutū per appositionem est maius eo, cui fit additio, sed dissimile est in hoc, quia sicut dicit Cōm. additio ad magnitudinem est ex forma, diuisio verò ex materia. Et, quia materia est infinita. i. nō finita de se, & forma est finita. ideo &c. Quod aūt additio ad magnitudinem sit forma, sic pōt intelligi. nā q vna species requirat maiorem magnitudinem quā alia, vt q ignis requirat maiorem quantitatē quā aer, & sic de alijs, hoc prouenit principaliter ex forma naturali & non ex materia, quæ de se est indifferens ad quamcunq; magnitudinem. Item, illud quod in diuisione accipitur, semper est pars respectu totius aggregati ex ipso & magnitudine remanente: ideo est minus illo. sed in appositione illud constitutum per appositionē non est totum respectu totius aggregati ex ipsa & magnitudine præexistēte, à qua accipitur per diuisionē illud qđ apponitur alteri.

Additio ad magnitudinem fit ex forma.

Ad aliud prius dictum fuit, quomodo intelligendum est illud dictum Cōmen. non quod in ipsa magnitudine vel in substantia magnitudinis substantia sit potentia ad additionem transcendendo oēm magnitudinem determinatam. & quacunque linea data sit potentia in materia ad maiorē recipiendā. nec supponit Geometra, quia in nullo est necessarium, nec vtile, nec est verum in se. Sed forte sic intelligitur quod magnitudini, vnde magnitudo est per se & principaliter, non repugnat quod quacunq; linea data sit accipere, & esse maiorē, sed hoc repugnat ratione formæ naturalis.

Quæstionum super Tertiū librū de Physico Auditu finis.

QVAESTIONES LIBRI QVARTI DE PHYSICO AVDITV.

Similiter autem est necesse de loco sicut de infinito cognoscere, si est: quomodo aut non est, quid est: eo nanque, qua sunt, omnes opinantur alicubi esse, qua verò non sunt, nusquam esse &c. Tex. c. 1

QVAESTIO I.

An omnia entia sint in loco.

CONSEQVENTER quæritē circa cap. de loco, primo, Vtrum oia entia sint in loco. Arguitur primo qđ sic. Omnia entia aut sunt corporalia, aut incorporalia: hæc satis concedit ab omnibus Modernis Philosophātibus, & patet ex 8 huius. & Cōm. dicit in 4 Metaph. quod inter esse materiale, & esse abstractum, non est medium. & h. d. esse per se notum sub his verbis, & notum est per se, q nulla natura est media inter esse materiale & abstractum. Et constat, q esse materiale est esse corporeum & è cōuerso, & esse abstractum est esse incorporeum & è conuerso. sed omnia entia corporea sunt in loco, vt vult Aristo. & omnes alij. Similiter entia incorporalia sunt in loco. probatio: quia dicit Arist. in Primo Cœli & Mundi, loquens de Cœlo, q omnes tam Græci quām Barbari attribuūt hunc locum dijs, dij autem sunt incorporalia entia. Ité, in eodē Primo dicit Arist. q extra cœlū non est locus, neq; vacuū, neq; eps: sed ibi. extra cœlum sunt entia impassibilia & malterabilia &c. extra aūt dicit differentiam loci: ergo talia entia sunt indifferentia loci: quare sunt in loco. Item, omne singulare est in loco, quia singulare est hoc & nunc, vt cōiter dicitur. Sed omne ens est singulare, quod patet per Philosophum 7. Metaphy. vbi vult q vnia non subsistunt: vt ponebat Plato. & Boetius in de Vnitate & Vno dicit quod omne quod est, ideo est quia vnum numero est. Vnum autem numero est singulare vt omnes concedunt. quare &c. Præterea arguitur rationeam tiquorum: nullum non ens est in loco: non enim est tragelaphus: aut sphynx, ergo omne ens est in loco. q are &c.

Tex. c. 79. Cōment. 4.

Tex. c. 130. Tex c. 22

Tex. c. 99

Tex. c. 28.

Oppositum vult Aristorel. & Commentator.

CONCLVSIO.

Corporalia tm & sensibilia in loco proprio sunt, at incorporalia & abstracta entia in eo per translimitationē esse dicuntur.

INtelligēdū est, q oporteat in vniuersū aliqua entia esse immobilia oino, & p consequens incorporalia, & hinc magoitudine: & hoc demostrabitur in Octauo & ad præsens supponatur.

: pnnatur. Tunc dico, ꝙ non oia entia sunt in loco: quia omn., quod est in loco proprie est corporeum vel corpus. nã e ꝓpriissimo loco est continens à loco & circumscribi ipso & simul corpus est cõtentibile, & circumscriptum loco: sed non oia entia sunt corpora, nec corporalia, vt supponitur. est. quare &c. Itẽ, omne quod est in loco proprie est mobile ſm locum, vt vult Aristot. sed non omnia entia sunt mobilia ſm locum, vt demonstratur in Octauo huius: quarè &c.

Sed est intelligendum, ꝙ licet entia separata nõ sint propriè in loco. tic, ꝙ circumscribantur & contineantur loco determinato & includantur, vel ẽt circumstent & circundẽt aliquem locum, tñ ſm quandam transumptionem & impropriè sunt in loco: quia si moueret aliqua mobilia determinata & ei sibi appropriata, ita ꝙ vnumquodq; ipsorum moueret tale mobile determinatè & immediatè & tanta velocitate, & non moueret maius, nec minus, nec maiori velocitate nec minori, & sic est ipso ipso suo mobili ſm appropriatione motus. & ad illam intentionem dñr esse in cœlo non, quia includantur in eo nec circumscribant: & hoc est quod dr in alijs verbis, ꝙ motor separatus est in cœlo non secundum suam substantiam, sed secundum operationem suam, quæ est motus eius quem agit. Ille. n. maxime apparet ipso cœlo: & propter hoc motor primus, qui est Deus, dicitur esse in maximo circulo primi orbis, eò ꝙ per motum illius, cum sit velocissimus, maxime apparet virtus ipsius motoris primi, vt habet videri in 2. Cœli & Mundi, & 8 huius.

Entia separata sunt in loco impropriè. Text. c. 63

Text. c. 88. Phyſico. 45.

RESPON. AD primum argui eorum dico, ꝙ, cum Arist. extra cœlum nelle entia abstracta accipiebat extra primum ue non ponitur, & intellegit, pro tanto ea esse extra cœlũ, quia non includuntur nec continentur in cœlo, nec circumscribuntur ab ipso. sicut habet videri ibi. aliud dico ꝙ maior est nota de singulari sensibili. Omne. n. tale vel est corpus vel virtus in corpore: & ideo est in loco: sed de hoc quod sit insensibile non est vera. Multa aũt singularium sunt insensibilia. illa quę sunt separata à materia & magnitudine, quorum esse est declaratum in philosophia naturali. vt dicit Cõm. in 1. hoins Ad aliud dico ꝙ est sophisma consequẽtis, à positione consequentis: bene. n. sequit ꝙ, si aliquid est in loco, ꝙ ipsum sit ens: non ens. n. non est in loco: sed non sequit ꝙ hoc si aliquid est ens: ergo est in loco. quia in plus est ens quàm ens in loco: & sic est fallacia consequentis: & per tales fallacias multi antiquorum philosophantium fuerunt decepti ꝓpter ignorantiam Logicæ & præcipuè ea ignorãtia illius partis, quæ docet eorum sophisticas importunitates: & est illa, quã tradit Arist. in lib. Elenchorum. quare &c.

Comm. 83.

Tex. c. 41. *Amplius autem loci mutationes physicorum corporum & simplicium, vt ignis terra, & talium non solum ostendunt quòd aliquid sit locus, sed ipsa & habet quandam potentiam, locus enim vnumquodque in suum locum non prohibitum &c.*

QVAESTIO II.

An in loco sit virtus conseruatiua locati.



Consequenter quæritur, Vtrum in loco sit virtus cõseruatiua locati. Arguitur ꝙ nõ, quia illud, quod corrumpit aliquid non habet virtutem conseruatiuam eius, cum cõseruare aliquid & corrumpere ipsum sint opposita, sed locus corrũpit ipsum locatum, vt manifestum est; quia locus, qui est locus aeris, pòt corrumpere aerem, & ea co generare ignem. Et vlr, vnumquodq; elementum est generabile ea quolibet immediatè, vt capitur in 2. de generatione generatio aũt vnius non est sine corruptione alterius, vt dr in 1. de Generatione. quare &c. Et confirmatur, quia si locus haberet virtutem conseruatiuam locati, tunc locatum in suo loco nunquam corrumperetur: hæc vr manifesta. nihil. n. corrumpitur ꝓpter suo conseruante, sed magis conseruatur. consequens aũt falsum est, vt patet ad sensum de animalibus & plantis, quæ moriuntur in suis locis naturalibus quare &c. Item tñ indistibili non est virtus conseruatiua: quia illud, in quo est virtus, est quale. 1. virtuosum: indiuisibile aũt non pòt esse quale. Primo huius. sed locus est indiuisibilis: est. n. terminos, vt patet in isto 4. terminus aũt est indiuisibilis, vt manifestũ est per se. quare &c. Item, incorruptibile non indiget aliqua virtute conseruante, vt manifestum vr: sed aliqua loca sunt incorruptibilia, vt orbes cęlestes, quorũ vnus est locus alterius. ergo non indigent aliquo conseruante, & per cõsequens in locis eorum non est virtus conseruatiua ipsorum.

Tex. c. 13 Tex. c. 41

Oppositum vult Arist. m hiera, & oẽs coiter concedunt.

CONCLVSIO.

In Naturali loco est virtus locati conseruatiua.

AD quæstionem. Dicendum, ꝙ in loco naturali est virtus conseruatiua locati, quod dupliciter apparet. Primo modo ex parte motus naturalis locati ad suum locum. videmus. n. manifestissimè, ꝙ quodlibet locatum, cum est extra suũ locum, & non prohibetur omnino ab aliquo detinente, mouet seipsum ad suum locum, vt manifestum est de grani & sicut manifestius: hoc autem non videretur nisi locus haberet virtutem conseruatiuam ipsius locati. quare &c. Item hoc patet ex parte generationis corporum naturalium. Videmus. n. aliqua corpora naturalia generari in aliquo loco, & in eo nutriri, & proficere ad augmentum: & in alio loco non generari, sicut manifestum est in multis animalibus, & in multis plantis, quæ sic generari in vno loco, ꝙ nũquam in quodam alio: & hoc sine dubio non contingeret, nisi locus haberet virtutẽ conseruatiuam ipsius locati. quare &c.

Et est considerandum, ꝙ elementa habent diuersas virtutes: quædam. n. habent virtutes ibinunicem contrarias, vt calidum, frigidum, humidum, & siccum: & ratione istarum, vnum non est locus alterius, alias aũt habent virtutes eis infusas ab ipso cœlo, prout sunt totalit & tali distantia vel propinquitate ad orbem cœlestem. Et tanquam talis virtutis elementum continens locat elementum contentum: & ſm quod est & alia distãta, vel propinquitas ad orbem. vel ad aliquam partem orbis tollitur alia & alia virtus conseruatiua. Cuius euidens signum est, ꝙ quædam corpora naturalia conseruantur sub vna parte orbis, quæ sub alia corrumperentur, vt aliqua conseruantur sub plaga meridionali, quæ corrumperentur sub plaga & sub parte septentrionali, & è contrario. similiter autem & in alijs. hoc autem bene potest scirì ex doctrina Alberti in suo libro de proprietatibus locorum. Contingit autem quandoque quòd in corpore continente virtus conseruatiua contenti est fortior in conseruando quàm virtus contraria in corrumpendo: tunc corpus locans conseruat locatum in suo esse. Quandoque verò deficit virtus conseruatiua locati propter præsentiam contrariæ virtutis: & tunc dominatur virtus contraria corporis continentis supra virtutem contrariam contenti & corrumpit ipsum: tamen locus naturalis manens in dispositione naturali semper conseruatur locatum.

Eleméta secundùm diuersas virtutes habẽt locationis diuersam.

Corpus locans, quo modo conseruat locatum.

PEr hoc ad rationes, cum dr. Illud quod corrumpit &c. verum est, vt corrumpit, & dum corrumpit. Et, cũ dr, ꝙ locus naturalis corrumpit & conseruat, verũ est, cum virtus eius contraria fortior est magendo quàm virtus conseruatiua in cõseruando: & tunc non est amplius locus naturalis simpliciter, sed quãdiu locus naturalis, manet naturalis, & virtus influxa corpori contenti durat & fortis est sufficienter, non corrumpit contentum seu locatum à cõtinente seu loco. Per idem ad confirmationẽ. verum. n. est ꝙ locatũ nunquam corrumpitur dum est in suo loco naturali, vt naturalis est, sed per accidens contingit, vt dictum est. Ad aliud dico, ꝙ in indiuisibili simplr, & sino non est virtus conseruatiua, saltem qua sit qualitas sensibilis: sed indiuisibilis aliquo modo, & indiuisibilis alio modo, bene pòt esse virtus conseruatiua. Et cum dr ꝙ nod locus est indiuisibilis. Dico ꝙ locus non est simpliciter indiuisibilis, & omnino, licut pũctus & vnitas, sed est indiuisibilis ſm profunditatem; diuisibilis in ſm longitudinem & latitudinem. Et cum dr, ꝙ terminus est indiuisibilis, verum est in diuisione opposita diuisioni, qua diuiditur aliud cuius est terminus vt punctus est indiuisibilis ſm longitudinem, quia est terminus lineæ, quæ est diuisibilis ſm longitudinem: & linea est indiuisibilis secũdum latitudinem, cum sit terminus superficiei, quæ est sic diuisibilis, & superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, quia est terminus corporis. quod est diuisibile secundum profunditatem: nunc locus non est quicunque terminus, sed terminus corporis continentis, vt Philosophus docet

Locus est indiuisibilis.

Terminus quomodo ẽ indiuisibilis

docet, quare &c. Ad aliud posset dici, ꝙ intelligitur de locis naturalibus corporum, quæ mouentur motu recto siue motibus rectis. non autem de locis corporum, quæ perpetuo circulariter mouentur. sed, quia Arist. videtur generaliter tendere, quòd locus habet potentiam conseruatiuam locati, ideo alij dicunt aliter, & dicunt ꝙ perpetuum nó indiget conseruante agente præcipue si in substantia perpetua. substantiæ.n. cæteræ non habent causam agentem proprie, vt dicit Cõm. in 4. Cœli & Mundi. & in 12. Metaph. tamen substantia perpetua bene indiget conseruante, quæ est finis, & sic erit in proposito. Qualiter autem finis conseruet ordinata in finem, & tamen non efficit ea, bonæ inquisitio est, sed non hic principaliter. forte intelligitur sic conseruare, quia, si non esset ipse finis, non remaneret ordinatum in finem, imo destrueretur causaliter & principaliter: sed de hoc alias, si dederit Deus videbitur.

Perpetuum non indiget conseruante agente.

Comm. t.

Tex. c. t 3. *Sed neque maior, neque minor locus est vnicuique.*

QVAESTIO III.

An locus sit æqualis corpori locato.

COnsequẽter quæritur vtrum locus sit æqualis locato. Arguitur primo ꝙ nó: quia cœlum est locus cuiuslibet illorũ inferiorum. omnia.n. sunt in cœlo, & nihil est extra ipsum. Primo cœli: sed cœlum non est æquale alicui illorum inferiorum, vt manifestum est per se. Item, quod habet tres dimensiones, non est æquale ei, quod non habet. nisi duas dimensiones: hoc videtur manifestum. sed locus non habet nisi duas dimensiones, cum sit superficies vltima corporis ambientis, locatum autem habet tres dimensiones, cum sit corpus. quare &c. Item, si locus esset æqualis locato, tunc esset quantum vel quantitas: proprium.n. est quantitati æquale vel inæquale

Text. c 99. dici, in Prædicamentis: sed consequens est falsum, quia quãtitas non habet virtutem conseruatiuam, vt videtur: quantitas enim non est actiua nec passiua vt vult Cõmen. in illo Quarto. conseruare autem est agere, vt videtur. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotel. & Commentatoris, & est quasi famosa & concessa propositio.

CONCLVSIO.

Nec communis, nec proprius locus æqualis est locato secundum dimensiones, at locus proprius secundum cõtinentiam æqualis est corpori locato.

Cõmen. 81. Comm. 77. Æqualitas est duplex.

AD quẽnem intelligendum, ꝙ sicut tangit Cõm. in illo 4. specialiter in capitulo de vacuo, duplex est æqualitas. Vna est æqualitas ſm dimensionem, & alia est æqualitas ſm continentiam. vel sic, quædam est æqualitas dimensionis, & alia continentiæ, & idẽ est. Aequalitas dimensionis propriè & simpliciter est, cum vnum corpus est æquale alteri ſm omnẽ quantitatem continuam. i. ſm longitudinem, & latitudinẽ, & profunditatem, & illo modo duo corpora cubica, quorũ vtrunq; habet sex superficies quadratas æquales habentes cẽ, & æquales superficiebus alterius, dicuntur æqualia secundum cem, sicut sunt duo decij bene quadrati æquales & æquales, similiter aũt & in alijs. Aequalitas aũt continentiæ est, cum vnum corpus continet alterum, & nec plus nec minus natũ est cõtinere præcise, vt vas vnius quartæ dẽ æquale vni quartæ vini: quam positi recipere, & non plus nec minus præcise. sic autem & in alijs. & hæc æqualitas cõtinentiæ non est necessario æqualitas simpliciter & omnino ſm omnes dimensiones, sed solum ſm duas superficies. ſ. superficiem concauam. & intrinsecam corporis continentis, & superficiem extrinsecam & conuexam contenti, vt si vas est plenũ aqua, superficies concaua vasis est æqualis superficiei cõuexæ vel exteriori ipsius aquæ: & hæc quidem est æqualitas continentiæ sed non est necesse, ꝙ superficies exterior vasis sit æqualis superficiei exteriori aquæ, nec similitudo corporeitatis corporetur: & sic intelligo distinctionẽ æqualitatis. Vlterius considerandum, ꝙ secundum Arist. in litera duplex est locus scilicet communis & proprius. communis locus est, qui immediate continet pluta locata, vt cœlum est locus communis omnium illorum corporum inferiorũ, & domus est locus communis contentorum in domo similiter autem & in similibus. Locus autem proprius & immediatus est ille, qui continet aliquod corpus, & nihil aliud plusquam illud, vt locus tuus proprius, qui continet te & nihil aliud quàm te.

Tunc ad quenem dico, ꝙ locus cõs non est æqualis locato speciali. quia quod continet aliquid, & adhuc aliud non est ei æquale: hoc ed maoisellum. sed locus cõs continet locatum speciale, & adhuc aliud, vt cœlum continet homes, & multa alia, & domus sic. quare &c. Secundo dico, ꝙ locus proprius non est æqualis locato ſm oẽs dimensiones: quia illud corpus, cuius aliqua dimẽsio est maior dimensionali terius, non est illi æquale qualitate dimensionũ: hoc est manifestũ. sed dimensio corporis locantis, quæ est superficies eius exterior, est maior dimensione corporis cõtenti, vt exterior superficies vasis continentis vinum est maior exterior superficie ipsius vini cõtenti, vt manifestum est ad sensum. quare &c. sic igitor corpus locans non est æquale corpori locato æqualitate dimensionum. Tertio dico, ꝙ locus proprius bene est æqualis locato æqualitate cõtinentiæ: quia illud, quod non est maius nec minus aliquo alio, est æquale, vt sic sed locus proprius non est maior, nec minor corpore contento ſm continentiam. nam, si maior esset locus suo proprio locato, tunc esset vacuus quantum ad illam partẽ, ſm quã in eaceederet locatum. &, si locatu esset maius quocunque loco, tunc esset corpus aliquod sine loco. nam illa pars, secundum quã locatum excederet locum, esset sine loco: impossibile autem est vtrunq; & vacuum esse, & corpus esse sine loco, vt patet in isto quarto. quare &c.

Ex his igitur patet, quòd locus proprius est æqualis corpori locato secundum continentiam, sic intelligẽdo, quòd non est aliquod corpus continens, quin sit aliquod contentum replens ipsum totum: neque est aliquod corpus contentum & inclusum, quin sit aliquod continens ipsum totum includens, continens, & circumscribens; & sic vtique intelligendum puto æqualitatem loci & locati.

EX dictis patet ad primas duas rationes: procedunt enim vijs suis, vt patet ex dictis. Ad aliud dico, ꝙ locus quantum ad suũ materiale, est quantitas, scilicet superficies continentis corporis primum, id est immediatè se habens ad contentum. sed quo ad suum formale est qualitas scilicet virtus conseruatiua locati; & aliqui dicunt, quòd est ipsum vbi. sed forte de hoc videbitur poſt, si voluerit Deus. RESPON.

Quare cõtinentis terminus immobilis primũ est locus &c. Tex. c. 4

QVAESTIO IIII.

An Locus sit Vltimum Continentis.

COnsequẽter quæritur, Vtrum locus sit vltimum continentis. Arguitur primo ꝙ nó. Quia, si sic, tunc esset superficies continentis. nihil.n. est vltimũ proprie corporis continentis nisi superficies eius. sed consequẽs est falsum. quia locus & superficies ponunt̃ diuersæ species quantitatis, vt patet in Prædicamẽtis ab Arist. Item, si locus esset superficies vltima continentis, sic vnũ & idem locatum posset simul esse in diuersis locis: quod vr impossibile, sicut ꝙ duo corpora simul sint in eodẽ loco. probat̃ consequentia, quia vnum & idem corpus est simul in superficie terræ, & superficie aeris. vt patet in vna arbore, cuius radix est in terra, & residuum est in aere, imo contingit vnam arborẽ esse in terra, & aqua, & aere, sicut patet ad sensum. Item, si sic, tunc locus non esset æqualis locato na indiuisibile nõ est æquale diuisibili. vltimum aũt & terminus est indiuisibilis. quare &c. Item, locus debet esse aliquid locati & in ipso esse: sed vltimum continentis nõ est quid locati, nec est in ipso quare &c. Maior patet, quia terminus motus est in mobili. imo forte, locus vr esse terminus motus localis, quo mouetur locatum: & ideo vr ꝙ locus debeat esse in ipso locato, & aliquid eius. quod aũt locus sit terminus motus localis ea hoc videtur, quia pro alio non videtur dici motus localis, nisi quia est ad locum, vt ad terminum. quare &c. Item, si locus esset vltimum continentis, tunc esset de genere relationis. nam vltimum refertur ad illud, cuius est vltimum, vt manifestum est: sed consequens est falsum. quia locus est quoddam absolutum; & si esset relatiuum, non haberet virtutẽ conseruatiuam locati. quare &c.

OPPO-

Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſtotelis, qui dicit, q̃ locus, eſt terminus cõtinentis immobilis primum. & idem dicit Commentator, & omnes alij expoſitores Ariſtot.

CONCLVSIO.

Locus nec forma, nec materia, aut ſpacium continentis eſt, ſed vltimum continentis.

DE quadlioc eſt intelligendum, q̃ de quidditate, & natura loci diuerſæ fuerunt opiniones. Quidam dixerũt, q̃ locus eſt forma rei locatæ. cuius ratio fuit: quia forma terminat & continet, & locus etiam terminat & cõtinet ipſum locatum: quare locus eſt forma. fec iſtam opinionem improbat Ariſt. multipliciter. Primo, quia, ſi locus eſſet forma rei locatæ proptia & ſubſtantialis, tunc, cum locatum ſe pararetur à loco, & è conuerſo, ſtatim locatum corrumperetur, & non maneret idem numero ſimpliciter: hoc autem eſt falſum. videmus. n. vnam & eandem rem numero ſeparari ab vno loco, & ioirare in alium locũ. vt aqua, quæ nunc eſt in vno vaſe, poteſt poni extra vas, & in aere, & remanebit eadem aqua numero non corrupta. non enim corrumpitur aqua in aquam mediante vnde, ſi aqua, cum exit à vaſe, corrumperetur, non corrumperetur immediatè in aquã aliam numero, ſed in aliquod aliud: cuius oppoſitum experimur ad ſenſum. & conſequentia apparet: quia, cum res acciperet aliam & aliam formam, non remaneret eadem numero, imo corrumpetetur prior, & fieret alia. vt manifeſtum eſt per ſe, quare &c. Item, locus debet eſſe ſeparatus ſecundum ſubſtantiam à locato. locus enim eſt continens diuiſum: ſed forma locati non eſt ſeparata ab eo ſecũdum eſſe ſubſiſtentiæ, vt manifeſtum eſt forma dico, dans eſſe. quare &c. Item, ſi ſic, locatum non poſſet moueri ad locũ, & ſic periret motus localis. & patet conſequentia: quia nihil monetur ad aliud, quod habet, vt notũ eſt: fruſtra enim mouetot. tes autem quælibet habet ſuam formam propriã. quare &c. Præterea, ſi ſic, ſequeretur q̃ locus ſemper & neceſſario moueretur ad motum corporis locati, forma. n. locati mouetur motu illo, cuius eſt forma neceſſario, ſaltem per accidens. i. in alio exiſtens: hoc autem falſum eſt & incõueniens dicere, q̃ locus ſemper neceſſario mooeatur ſm motum locati, & ad quod mouet ipſum locatum. quare. &c. Alij diacrunt, q̃ locus eſt materia locati: quia illud, quod eſt receptaculum, & receptiuum locatorum, eſt locus: hoc eſt euidens. Sed materia eſt hmõi, cum ipſa ſit principium receptiuum. quare &c. Sed hoc improbatur eiſdem rõnibus, quibus & prior opinio. & tu deducas eas ad propoſitum.

Ad rationes iſtarum poſitionum. Ad primam de forma poſſumus dicere, q̃ peccat in forma, eo q̃ eſt ea duabus affirmatiuis in ſecunda figura. iterum, aliter terminat forma, & aliter locus forma enim terminat ſicut terminus intrinſecus & dans eſſe ſimpliciter, locus autem locatum terminat extrinſecè, & non dat eſſe ſimpliciter ipſi locato. quare &c.

Ad aliã de materia cum dr, q̃ ipſa materia terminat locatum, dico. q̃ non primo, ſed recipit formam locati Locus aũt primo recipit ipſum corpus locatum: ideo non. valet. Aliter, cum dr, illud, quod recipit locatum, eſt locus: verũ eſt, ſi recipit, ſicut continens extrinſecum diuiſum ſm eſſe, & diſcontinuum. Et, cum dr q̃ materia recipit locatum, põe. cooeedi, vel ſaltẽ eius formã, non tanq̃ continẽs extrinſecũ & diuiſum, ſed ſicut pfectibile ſuã perfectionem intrinſecã.

Alia fuit opinio de loco, q̃ locus eſt ſpatium interceptũ inter latera continentis ſeparatum ſm eſſe ab oi naturali & ſenſibili qualitate: & hoc quidem ſpatium, cũ erat ſine coe pore naturali & ſenſibili, erat vacuum ſm eos: &, eum erat plenum & occupatum corpore naturali & ſenſibili, tuoc erat locua. & ſic idem ſm ſubiectum erat locus & vacuum, diff:rens ratione vt eſt dictum. Et hoc ipſi probaoerunt dupliciter. Primo ſic, locus debet eſſe immobilis: hac ratio manifeſta habuerunt, & lamoſa erat. ſed in rebus naturalibus nihil inuenitur immobile ſimpliciter, niſi huiuſmodi ſpatiũ ſeparatum. quodliber. n. corpus naturale mobile eſt aliquo motu naturali, vt manifeſtum eſt: quare &c. Item locos debet eſſe æqualis corpori locato: & hæc eſt etiam conceſſa. ſed ipſum corpus continens non eſt æquale locato vel contento, vt vas non eſt corpus æquale vino, vel aquæ. ſimiliter autem & in alijs, & vniuerſaliter nihil inueniturcorpus eũ & diſtinctum à corpore locato, quod ſit ei æquale, niſi ſpatium ſeparatum intereceptum lateribus continentis, quare &c. Iſtam opinionem Ariſt. nitur deſtructe multipliciter Primo ſic, ſi ſpatium ſeparatum eſſet verè locus, ſequeretur, quod in vno continuo eſſent ſimul & ſecundum actum infinita loca: ſed hoc eſt impoſsibile. vt manifeſtum eſt per ſe. Et probatur conſequentia diuerſimodè à diuerſis & ad præſens ſic, intellign, ſuoponendo primo, quòd licet pars, dum eſt in toto & continua alijs, non ſit actu & ſimpliciter & proprie in loco, ſed in toto ramen, cum eſt actu diuiſa, & diſcontinua ab alijs, tunc eſt actu in loco, & eius eſt aliquis locus ſecundum actum. vt, cum aliqua pars aeris eſt continua alijs, tunc eſt in loco in potentia, non in actu, & ſimpliciter, ſed, ſi eſt diuiſa & diſcontinua ab alijs, tunc habet locum ſecundum actum. vt forte, cum aliqua pars aeris eſt in vaſe aliquo fiao ambiente ipſam & diſtinguente ab alijs partibus. ſimiliter autem & in alijs & hoc eſt ma Tex. c. 44
niſeſtum & conceſſum ab omnibus intelligentibus, & ponit Ariſtot. in litera. Secundo ſuppono, quòd illud ſpatium ſeparatum, ſi eſſet, eſſet penitus immobile, & intranſmutabile: & hoc etiam conceduor & ponunt illi, qui huiuſmodi ſpatium imaginabantur. ex his poterit intelligi conſequentia Ariſt. ponamus enim. quòd aqua ingrediatur inter ſpatium intereceptum inter latera alicuius vaſis, tunc, ſicut tota aqua habebit locum ſecundum actum, ſic, ſi aliqua pars eius diuidat i. diſcontinuetur ab alijs per aliquod diuidens & diſcontinuans impoſitum in aqua, tunc illa pars habebit locum in actum & ei correſpondebit aliqua pars illius dimenſionis ſeparatæ tanquam locus ſecũdum actum & proprius eius. & manifeſtum eſt, q̃ huiuſmodi actualitas eſſendi locum non acquiſiuit illud ſpatium per diuiſionem. quia ſicut dicit ſecunda ſuppoſitio, illud ſpatium eſt omnino immobile, & per conſequens indiuiſibile. ergo ante diuiſionẽ illa pars ſpatij ſeu dimenſionis erat locus in actu illius partis aquæ, & eadem ratione quælibet alia pars aquæ, quæ poteſt diuidi ab alijs, habet locom in actu, & ei correſpondet aliqua pars ſpatij illi æqualis. Et, cum aqua ſit quid continuum, & continuum habet partes infinitas in potentia: & cuilibet parti correſponder locus in actu præexiſtens in illo ſpatio, ſequitur, q̃ in illo ſpatio ſunt loca actu & ſimpliciter infinita: quod eſt impoſsibile & abſurdum. Et hanc conſecutioocm & modum conlequendi videtur Ariſto. intelligere in litera, cũ diait. Si aurem eſſet ſpatium aptum natum, &c.

Item, aliter arguit Ariſtot. Nam, ſi huiuſmodi ſpatium ſeparatum eſſet locus, tunc mouebitur ad motum ipſius continentis, inter cuius lateta recipitur: & ſequitur ea boc, vt ingrediatur quoddam aliud ſpatium. naim aliter non mouetur aliquid de loco ad locum ſecundum eos: & ſic loci erit locus per ſe, & procedetur in infioitum: quod eſt incõueniens, & duo loca erunt ſimul, ſcilicet dimenſio ſpatij intercepti inter latera vaſis, & dimeoſio ſpatij in qua ſubingredietur illud ſpatium. Præterea, Si locus eſſet tale ſpatiũ, vel dimenſio corporalis illius ſpatij, oeceſſario ſequitur q̃ duo corpota ſint ſimul: ſed hoc eſt impoſsibile, quia pari ratione infiota corpora ſimul eſſeot. etiam totum cœlum vel quantitas æqualis corporeitati totius cœli poſſet eſſe ſimul in loco voius grani milij: quod eſt ablurdum omnino. Et patet conſequentia, quia poſtquam locus & huiuſmodi dimenſio eſt ſeparata, impoſsibile eſt eam cedere ingredienti corporeitati alicuius alterius corporis naturalis: quia illa dimenſio eſt immobilis: & ſic dimenſio illa corporis locati penetrabit dimenſionem ſpatij, & ſimul erit cum ea nõ diſtans ab eadem: pari ratione alia dimenſio ei æqualis poterit peoetrare & lubintrare illam eandem dimenſionem, & ſic de alijs. quare, tota dimenſio cœli, cum ſit ex partibus finitis eiuſdem quantitatis, ipſa tota vel æqualis ei poſſet recipi in dimenſione ſpatij quantumcunque modici, & illud ſpatium poſſet recipere magnitudioem æqualem magoitudini totius cœli: quod eſt abſurdum. quare &c. Item, ſi locus eſſer tale ſpatium ſeparatum uullam virtutem naturalem habeosin ſe, tunc locus nihil cooferret locato. conſtat enim quòd non conferet locato magnitudinem, ſeu diminutionem, quia magnitudinem habet ſine tali ſpacio: oec conferret ei conſeruationem, quia nullam virtutem habet conuenientem ipſi locato. quare &c.

Ad

Responsio rationi q locus sit spatium separatum.

Ad rationes huius opinionis. Ad primam dicendum. cũ dr, q locus est immobilis, dico, q verum est hoc modo: qa non mouetur necessario ad motum corporis locati, sed nõ est hic immobilis, q nullo modo moueretur. De mobilitate aũt loci plus videbitur in alia quæstione. Ad aliam, dr æqua linæ locatæ ad locum, dictum est prius, quod non est æqualitas dimensionis, sed est æqualitas continentiæ. quod quomodo sit intelligendum visum fuit ibidem. & adhuc aliqui intelligũt sic, q superficies concaua corporis ambientis est æqualis superficiei conuexæ & vltimæ corporis cõtenti, ita q tantum contineret ipsa superficies exterior corporis contenti & locati, si ipsa esset separata quantum continet superficies corporis ambientis concaua, siue interior: nec fit aliquid maius ex illis duabus superficiebus sibiinuicem applicatis & contingentibus quàm sit vna illarum: quia indiuisibile additum immediatè alteri indiuisibili non facit maius secundum quòd indiuisibile. quare &c.

Supra qõne 3. huius 4.

Post hoc dicendum ad quæstionem, q locus est vltimum corporis continentis. Et hoc probatur. quia aut locus est materia, aut forma, vel spatium positum vel interceptũ inter latera continentis, vel est vltimum ipsius corporis cõtinentis: hæc est diuisio sufficiens ſm omnem opinionẽ. non .n. sunt plura, quæ fuerint credita esse locus quidditatiuè & essentialiter. sed locus non est forma, nec materia, nec spatium imaginatum separatum, vt demonstratum est: ergo relinquitur, q locus est vltimum corporis continentis. Item illud debet concedi esse locus, quo posito saluantur & veri ficentur omnia, quæ attribuuntur ipsi loco, & ea quo patet cà cuilibet accidentis inexistentis ipsi loco: sed vltimum corporis cõtinentis est huiusmodi, vt patet inducendo in conditiones seu proprietates loci. locus enim est æqualis locato secundum continentiam, vt dictum est prius: & hoc competit vltimo continentis, quod immediatè se habet ad contentum, vt manifestum est: continet enim ipsum locatum & non plus nec minus præcisè. Item, locus habet virtutem conseruatiuam locati, vt manifestum est ea prædictis: & hoc competit vltimo corporis continentis. secundum q est in tanta distantia ad orbem, vt etiam patet ex dictis, & est videre facilè. vltimum enim aquæ conseruat terram secundum q habet virtutem sibi influxam à cœlo. similiter vltimum aeris conseruat aquam, & sic de cæteris.

Proprietates.

RESPON. Locus & superficies sunt idem.

AD rationes in contrarium. Ad primam dico, q superficies, & locus non sunt diuersæ species quantitatis ſm rei veritatem, imo ipse locus, quantum ad suum materiale, est idem quod superficies essentialiter: & hæc vltima continentis primo se habent ad cõtentum. Et, cum dr, q hoc dixit Arist in prædicamentis, dicendũ, q ipse loquitur ibi ſm opinionem famosam antiquorum, qui posuerunt locum esse spacium separatũ, & illud, si esset, bene differret à superficie. Si quis verò quæreret, quare Aristo. ibi sic loquitur ſm opinionem antiquorum, forte hoc est pro tãto, quia ipse loquitur ibidem ad instructionem inuenum, & vt illorum, in quibus de nouo nutritur philosophia. tales.n. homines non statim possũt capere diffi cilia, & illa quæ sunt contra opinionem cõem, & famosam, nec statim possunt per rationem diligentem ducta credendum contraria opinionum famosarum. Vnde dicit Boetius in suo cõmento q non omnem diligentiam sufferunt primorum rudimentorum, studio cuntorum auditores: pp quod quãdoque expedit eis proponere ea, quæ alij coiter opinantur, quamuis non omnino sint vera: quonsq; sint magis exercitati & idonei ad subtilia & difficilia recipienda. Ad secundam dico breuiter, q vnum & idem, & ſm idem sui simul esse in diuersis locis non est possibile, sed ſm diuersitas sui partes, nihil est inconueniens: & sic in proposito contingit. nã arbor ſm vnam sui partem. s. ſm radicem erit in terra. & ſm residuũ est in aere. sed dubitaret aliquis, quia partes existentes in toto, nõ sunt in loco nisi in potentia, vt vult Aristo. in littera. Si igitur vna pars est in vno loco & in alio in alio loco, tunc totum non erit in vno loco ſm actum quia nulla pars eius erit in loco eodem cum alia. dicendum sicut prius: quod totum talẽ nõ est in vno & eodem loco ſm numerum ſm se totũ, sed in diuersis ſm diuersas sui partes. Ad aliud patet ex prius dictis. locus quidem est æqualis locato ſm continentiam, non ſm dimensiones oẽs. & illud vltimum, quod dr locus, nõ est indiuisibile, sed est diuisibile ſm longum & latum. indiuisibile aũt ſm profundum. Ad aliud cum dr, Locus est aliquid locati, & in ipso locato, hoc est negandum ſm Arist quia sic locus semper & necessario moueret ſm motum locati, qd Arist. negaret. Ead probationem cum dr. q terminus motus est in mobili, concedo de termino per se, & immediato & intrinseco, qui est idem ſm speciem cum ipso motu, sed terminus mediatus & extrinsecus, & qui non est eiusdem essentiæ cum motu, non oportet quod sit in ipso mobili, & sic est in proposito. locut.n. si est terminus motus localis. uo est terminus immediatus & intrinsecus, sed extrinsecus & mediatus. s. mediante ipso vbi. Aliter dnt aliqui, q locus nullo modo est terminus motus localis: &, cum dr, q pro alio nõ non dr motus localis, nisi quia est ad locum: sicut alteratio pro tanto, & non pro alio dr calefactio, quia est ad calliditatem. Dico, q illa non est cã, sed cã est, quia terminus essentialis & intrinsecus illius motus causatur a loc: ipsũ .n. vbi, quod est terminus essentialis & intrinsecus motus localis: causatur immediate à loco, sicut cõtent ꝑ Eff.u. vbi circumscriptio corporis a loci circumscriptione proredeus, ſm Auctorem Sea principio. um vel pro tanto dr motus localis, non quia tit ad locum, tanq; ad terminum, sed qa in fine huius motus ſp mobile inuenit in quo loco aliquo modo innouationis, & ideo non oportet, q locus sit in locato. Inquire perfectè, qa indiget perscrutatione. Ad aliã dico, q vltimũ põt mihi dicere duo. Vno mò respectu seu habitudiné ad aliud, cuius est vltimũ, & sic est relatio. Alio modo põt sumi pro eo, in quo immediatè talis respectus & habitudo, & sic nõ est relatio, sed alterius generis. cuius ẽt generis prædicamentalis est locus, vt videbitur post.

Alia rãsio.

Quid nam vbi sit.

Vltimũ dicit duo.

QVAESTIO V.

Locus in quonam genere sit.

COnsequenter quæritur in quo genere sit ipse locus. Arguitur primo, q sit in genere quantitatis quia cuicumque competit proprium quantitatis, illud est in genere quantitatis, cum propriũ non separetur ab illo, cuius est proprium, vt notum est: sed ipsi loco competit proprium quantitatis, vt patet. proprium .n. quantitatis est ſm eam æquale vel inæquale dici in Prædicamentis, locus autem est æqualis locato: vt dicitur cõter, & Philosophus ponit in litera. vel ipsum corpus locans est æquale locato ſm locum, vt manifestum est. quare &c. Item secundo, illud, quod habet rationem mensuræ, est de genere quantitatis, quia quantitates sunt dominæ mensurarum, vt patet 10. Metaph sed ipsi loco competit ratio mensuræ, quia cõiter dr, q locus est mensura cæterorum locatorũ, sicut tempus est mensura intrinseca, vt patet in illo Quarto. Quare &c. Item tertio, auctoritate Aristot. in Prædicamentis, qui ponit locum esse speciem quantitatis: quare &c.

Text. c. 13.

Text. c. 2.

Oppositum probatur, si ineus esset de genere quantitatis maxime videretur esse superficies: hoc omnes concedunt. sed non potest esse superficies: quia locus & superficies sũt diuersæ species quantitatis, vt patet in Prædicamentis: & vna species vnius generis non prædicatur de alio alterius generis, vt manifestum est inducendo in omnes. quare &c.

Text. c. 10.

Item, illud cuius differentiæ sunt in prædicamento vbi, est in genere vbi. si quidem differentiæ sunt in eodem genere cum illo, cuius sunt differentiæ, vt patet in 2. Polle. & 7. Metaph. & 4 Topico. Sed differentiæ ipsius loci sunt in prædicamento vbi. Nam locus dividitur per sursum & deorsum, vt dicitur in isto 4. & 1. & 4 Cœli & Mundi. Sursum autem & deorsum sunt differentiæ ipsius vbi, vt omnes concedũt, & hoc dicit Auctor 1et princip. orum. quare &c.

Text. c. 42. 4. Phylicor.

Text. c. 4. 1 Physic.

Text. c. 4 1. 4. cœli.

Text. c. 3.

CONCLVSIO.

Locus non solũ ad Genus Quãtitatis spectat, sed ad ipsum vbi.

AD quæstionem dixerunt aliqui simpliciter, & indistincte, q locus est de genere quantitatis propter rationes prætactas, quia continet & ambit locatum, & mensurat ipsum, & æquatur ei: hæc autem omnia nõ conueniunt proprie & per se alicui alteri quantitati. æquare &c. Dicunt autem isti, q, cum quantitas sit per se mensura, diuersæ species quantitatis possunt & debent distingui secũdum diuersam rationem mensurandi. quæ autem ipsa superficies, quæ est vna

Opinio prima.

Superficies. hẽt duplicẽ cõnem mẽsurandi.

vna ſpecies quantitatis, habet duplicem rationem menſuræ di: quia pót comparari ad ipſum corpus, cuius eſt ſuperficies, & quod eſt cõtinens, & ſic eſt ſuperficies proprie, & habet rationem menſuræ in ritu cæ. vel põ comparari ad corpus contentum, & ſic eſt alia ſpecies ſ. locus. nam vt ſic habet rationem menſuræ aliſm. rationem menſuræ extrin ſecæ. Sed hoc non vr multum rationabile, quia diuerſæ ſpecies eiuſdem generis debent diſtingui per differentias, quæ ſunt eſſentialiter in eo dem prædicamento, vt notum eſt cui libet intelligenti. ſed illæ habitudines ſuperficiei diuerſæ nõ ſunt in genere, & in prædicamento quando tit s, imo relatio nis. quare &c. Item quod dicunt. ſpecies quantitatis diſtingui ſm diuerſam rationem menſuræ, hoc non eſt verũ per ſe & primo: quia ratio menſuræ non eſt de prædicamento quantitatis, ſed relatio. vnde ſm diuerſas rationes menſu ræ non conſtituuntur diuerſæ ſpecies quantitatis, ſi differen tiæ debent eſſe eiuſdem prædicamẽti cum genere, quod di uiditur, & cum ſpecierus, quæ conſtituuntur per eas: ſunt .n. de eſſentijs ſpecierum, vt omnes concedunt. quare &c. Et ideo dico aliter ad quæſtionem, ſicut cõiter conſuetum eſt dici. & dico, q locus, quantum ad aliquid importatũ oo mne loci, eſt quantitas. Secundo, dico q quantum ad aliqd aliud ſignificatum nomine loci non eſt quãtitas, ſed de alio genere. In quo autem genere ſit illud aliud inquiritur. Primum oſtenditur: quia omnis ſuperficies eſt de genere quã tatis: hæc eſt manifeſta in prædicamentis. ſed locus, quan tum ad aliquid importatum nomine loci, eſt ſuperficies: q̃d paret, quia locus, ſm q locus, eſt æqualis locato quatum ad continentiam, vt patet ex dictis modo, corpus locans non eſt proprie æquale locato ſm aliud, niſi ſm ſuperficiem ſuã vltimam ambientem immediate locatum, nam non eſt ei æqua e ſm profonditatem, vt euidens eſt: nec eſt ei æquale ſm longitudinem ſolum, vt manifeſtum eſt: ergo relinquitur, q corpus locans eſt æquale locato proprie ſm ſuperfici em quare ſequitur, q locus ſit ſuperficies corporis continentis. Quod autem ipſa ſit materiale reſpectu alterius exiſtentis in loco videbitur iam. Item, corpus locãs ratione loci circundat & ambit locatum ratione ſuperficiei ſuæ, ſi pro prie &, per ſe ſit locans; hoc manifeſtum eſt ſed corpus lo cans proprie circundat & ambit locatum ratione ſuperfici ei ſuæ, quæ immediatè ſe habet ad locatum: & hoc eſt ẽt notum cuilibet intelligenti. Et huius ſignum manifeſtũ eſt: quia, cum aliquod continens non applicatur contento ſm totam ſui ſpeciem concauam, non dicimus ipſum eſſe locũ proprium illius contenti, nec eſſe locum plenum & eorum re ſpectu illius. vt, cum amphora ſm totam totam ſuperficiem concauam & interiorem nõ applicat & continuat vino, ſed remanet aliqua pars non contiens vinũ, tunc non dicimus ipſam eſſe totam plenam vino, nec ipſam totam eſſe locum proprium illius vini. Et hoc eſt argũ, q locus ſumitur pro ipſa ſuperficie interiori corporis cõtinẽtis: quare vr, q ip ſe locus aliquo modo ſit ſuperficies, & per conſequẽs quan titas. Secundum probatur. ſ. q locus quodam alio modo, vel quo ad aliquid aliud non eſt quantitas. Et hoc aliqui ſic pro bant: quia illud accidens, quod diffinit per ſuperficiem, põ eſt ipſa ſuperficies: ſed locus, quo ad aliquid importatum nomine loci, per ſuperficiem diffinit: ergo locus, quo ad aliqd ſignificatum nõie loci, non eſt ſuperficies. modo, ſi locus eſſet oino quantitas quantum ad oia quæ importantur nomine loci, maxime videretur eſſe ſuperficies, vt nunc conceduut oẽs. ergo manifeſtum eſt, q locus, quo ad aliquid importa tum nomine loci, non eſt de genere quantitatis. Maior pro poſitio primi ſyllogiſmi primi proceſſus apparet. ſ. q acci dens, quod diffinitur per ſuperficiem, tanquam per ſuũ ſubiectum, nõ eſt eſſentialiter ipſa ſuperficies: hoc eſt euidens. quia nullum accidens eſt idem formaliter cum ſuo ſubiecto cui inhæret. Et minor apparet: conſtat. n. q locus eſt quod dam accidens naturale, & diffinit per ipſam ſuperficiẽ cor poris continentis: vt patet in litera. locus eſt terminus cor poris cõtinentis immobilis primum. Accidens aũt debet diffiniri per ſuum proprium ſubiectum, ſi proprie & ſcienti Tex.c.9 fice diffinitur, vt docet Ariſt. in 1. Poſte. vnde & motum, qui eſt quoddam accidens naturale, diffinit Ariſt. per eius in po tentia, quod eſt eius ſubiectum. vt patet 3. huius. & tempus .101. diffinit per motum, qui eſt ſubiectum temporis, vt patet in 4 iſtius. quare ſit locus debet diffiniri per ſuum ſubiectũ & cum diffiniatur per terminum corporis cõtinentis, qui quidem terminus eſt ſuperficies, vt manifeſtum eſt, ſequitur. q ipſa ſuperficies eſt ſubiectum loci, & diffinitur locus per ſu perficiem, vt per ſuum ſubiectum. quare &c. Vnde diffiniti Loci diffiniti tio. one loci ſic intelligit, locus eſt terminus &c. i. locus eſt quæ dam virtus fundata in ſuperficie corporis continentis im mobilis primum, i. immediatè ſe habens ad contentorum. Aliz ratio ad ſecundam concluſionẽ manifeſtum eſt, igitur q locus, quantum ad omne illud, qđ ſignificatur & importatur nomine loci, no eſt quantitas, nec de genere quantitatis. Et hoc iterum probo ſic: quia locus naturalis vnius corporis naturalis proprius eſt alijs ſm ſpe ciem à naturali, & proprio loco alterius corporis: hæc recipitur pro manifeſta: & hꝫ in iſto 4. & in 4. Cęli & Mundi, vt Tex. c.4. naturalis & proprius locus ignis eſt alius ſm ſpeciẽ à pro Text.c.43. prio loco terræ. ſimiliter autem & in alijs: Modo, hoc non eſſet verum, ſi nomine loci importaretur ſolum ſuperficies corporis continentis: quia vna ſuperficies non eſt diuerſa ab alia ſm ſpeciem, vt manifeſtum eſt, imo ſunt eiuſdem ſpe ciei, vt cõcedit, & præcipue hoc eſt verum de ſuperficiebus iſtorũ corporum generabilium & corruptibilium. Verum aũt ſuperficies cœli ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ cũ ſu perficiebus illorũ inferiorum, nõ diſcutio ad præſens. ergo nomine loci non importatur ſolũ ipſa ſuperficies corporis continentis. Modo, ſi locus diceret ſolã quantitatem, & quã tum ad totum ſignificatum ſuum eſſet de genere quantitatis, maxime videretur eſſe ſuperficies, vt nunc concedunt nẽs. quare manifeſtũ eſt, q nõ ſolum nomine loci importat, q ſignificat ſuperficies corporis continentis. Præterea, iſta propoſi Tertia ra. tio recipit tanq̃ veta, locus conſeruat ſe corũ per ſe & pro priefſed hoc non eſſet, ſi locus ſolum ſignificaret ſuperficiẽ corporis ambientis. nam iſta per ſe non eſt conſeruatiua. nec vna ſuperficies per ſe eſt magis conſeruatiua vnius cor poris naturalis quã alterius, vt manifeſtũ eſt cuilibet intelli genti: & præcipue hoc verum eſt, ſi conſeruare eſt agere, vt dicunt multi. nam quantitas nun eſt per ſe actiua, vt docet Cõm. ſuper iſtum Quartum quare &c. Item, Porphirius di- Text.c.84. cit, q locus eſt principiũ generationis, quemadmodũ & pa Quarta rõ. tet, quod non eſſet verũ pro ipſa ſuperficie corporis con nentis proprie & per ſe: quã. n. per ſe & propriã cauſalitatẽ haberet ſuperficies vltima corporis ambientis ad generationem corporis contenti? quare manifeſtũ eſt id qđ prius.

Item Ariſt. dicit, quod locatum naturaliter fertur ad ſuũ Quinta rõ. locum propter propinquitatem. aut quaſi vnigenitatem locorum ad locata. hoc autem nõn eſſet, ſi locus eſſet ſola ſuperficies ambientis. nam ſuperficies vna non habet aliquã propinquitatem ſecundum natoram ad vnum corpus ma gis quam ad aliud. Dico ratione qua ſuperficies eſt. Vnde re inquirur, quòd locus importet aliquid aliod à ſuperficie continentis Sed remanet dubium, quid ſit illud aliud, & in quo genere ſit: ad hoc cõfirer, dicitur, q illud aliud, quod præter ſuperficiem importatur nomine loci, eſt quædam vir tus naturalis conſeruatiua corporis contenti: quæ quidẽ virtus aut eſt in ipſo cœlo, ſicut eſt locus naturalis ignis, q eſt in concauo orbis Lunæ aut eſt illa virtus in alio corpo re continente, ſm q eſt in tanta diſtantia vel propinquitate ad orbem, ſiue ad cœlum, quòd eſt primum locans: & ab ip ſo influitur virtus locandi omnibus alijs continentibus na turalibus, & ſecundum q diuerſa cõtinentia naturalia di uerſimodè ſe habent ad ipſum continẽs, vel ad eius partes, ſecundum hoc diuerſas habent virtutes conſeruatiuas con tentorum naturalium. vnde & aliqua corpora naturalia cõ ſeruantur ſub vna parte cœli, quę ſub alia ſtatim corrumpe rentur, vel non ita diu conſeruarentur, vt manifeſtum eſt in multis. De locis autem ſpiritualibus, & eorum proprietati bus tradidit Albertus bonam ſcientiam in ſuo libro de Na tura locorũ. Et, cum quæritur in quo genere ſit illud aliud. communiter rõndetur, quòd eſt in genere qualitatis in ſecun da ſpecie. nam omnis naturalis potentia actiua vel paſſiua, vt hic, eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, præcipue ſi non ſit qualitas per ſe & proprie ſenſibilis alicuo proprio & particulari ſenſu, vt eſt caliditas, & huiuſmodi, quæ ſunt poteutiæ actiuarum: & non ſunt in ſecunda, ſed in tertia ſpecie qualitatis, vt communiter dicitur ibidem. ſed iſta virtus conſerua tiua loci eſt quædam potẽtia naturalis exiſtens in corpo-

re con-

re continente, vt manifeſtum eſt intelligentibus. quare &c.

Commen. 1

Patet igitur, ꝙ locus, quãtum ad aliquod ſignificatum hoc nomine locus, eſt in genere quantitatis ſed quantũ ad aliud non eſt quantitas, ſed qualitas. & forte hoc ſignificauit Cõ. in 5. Metaph. cum dixit in cap. de Quanto, ꝙ apud Ariſt. locus eſt de paſſionibus quanti, prout diſtinguit à ſuperficie, non eſt de genere quantitatis: & ideo Ariſt. 5. Metaph non connumerauit ipſum inter ſpecies quantitatis. Eſt autẽ hic conſiderandum, ꝙ illud ſignificatum loci, qđ eſt de genere quantitatis. ſ. ipſa prima ſuperficies continentis, eſt quemadmodũ materiale reſpectu alterius ſignificati. & illud aliud eſt quodammodo formale. Quod ſic põt intelligi. nã illud, quod eſt magis indeterminatũ & imperfectum reſpectu alterius & ei ſubiectũ aliquo modo, eſt materiale reſpectu alterius. Iſtæ n. ſunt conditiones materiæ, vt ſciunt exercitati in philoſophia. modo, ipſa ſuperficies corporis continentis eſt quid indeterminatum & imperfectum, & ſubiectum reſpectu naturalis virtutis cõſeruatiuæ influxæ à cœlo: hoc ſatis patet. nam ſuperficies, quantum eſt ex ſe, eſt indifferẽs ad quamcunq; talem virtutem naturalium recipiendam, & ꝙ diuerſæ virtutes ſint in diuerſis ſuperficiebus, hoc eſt diſpoſitiuè ex diuerſis reſpectibus ad orbem cœleſtem. & ſic ſuperficies vna & eadem ſm ſpeciem eſt ex ſe indeterminata ad diuerſas virtutes conſeruatiuas: quemadmodũ materia prima de ſe eſt indeterminata ad multas & diuerſas formas

Tex. c. 79.

ſubſtantiales, vt patet in 1. huius. Item, ipſa ſuperficies eſt quoddam minus perfectum quã ipſa virtus influxa ab orbe cœleſti, vel in ipſomet orbe exiſtens: hoc eſt ſatis manifeſtũ, quia ipſa ſuperficies, ſaltem quantũ ad ſuam eſſentiam, magis conſequitur naturam materiæ primæ, ſicut & aliæ dimenſiones indeterminatæ, vt vult Cõm. in de Subſtãtia Orbis virtus. n. conſeruatiua magis conſequitur naturam formæ, vel naturam cœli. vnde & diuerſificat ſm diuerſam habitudinem ſeu reſpectum ad cœlum, vt manifeſtum eſt: & ꝓp hoc ipſa virtus cõſeruatiua locati eſt quid formale reſpectu ſuperficiei. ſuperficies aũt eſt quid materiale quodãmodo reſpectu ipſius. Ea hoc aũt pater intellectus cuiuſdam diſtinctionis antiquæ, quæ ſolet poni ad ſolutionem huius qõnis

Locus accipitur dupliciter.

Solet. n. dici, ꝙ locus põt accipi dupliciter. vno modo quantum ad ſuum materiale, & ſic eſt de genere quantitatis: alio modo quantum ad ſuũ formale, & hic eſt de genere qualitatis. Non. n. intelligo iſtam eſſe diſtinctionem totius eſſentialis in ſuas per ſe partes eſſentiales, quarum vna eſt materia, & alia forma eius, ita. ſ. ꝙ locus ſit quoddam compoſitũ per ſe vnũ, cuius vna pars eſſentialis ſit ſuperficies, & alia pars eſſentialis ſit virtus cõſeruatiua. nam ſine dubio ea talibus rebus diuerſorum prædicamẽtorum non fit aliquid vnum ſimpliciter & per ſe, vt notũ eſt cuilibet intelligenti. & hoc modo quidã improbauerunt illã diſtinctionẽ. Sed intelligo illã eſſe diſtinctionẽ vocis in ſignificationes ſuas, vel in ſua ſignificata. vt ſit ſenſus, ꝙ locus põt accipi pro illo ſuo ſignificato, quod eſt quaſi materiale: vel pro illo ſuo ſignificato, qđ eſt quaſi formale. & primo qoidẽ modo locus eſt ſuperficies, ſecundo aũt modo locus eſt virtus cõſeruatiua locati. Quod aũt hoc nomen locus importet iſta duo, demonſtrari non põt, niſi per vſum & conſuetudinẽ loquentiũ de loco & exprimentiũ mentis conceptos per hoc nomen locus, & præcipue per conſuetudinẽ ſolennium philoſophorum. hoc aũt modo ſufficiẽter eſt probatum ꝙ hoc oomen locus importet iſta duo prædicta. & poſſumus adhuc addere propoſitiones ad hmõi ſignificationẽ. Dicit. o. Ariſt. in 1. de Generatione, &

Text. c. 25

3. Cęli & Mundi ꝙ generarum & corruptõ ſunt in eodẽ loco: quod non vẽ propric verũ eſſe, niſi recipiẽdo locum pro ſuperficie cõtinentis. oon. n. eſt eadẽ virtus naturalis conſeruatiua generati & corrupti oino. & ſic patet, ꝙ locus dicit ſuperficiẽ. ꝙ aũt dicat virtutem oaturalẽ, patet ex alio: quia vult Ariſt. ꝙ locus aliquid confert locato. Diſputans. n. contra illos, qui ponebant locum eſſe ſpacium ſeparatum ſine naturalibus virtutibus, quærit ab eis qoid locus conferret locato. quaſi diceret, nihil. & hoc reliquit pro inconnenienti. Vult igitur Ariſt. ꝙ locus conferat aliquid ipſi locato. Modo, ſi diceret ſolum ſuperficiẽ eſſe, tunc iuduibiranter locus non conferret altquid ipſi locato: ſuperficies n. corporis ambientis, quantumcunq; propinqua ſit & immediata ipſi contento vel corpori locato, non conferret ei aliqnid, niſi ipſa haberet in ſe virturem aliquam actiuam. nõ enim conferret ei extenſionem: quia iam habet corpus contentum ſuam extenſionem totam antequam coniungatur loco. Manifeſtum eſt igitur ex ſermonibus Ariſt. ꝙ hoc nomine locus qnq; intelligitur ſuperficies quæ eſt terminus cõtinentis. qnq; autem aliquid aliud: & ipſa ſuperficies habet rationem aut modum materialem reſpectu illius alius propter quod dicebatur, ꝙ locus habet aliquid materiale, & aliquid formale: & ſecundũ hoc eſt in diuerſis generibus: huiuſmodi autem diſtinctio ſic intellecta, vt dixi, facit apparere veritatem & concordiam diuerſorum ſermonum Ariſt. & aliorum philoſophorum loquẽtium de loco. Quod ſi tu intelligis illam eſſe diſtinctionem totius eſſentialis eſſentialiter vnitã in ſuas partes eſſentiales, ſuluas rationes in contrarium: quod non videtur mihi facile ad præſens.

RESPON.

AD rationes patet ex dictis. bene. n oſtendunt primæ rõnes locũ aliquo modo eſſe de genere quantitatis. ſ. quãtum ad vnum eorum quæ intelliguntur nomine loci, ſed nõ oino & ſimpl. Ad primum in cõtrarium dictum fuit prius. ſ. ꝙ Ariſt. loquitur in prædicamẽtis ſm vulgarem & cõem oppoſitionem, & famoſam ponentium locum eſſe ſpacium ſeparatum ſed in 5. Metaph. vbi loquitur ſm veritatẽ & naturam rei, non poſuit locum inter ſpecies quantitatis, & ſõrte dimiſit ipſum, vt dicit Cõmentator, qnia apud ipſum eſt de paſſionibus quanti, prout. ſ. diſtinguitur à ſuperficie quãti. Quare autem in prædicamentis loquitur ita ſm opinionem famoſam, dſ, ꝙ hoc ipſe fecit, quia loquitur proiuuenibus vel prorſus vſr in quibus de nouo oritur philoſophia. Eſt. n. liber ille primus inter omnes libros Logicæ ſm intentionem Ariſt. & ſm veritatem. Logica autem in generatione ſcientiæ philoſophiç per doctrinam ordinatæ debet eſſe prior: vt dſ. Et ideo conſideratio illorum quæ traduntur in libro prædicamentorum pertinet quodammodo ad iuniores: & illi non ſtatim poſſunt accipere difficilia & ſubtilia in principio, ſed magis accipiũt cõiter dicta & famoſa. ideo &c. Et ego diu cæca hoc dubitaui: qnia certum eſt, ꝙ conſuetudo audiendi aliquid & recipiendi, in principio magnã virtutem habet ad conſequentia, & cum difficultate decernit id, quod per conſuetudinem eſt diu acceptum tanquam verum. vnde & Ariſt. in 2. Metaph. dicit. Quod cõſueuimus dignamur dici. & in 6. Ethic. dicit, difficile enim eſt aut impoſſibile quæ ex antiquis conſuetudinibus cõprehenſa ſunt ſermone tranſmutare. Et Cõm in prologo ſuo ſuper 3. Phyſic. dicit, ꝙ conſuetudo eſt maxima cauſa impediens à pluribus rebus manifeſtis per ſe. vnde & in 1 Cęli & Mundi. dicit Cõm. ꝙ prava conſuetudo audiendi falſa à puericia eſt cauſa impediens à comprehẽſione propoſitionum primarum. & idem tangit in 1. Phyſicu. Vnde ſine dubio cum iſta opinio ſit falſa & impoſſibilis & erronea omnino, ꝙ locus ſit ſpaciũ ſeparatum, & ꝙ ſit ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie, valde periculoſum eſt homines deditos Philoſophiæ in principio ponere in iſta credulitatẽ: quia in poſterũ cum difficultate, aut ſorte nunquam poſſent ad veritatem reduci. Vnde ergo habui voum ſocium, qui audiuerat prædicamenta ab vno poro Logico, parum aut nihil ſciente de naturali Philoſophia: & ipſe ita fortiter radicatus fuit in illo errore, ꝙ cum audiuit iſtum Quartum, quantum ad capit. de Loco & Vacuo, reputauit ipſum totum eſſe falſum: & noluit credere locum eſſe aliud quam ſpacium interceptum inter lateta continentis. propter quod Logici multũ deberent diligenter aduertere & facere diſcipulos ſanè intelligere Ariſt. ibidem dicendo eis, ꝙ Ariſt. loquchatur ſecundum opinionem antiqnorum: quam tamen demonſtrative reprobauit in Quarto Phyſicorum, & ꝙ non poſuit locum eſſe ſpeciem quantitatis diſtinctam à ſuperficie ſecundum opinionem propriam: ſed veſcirentur ſignificata huius oomois locus, quæ vel ſunt, vel putantur eſſe ſpecies quantitatis. Ad aliam rationem dico, ꝙ differentiæ per ſe & eſſeotiales loci non ſunt de prædicamento vbi. & cum probatur, quia ſurſum & deorſum &c. Dico, ꝙ ibi æquiuocatur de ſurſum, & deorſum. nam vno modo ſurſum & deorſum dicunt diuerſas virtutes naturales cõſeruatiuas corporum naturalium, & ſic ſunt ſpecies, vel differentiæ loci, nec ſuot de genere vbi ſed de genere qualitatis. alio modo ſurſum & deorſum

Cõmen. 2.

Puràs Logicus audiendus non eſt.

deorsum dicunt quoldam modoa essendi derelictos à coeporibus cótentis & circumscriptis ab ipsis corporibus continentibus & circumscribentibus, & coeruantibus. & hoc modo dicunt differentiæ ipsius vbi, sicut habet videri in libro Sex principiorum. nec est remotum q̃ differentiæ diuersorum generum nominentur eisdem nominibus, vt rationale vno modo significat differentiam animalis, alio modo differentiam scientiæ: vt patet super prædicta, & ideo non valet.

QVAESTIO VI.

An locus sit immobilis.

Consequenter quæritur, Vtrum locus sit immobilis. Arguitur primo q̃ non. Oē quod est in mobili est mobile: hoc est manifestū. sicut in motia nubis mouētur oīa, quæ sunt in nobis, sic alia mobilibus motis, mouent oīa quæ sunt in eis. sed oīs locus est in aliquo mobili, oīs n. locus est in aliquo corpore cōtinente, vt
Tex. c.46. patet in isto 4. dummodo sit verè & proprié locus. omne autē corpus est mobile, vt patet in 6. huius. quare &c. Præterea Cœlum est locus vltimorum inferiorū, vt patet in 1. Cœ
Cōman.32. li & Mundi, & in isto 4. & tñ ipsum cœlum non est immobi-
Tex.c 97. lé, imo continue & perpetuo mouet, vt patet 8. huius. quare &c Iteōmne generabile & corruptibile est mobile. hæc
Tex. c.45. est euidens de se, sed locus est generabilis & corruptibilis. nam elementa sunt generabilia & corruptibilia, vt patet in
Tex.c.8. Secundo de Generatione. & vnum elementum est locus alterius vt dicitur in Quarto, vt terra est in aqua, & aqua in
Tex.c.46 aere &c. quare &c. Præterea, Illud, quod trāsfertur de vno loco ad alium locum. non est immobile: hæc est manifesta. sed locus transfertur de vno loco ad alium locum, vt patet ad sensum. aer enim qui circundat & incat rem transfertur per ventum de vno loco ad alium. & similiter aqua, quæ est locus viuentium in aqua. quare &c. Item, terminus mouetur motu terminato. sed locus est terminus corporis contenentis: ergo mouetur motu corporecontinctis. quare &c.

Oppositum patet per Philosophum in litera. Vult. n. q̃ locus est terminus corporis continentis immobilis primum, & in hoc ēt eoocordauerunt oēs antiqui loquētes de loco

CONCLVSIO.

Locus secundum propriam rationē primo & per se immobilis est, et per accīs forte mobilis est ad motum corporis locati.

Opinio prima. Ad istam qōnem dixerunt aliqui, q̃ locus pōt accipi dupliciter. vno modo, quantū ad suum materiale, alio modo, quā um ad suum formale. materiale quidem in loco est superficies vltima continentis, formale autem, sm aliquos; a tanta distantia ad orbem, vel sm alios, distantia à polis mundi. Tunc dixerunt, q̃ locus, quātum ad suum materiale, bene est mobilis, p rationes prioductas: sed quantum ad formale bene est immobilis: quia semper manet eadem
Improbō. distantia a cælum huc ad orbem: Sed salua reuerentia tā dicentium, hoc mihi vī solutificeos esse. Primo, quia secundum omnibus locus, quantum ad formale suum, pōt esse distātia ab ab orbe siue a cœlo: quia certū est q̃ ipsum cœlum sit quidam locus naturalis igois sm Aristm in isto Quarto, & i Meteoro. & tñ cœlum non habet distantiam a cœlo, quia nihil distat a seipso. Præterea, ita distantia a cœlo, aut est in cœlo, aut in corpore inferiori continente locatum, aut in nullo corpore naturali, & vltimū istorum modorum est irrationabile. q̃a, vi, sic, esset quid mathematicū separatū. Si aūt dicat, q̃ distantia ad orbē, vel ab orbe, quæ possunt formale loci ut in ipso orbe subiectiuē, oportet q̃ moueat ad motū cœli. & sit, si ponatur illa distantia in aliquo alio corpore naturali, oportet q̃ ipsa sit mobilis, sm quod etiam corpus in quo est. & ideo nullo modo video illam immobilitatem. Aliter dixerunt alij, & hoc modo loquitur antiquus Expo-
Opinio secūda B.Th. sitor S. Th. & dicit, q̃ vltimum corporis continentis non habet rōnem loci propriæ & formaliter, nisi sm respectū & ordinē ad totū corpus ipharicū cœli. V.g. locus proprius nauis in aqua seu fluuio non est hæc aqua, quæ fluit, sm q̃ hæc aqua, sed sm ordinē vel situ, quē hēt aqua fluena ad totum fluuiū. qui quidā ordo, vel situs idē remanet in aqua fluēte vel succedente: & sic, licet aqua materialiter fluat, tñ sm q̃ aqua habet rōnē loci. i. prout consideratur in tali ordine vel situ ad totū fluuiū non mutat. & p hoc simile accipere debemus qūn extremitates corporū naturalium mobilium sint loca. sper respectum ad totum corpus sphæricum cœli: qd̄ habet fixionē & immobilitatē ea fixione & immobilitate centri & polorum. sic igit, licet hæc pars aeris, quæ continebat rem, vel hæc pars aquæ effluat, tñ illud sm qd̄ hæc aqua vel hic aer hēt rōnem loci, semper remanet: s. situs & ordo ad totū corpus sphæricū cœli, sicut dē idem ignis manere, quantum ad formam, licet sm materiam varietē consumpta & additis quibusdam lignis, & per hoc cessat obiectio, quæ pōt fieri contra illud, quod ponimus. locum esse terminum continentis: qui cū continens sit mobile & terminus cōtinentis erit mobilis: & sic aliquod corpus quietum exiliens habebit diuersa loca sed hoc non sequit, quia terminus continentis non erat locus inquantū hæc superficies huius corporis mobilis, sed sm ordinē vel situm, quem habet in toto immobili, ea quo patet, q̃ tota tō loci in oibus continentibus, est ex primo continente, & locante. s. cælo. Hæc quidem ferē sunt verba istius Expositoris, ex quibus manifestū est ipsum intendere, q̃ vltima superficies corporis naturalis cōtinentis non habet rationem loci, nisi sm ordinem vel situm, quem habet ad totum corpus sphæricum cœli. hunc aūt ordinem vel situm dicit esse immobilem. Sed salua reuerentia Improbō. eius, hoc est multum dubium: quia cum ille respectus, vel ordo, vel situs ad totum corpus sphæricum cœli sit quodda accidens existens subiectiuē in corpore continente, necessarium est ipsum ordinem. vel situm moueri motu continentis corpore. non. n. est intelligibile, q̃ aliquod subiectum moueat, & tñ accidens ipsum informans nullo modo moueat. Et si dicas, q̃ motu & fluente corpore particulari continēte remaneret idem ordo numero, & idem situs sm numerū in corpore succedēte & adueniente, vt cum aer qui prius tenebat & circumdabat mouetur per ventum, aut per aliquid aliud, remanet in aere succedēte & aduenīente idē respectus numero vel idem situs. hoc esset valde absurdum quia sm hoc vnum & idem accidens numero fieret in alio & alio subiecto: quod est impossibile Et quod exemplificat dicens, q̃ maneat idē sm formam vel quantū ad formam licet sm materiam varietē consumptis & additis quibusdā lignis: si ipse intelligit, q̃ manet ignis quantum ad formam, eadem numero in alijs & alijs ligus, hoc est negandū. hoc. n est principium in Scientia Naturali, q̃ vna forma numero non potest esse in diuersis & distinctis materijs locce siue. si autem intelligit, q̃ sit idem ignis successiue secundum speciem, quantum ad formam, bene verum est. Et similiter possumus dicere, quòd fluente aqua vel aere contiuente, manet idem ordo vel situs secundum speciem, sed non manet immobiliter vnus situs numero circa contentum. imo sicut moto cōtinente mouet eius terminus, saltem per accidens, ita ordo vel situs alius ad cœlum mouet saltē per accidens Quòd si quis illam positionem intelligit, placet mihi.

Et ideo dico aliter ad quæstionem. Primo, q̃ locus est immobilis per se, saltem primo & principaliter. Secundo dicen, q̃ locus sic non est immobilis, quod nullo modo moueatur nec per se, nec per accidens. Tertiū, videbimus quō, vel quibus modis locus est immobilis. Primū cōitet sic probatur. Omne, quod per se primo est mobile, est corpus vel substantia corporalis: hæc recipitur pro manifesta. sed ipse locus non est corpus, imo est aliquid existens in corpore cōtinente, vt patet ex determinatis. quare &c. Secundum probatur; quia omne, quod est in corpore naturali, tanquam suo subiecto, cui inhæret, est mobile aliquo modo: hanc recipio pro manifesta. non enim est intelligibile, q̃ aliquod corpus naturale transmuretur de vno loco ad alium locum, & tamen illud, quod inexistit naturali corpori, maneat in vno & eodem loco secundum numerum. sed omnis locus, siue sumatur quantum ad materiale, siue quantum ad suum formale. & quicquid sit formale ipsius loci est in aliquo corpore naturali, tanquam in subiecto cui inhæret. hæc etiam manifesta est cuilibet intelligenti sm sententiam Aristo. non enim locus est dimensio sparij separati ab omnibus corporis naturalibus, vt demonstratum fuit prius, nec potest ipse locus esse aliqua substantia immaterialis, & incorporea, vt

mans-

manifeſtum eſt, quia talia ſubſtantia nec eſt æqualis alicui alteri, nec continet, nec ambit aliquod corpus. vnde relinquitur, q̃ locus vel ſit corpus. vel aliquid exiſtens in corpore: & ſic ſequitur propoſitum, q̃ locus non eſt omnino immobilis ſic q̃ nec per ſe nec per accidens moueatur, nec vnquam iſtud intellexit Ariſto. nec Cõm. Reſtat igitur videre qũ locus eſt immobilis. Et poſſunt aſſignari duo modi, quibus locus eſt immobilis. Vnus modus eſt, q̃ locus proprius & naturalis vnuſcuiuſque corporis non mouetur neceſſario, nec per ſe, nec per accidens ad motum corporis locati, imo poſſibile eſt, q̃ aliquod corpus locatum & contentum moueatur localiter, & tamẽ locus eius proprius & immediatus non moueatur illo motu, & hoc eſt valde manifeſtum. cum enim concauum cœli ſit locus ignis, non eſt neceſſe, ſi aliqua pars ignis mouetur ad vbi deorſum per aliquam virtutem, q̃ illa pars cœli, quæ continebat illam partem ignis moueatur ad vbi deorſum. ſimiliter, ſi ignis hic exiſtens, inferius mouetur ad ſurſum, non oportet q̃ locus deorſum, qui continebat ipſum ignem, moueatur cum eo ad vbi ſurſum, & ſic in alijs. Et, quia iſtud competit proprijſſime corpori cœleſti, q̃ non moueatur per ſe, nec per accidens ad motum corporum locatorum in ipſo, ideo ipſum vltimum totius cœli ad nos, veriſſime habet rationem loci
Text.c.41. reſpectu iſtius infectioris mundi: & hoc ſignauit Ariſt. in littera, cum dixit. eſt autem, ſicut vas locus tranſmutabilis, ſic locus vas immobile. Vnde cum quis, in eo quia mouetur, moueatur, quod intus, vt in flumine nauis tanquam vaſe vtitur magis quàm loco, coactorum autem immobilis locus eſt ſe. vnde omnis terminus magis locus eſt, quia immobilis omnis. Et hoc vltimum puto referẽdum eſſe ad terminum totius id eſt totius corporis cœleſtis. illud .o vltimum immobile eſt omnino modo prædicto. ſ. q̃ nunquàm mouetur ſm motum corporum contentorũ in ipſo, nec ad ſuperius,
Cõmen.41. nec ad inferius, vt etiam Cõm. dicit poſt. Et, ſi volumus illud vltimum dictum Ariſt. ſ. illud, Vnde vltimum &c. referre ad totum fluuium, ſicut refert Cõm. & Eapotores. tunc poteſt intelligi. q̃, quia locus vult eſſe immobilis. i. naturalem habet aptitudinem, vt non moueatur neceſſario ad motum locati, ideo vltimum totius fluuij, in quo eſt nauis, magis eſt locus, ſupple cõis, quia non mouetur neceſſario totus fluuius ad motum nauis. Sic igitur intelligimus locum eſſe immobilem, & non quia non moueatur per accidens: hoc. n. falſum eſt, & contra Ariſtot. & etiam Com. Vnde & Cõm. dicit ſuper illã partem prælegatam, q̃ locus eſt continens immobile, niſi per accidens. Et in hoc multum differt locus à materia, & à forma. quia materia & forma lemper & neceſſario mouentur ad motum rei, cuius eſt materia & forma, & ad quemcunq; locum tranſfertur compoſitum ex materia & forma, tranſfertur etiam neceſſario ipſa forma & materia, licet per accidens. i. non per ſe ſubſiſtens, & ſeorſum, ſed in compoſito. ſed locus proprius & naturalis, non neceſſario, neq; ſemper mouetur ſecũdum motum locati, ita q̃ ad quemcunq; locum tranſmutatur locatum, opteteat locum tranſmutari. ſurſum enim & deorſum ſimpliciter ſunt immobilia motu ſurſum & deorſum, vt dicit
Tex.c.42 Ariſt. in iſto Quarto. & Commen. ibidẽ ſurſum enim ſimpliciter eſt vltimum circulationis. i. corporis cœleſtis circularis: & illud vltimum nec mouetur ſurſum & deorſum, licet moueatur circulariter. h ergitur eſt vnus motus immobilitatis loci. l. q̃, cum locus contineat locatum, non tamen neceſſario mouetur ad motũ eius, & præcipue ratione qua locus. Alius modus eſt, quia, cum aliquid mouetur ad aliquem locum, tãquam ad terminum ad quem in quo debet natura quieſcere, ille locus non eſt mobilis illo motu: quia tunc locatum frustra moueretur ad illum locum. quia, cum peruenirent ad ipſum, où quieſceret ibidem, vt locus ſurſum ad quem tunc mouetur ſm naturam, vt quieſcat in illo cum peruenerit ad ipſum, non eſt mobilis motu ſurſum, nec motu deorſum, quia tunc leue nunquam quieſceret in eo motu naturali, & ſic frustra moueretur. Et hanc rationem reti-
Tex. c.41. gît Cõm. his verbis. Et ſignificat, q̃ locus nõ mouetur eſſentialiter his, q̃ locus eſt id ad quod moueretur res, & quieſcit in eo: & ſi aliquid moueret ad rem motam, ſupple illo motu, ad quieſcendum à tali motu, tunc motus eius eſſet otiosus, quia. i. non attingeret ad ſuum intentum. Hæc igitur in vna immobilitas loci, vt. ſ. locus in quantum eſt illud ad qđ res locata mouetur, cum eſt extra ipſum non eſt natus moueri illo motu. Et hoc quasi redit in idem cum prius dicto modo. nili q̃ prius dictus modus magis refertur ad locum in quo aliquid continebatur antequam moueretur. ille. nouo mouetur neceſſario ad motum locati. Sed ſecundus modus refertur ad locum ad quem aliquid naturaliter mouetur, vt in eo quieſcat: iſte. n locus non mouetur neceſſario illo modo propter cauſam dictam. Et in hoc differt locus naturalis a vaſe artificiali: quia vas artificiale poteſt tranſferri ſimul ad locum ad quem tranſfertur contentũ, vt amphora ad locum ad que tranſfertur aqua: ſed locus proprius & naturalis non eſt natus moueri ad illum locũ, vel ad illud vbi, ad quod mouetur ſuum locatum, vt manifeſtum eſt. Concauum enim cœli non eſt aptum natum moueri ſurſum, nec deorſum, nec centrum mundi: ſimiliter autem & in alijs.

AD rationes omnes patet ex dictis. Concludunt enim q̃ locus non ſit immobilis penitus, ſic q̃ nullo modo moueatur, nec per ſe, nec per accidens, ſed non concludunt, q̃ non ſit immobilis prædictis modis. terminus enim cuiuſlibet motus eſt immobilis hoc, q̃ nõ mouetur illo modo. nec ſubijcitur illi motui. vt albedo, quæ eſt terminus dealbationis, non eſt illud quod dealbatur, vt manifeſtum eſt cuilibet ſic rationabile eſt vt locus, ad quem eſt aliquis motus, non moueatur illo motu. nec ſimiliter locus ille, à quo incipit aliquis motus, mouetur neceſſario illo motu, nec conſimili, vt dictum eſt: quare illæ rationes non ſunt contra poſitionem. Auctoritas autem Ariſtot., faciliter exponitur: vult enim immobilem eſſe locum, vt præmiſſum eſt. quod aũt dicit Expoſitor, quòd ſuperficies vltima ſeu terminus corporis continentis habet rationem loci ſecundum ordinem vel ſitum ad totum corpus ſphæricum cœli, hoc non eſt verum niſi diſpoſitiue, imo principale & formale in loco eſt virtus naturalis conſeruatiua locati, ſicut dictum fuit prius. Verum eſt tamen, quòd in illis inferioribus continentibus reſpectus vel ſitus ad cœlum, bene diſponit ad recipiendum virtutem naturalem conſeruatiuam ab ipſo cœlo influxam, & ſecundum alium & alium ſitum vel ordinem ad cœlum recipitur alia & alia virtus conſeruatiua: & illa magis meretur dici locus quam ordo ipſe vel ſitus ad corpus ſphæricum cœli. quare &c. cætera.

Et propter hoc quidem terra in aqua, hæc in aere, hic verò in æthere & cætera. Tex. c.6.

QVAESTIO VIII.

An Terræ locus ſit Aquæ ſuperficies.

CONſequenter quæritur, vtrum terra ſit in ſuperficie aquæ, ſicut in ſuo loco naturali. Arguitur primo quòd non. Quia terra eſt in illo, tanquam in ſuo loco naturali, ad quod mouetur, ſi non prohibeatur: hæc enim videtur eſſe præcipua conditio loci, vt ſit illud, ad quod naturaliter locatum mouetur non impeditum, vt patet in illo Quarto. ſed terra, ſi non prohibeatur, Tex.c.4.
mouetur ad centrum, ſeu ad medium, vt manifeſtum eſt ad ſenſum; quare videtur, quòd centrum ſiue medium, eſt locus naturalis, ipſius terræ, & non ſuperficies aquæ. Item, ſi ſuperficies aquæ eſſet locus naturalis ipſius terræ, tunc terra non prohibita moueretur ad eam, vt prius dictum eſt: ſed hoc eſt falſum. videmus enim ſenſibiliter, quòd, ſi fiat foſſa in terra ſub aqua & in fundo illius foſſæ eſſet vna pars terræ diſcontinuata ab alijs & non prohibita ab alijs partibus, nec ab aliquo detinente, tamen illa pars terræ non moueretur ad ſuperficiem aquæ, imo magis aqua deſcenderet ad fundum foſſæ. quare &c. Itẽ, ſicut ſe habet leue ſimpliciter ad locum ſurſum, ſic graue ſimpliciter ad locũ ſimpliciter deorſum, per conuenientem ſimilitudinem: ſed leue ſimpliciter eſt in loco ſurſum ſimpliciter, vt ignis in concauo cœli: ergo ſimpliciter graue debet eſſe in loco ſimpliciter deorſum. manifeſtum autem eſt, q̃ terra eſt ſimpliciter grauis, vt patet in Quarto Cœli. certum autem Tex.c.56
eſt ſimpliciter deorſum, vt manifeſtum eſt, patet: quia maxime diſtat ſecundum virturem à ſurſum ſimpliciter. & non ipſa ſuperficies aquæ. Item ſi ſuperficies aquæ eſſet lo-

cus naturalis ipsius terræ, tunc tota terra deberet esse circundata aqua, cuius oppositum apparet ad sensum. & patet consequentia: quia locus proprius & naturalis debet circũdare totum locatum suum proprium, vt concauum cęli circundat totum ignem. & concauum ignis circundat totum aerem: quare &c. Item, locus terræ, cum sit grauis simpliciter, est medium circularis lationis, i. Meteororum: sed hmõi medium est centrum mundi, vt manifestum est: quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristot. hic dicit enim, quòd terra est in aqua, & aqua in aere &c.

CONCLVSIO.

Aquæ superficies naturali virtute conseruatiua informata immediate ad terram se habens eius est naturalis ac proprius locus.

Opinio prima.

DE quæstione ista dixerunt aliqui, ꝙ centrum mundi est locus naturalis ipsius terræ, quia ad ipsum mouent partes terræ, nisi prohibeantur, vt patet ad sensum: quare &c. Sed istud nõ placet alijs. quia illud, quod est simpliciter indiuisibile, non potest esse locus alicuius corporis propriusito cus. n. est æqualis corpori locato, saltem ſm continentiam, vt dictum est prius. modo, indiuisibile simpliciter nulli est æquale ſm continentiam, cum nihil contineat, nec circumscribat: sed centrum mũdi est quid indiuisibile simpliciter, cum sit punctus, à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Sed dicunt aliqui, ꝙ hæc ratio procedit ex mala imaginatione. nam per centrum, qui ponitur locus terræ, nõ intelligitur punctus mathematicum, quod est omnino indiuisibile, sed intelligitur pars terræ, cuius medium punctum est medium mundi: quæ quidem pars terræ est tã paruæ quantitatis, ꝙ sua minori non potest saluari forma terræ, ita ꝙ est minima terra per se subsistere potens & secundum: & tãa minima terra, ratione qua habet talem situm vel ordinem ad cœlum, habet virtutem naturalem conseruatiuam terræ; propter quod ad eam mouentur omnes aliæ partes, si non prohibeantur. Sed adhuc non valeret: quia locus proprie & per se dictus debet esse diuersus à locato, & è conuerso, & non continuus eidem, aliter enim locus necessario moueretur ad motum locati, cum continua sint illa, quorum motus est vnus 5. Metaph. inconueniens autem est idem naturalem & per necessario moueri & naturaliter ad motum corporis locati, vt manifestum est prius: modo, si locus terræ non esset illa pars terræ: quam dicis, iam locus terræ non esset diuisus ab ipsa terra: constat enim ꝙ illa pars terræ minima est aliis continua. Et confirmatur: qa secundum Arist. in isto Quarto, pars existens in toto & non diuisa ab alijs, non est in toto sicut in loco ſm actum & simpliciter & proprie. ergo multo minus vna pars alteri continua, vel ipsum totum potest esse in alia parte eiusdem totius sibi continua, & sic partes terræ, quæ sunt circa centrũ, non sunt in illa parte, quam vocas centrum, sicut in suo loco proprio, nec etiam tota terra. Item, si illa pars terræ minima, quæ dicitur centrum, esset locus naturalis ipsius terræ, tunc quæreretur de illa parte, virum esset in loco, vel nullo modo est in loco. si in loco. ergo, cum idem sit ſm speciem locus totius & partis, vt patet in isto Quarto, & cẽtrum est locus naturalis ipsius terræ, vt dicis, sequitur etiam, ꝙ centrum sit locus naturalis illius partis: & cum ipsamet sit centrum, vt tu ponis, sequitur, ꝙ ipsa sit locus sui ipsius: qđ est absurdum. Si autem dicatur, ꝙ illa pars terræ nullo modo est in loco, hoc est absurdum: quia omne corpus est in loco, vel ſm actum, vel ſm potentiam, vel per se vel per accidens. Item locus est vltimum corporis continentis, vt patet ex definitione loci: sed centrum terræ vel mundi, quicquid sit illud, non est vltimum corporis continentis. vt manifestum est quare &c. Et ideo aliter dicatur secundum Aristotel. quòd superficies aquæ informata virtute naturali conseruatiua ipsius terræ immediate se habens ad terram est locus terræ. cuius ratio est: quia illud quod continet terram & est æquale ei secundum continentiam, & cõseruat ipsam terram, est naturalis locus ipsius terræ: hæc est manifesta ex dictis prius: sed superficies aquæ prædicta est huiusmodi: quare &c. Item, locus naturalis & proprius terræ aut est cẽtrum, aut superficies aquæ, vt prædictum est: sed non est ipsum centrum, vt probatum est: quare &c.

Tex. c. 44.

RESPON.

AD primam rationem est intelligendum sicut dicunt aliqui bene, & subtiliter, vt mihi videtur, virtus cõseruatiua incati primo influitur corpori continenti ab ipso cęlo, & mediante ipso continente influitur locato seu contento, & per totum ipsum locatum diffunditur & multipliciter: ipsa aũt virtus naturalis conseruatiua perfectius & intensius recipitur in partibus purioribus magis elongatis à contrarijs suis. Dicemus ergo, ꝙ, cum à cœlo influatur virtus naturalis ipsi aquæ cõseruatiua ipsius terræ, & ab aqua influatur in terram, illa virtus perfectior & intensior erit in partibus terræ purioribus. i. quæ magis sunt elõgatæ ab elementis contrarijs, & hæ sunt partes centrales, & ideo illæ partes terræ habent virtutem naturalem conseruandi fortiorem alijs; propter quod aliæ partes non impeditę debẽt moueri ad ipsam, eo quia entia diligunt se permanere, vt Comment. dicit Primo Physicorum. Sed dubitabit inquis, quia agens corporeũ fortius influit in illud, quod est ei propinquius, quàm in illud, quod magis distat, vt manifestum est ad sensum: cum igitur aqua cui influaa est virtus conseruatiua terræ, sit agens corporeum, videtur ꝙ fortius influit illam virtutem in partes terræ sibi propinquiores. etiam, cũ ipsum cœlum influens aquæ virtutem conseruatiuam terræ sit influens corporeum, videtur ꝙ fortius influat virtutem cõseruatiuam ipsi aquæ, quæ est ei propinquior q̃ parti centrali terræ, quæ magis distat ab eo. Sed dicendum, ꝙ verum est, agens naturale fortius influere in passum sibi propinquius, si vtrunq; passum sit consimiliter dispositum ad recipiendum: sed si nõ, non oportet. v. g. idem ignis fortiorem agit caliditatem in lapide magis distantem, quàm in aere propinquiori: quia in lapide propter suam opacitatem, seu densitatem, magis est vnita caliditas; & ideo est fortior q̃ in aere: similiter in proposito. quamuis. n. partes terræ superficiales sint magis propinquę aquę quàm centrales, tñ ipsæ partes centrales sunt puriores & magis impermixtæ contrarijs, q̃ aliæ, & sunt ẽt densiores. similiter terra tota quam aqua: & ideo maior vel intensior est virtus recepta in partibus centralibus q̃ in alijs. Et hæc ẽt est cã, quare virtus naturalis conseruatiua aeris influitur magis ipsi igni, q̃ aquæ, intantũ ꝙ ipse ignis naturaliter cõtinet aerem & non aquam: quia cõstat ꝙ ignis est magis elongatus ab eo. quod est magis contrarium aeri, ſ à terra, quæ contrariatur aeri in duabus qualitatibus, q̃ aqua. Similiter virtus cõseruatiua aquæ influitur aeri & non igni: quia ipse aer est magis elõgatus à cõtrario aquæ, puta ab igne q̃ ignis ipse: quia ipse ignis non est distans à seipso. Et si dicas, ergo per istã rationem virtus conseruatiua aquæ est fortior in terra quàm in aere: quia terra magis distat ab igne, qui contrariatur aquæ, non habeo pro inconuenienti. vnde videmus, ꝙ partes aquæ relictæ sibi ipsis mouentur versus centrum, si non prohibeãtur.

Ad formam ergo rationis, cum dr, terra est in isto &c. verum est, si illud alterũ sit continens ipsam & diuisum ab ea: si non, non oportet. nunc autem ipsum centrum, quamuis ad ipsum moueantur partes terræ, attamen non est continens ipsam terram, nec diuisum, nec æquale: quare autem mouentur ad ipsum, visum est. Ad aliam, cum dicitur, si superficies, aquæ &c. Concedo: & cum dicis, ꝙ partes terræ non prohibentur &c. dico, ꝙ falsum est, imo partes terræ propinquiores centro prohibentur ne moueant ad superficiem aquæ prohibentur, dico, ab illa virtute naturali influaa centro, aut parti centrali, eò ꝙ illa est fortior quàm virtus existens in superficie aquæ. Et si dicatur vlterius, illud à quo aliquid naturaliter recedit, non est locus eius naturalis, verum est, si recedat ab illo, quantum est ex parte ipsius continentis. Ad aliud dico, quòd locus simpliciter deorsum non est proprie ipsum centrum, quia non est continens: sed locus simpliciter deorsum est superficies aquæ concaua. Et dices, ista non maxime distat ab ipso sursum, dico, quòd imo secundum quòd est possibile superficiem cõtinentem naturaliter aliquod elementum distare à superficie cœli, & sic intelligitur quòd locus deorsum maximè distat a loco sursum. Ad aliam cum dicitur, quòd tunc tota terra &c. Intelligendum est hic, quòd natura semper facit de possibilibus, quod melius est, vt dicitur in Secundo de Generatione. bonum autem & perfectio totius sine dubio est magis bonum quàm bonum partis: & ideo aliquãdo oatura propter

Cõmen. 81.

Dubitatio.

Responsio.

Tex. c. 58. Natura semper qđ melius est operatur.

pter conseruationem boni & perfectionis totius permittit aut facit aliquam priuationem & orbitatem in aliqua parte .s.cum bonum & perfectio totius laluari nō potest fine illa orbitatione illius partis. Nuoc autem in vniuerso sunt aliqox species pertioentes essentialiter ad perfectionē vniuersi, quę noo possuot viuere nec esse in terra pura nec aqua pura: nec vniuersaliter io aliquo elemento puro oino, vt animalia perfecta, præcipue respirantia, & ideo ingeniauit natura, vt aliqua pars terræ oon esset circundata aqua puta, sed aere magis, vt animalia manerent & viuerent in ipsa.

Ad ratioоem ergo, cum dicitur, si superficies &c. verum est quantum est ex uatura particulari aquæ & terræ deberet tota terra esse circuodata aqua, sed propter bonū & perfectioоē totius vniuersi contingit aliud, vt dictum est. Verum est igitur, ꝙ locus oaturalis debet circundare totū suum locatum, nisi aliqua alia causa prohibeat, vtpotè naruta vlis inteodens magis bonum ꝙ̄ sit talis circumscriptio totalis. Item aliter dicunt aliqui, ꝙ imo tota terra bene est circúdata aqua, sed non aqua pura & pfecta, sed aqua permista aeri & terræ, & diminuta à luis qualitatibus naturalibus. aer. n. qui est circa terram, in quo animalia viuuor, non est purus aer. nam in puro aere non viuerent, vt dicit Alberrus in de Proprietatibus elemeotorum, sed est aer cōmistus vapoтibus aqueis & exhalatioоibus terrestribos, vt patet in 1. Meteor. vnde illa superficies, quæ immediatè ambit terram supra quam viuunt animalia, non est locus terræ, ratioue qua est termious aeris, sed ratione, qua est terminus aquæ cōmistæ ipsi aeri habens virtutem &c. Ad aliud dico, ꝙ medium circulatis murationis non est locus terræ propriè. nec Aristot. h. d. in Primo Meteo. sed bene dicit, ꝙ in medio & circa medium est corpus graue terra & aqua: quod pro ranto verum est: quia medium terræ est medium totius muodi, licet differat ratione, vt est medium terræ, & totius mundi, vt habet videri in Secundo Cœli & Mundi: & ipsa aqua est circa medium, inquātum ipsa est circa terram, cuius medium est medium mundi: sed non intelligit, quod medium sit verè proprius locus totius terræ: quare noo valet ratio.

Tex. c. 46 *Et hic verò in Cœlo.*

QVAESTIO VIII.

Orbis Lunæ concauū locus est ignis conueniens ac proprius.

Oosequenter quærit, vtrum ignis sit in concauo orbis Lonæ, tanq̄ in luo loco naturali. Arguit ꝙ non: quia sicut est in minori mūdo, sic debet esse in maiori mundo, per conuenientem similitudinem. sed ita est in minori mundo. s. in hoie, qui est minor mundus, vt dr in 8. huius. s. ꝙ pars eius nobilissima .s. cor est in medio: ergo similiter in maiori mondo elementum nobilissimū debet esse in medio. nunc aūt concauum orbis Lunæ nō est medium mundi, sed magis centrum, vt manifestū est ex 2. Cœli & Mun. & in 4. quare &c. Item, corpus locās debet conoenire cum corpore locato in vna qualitate, vt manifestū est per inductionem in oibus simplicibus corporibus. aqua. n coouenit cū terra io frigiditate, & aqoa cum aere in humiditate, & aer cū igne in caliditate. sed cęlū non conuenit cū igne io aliqua qualitate, quia cœlum non est calidum, nec frigidū, nec humidum, vt paret 2. Cęli & Mūdi. Item si ignis esset in cōcauo orbis Lunæ, tonc prohiberet nos videre astra: cuius oppositū patet ad sęolum: quia de nocte videmus stellas. & probat consequētia: quia, cū ignis interponit ioter visom nſm & aliqd̄ visibile, prohibet illud videri, vt patet, qñ flamma interponitur inter visum nſm & aliquod corpus, non videmus illud, vt patet ad lensum: ergo similiter in proposito, si ignis esset in concauo orbis Lunæ interponeret inter nos & astra, vt manifestum est: igitur pruhiberet nos videre ipsa. quare &c. Item, vnumquodque locatum debet quiescere in suo loco proprio & naturali, vt patet in isto 4. sed ignis in concauo orbis Lunæ non quiescit, vt patet in 1. Meteororum. imo & tota sphæra ignis & tota illa pars aeris quæ est luper Peripherias altissimorom montium vt arguitur ex motu stellæ cometæ. quare &c.

Text. c. 17. Text. c. 100 Tex. c. 2. Text. c. 46. Oppositum arguitur auctoritate Aristot. in illo Quarto, & 10 Primo Meteororum.

CONCLVSIO.

Ignis est in cōcauo orbis Lunæ, vt in proprio ac Naturali loco.

AD quæstionem dico breuiter, ꝙ ignis est in cocauo orbis Lunæ vt in suo loco proprio & naturali: quia nobilissimo elemento debetur locus nobilissimus, hoc est euidens: sed ignis est nobilissimum elementum. cuius signum est eius maxima actiuitas, hoc. n. arguit ipsum plus habere de naturali forma, vel formam digniorem, & magis conuenire cum primo actiuo, ideo &c. Item, ibi maxime debet esse ignis, vbi maxime conseruatur & generatur: locus. n. est principium generationis, & cōseruationis locati, vt omnes concedunt. sed in concauo cœli, ignis maxime natus est generati & conseruari: quia motus localis formis & veloa natus est generare calidum in materia calefactibili, & maxime velocissimus motus maximam caliditatem in materia maxime calefactibili, vt hī in a cœli, & 2 Meteororum. cōstat autem, ꝙ motus cœli est motus velocissimus, vt patet in 8. huius, & materia ei contigua est leuissima & rarissima eum sit sursum simpliciter: & ideo cœ. um per suum motum facit in illa maximam caliditatem, & talis fortissima caliditas non permittit siccum humidum, sed requirit siccitatem, vt manifestum est io illis inferioribus: quæ quāto ꝓ lus calefiunt tanto magis fiunt sicca: ergo materia, quæ est in cōcauo cœli, est maxime calida, & talis materia est propria ignis. excessus. n. calidi, velut seruor, est ignis, vt dicitur in Secundo de Generatione. & ista ratio habetur ex verbis Aristot. in Primo Meteororum, vbi sic ait: Iato autem primo elemento corporum, idest cœlo, vt exponitur, quod propinquum est inferiori mundi motum dilgregarum accenditur, id est intense calefit. Item, constat, ꝙ in concauo orbis Lunæ est aliquod corpus: aliter enim esset vacuum. sed non potest esse aliquod mistum, quia omnia mista sunt grauia a domino, & ideo non potest ibi esse mistum, s. in loco sursum simpliciter, dico secundū naturam. nec ibi potest esse aliud elementum ab igne: quia oullum aliud est simpliciter leue, & levissimum nisi ignis, vt manifestum est cuilibet intelligēti: ergo relinquitur, ꝙ ibi sit naturaliter ipse ignis. Sed aliqui dubitant hic latis rationabiliter: quia, cum luna sit humida virtualiter, vt dicunt omnes Astrologi, & habet dominium super humida: cuius signum est fluxus maris, qui prouenit ex aspectu determinato Lunæ, & similiter videmus humiditates animalium vt medullam & cerebrum augeri in pleniluoio. & constat quòd totus orbis & planetæ humi sunt vnius oaturæ & virturis, vt tangitur in 2. Cœli & Mundi sequitur, ꝙ torus orbis Lunæ debet esse humidus: cum ergo ignis sit siccus, sm naturam, vī ꝙ orbis Luoæ non habet conseruare ipsum ignem quia vnum contrariorum non est conseruatiuum alterius, sed magis corruptiuum, vt patet in 1. huius: & io 2. de Generatione. quare &c. Er confirmatur: quia agēs naturale fortius agit in passum propinquum sibi, quàm in distans & remotum, vt patet ad sęulum. modo, orbis Lunæ est agens naturale & corporeum, & habet agere humiditatem, vt probatū est: ergo, si ignis est magis ei propinquus, q̄ alia corpora, sequitur ꝙ humefacit ignem: quod est absurdum: quare &c. Ad hoc pòt reiponderi, ꝙ verū est Lunam habere virtutē humefactiuam, & ērorum oibem Lunæ, iñ hoc non obstāt habet virtutem calefactiuam per suum motum velocē, & ipse motus fortior est in calefacieodo per materiam sibi propinquam, q̄ sit virtus Lunæ humefactiua in humefaciendo: & ideo non humectat ipsum ignē licet in alijs distātibus faciat & inrendat humiditatē. actus. n. actiuorum nō sunt nisi in patientibus dispoſiris, vt patet in 2. de Anima: modo, ipsa materia propioqua orbi est intantum calefacta & deficcata & rarefacta per motum fortē, ꝙ non est idooea ad recipiendū humiditatem. Et ꝓ hoc paret ad confirmationem: quamuis. o. orbis Lunæ sit humefactiuus eius, quod est aptū aptitudine propinqua ad humefactionem: & quod obtinet virtus eius humefactiua, tñ nō humefacit ipsum ignem propter causam prædictam. Et, cū dicitur vnum contrariorum nō conseruat alterum, verum est ratione virtutis contrariæ, sed ratione alterius dominatis & obtinentis potest conseruare: quamuis ergo orbis Lunæ noo conseruet ipsum ignem ratione qua humefactiuus, tamen ratione, qua est calefactiuus per vehementiam motus, bene habet conseruare: & ideo oon valet obiectio.

Tex. c. 57. Tex. c. 50. Confirmatio. Responsio. Tex. c. 24 Ad confir.

Dubitatio.

RESPON. AD rationes. Ad primam cum dr, sicut &c concedit, &, cum dr, q in minori &c. dico q duplex est mediũ quantum ad propositum. Vnum est medium fm æqualem distantiam quantitatiuam ab extremis, & istud medium non semper est mobilius omnibus alijs: nec isto modo cor est in medio corporis humani, imo magis propinquum est parti superiori q̃ inferiori, & magis in dextra q̃ in sinistra, vt scit in de Partibus animalium. Alio modo dr medium fm æqualitatem influentię virtutis, & hoc modo iplum cor bene est in medio corporis. s. q æqualiter influit virtutem oĉbus alijs partibus fm naturam, & existentiam vniuscuiusq; vnde ita bene influit pedibus spiritus & virtutem ad ambulandum, sicut manibus ad palpandum, & sic de cæteris suo modo. similiter aũ orbis pôt dici medius locus in vniuerlo. s. per æqualitatem iofluentiæ virtutis ad oĉs reliquas partes, fm q requirit natura vniuscuiusq; partis, nã ita bene cœlũ influit asino virtutem conseruatiuã eius, sicut homini: & ideo nobilissimum elemẽtum est in loco nobilissimo. Ad aliud, cum dr, q locãs debet conuenire, dr, q verum est formaliter vel virtualiter, sed nô vñter debet conuenire cum ipso formaliter: ita. l. q habeat qualitatem eiusdem speciei sibi formaliter inhærentem: quia sic omne corpus continens esset alterabile & corruptibile, vt dicit Cõmentator in de Substãtia orbis: modo, quãuis orbis Lunæ non conueniat formaliter cum igne fm aliquam de qualitatibus actiuis & passiuis, nec ẽt fm leuitatem, quia nec est grãue, nec leue, nec alterabile. vt patet 1. Cęli & Mundi, tñ bene conuenit cum ipso virtualiter: habet. n. virtutem actiuam & conseruatiuam calidinaris & siccinaris, vt dictum est. Nec est necesse, q omne, quod agit aliquod accidens, disponatur per ipsum, vel per aliquod eiusdẽ speciei cum ipso: vt nõ est necesse q mouens localiter moueatur, vt dicit Cõmentator. in de Substãtia orbis: quare non valet. Ad aliam, nego consequentiam. & ad probationem intelligendum, q ignis non prohibet videre corpus aliquod nisi ipse ignis sit lucẽs manifeste & sensibiliter, vt patet ad sensum: modo, sicut dicit Alberr. in Primo Meteororum. & Arist. in luo Tractatu de Sensu & Sensato, ignis in sua propria materia non lucet: quia illa est excellentis raritatis & præsidentis subtilitatia: & ea hoc contingit, q ipse oõ lucet luce manifesta, cuius signum satis pulchrum ponit Alb. in 1. Meteor. videmus. n sensibiliter in cã dela accensã, q pars ignis, quæ est propinquissima lichno, est rarior & subtilior, alia verò pars. s. ignis flamma, est magis ipssa & densa p̃p aerem circumuenientem, qui aliqualiter ei contrariat & condensat eam per antiperistasim i. resistentiam: vnde illa particula ignis, quæ est immediatè iuxta lichnum, non prohiberet videri actu aliquod tale corpus oppositum: quamuis flamma bene impediret illud videre. vt manifestum est per experientiam: quare &c. Ad aliam cum dr, locatum debet quiescere &c. verum est, quantũ ex parte sua & ex natura sua proprtia, tñ quantum est ea virtute alicuius superioris, cui locatum aptum natum est obedire & ipsum assequi pôt moueri in suo loco proprio, & sic est in proposito: ignis. n. quaotum de se est, non moueretur in concauo orbis Lunæ cum virtute ipsius orbis, qui est natura superior, & mouet motu circulari: ipse ignis mouet illo motu: quia natus est sibi obedire & ipsum assequi in suo motu, præcipue, cum sit facilitier mobilis, & nõ impeditus: quare &c. Item aliter potest dici, q locatum existens in suo proprio loco non mouetur illo motu, quo moueretur, si esset extra ipsum locũ: imo quiescit quiete quæ est perfectio illius motus: tñ bene potest moueri aliquo alio motu: & sic contingit in proposito: ignis. n. existens in concauo orbis Lunæ non mouetur motu recto sursum, quo motu moueretur, si esset extra ipsum locum suum, & non prohiberetur, sed mouetur motu circulari fm motum orbis, & hoc non est inconueniens. Et si dicas locus debet esse immobilis: orbis autem Lunæ & eius concauum semper mouentur. Patet quid est dicendum ex prædictis locus enim est immobilis hic q non mouetur necessario ad motum corporis locati & hic est in proposito. concauum enim orbis Lunæ non mouetur sursum secundum motum ignis. Et aliqui dubitant hic, imo vr, q virtus cõseruatiua locati necessario mouetur ad motum locati: ponatur q ego mouear de vno loco ad alium locũ virtus conseruatiua mei, quæ erat in aere continente me, aut mouetur aut manet aut corrumpitur: sed non est dicendum, q corrumpitur. quid enim eam corrumperet non apparet: si autem remanet eadem virtus numero quæ prius erat, tunc illum locum à quo recessit, posser ingredi aliod corpus alterius speciei sicut aqua vel lignum: tunc eadem virtus erit conseruatiua diuersorum secundum speciem: quod videtur impossibile. Et dico breuiter q me recedente de aliquo loco potest remanere virtua naturalis conseruatiua mei in illo eodem corpore: & si illum locum quem occupaui ingrediatur aliquod corpus alterius speciei, non propter hoc conseruabitur ab illa virtute quæ me conseruabat prius: sed ab aliqua alia virtute naturali: nec est inconueniens q in vno & eodem cõtinente sit virtus naturalis alia & alia conseruatiua diuersorum corporum naturalium: vt in isto aere cõtiguæ sunt virtutes conseruatiuæ naturales omnium animalium quæ nata sunt viuere in aere: istæ enim virtutes influxæ ab ipso cœlo ad conseruationem diuersorum animalium in specie ooo sunt sibiinuicem contrariæ sed dilperatæ. ideo noo valet ratio.

Medium est duplex.

Cor qũo est in medio corporis.

Tex. c. 20

Ignis i propria materia non lucet.

Alia respõsio.

Obiectio.

Responsio.

Dubitatio

Responsio.

Diuersę virtutes cõseruatiuæ sunt io eodẽ continente.

Cælum autem non amplius est in alio. Tex. c. 64

QVAESTIO IX.

An vltima Sphæra sit in loco.



Vęritur hic, vtrum vltima sphæra sit in loco. Arguitur q non, quia illud, quod non est in aliquo corpore continente ipsum, & extra ipsum existente, non est in loco: hoc hr ab Arist. in litera, sed vltima sphæra non habet aliquod corpus extra se cõtinens ipsam, qa sic non esset vltima sphæra: quare &c. Item si esset in loco aut esset in loco per se, aut per accidens. hæc est diuisio sufficiens Sed non est in loco per se: quia sic esset contenta in aliquo extrinleco corpore, cũ locus sit continens diuisum fm Arist. nec per accidens: quia quod est in aliquo loco p accidens, debet esse in aliquo subiecto quod sit in aliquo loco per se, vt alhedo est in aliqun subiecto quod est in loco p se, & ideo dr esse in loco per accidens: similiter in alijs: modo, sphæra vltima, cũ sit quædã substantia, non est in aliquo subiecto, quod sit per se in loco, vt manifestũ est: quare &c. Item, locus est vltimum continentis immobile primum secundum Arist. in litera. Sed vltima sphęra non est in vltimo alicuius corporis continentis, vr manifestum est: quare &c.

Text. c. 43.

Tex. c. 43

Tex. c. 41.

Oppositum arguitur: omne corpus est in loco. sicut enim non est aliquis locus sine omni corpore, sic non est aliquid corpus sine omni loco, vt patet in isto Quarto sed vltima sphæra est quoddam corpus, cum sit primum mobile, vt manifestum est: quare &c.

CONCLVSIO.

Vltima Sphæra est in loco non per se sed per accidens, & per centrum est in loco.

ISta quæstio est multum difficilis. culus signum est diuersitas opinionum Solennium Philosophorum eapnnenriũ Arist. Opinio Alexandri vt Cõm. recitat, est. q vltima sphæra nullo modo est in loco Et hic probauit sic, illud, qđ non mouetur localiter, non est in loco: hæc est manifesta. sed vltima sphæra non mouetur localiter: hanc probauit, qa vel mouet per se, vel per accidens: non per se: quia aut moueretur scđm totum, aut scđm partes: non scđm partes, quia partes non sunt diuisę à toto, nec scđm actum, vt manifestũ est: quia ipsa vltima sphæra est continua: nec in potentia, quia nunquam diuidentur abinuicem: ergo ipsæ partes vltimæ sphæræ non mouentur actu scđm locum, & per consequens tota vltima sphæra non mouetur actu scđm partea, nec ẽt scđm totum quia totum corpus vltimæ sphæræ non mutat locum, ita q non transfert de vno loco ad alium locum Item, non mouet localiter per accidẽs: quia hoc esset eò q moueret scđm partes. modo, illud, quod mouet per accidens scđm suas partes non moueretur per accidẽs, nisi quia motus est totius per se. nec est dicendum, q mouet per accidẽs, quia sit in aliquo subiecto, quod mouetur per se: & hoc non ponit Cõm. in ratione Alexandri, quia nullua hoc dicit: Et dicit Alexander vlterius, q non est de ratione corporis, q sit in loco, nec ponitur in definitione eius, nec corpus in

Comm. 45 Opinio Alexandri.

Auicenna. pus in definitione loci, vt ipse dicit. Auicenna autē sequens Alesand. addit, q̄ motus corporis cęlestis nō est motus localis ſm vbi, sed ſm situm. & ideo nō oportet, q̄ cœlum sit aliquo modo in loco. Sed illa positio non videtur esse rationabilis. quia omne, quod localiter mouetur, necessario est in loco aliquo modo: nunc autem vltima sphæra localiter mouetur, quia motus non est nisi ad res quatuor generum
Tex. c. 7. ſm Arist. Quinto huius. ſ. ad substantiam, quātitatem, qualitatem, & vbi: & constat q̄ vltima sphæra non est transmu-
Tex. c. 20. tabilis ſm substantiam, vt demonstratum est in Primo Cęli & Mundi: nec ſm quantitatem, nec ſm quabitatem, saltem secundum totum: ergo relinquitur, q̄ aut nullo modo moueatur, quod est ridiculū: aut q̄ mouet ſm vbi & iste est motus localis, qui necessario requirit mobile esse in loco quoquo modo. Quòd autem dicit Auicenna, q̄ motus vltimæ sphæræ est motus ſm situm, hoc improbatur: quia impossibile est, q̄ motus per se sit in aliquo genere, cuius speciei ratio consistit in indiuisibili: & propter hoc ad substantiam nō est motus, quia ratio substātiæ in indiuisibili consistit: vnde species substantię non recipiunt magis & minus. &, cum motus habeat successionem, ideo productiua forma subitalis in esse per motum, sed per generationem, qui est terminus. sic autem est de albedine & de consimilibus, quæ participantur secundum magis & minus: quælibet autem species situs habet rationem in indiuisibili cōsistente, ita. q̄, si aliquid addatur aut diminuitur non est eadem species, situs sed diuersa: vnde impossibile est, q̄ in genere situs sit motus per se Prætera. Hoc posito adhuc remanet difficultas. Nam situs, ſm q̄ est prædicamentum, importat ordinem partium in loco, sed situs, vt est differentia quantitatis, importat ordinem partium in toto. omne igitur, quod mouetur ſm situm oportet q̄ moueatur ſm locum. & istæ sunt rationes S. Thomæ cōtra illam positionem, vtrum autem omnia, quæ ipse accipit in his verbis, sint vera, ad præsens non determino. Nunc ad rationem Alexandri potest dici, q̄ ipsa vltima sphæra mouetur per se, & secundum totum, & secundum partes Et, cum ipse dicit, q̄ totum corpus circulare non mutat locum, verum est ſm subiectum, tamen bene mutat locum secundum formam, & ſm dispositionem. partes autem mutāt locum & ſm subiectum & ſm formam, vt
Tex. c. 76. dicit Arist. in Octauo & in Sexto huius, quid autem sit mu-
Tex. c. 85 tare locum ſm subiectum, & ſm formam videbitur post. & quod ipse dicit, q̄ esse in loco non est de ratione corporis, dicit Commentat. q̄ licet non sit de ratione corporis absolute, tamen bene est de ratione & necessitate corporis localiter moti. non enim est intelligibile, q̄ corpus moueatur localiter, vel ſm locum, & tamen nullo modo habeat locum.

Opinio Themistij. Alia fuit opinio Themi. q̄ vltima sphæra esset in loco per suas partes intrinsecas. istæ. n. partes mouerentur circa conuexum corporis, circa quod reuoluuntur. Et forte rationi os batur ad hoc quia, cum vltima sphæra debeat esse in loco quo quo modo, & non est in loco ſm se totā, relinquit q̄ sit in loco secundum suas partes. Quòd autē non sit in loco secundum totum probatur, quia non mouetur ſm totum, sed
B. Thomas. secundum partes: quare &c. Et sanctus Thomas tenens illam opinionem. Hæc. nititur eā fulcire sic. Corpus circulare secundum illa debet esse in loco, secundum quæ contingit successio diuersorum in eodē loco: hęc habetur pro manifesta, sed corpori circulari ſm se totum non competit q̄ sit successio diuersorum corporum totorum in vno loco, sed ſm partes totum. o. corpus circulare nō mutat locum secundū subiectum. semper. n. remanet idem locus subiecto, sed partes mutant locum non solū ratione, sed subiecto, ita q̄ diuersæ partes succedunt sibi in eodem loco: ergo corpori circulari non debetur locus ſm totum, sed ſm partes. Corpora. n. mobilia motu recto possunt diuersa succedere in eodem loco ſm se tota. vt manifestum est ad sensum. sed in corporibus cœlestibus non sic contingit: quia io vno eodem loco, in quo nunc est corpus aliquod circulare, postea recipit aliud corpus circulare. sed partes sibimuicem succedunt in eodem loco sic, q̄, cum vna pars sphæræ non sit supposita alicui parti terræ, alia pars postea supponetur eidem, & sic de aliis: quare &c. Sed sine dubio ista opinio non est omnino tuta. Primo quantum ad causam, quam assignat Themistius, q̄ sphæra non sit in loco secundum totum, sed ſm partes. s. quia non mouetur ſm totum, ſm locū sed ſm oēs partes. hoc. n. primo vī irrationabile: quia totū nihil aliud est q̄ omnes partes, & ideo inconueniens est dicere, q̄ sphæra moueatur localiter ſm omnes partes, & non mouetur aliquo modo ſcdm totum Item Arist. dicit in Sexto huius, q̄ tota sphæra non mutat locum ſm subiectū, sed ſm formam: partes aūt mutant locum & ſm subiectum & ſm formam. & hęc sunt, quæ opponit Cō. contra illam cām. Qualiter aūt tota sphæra non mutat locum ſm subiectum, sed ſm formam, (patet aūt vtroq; modo,) declarandum est in 6. vt dicit: & verum est. Et forte sic potest intelligi. aliter. n. corpus mobile, quod mouet motu recto mutat locū ſm totum, & aliter corpus, quod mouet circulariter. nam corpus, quod mouetur motu recto, mutat locum ſm totum, cū de vno loco transfertur ad alium totum locum distinctū & diuisum à primo, corpus aūt mobile motu circulari intelligitur mutare locum ſcdm totum, si per motum aliquem secundū se totum & simul haberet aliam distantiam à centro, q̄ prius habebat, ita q̄ illud, quod prius erat medium à quo oēs lineæ ductæ sd circumferentiam erant æquales. postea non sit medium tale, sed sit propinquum magis quibusdam partibus, & remotius ab aliis. intelligit aūt locum mutare ſm formam, cum in alio instanti quælibet pars habet alia & aliam distantiam à qualibet parte terræ signatam, pars autē dī mutare locum ſm formam, eò q̄ aliam & aliam distantiam habet respectu partis terræ in alio & alio tpe. vt Sol in oriente existens directè supponitur alteri parti, & alteri existens in meridie, & aliam distantiam habet Sol existens in occidēte ab illa parte cui rectè supponitur, & aliam distantiam, cum est in meridie, & sic de aliis. Cōmentator aūt exponit quō intelligit totum mutare locum ſcdm formam, & est, quia mouet circa conuexum centri, & ex conuexo perfectæ rotunditatis ad conuexum perfectæ rotunditatis, cum cōuexum diuidatur in multa cōuexa, quorum vnumquodq; est perfectæ rotunditatis: hic aūt facilius manifestatur sensibiliter instructis, & exercitatis. Astronomia nō est difficile. & sic patet, q̄ illa causa, quam assignauit Themistius ad negandum sphæram esse in loco ſcdm totum, negsnda est, vel nulla, vt dicit Commentator. Item, si vltima sphæra esset in loco solum ſcdm suas partes intrinsecas, tunc nō esset in loco ſcdm actum: quod est inconueniens, quia actu mouetur ſcdm locum, vt manifestum est, & patet consequentia: quia partes continui existentes in ipso continuo toto, non sunt actu in loco, vt vult Arist. in 4. constat autem, q̄ partes Tex. c. 44. quantitatiuæ ipsius vltimæ sphæræ sunt sibimuicem contiguæ, vt manifestum est: ergo &c. Et si dicatur, q̄ sunt in loco in potentia. Contra: quia nunquā sunt in actu ab inuicem, & sic nunquā sunt in loco ſcdm actum. Irrationabile aūt est potentia, quæ non reducitur ad actū vnquam: & inconueniens est aliquam potentiā esse perpetuo ociosam, & præcipue in corpore tam nobili, sicut est ipsa vltima sphæra. Et confirmatur rō: quia ipsis partibus intrinsecis vltimæ sphæræ aut est impossibile esse to loco, aut non est impossibile eis, q̄ sint in loco: si est eis impossibile, ergo repugnat eis esse in loco, & sic nec sunt in loco ſcdm potentiam, nec ſcdm non repugnantiam, vt dicūt aliqui: si non est eis impossibile esse in loco, ergo est eis possibile. hæc. n. æquipollet, vt patet ex Secundo Perihermenias. ponatur ergo in esse q̄ sint in loco, non debet accidere impossibile: sed accideret impossibile. ſ. q̄ essent actu diuisæ abinuicem: quare nullo modo sunt in loco propriè. Vtrum aūt hæc rationcinatio sit sufficiēs ad remouendum illam positionem, non determino, tñ videtur mihi satis plus lotus q̄ tationes ad aliam partem inductæ. Partes vltimæ sphæræ non sunt in loco in potentia.

Ad tationes S. Thomæ, cum dicit, corpus circulare &c. possum istam negare. ad hoc. n. q̄ aliquid sit in loco vltimo nō requiritur q̄ sit vel possit esse successio diuersorum corporum in vno loco, sed solum hoc tenet in illis, quæ continentur in aliquibus exterioribus corporibus & dicuntur proprie & per se esse in loco. quamuis igitur corpori circulari cœlesti non conueniat ſcdm se totum successio diuersorum corporum in eodem loco, tñ non sequitur pp hoc q̄ ſcdm partes sit in loco. Item, minor assumpta falsum. nam corpori circulari non contingit successio diuersorum corporum Ad rationes B. Thom.

in eodem loco ſm partes ſuas. nam in illo loco, in quo nunc continetur vna pars ſphæræ intrioſęca, nunq̃ continebitur alia bene ſi verum eſt, q̃ diuerſæ partes ſphæræ ſucceſſiue ſupponunt eidē parti cōes circa quod reuoluitur: & hic eſt ſucceſſio ſm partes diuerſorum corporū circa eundem locum, ſed non in eodē loco proprie: quare nnn valet. Opinio verò Auempace fuit, & hæc fuit opinio Alpharabij vt dicit Commentator, q̃ vltima ſphæra eſſet per ſe in loco.

Opi. Auẽp. & Alphara. Cōmen. 43.

Ad cuius euidentiam eſt intelligendū, ſicut ſupponebat Auempace, q̃ dria eſt inter corpora recta, & corpora circularia. Corpus rotundum finitur per ſe, & cauſa huius eſt: quia linea rotunda eſt perfecta, & non poteſt recipere additionem, aut diminutionem: corpus autem rectum finitur p aliud. & cauſa huius eſt: quia linea recta eſt imperfecta & diminuta potēs recipere additionem. quibus ſuppoſitis, dicit ipſe hic, q̃ vltima ſphæra eſt in loco, non ſicut in aliquo ambiente exiſtente circa ipſam, ſed circa conuexum centri, ideſt corporis ſpharici, circa quod reuoluitur, & hoc eſt cōmune omni ſphæræ, ſm q̃ ſphæra eſt: &, ſi aliqua ſphæra ſit in aliquo continente ipſum ambiente. hoc. n. accidit ſm q̃ eſt ſphæra, ſphęræ autem, ſm q̃ eſt ſphęra, debetur locus, circa quem reuoluitur, vt dictum eſt. conuexum centri, circa quod mouetur. Iſte eſt igitur modus, ſm quem vltima ſphæra eſt in loco, vt dicit: & dicit, q̃ definitio, quam poſuit Ariſto. de loco ſm quem eſt locus, vltimum corporis continentis diuiſi à re, debet intelligi in corporibus rectis ex extrinſeco, & rotundis ex intrinſeco ita, l. q̃ continens, quod continet corpus rectum, eſt extrinſecum: & continens, quod continet corpus rotundum, eſt intrinſecum. Contra hanc opinionem obijcit Comment. 1 quia eſt contra Ariſt. vt dicit: nam Ariſtot poſuit. q̃ de numero corporum, quædam ſunt in loco per ſe & eſſentialiter ſ. corpora recta: quædam autem ſunt in loco per accidens. ſ. corpora ſphærica: quædā autem ſunt in loco ſm partes ſ. totus mundus compoſitus ex omnibus ſimplicibus, & ſic iſta opinio contradicit Ariſt.

Item, iſta opinio eſt contra rationem: quia notum eſt per ſe, q̃ locus proprie dictus eſt æqualis locato ſm continentiā ſed conuexum centri, circa quod reuoluitur ſphæra, non eſt æquale ſuperficiei concauæ, quæ reuoluitur circa illud conuexum: ſic igitur, cum locus debeat eſſe æqualis locato, ſic, q̃ omnes ſuperficies eius ſint æquales omnibus ſuperficiebus locati: ſequitur, q̃ conuexum centri. circa quod reuoluitur ſphæra, non eſt proprie locus ſphæræ: & intelligo ſic, q̃ omnes ſuperficies locati &c. q̃ in omni loco & in omni locato hoc reperiretur. q̃ ſuperficies locati eſt æqualis ſuperficiei vltimæ, & extremæ ipſius locati: dummodo ſit locus proprius & per ſe. locatum enim, cuius proprie eſt locus, tangit locum ſm ſuam vltimam & exteriorem ſuperficiem. vel ei contiguatur. vt ignis eſt illeos in concauo orbis Lunæ contiguatur ei ſm ſuam & vltimam & maximam ſuperficiem. Conſtat autem q̃ vltima & maxima ſuperficies ipſius vltimæ ſphæræ non eſt æqualis conuexo centri, circa quod reuoluitur, imo eſt multo maior, cū ipſa vltima ſphæra habeat profunditatem: quare &c. Item per ſe notum eſt de loco proprie & per ſe, q̃ ipſe eſt continens locatum: modo, vltima ſphæra cōtinetur conuexo centri, circa quod reuoluitur. ſic igitur patet veritas opinionis Ariſto. & falſitas opinionis Auemp ſm Commen. Vtrum autem iſta poſitio poſſet teneri rationabiliter, videat diligens inquiſitor. quia multis videtur, q̃ illa poſitio poſſet teneri latis rationabiliter, ſicut poſitio Commentatoris, vt videbitur in concluſionibus. Opinio autem Auerroys fuit, q̃ vltima ſphæra eſt in loco per accidens ſcilicet per centrum. Circa hoc ergo dicuntur quatuor ſm ordinem. Primò, q̃ vltima ſphæra, ſiue ſit ſphæra ſtellarum fixarum, ſiue alia, eſt in loco aliquo modo. Secundò. q̃ non eſt in loco per ſe. Tertiò dico, q̃ eſt in loco per accidens Quartò, q̃ eſt in loco per centrum. Primum breuiter oſtenditur. Omne quod mouetur motu locali, eſt in loco aliquo modo: hæc eſt manifeſta. ſed vltima ſphæra mouet motu locali aliquo modo, vt patet ex dictis: quare &c. Secundum probatur. Illud, extra quod non eſt aliquod corpus continens ipſum, non eſt per ſe in loco: hęc videtur concedenda ſm Ariſt. ſed vltra ipſam vltimam ſphęram non eſt aliquod corpus continens eam, vt manifeſtum eſt: ergo &c. Et hæc videtur eſſe intentio Ariſt. plana in litera, vbi ſic dicit. Cui quidem igitur corporum eſt aliquid contra continens ipſum corpus hoc in loco eſt. cui verò nō mimme: quare &c. Tertium probatur, cum vltima ſphæra ſit in loco, aut eſt in locn per ſe, aut per accidens per ſufficientem diuiſionem quam etiam ponit Ariſt. 1. Poſter. cap. Si igitur demonſtratiua ſcientia. ſed vltima ſphæra eſt in loco, vt probatum eſt, & nō eſt in loco per ſe, vt probatum eſt etiam: quare &c. Tunc oſtendendum eſt quantum ſcilicet, q̃ vltima ſphæra eſt in loco per centrum. Ad cuius euidentiam intelligenda ſunt aliqua primo, q̃ licet motus localis fuerit principium perlecrurationis de loco, vt patet in iſto Quarto, tū, quia ipſa quies eſt quodammodo finis & perfectio motus, vt habet videre in Quinto huius, ideo locus magis eſt attribuendus corporibus propter quietem naturalem, quàm p̃p motum: illud, quod eſt alicui cā vel principium quieſcendi, principaliter eſt ei cauſa eſſendi in loco, quàm illud, quod eſt ei cauſa motus inquantum huius. ſic etiā materia prima fuit prius inquiſita & nota per tranſmutationem ſubſtantialem, & in forma ſubſtantialis eſt principalior cā materiæ primæ, quam tranſmutatio in ſubſtantia, cō q̃ ipſa forma ſubſtantialis eſt finis tranſmutationis ſubſtantialis, vt dicit Com in 2. huius. Vterius conſiderandum eſt, q̃ in ipſa vltima ſphæra iſta duo ſunt eadem realiter. ſ. q̃ ipſa tota non mutet locum ſecundum ſubiectum, & q̃ ipſa quieſcat ſecundum totum. vnde illud idem, quod eſt ipſi ſphæræ cauſa, vt non mutet locum tota ſecundum ſubiectum, eſt ei cauſa quare tota quieſcit. & hæc ſuppono tanquam manifeſta exercitato in Scientia Naturali. Nunc autem vlterius accipiu, q̃ ipſum centrum eſt quodammodo cauſa ſiſionis ſeu immobilitatis & quietis ſphæræ. quod ſic patet, ſphæra enim ſic intelligitur moueri ſecundū totum, & quieſcere, q̃ ipſa tota ſimul non habet in vno tempore aliam diſtantiam, aut propinquitatem ad centrum quàm in alio: &, ſi in vno tempore haberet propiorem diſtantiam à centro quam in alio, vel minorem, vel ſm aliquas partes maiorem diſtantiam. & ſecundum alias minorem tunc ipſa tota mutaret locum ſm ſubiectum, & fieret aliud & aliud centrum eius, ſecundum ſubiectum, vt patet per elevationem & depreſſionem exemplarem & ſenſibilē inſtrumenti ſpharici ad hoc inſtructi propter inexercitatos, & iuniores. Ex his poteſt ſic argui, per illud ſphæra eſt in loco, propter qđ ipſa eſt quieſcens & immobilis & fixa, eo modo quo debetur ei quies immobilitas, & fixio, vt patet ex dictis: ſed ipſi ſphæræ hoc debetur per centrum, vt dictum eſt; quare &c. Hanc autem rationem tangit Commentator in commento huius partis his verbis. Nos autem dicamus. quoniam, cum ſit fixum ſecundum totum, neceſſe eſt vt ſit hoc modo quieſcens: &, quia quies eſt ei per quietem centri, quod eſt terra, & quies eſt: quare eſt in loco eſſentialiter, ideo dicitur cœlum eſſe in eodem loco, & non tranſmutatur ab eo per accidens. i. quia centrum eius eſt in loco eſſentialiter: quare &c. Item aliam rationem videtur innuere Cōm. omne, quod inuenitur in aliquo per accidēs, inoenitur in eo propter aliud habens illud per ſe: illam propoſitionem ponit expreſſe Commentator. & tunc poſſumus accipere, q̃ cœlum eſt in loco per accidens, & præcipue ſphæra vltima, vt oſtenſum eſt ergo ipſa eſt in loco per aliquid exiſtēs in loco per ſe: ſed non videtur eſſe in loco per aliquid aliud niſi per centrum, non enim eſt in loco per ſuas partes, vt videt ex prædictis: nec per conuexum centri, circa quod reuoluitur, ſicut etiam oſtenſum eſt: nec per aliquid aliud, ergo quis etiam vellet fingere, non eoim poteſt eſſe in ſua vltima conuexa ſuperficie tanquam in loco, ſic q̃nidam ſatuę imaginantur: quia locus debet eſſe diuiſus à locato, & non debet moueri neceſſario motu locati, vt patuit prius. hæc autem non conueniunt ſuperficiei conuexæ ipſius ſphæræ vltimæ, vt manifeſtum eſt vnicuique: ergo relinquitur ipſam eſſe in loco per ſuum centrum. horos autem rationis ſolam primam propoſitionem pnoit expreſſe Commentator, aliæ autem capiuntur ex dictis Ariſtotelis in litera Contra hanc poſitionem ſunt difficultates nnn pauce. Vna eſt quam monit ipſe Cōmentator contra ſe. nam, ſi corpus cœleſte eſt in loco per accidens, ſequitur, quòd moueri per accidens: conſimiliter eorum videtur aliquid moueri in loco & eſſe in loco, ſed hoc eſt impoſsibile: quia declaratum eſt, q̃ ipſum cœlū eſt primum

Tex. c. 3. Tex. c. 54. Locus magis attribuitur corporibus propter quietem q̃ propter motum.

Cōmẽ. 70

Cẽtrum eſt cā ſiſionis ſphæræ.

Cōmen. 45.

Tex. c. 43

mum omnium mobilium, vt patet in 8. huius: & sic, illud, quod est per accidens erit prius eo, quod est per se: qđ est
Text.c.37. impossibile, vt dr in 8. huius & Secundo: quare &c. Item
Tex. c.39. aliqui sic dubitant. Illud quod habet vbi per se, habet locũ
Tex.c.66 per se, vbi sit à loco, vt oẽs concedunt. vnde & Auctor Sex principiorum dicit, q̃ vbi est circũscriptio corporis &c. cęlum habet per se vbi, probatur. quia cęlum habet per se motum ſm vbi, vt oẽs conceduot: modo, motus secũdum vbi est idem essentialiter cum ipso vbi sicut vniuersaliter motus est idem essentialiter cum suo per se termino, ergo cœlum habet vbi per se: quare &c. Item, sicut se habet illud quod est in loco per se ad moueri per accidens sic illud, qđ est in loco ſm accidens, ad moueri per se, hæc vr cõueniens similitudo. sed nihil existens in loco per se mouetur solum per accidens: hoc manifestum est, quia licet homo existens in naui moueatur per accidens ad motum nauis tñ est mobilis per se aliquo alio motu: ergo nihil, quod mouetur per se, est in loco pure per accidens, nec è conuerso. Vel arguatur sic. Sicut se habet illud quod mouetur in loco per accidens ad esse in loco per accidens, sic se habet illud, quod mouetur per se localiter adesse in loco per se: hæc est similitudo conueniens. sed omne, quod mouetur localiter per accidens, est in loco per accidens, vt manifestum est: ergo omne quod mouetur localiter per se, est in loco per se: cœlum aũt per se mouetur localiter, vt manifestum est, & concessum: quare &c. Et confirmatur: quia illud, quod mouetur per se motu locali, debet veriori modo esse in loco, q̃ illud quod mouetur per accidens: hoc vr verisimile. sed illud, quod mouetur localiter per accidens, est in loco per accidens, vt manifestum est, ergo illud, quod mouetur per se motu locali, debet esse veriori modo in loco q̃ per accidens. & hoc non esset per se, nisi esset in loco, vt manifestum est: quare, cum vltima sphæra moueatur per se localiter, vt omnes volunt: oportet ipsam esse in loco, per se: aliter enim non esset veriori modo in loco quàm illa, quæ per accidens localiter mouentur. Item sicut se habet illud, quod mouetur localiter per accidens, ad esse in loco per se, sic illud, quod mouetur localiter per se, ad esse in loco per accidens: hæc est cõueniens similitudo. sed nullum motum localiter per accidens est in loco per se, vt manifestum est: ergo nullum per se motum localiter est in loco per accidens, modo vltima sphæra mouetur localiter per se, quare &c. Item. illud locatum, quod oibus locatis est cã essendi in loco, nõ est in loco per accidens: nam per accidens non est prius eo quod est p
Tex. c.39. se, vt hr in 8. huius: sed ipsum cœlum est in loco, & est cã omnibus alijs essendi in loco. nam sicut ipsum cœlum est cã omnium locatorum aliorum ſm eorum subtilitatem, sic est cã proprietatum naturalium omnium, quæ conueniunt eis per se. Et confirmatur: quia primum in vnoquoque genere
Tex. c.4. est maxime tale. vt patet ex 2. Metaphy. sed cœlum est primum locatorum vel primum in genere locatorũ, vt vr manifestum, est. n. primum in genere eorum, quæ localiter mouentur: ergo debet esse maxime locatum. quod non esset, si esset in loco per accidens. nam illud, quod inest alicui per accidens, non inest illi proprijsimè & verisimè. quare &c. Item, qđ necessario est in loco, non est in loco per accidens. accidentia enim non sunt necessaria, imo accidens contingit non esse, vt allegatum fuit prius in 1. huius ex 1. Poster. cap. Si igitur demonstratiua. & in 8. huius capitulo, ad dicta autem sic intendentibus, & in 5. Metaph. capit. de eadem, &
Comm̃ 5. Metaphyſi. in eodem cap. de accidente, & in 10 Metaph. prope finem.
Tex c 5. in omnibus illis locis vult Aristo. q̃ illud, quod est proprie
5. Physicor. per accidens & nullo modo per se, non est necessarium: sed
Tex c.26. vltima sphæra necessario est in loco, vt omnes concedunt:
10. Metaph. semper enim fuit & est & erit in loco: quare &c. Item, videtur q̃ vltima sphæra non sit in loco per centrũ. primo, quia nihil est in loco per illud, quod est extrinsecum ab eo: hæc videtur manifesta. sed ipsum centrum est quid extrinsecum ab ipsa vltima sphæra, cum non sit eius forma, nec pars quã citatiua, vt manifestum est: quare &c. hæc est ratio sancti Thomæ contra Auerroem. Item, aliqui sic dubitant. illud, quod est in loco per aliquid alterum, est in eodem loco, in quo est illud alterum. vt anima, quæ est in loco per corpus, est in eodem loco cum corpore. si igitur vltima sphæra esset in loco per centrum, quod est terra, tunc deberet esse in loco terræ, quod est absurdum. Item, si vltima sphæra esset in loco per centrum, aut esset in ipso cẽtro aut in aliquo alio, per diuisionem luſhcientem: sed non est dicendum, q̃ ipsa sit in centro per ipsum centrum, vt manifestum est: nec in aliquo alio, quia nec in aqua, nec in aere, nec in aliquo alio, nisi quis fingat: quare &c. Item, si vltima sphæra esset in loco per centrum. hoc esset pro tanto tm quia immobilitas cœli est ex fixione & immobilitate centri, ita q̃ immobilitas centri esset causa fixionis & immobilitatis cœli, hoc ponitur à Commentatore: sed hoc non potest esse causa, quia, si immobilitas centri esset causa quietis vel immobilitatis cœli, aut esset causa materialis, quod est ridiculum: aut causa efficiens, quod etiam est derisorium: quia vna priuatio non est effectiua alterius, & cum hoc ipsum nihil agit in cœlum, ad quod sequatur immobilitas cœli, nec mediatè, nec immediatè: quia agens propinquum simul est cum passo, vt demonstratum est in Septimo huius, nec mediatè, quia tũc Tex. c.9.
ageret mediantibus elemẽtis inter medijs, & præcipuè mediante igne, qui est immediatus cœlo: & sic immobilitas cœli esset immediatè ab igne, quod est ridiculum. Nec põt esse causa finalis: quia causa finalis est nobilior eis, quæ iuuat ad finem cum sit bonum ipsorum: modo, immobilitas vel quies centri non est nobilior quiete cœli, imo è conuerso: & sic immobilitas centri vel quies nullam habet causalitatem supra quietem cœli: quare &c. Item, arguitur: sicut se habet illud quod mouetur per accideos ad illud quod mouetur per se, sic illud, quod est in loco per accidens se habet ad illud, quod est in loco per se. hoc videtur multum rationabile. Similitudo igitur à commutata proportione comparando primum ad tertium, & secũdum ad quartum. sicut se habet illud quod mouetur per accidẽs, ad illud, quod est in loco per accidẽs, sic illud, quod mouetur per se, ad illud quod est in loco per se: sed omne quod mouetur per accidens est in loco per accidens: ergo omne, quod mouetur per se, est in loco per se: modo, vltima sphæra mouetur per se, & primo, vt omnes concedunt: quare &c. Istæ sunt difficultates contra Commen. de quibus parum aut nihil habui ab alijs, licet forte plures dixerint de ipsis: & oportet me dicere ſm meum posse, licet forte non sufficiat quod dicam, tamen poterit alijs esse occasio perquirẽdi. Primo quidem propter rationes illas, quibus probatur cœlum non esse in loco per accidens, pono vnam distinctionem non multum famosam. & est q̃ per accidens accipitur à Commentatore tribus modis. Vno modo, prout distinguitur cõtra per Per accidẽs
se, de quo agitur Primo Posterior. Alio modo sumitur per accipitur tri
accidens, prout distingoitur contra primo, & tunc per acci pliciter.
dens accipitur pro secundario. hæc autem determinatio primo accipitur dupliciter. Vno modo secundum famositatem & vsum communem, vt dicatur aliquid alicui inesse primo, quod ineſt secũdum communem vsum & vulgarem acceptionem, & nomen significat aliquid proprie, quod cõter & ſm famositatem intelligitur per ipsum. Alio modo dr aliquid alicui conuenire proprie. i. ſm naturã rei, & principaliter: & sic etiam aliquod nomen dicitur proprie & primo significare aliquid quod est prius & nobilius respectu aliorum significatorum suorum. vt hoc nomen principium significat principium magnitudinis proprie, & primo secũdum vsum eõm & famositatem: & significat causam finalem proprie & primo ſm ordin naturæ rei. nam causa finalis est nobilius inter omnia significata huius nominis principium, vt habet videri in Quinto Metaph. capit. de principio. Similiter igitur hæc determinatio secundario sumitur Text.2.t.
aliquando, prout distinguitur contra ſmosè & communiter, ita q̃ dicatur alicui aliquid conuenire secundario, eò q̃ non conuenit ei secundum communem vsum & famam. & nomen dicitur aliquid significare secundario, quando communiter & vulgariter & famosè non intelligitur per ipsum. Alio modo potest sumi ista determinatio secundario, prout distinguitur contra ſm naturam rei & principaliter, ita vt dicatur aliquid inesse alicui secundario, quia non inest ei secundum naturam rei & principaliter: & nomen dicatur improprie, eò quòd non sumitur pro illo, quod per prius & principalius significat: sed pro aliquo alio. Similiter dico quòd hæc determinatio per se dupliciter sumitur. vno modo pro eo, quod est per sui naturam, & de illo agi-

tur 1.Poster. Alio modo accipitur pro ipso proprie sine sic proprie.i.fm vlum & famosum modum, siue sit prnprie.l. principaliter,& primo. Quod autem istis duobus modis accipiat Cõm.istas determinationes.s.per accidens,& per se,
Comm.32. patet in multis locis.nam ipse dicit in Sexto huius, ꝙ transmutatio indiuisibilis non est motus nisi per accidens.i. Impropriè, non fm famositatem: quia cõiter nomine motus intelligitur transmutatio successiua & temporalis. sed non vult dicere, ꝙ tra olmutatio indiuisibilis sit motus per accidens.i.non secũdum sui naturam, sed per aliquid aliud, per quid enim aliud esset ipse motus? non enim potest esse motus per murationem præcedentem,quia illa cessat aduenien te transmutatione indiuisibili,cum ipla transmutatio indiuisibilis sit terminus transmutationis diuisibilis præcedentis ergo transmutatio diuisibilis non est motus per accidẽs .i.per aliquid aliud à sua natura,quod ei accidat:sed est motus per accidens improprie,nõ proprie,quia nomen motus non significat eam fm communem vlum hominum & fm famositatem.licet forte secundum ordinem naturę rei principalius significet eam,cõ ꝙ ipsa est finis trãsmutationis præcedentis Item,Cõm.in illo loco.commento quarto scribit illam propositionem, Omne, quod inuenitur in aliquo per accidens, inuenitur in eo propter aliquid habens illud per se: modo, si ipse reciperet ibi per accidens & per se secundum ꝙ considerantur in posterioribus, hoc forte non haberet veritatem: quia quædam sunt accidentia separabilia pure per accidens,quæ nulli insunt per se, nec in Primo modo nec in Secundo, vt currere, & ambulare. & comedere, vt omnes concedunt vnde relinquitur, ꝙ ipse accipiat per accidens prn impropriè, vt sit intellectus sermonis eius, ꝙ omne,quod inuenitur in aliquo improprie, inuenitur in illo,per aliquid habens illud propriè: & hoc est illud, quod dicitur, quod omnes transferentes fm aliquam similitudinem le transferunt 6.Topicor. His præmissis dico: ꝙ, cum
Cœlum est in loco non proprie sed improprie. Cõm.dicit cœlum esse in loco per accidens non accipit per accidens,prout distinguitur contra per se, de quo determinatur in 1.Poster.vt.s.sit intell. Eius conclusionis, ꝙ cœlum nullo modo per se,nec primo modo, nec secundo modo habeat istam proprietatem,quæ est esse in loco. hoc enim nõ video verum esse propter quasdam rationes præinductas. sed intendit, ꝙ est in loco per accidens.i.nõ proprie,sed improprie.s. ꝙ non est in loco secundum communem consuetudinem, qua aliquid dicitur esse in loco, quia in pluribus inuenitur consuetus: quia frequentius dicitor famolum, quia plures sic intelligunt,nec puto, ꝙ ipse negasset eum esse in loco per se.i. per sui naturam, imo per sui naturam est in loco i d est circa aliquid vt videbitur:sed dicitur non esse in loco per se.i.non proprie, quia,s.non est in loco secundũ communem & famosam acceptionem huius,quod est in loco esse. cõiter enim & famose intelligitor aliquid esse in loco tanquam in contẽnte extrinseco, eò ꝙ talia locata sunt valde multa & nota nobis. nec negarem ab ipso cœlo esse in loco proprie accipiendo i.principaliter secundum naturam rei.imo puto, ꝙ secundum ordinem naturę rei prius & principalius,& verius est in loco, quàm ista inferiora locata.vnde volo dicere, ꝙ vltima sphæra est in loco secundario & posterius in ordine cognitionis nostræ, ita ꝙ posterius fuit nobis notum cœlum esse in loco, quàm alia esse in loco,eum secundum naturam ei est è cõuerso.ratio primi est, quia communiora sunt nobis prius nota. ratio secundi est, quia causa naturaliter prior est causato. Dicerem igitur salvo meliori iudicio, ꝙ Cõm.vtitur ista distinctione de per le & per accidens pro ista distinctione primo & secundario: primo autem & secundario dicuntur multis modis, vt dictum est Siquis autem velit tenere, ꝙ cœlum est in loco proprie per accidens, soluat rationes & declaret illud: quia non video ad præsens:cum enim cęlum habeat per se motum secundum vbi,vt omnes confitentur,necesse est ipsum habere per se vbi,& per consequẽs per se esse in loco aliquo modo.non enim motus localis eius deberet dici motus localis
Vbi cœli est primum & propriissimum. per se,nisi vbi suum, fm quod mouetur,requireret locũ per se. Nec valet, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ vbi ipsius cœli non est vbi nisi per accidens: hoc est mirabile, quia sicut motus eius est motus omnium primus & propriissimus motus, vt patet in Octauo,sic rationabile est, ꝙ eius vbi sit primum vbi:
Tex.c.33 & sic non debet esse vbi solum per accidens,sed per se. per accidens.n. nõ est omnino prius ipso per se,& sicut motus eius est cã omnium aliorum motuum, & non participat naturam motus per accidens, sic vbi ipsius cœli debet esse cã aliorum vbi. Et tunc arguitur,qñ causa & caulatum conueniunt in aliquo, & comparantur io illo sicut causa & causatum, illud magis & verius competit causæ quàm causato: sic enim intelligenda est propositio Arist. in 1.Poster. propter quod vnumquodque tale & illud magis,& io 2.Metaphy.vnumquodque tunc maxime aliorum, sc. ꝙ alijs ioest vniuocatio,cum igitur ipsum cœlum habeat vbi, & ipsum suum vbi est quodammodo causa vbi causatorum istorum inferiorum,sicut & motus motuum, videtur,& veriori modo competit ei locus, vel esse in loco quàm istis inferioribus. Item, arguo logicè sic quando ad anteccedens sequitur consequens eodem adhuc vtrobique adhuc sequitur a. Priorum: sed sequitur,hoc corpus est mobile localiter:ergo est in loco: ergo addito per se vtrobiq;,adhuc sequitur sic dicendo,hoc mouetur localiter per se: ergo est in loco per se. Item qñ ad antecedens sequit consequens ex opposito eon sequentis sequitur oppositum antecedentis: sed sequitur, hoc eos est in loco per accidens pure ergo: non mouetur localiter per se,vt patet satis ex dictis: ergo per oppositum sequitur,hoc ens mouetur localiter per se, ergo non est in loco pure per accidens: sed cœlum mouetur localiter per se; quare &c. Item, arguitur fm modum cuiusdam magistri,quo vtitur in quæstione de generatione sorte substantialis,omne mobile localiter est in loco: ergo omne mobile per se est in loco. quia,si simpliciter ad simpliciter, & per se ad per se: quare &c. Item, sicut se habet ens mobile per se ad mobile per se localiter, sic se habet eos in loco per accidens ad mobile per accidens: sed omne ens per se in loco est mobile localiter per se: ergo omne ens in loco per accidens, est mobile localiter per accidens. Istarum autem rationum quædam suot probabiles, & aliæ suot fortiores. & forte si bene inspiciantur omnes inuenientur necessariæ. Dicerem ergo ad oppositum,saluo meliori iudicio, ꝙ cœlum est in loco per accidens. non per accidens, vt per accidens distinguitur contra per se,sed prout distinguitur cõtra primo.contra primo dico, accipiendo primo pro eo quod est cosuetum vsitatum & famosum & vt in pluribus contingens. non enim habet aliquid extrinsecum continens ipsum: & hoc requiritur ad hoc quòd aliquid sit in loco proprie secundum modum illum, quo communiter & famose intelligitur, & dicitur aliquid esse in loco: quare &c.

Tex.c.4 Tenet hæc propositio, quando prædicatur de causatu, & cã aliquid vniuocè.

Tunc ad dubitationes de centro cum dicitur, nihil est in loco per illud, quod est extrinsecum ab eo ipotest hic dici, ꝙ si est penitus extrinsecum & secundum subsistentiam & secundum continentiam, ita ꝙ nec subsistat in illo, nec ipsum contineat, nec includat,forte verum esset.& cum dicitur, ꝙ centrum est quid extrinsecum á sphæra,verum est secundum esse existentiæ: quia nec sphæra in existit centro, nec è conuerso tamen non est extrinsecum secundum continentiam,imo continet ipsum centrum: licet nõ immediatè. Aliter dr, ꝙ nihil est in loco per illud, quod est extrinsecum ab eo, nec habet habitudinem ad ipsum in suo motu & in sua quiete: modo,quamuis ecotrum sit quid extrinsecum ipsi vltimæ sphæræ, quia non est pars eius, nec forma, nec materia, tamen ipsa vltima sphæra in suo motu habet habitudinem & necessarium respectum ad centrum. & similiter in fixione & quiete, vt declaratum est prius: quare non valet. Ad aliam cum dicitur, quando aliquid est in loco &c. verum est si sit in loco per alterum, tanquam per suum subiectum:sed si est in loco per alterum,tamen per suum fixum,ea cuius fixione & immobilitate accipiatur alterius fixio seu quies; non oportet ꝙ sit in eodem loco, in quo est illud alterum: sic aũt est in proposito,vt patet ex dictis: quare &c. Ad aliam,cum dicitur, aut esset in ipsomet centro,diceret aliquis, ꝙ ipsa est in loco.l. io ipso ecotro.s. circa centrum: & hoc per ipsummet cẽtrum fixum & quiescens est ipsi sphæræ causa quodammodo essendi circa ipsum. Ad cuius intellectum est cõsiderandum ꝙ licet corpora cœlestia & motores eorum non sint propter ista inferiora conseruanda & generanda primaria intentione.i.tanquã propter finem primo intentum & principaliter, tamen ista

inferiora

inferiora generanda & conseruanda sunt quodammodo finis ipsorum secundario intentos, vt docet Com. 12. Met. &
Comm. 66. 2. cœli. 2. Cœl. & Mundi quamuis igitur ipsum centrum fixum & quiescens non sit prima & principalis causa finalis huius ꝙ est esse in loco, vel circa locum, sed è conuerso, tñ potest esse & est finis secundario intentus, tanquam illud sine quo non posset ipsum cœlum moueri ad generandum ista inferiora: nec etiam quiescere & fixum esse. Omnis.n. motus requirit aliquid fixum & quiescens, vt dictum est: & probatur in de causis motus animalium. & Cõm. hic allegat & non est aliquod corpus fixum & quiescens, relpectu cuius ipsum cœlum totum varietur ſm formam & ſm partes, ſm formam & ſubiectum, nisi ipsum centrum qđ est terra, quæ nunquã simul tota mouetur localiter, vt patet ex 2. Cœl. & Mund. Et per hoc ad rationem sequẽtem dicimus, ꝙ immobilitas seu quies & fixio centri est cã sicut finis immobilitatis cœli, non quidem causa finalis principalis & prima, sed quasi secundaria, & quasi sine qua non: & ralem finem non nportet esse simpliciter nobiliorẽ ordinatis in ipsum. &, quia causa non prima nec principalis, sed solum secundaria, potest dici per accidens relpectu causæ principalis & primæ ideo fortè diceret aliquis, ꝙ ipsum centrum fixum & quiescens est causa immobilitatis & fixionis cœli per accidens: & sic intelligeretur cœlum esse in loco per accidens, i. per causam accidentalem secundariam, & non per accidens, ptout per accidẽs distinguitur à per se & per sui naturam: hoc.n. non possent videre propter rationes prius inductas. Et prẽterea licet non cõcederetur, ꝙ licet illud quod mouetur per le localiter ſit in loco per se, cum illud quod quiescit p se & per sui naturam vẽ esse in loco per se ſm aliquem modum: modo, ipsum cœlum per se quiescit totum, quia non permutat locum ſm sui subiectum, vt patet in Sexto huius, & in
Tex. c. 36. Octauo quare &c. Sed aliquis sic argueret, si vltima sphæra
Tex. c 85. est in loco per ipsum centrum, tunc cum ipsum centrum sit
Obiectio. in loco per vltimã sphæram, sequitur de primo ad vltimum
ꝙ vltima sphæra sit in loco per vltimam sphæram, & sic per
Responsio. seipsam: quod vẽ sallum. Et possumus hic dicere, quod imo ipsa vltima sphæra est in loco per seipsam, modo prius dicto: nec est contra Arist. nec Com. vt ostensum est. Vel diceretur ꝙ non sequeretur: quia diuersimodè vltima sphæra est in loco per centrum, & è conuerso. nam vltima sphæra est in loco per centrum, tanquam per aliquod, à quo habet fixionem & quietem, vt à causa secundaria intentione intenta, nec prima nec principali: sed ipsum centrum est in loco per sphæram, tanquam per primum conueniens, & tanquam per causam primam & principalem corpoream suæ subsistantiæ, & suarum naturalium dispositionum: & sic non
Dubitatio. eodem modo. ideo &c. Dubitaret autem iunior, ꝙ, si vltima sphæra est in loco per centrum, eò ꝙ ex immobilitate centri accipitur immobilitas eius, sic & aliæ sphæræ erunt in loco per centrum propter eandem causam. nã omnis immobilitas sphęræ est quodammodo ex immobilitate centri, & sic vnaquæq; sphæra est in loco per accidens: & tamẽ omnis alia sphæra, præter vltimã, est in loco per se, eò ꝙ est in aliquo corpore extrinseco ambiente & cõtinente ipsam:
Responsio. quare idem corpus erit in loco per se & per accidens. Fortè dicendum, ꝙ non est ineõueniens relpectu diuersorum, sed relpectu eiusdem esset impossibile eodem modo. Hæc sunt, quæ de proposita quæstione congregare potui: quæ, si non lufficiant omnino, tñ diligens exquisitor ex his capere poterit initium perquirendi & inueniendi veritatem complerè. Hanc autem quæstionam propter facilitatem ductrinæ illorum, in quibus de nouo oritur Philolophia naturalis diuisi in tria. Prima fuit vtrum vltima sphæra sit in loco, & ibi posui duas conclusiones. prima fuit. ꝙ est in loco, secunda ꝙ non est per se, & exposui quo non est per le. Secunda quæstio fuit, vtrum ipsa vltima sphæra sit in loco per accidens, & distinxi de per accidens. Et posui duas conclusiones, ſm duo mẽbra distinctionis huius determinationis per accidens, vt scriptum est. & probaui, ꝙ non est in loco p accidens illo modo ſm ꝙ per accidens distinguitur cõtra per se. Tertia quæstio fuit, vtrum vltima sphæra sit in loco per centrum. Postea occurrebant mihi quædã motiua, io vnoquoq; genere est aliquid quod est mensura & metrum omnium aliorum, in 12. Met. igitur in genere locatorũ: sed non
Tex. c. 2. potest esse aliud in genere locatorum, quod sit metrum & mensura omnium aliorum, nisi primum mobile, vt tu videbis inducendo, & tu considerabis circa hoc. Ex propositione vera per se potest sequi propositio necessario vera per accidens, & lequitur cœlum est mobile: ergo cœlum est in loco: & prima quidem propositio est vera ſm omnes: quare non &c. lecunda, quamuis inter oẽs motus, motus localis sit nobilior & famolior, non tñ nntius est nec famosius nec magis consuetum dici vltimã sphæram moueri localiter quàm cætera mobilia: imo è conuerso. & ideo nõ oportet ipsam esse in loco secundum cõem & famosum & consuetum modum essendi in loco, ꝙ Arist. dicit cœlũ esse in loco ſm partes intellexit de cœlo pro ipso vniuerlo toto corporeo: sed non intellexit de sphæra vltima, vt putauit The.

QVAESTIO X.

An Vacuum esse sit necessarium.

COnsequenter quæritur circa capitulum de Vacuo. primo, Vtrum necessarium sit esse vacuum. Arguitur primo ꝙ sic. Quia, si nõ esset vacuum, non contingerer aliquid moueri localiter: quod est manifestum impossibile. & probatur cõsequentia: quia, si aliquid mouetur localiter, aut mouetur ad plenum, & recipitur in pleno, aut ad vacuum & recipitur in vacuo. non primo modo: quia sic duo corpora simul essent in eodem loco, quod est impossibile, vt habetur in isto quarto: quare
Tex. c. 96. &c. Item, si non esset vacuum, non posset fieri rarefactio, nec condensatio corporum: quod est inconueniens & contra sensum. & probatur cõlequentia: quia rarefactio fit per huc, ꝙ aliquæ partes præexistentes in corpore segregantur & mouentur, & partes remanentes fiunt magis distãtes ab inuicem mediante vacuo: si.n. in spatio aliquo segregentur illæ partes, remanebit aliquod corpus naturale & lensibile, tunc illud corpus esset æque grossum & densum, sicut prius erat. Condensatio autem fit per hoc ꝙ partes corporis sibiinuicem appropinquant: quod non potest fieri nisi subin grediatur vacuum præexistens inter partes quare &c. Item, si vacuum non esset, non posset fieri augmentatio: quod est inconueniens manifestum, & contra naturam animalium. probatur consequentia: quia augmentatio non potest fieri
Tex. c. 31. nisi adueniente aliquo corpore eo, vt dicitur in 1. de Generatione. illud aũt corporeum aut recipitur in pleno, & sic duo corpora simul erunt: aut recipitur in vacuo, & sic hĩ propositum: quare &c. Item, in vase habente cineres recipitur tñ de aqua, vt in vase sine cineribus existente: & hoc ipsi dicebant contingere propter vacuum inexistens in partibus cineris: quare &c. Item, arguebat quidam antiquorum quibusdam experimẽtis: Quorum vnum est, ꝙ tantum de vino recipitur in dolio, in quo sunt vtres, sicut si esset sine vtribus: quod non esset nisi in illis esset vacuum interceptum.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo.

CONCLVSIO.

Vacuũ esse necessariũ nõ solũ non est, sed falsum & impossibile.

INtelligendum, ꝙ quidam antiquorum Philosophorum posuerunt esse vacuum in rebus propter rationes prædictas. & dixerunt vacuũ esse spatium separatum ab omnibus corpotibus, & virtutibus naturalibus, & à motu. Istud autem vacuum quidam dixerunt esse extra corpora naturalia, & distinguens abinuicẽ ipsa corpora naturalia & lensibilia, & infinitum esse tale spatium extra cœlum. Alij dixerunt vacuum imbibitum vel inexistens corporibus naturalibus inter partes ipsorum, & per hoc fieri cõdensationem & tarefactionem. cum.n. partes corpotis per vacuũ distantes appropinquant se inuicem replentes illud vacuum, vel etiam cum de fotis ingrediatur aliquod corpus in illa vacua, tunc dicebant corpus condensari & infpissari. cum aũt aliquæ partes elabuntur & fluunt & recedunt, & remanet spatium vacuum, quod occupabant, ita ꝙ partes distant ab inuicem per ipsum vacuum. sic fit rarefactio & subtiliatio corporis naturalis. Istud etiam spatium separatum dicebãt esse totum corporum naturalium: quod probant ex immobilitate loci cum.n. locus naturalis debeat esse immobilis, vt etiam Arist. eis concedit: nihil autem in rebus corpora-
Opinio antiquorum.

libus

libus videbant esse immobile, nisi spatium separatum à viribus sensibilibus & naturalibus: ideo dixerunt tale spatium esse locum, ita ꝙ sm eos idem est realiter vacuum & locus differēs solum ratione seu modo. Illud n. spatium est vacuum, dum est sine omni corpore naturali. Et dr locus, cum est repletum & occupatū corpore naturali. Sed istam positionem improbant Arist. in litera per rationes multas, quæ erant rōnes positionis Et ideo dicendum aliter breuiter ad quæstionē: ꝙ non est possibile esse vacuum simpliciter. Quod proba ur rationibus Arist. in litera, quarum vna est ex istio suo fundamento, quod po iebant illi antiqui quia, si esset vacuū, motus localis deberet fieri per ipsum: propter hoc n ponebant ipsum, vt omnes cōcedebant. si igitur probatum fuerit, ꝙ in vacuo nō posset fieri motus localis, sufficienter ostensum erit vacuum non esse Ostenditur autem sic, si esset vacuum, & in ipso fieret motus localis, oporteret illum motū fieri in instanti: & hoc esse impossibile manifestum est & eo ocellum. consequentia probatur: quia in motibus, qui sunt per media, ꝓportio motus ad motum in velocitate & tarditate est sm proportionem medij ad medium in subtilitate & grossitie, ita ꝙ sm eandem proportioōem vnus motus est velocior, alio sm ꝙ maior est subtilitas vnius medij à subtilitate alterius medij. vt si aer est in duplo subtilior q̄ ipsa aqua & facilius diuisibilis & penetrabilis, tunc motus factus per aerem erit in duplo velocior q̄ motus factus per aquam, similiter autem & in alijs. nuoc autem ipsius spatij pleni ad spatium vacuū non est aliqua proportio tu subtilitate & grossitie, nec è conuerso: quod probat Arist quia omne, qđ excedit aliquid sm aliquam proportioōem, cōpositum est ex ipso, quod excedit̄, & quodam alio, in quo vel sm ꝙ excedit, vt manifestum est in quā tratibus. quatuor. n. quæ exeedunt tria, composita sunt ex tribus, & vno: similiter autem & in alijs. vnde, quatuor nullam proportionem habeut ad nihil, quia nō componuntur ex nihilo. & similiter linea nullam habet proportionem ad punctum, quia non cōponitur ex punctis, vt demonstratum est in 6. huius & in Lib. de Lineis indiuisibilibus. Cum igitur vacuum non sit compositum ex pleno, nec è conuerso: sequitur, ꝙ vacui ad plenum nulla est proportio, nec è conuerso. ergo motus factus per spatium vacui nullam haberet proportionē ad motum factum per plenum, nec è conuerso, quantum ad velocitatem & tarditatem. Aut igitur motus ille per vacuum fieret in tempore, aut in non tpe. si in tempore, hoc est impossibile: quia cuilibet partis ipsis finiti ad aliud tempus finitum, est aliqua proportio, vt manifestum est cuilibet intelligenti. & similiter, cuilibet motus finiti in tempore finito est aliqua proportio ad motum factum, in alio tpe finito velocitatis & tarditatis: quare, si motus per spatium vacuum fieret in tpe, quantumcunq; modico, necesse esset ipsum habere proportionem ad motum factum in pleno: quod est impossibile, vt demonstratum est: quare &c. Relinquitur ergo, ꝙ, si per vacuum esset motus, esset in non tempore: quod est maxime inconueniens & impossibile: quare &c. Item, aliam tōtem ponit Arist. ex parte velocitatis & tarditatis motuum, ducēdo similiter ad vnum impossibile sic si motus localis fieret in vacuo, sequeretur, ꝙ vnum & idem mobile posset pertransire per spatiū vacuum, & per spatium plenum in æquali tpe, quod est manifestum impossibile. quia semper spatium plenum corpore naturali magis debet resistere mobili quā vacuum, quod nullam habet contrarietatem ad mobile: & probatur consequentia. ponamus. n. ꝙ sint duo media plena corporibus naturalibus, quorum vnum sit subtilius & alterū grossius, vt aer est subtilius medium q̄ sit aqua: tunc mobile quod mouebitur per aerem velocius mouebitur, quàm illud mobile, quod mouebitur per aquam sm aliquam proportionem. & ut gratia exempli proportio dupla: ita ꝙ motus per aerem sit per spatium vnius horæ: motus autem per aquam sit per spatium duarum horarum. similiter ergo, si ponatur ꝙ per spatium vacuum fiat motus illius mobilis in aliquo tpe, illud tempus habebit proportionem determinatam ad tempus, per quod fit motus per spatium plenum aere. ponamus igitur illud tempus mensurans motum factum per vacuum esse quadragiesimam partem ipsis illius, in quo fit motus per aerē. si igitur inuenīatur aut ponatur aliquod spatium plenum corpore subtili, cuius subtilitas excedit subtilitatem aeris in eadē proportione, in qua tempus excedit tempus, s. in quadrupla, ita ꝙ sit in quadruplo subtilius aere, quemadmodum tps mensurans motum per aerem est quadruplum ad tempus mensurans motum factum per vacuū, tunc motus fieret per illud spatium plenum in quarta parte illius tpis, in quo ponebatur fieri motus per aerem: sed in quarta parte illius tpis ponebatur fieri motus per vacuum. cum ergo oēs quartæ eiusdem quantitatis sibinuicem sint æquales, sequitur inconueniens prædictum. Et confirmatur ratio, declarando consequētiam: quia additio ad velocitatem fit sm additionem ad subtilitatem medij: si igitur aliquod medium plenum sit tanto subtilius aere, quanto tempus mensurans motum per aerem est maius tpe mensurante motum per vacuum, tunc in eadem ꝓportione velocior erit motus factus per illud spatium motu facto per aerem, & sic sequitur, ꝙ in æquali tpe fiet motus per illud spatium plenum subtilissimo corpore & per vacuum: quod est impossibile. Multas alias rationes induxit Arist. in litera destruentes vacuum. sed, quia omnes sunt satis manifestæ, & faciles intuenti literam: ideo non pono eas pp brevitatem. Contra istam rationem secundam obiecit Com. quia Arist. vī in ea supponete vnum fallum impossibile, qđ non est datum ab aduersario, s. ꝙ posset inueniri aliquod tempus, cuius subtilitas intātum exceedit subtilitatem aeris, inquantum tempus mensurans motum factum per aerem excedit tempus mensurans motum factum per vacuum: hoc autem fortē non est possibile. impossibile. n. est inuenire extra animam aliquod corpus subtilius igne, subtilitas autem ipsius ignis non est in eadem proportione maior subtilitate aeris, in qua proportione ips mensurans motum factum per aerem est maius tempore mensurante motum factum per vacuum. Ad hoc respondet Comm. ꝙ subtilitas potest considerari dupliciter. Vno modo sm se & absolute, Alio modo sm ꝙ est subtilitas alicuius corporis determinati naturalis: & primo quidem modo potest intelligi in ipsa processus in infinitum, vt dicit, ita ꝙ quacunque subtilitate data non repugnat subtilitati esse perfectionem q̄tum est de se & principaliter: sed sm ꝙ est subtilitatis talis corporis naturalis determinati, sic ei repugnat processus vlterior in infinitum & exemplificat in linea cui sm se nihil repugnat diuidi in infinitum, sed repugnat ei inquantum aerea aut ignea. Et, quia ista propositio est possibilis, s. ꝙ sit subtilitas maior quacunq; subtilitate sm ꝙ subtilitas est, iden ex ea non debet sequi aliquod impossibile: & hoc modo declarationis multoties vtitur Arist. qm̄ non ponit fallum sm ꝙ est impossibile, sed sm ꝙ est possibile. Sed responsio non vī bene sufficiens: quia propositio est impossibilis. qñ prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ propriq & specificæ, quantumcunq; nō repugnat ei ratione generis. vt ista propositio est simpliciter impossibilis, s. homo est irrationalis: licet non repugnet homini ratione animalis, s. esse irrationale: & deberet istud poni in esse, quod homo sit irrationalis: quia necessario sequeretur impossibile, s. ꝙ simul homo esset rationalis & irrationalis. Quamuis igitur ipsi subtilitati, vel raritati sm seipsam, vel ratione qua est subtilitas vel raritas corporis mobilis abstractè non repugnet processus & intentio in infinitum: quia tñ repugnat ei ratione, qua est talis naturæ, puta ignis, ratione cuius raritas est determinata ad maximum: ideo ista propositio est simpliciter impossibilis, s. ꝙ raritas possit intendi in infinitum & ipsa posita in esse necessario sequitur ex ea impossibile. Et forte dicendum, ꝙ ratio Arist. procedit ex concessione antiquorū, qui ponebant vacuum esse ipsi. n. fortē concesserunt vel habuerunt concedere ex suis dictis, ꝙ raritas posset intendi in infinitum: quia posuerunt ꝙ formæ sequuntur naturā materiæ: & sic, sicut materia est de se interminata, sic formæ sunt interminatæ, i. non terminatæ ad gradus determinatos: nec ad perfectiones determinatas. Aliter posset dici. ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ, cum aliqua conditionalis est impossibilis, omne illud debet reputari impossibile, ex quo sequitur illam esse veram: modo, quāuis sit impossibile raritatem intēdi in infinitum, tñ, si poneretur per impossibile, ꝙ ipsa in infinitum procederet, ista esset falsa, ꝙ motus fieret in æquali tempore per spatium plenum & per vacuum,

Tex. tō. 66.

Inter ea, ex quibus minime aliqd cōponitur, ꝓportionalia est.

Tex. c. 1.

Tex. tō. 71.

Comm 71.

Subtilitas cōsideratur dupliciter.

vacuum, ita ꝙ ista conditionalis est possibilis cum hoc, ꝙ suum antecedens est impossibile, Ista, si raritas procederet in infinitum, motus localis fieret in aquali tempore per spatium pleanum. & ideo omnis propositio est impossibilis, ad quam necessario sequeretur illam hypotheticam esse verã. modo, sine dubio, si poneretur esse vacuum, vt antiqui posuerunt, & in ipso fieret motus localis, tunc sequeretur, ꝙ, si raritas procederet in infinitum, motus localis posset fieri &c. ita ꝙ sequeretur illam hypothericam esse veram, quæ tamen est impossibilis omnino: & hoc sufficit Arist. ad probandum vacuum non esse vt illi ponebant. Sed aliqui litigant per quædam experimenta ad probãdum vacuum esse. Quorum vnum est, ponatur ꝙ duo corpora planissima & rectissima sibi inuicẽ coniungantur & applicentur tali modo, ꝙ inter ea non remaneat aliquis aer intermedius: quod præcipuè contingeret, si vnum corpus planum & rectũ appropinquetur superficiei aquæ planæ, sine medio aliquo. deinde corpus superius exiltes eleuatetur & separatetur ab inferiori ſm omnes partes suas simul & æqualiter, tunc necesse est, si aer subingrediatur inter illa corpora, ꝙ prius intret spatium propinquum lateribus & extremitatibus illorum corporum, quàm perueniat ad medium: & sic in tempore illo illud medium erit vacuũ omnino. Item, ponatur ꝙ fiat vas latum & grossum infertius, & bene strictum superius: & in parte stricta sit foramen patuũ in parte vero lata sint multa foramina, & illud vas immergatur in aquam, manifestum est, ꝙ implebitur aqua: postea, cum erit impletum aqua, obstruatur perfectissimè foramen superius, & extrahatur de aqua: tunc quæro an aqua aut illo vase contenta cadet & exibit per foramina vel non: si exibit & cadet per foramina, ergo remanebit ibi spatium vacuũ, in quo fuit aqua: quia, cum foramen sit omnino obstructum & vas sit cõpactissimum, nõ poterat aer subintrare. si autem diceretur, ꝙ aqua non caderet nec descenderet deorsum per foramina, inconuenientes vr, ꝙ graue non prohibitum non moueretur deorsum, sed staret: quare &c. Item, ponatur ꝙ in aliquo vase cõpactissimo & fortissimo sit vnum solum foramen, & in illo ponatur os follis: & ipsa follis nullũ habeat foramen in aliquo laterũ suorum: tunc eleuarentur & separarentur latera follis, tunc quæritur, vtrum aer existens in illo vase ingrediatur follem aut non. si sic, ergo vas remanet vacuũ. si non: ergo inter latera follis ad sensum est distantia erit vacuum. quia pono, ꝙ follis sit omniquaq; sic obturata & cõclusa & continua, ꝙ nullũ corpus posset in eam ingredi per partes exteriores, & ꝙ sic applicetur illud os follis ad ipsum vas ꝙ nihil posset ingredi in ipsum vas per suum foramen. Item, impleatur vas fortissimum & cõpactissimum aqua calida, & postea obstruatur istius foramen ipsius, vt aer non possit intrare: tunc expouatur illud vas plenum aqua frigore fortissimo in hyeme, illa aqua congelabitur & fiet minoris quantitatis q̃ prius: quare, cum aer nõ posset subintrare, vr ꝙ aliqua pars illius spatij remanebit vacua post cõgelationem. na, si post congelationẽ ipsa aqua occuparet æqualem locum, vt prius: tunc ipsa non esset minor quam ante, quod est inconueniens. Illis experimentis & consimilibus videtur concludi necessario qd vacuum sit, vel esse possit.

Potentia vacui per experimenta.

RESPON. AD primam rationem, cum dicitur, ꝙ motus localis &c. dicendum, ꝙ imo, si vacuum esset, nullum corpus naturale posset in eo moueri: quia, cum ipsum vacuum, si esset, esset vnius dispositionis in omnibus suis partibus nullã habens diuersitatem virtutum naturalium, vt manifestum est, non esset aliqua causa, quare corpus existens in ipso moueretur ad vnam partem magis quàm ad aliam: & ideo, si moueretur, aut moueretur simul ad omnem vnam partem, aut ad nullam: non ad omnẽ partem simul, vt manifestum est: ergo ad nullam. & sic moueretur & nõ moueretur. Et, cum dr, si aliquid moueretur &c. Dicẽdum, ꝙ cum aliquod corporum, quæ sunt hic, mouetur ad aliquem locum, ille locus erat prius occupatus alio corpore, & illud cedit aduentente corpore, ꝙ mouetur: sed non oportet talem cessionem & motum localem peruenire vsq; ad cœlum: quia poterit fieri condensatio medij, in qã fit motus: & sic illud corpus, quod cedit, ingreditur partẽ loci, in qua erat illud corpus ante condensationem: quare non valet ratio. Sed dubitatur hic: quia condensatio aeris non videtur fieri nisi per frigiditatem, sicut rarefactio per caliditatem. modo, cum aliquod corpus mouetur in aere, non vr tanta frigiditas, quæ posset condensare ipsum aerem, & per condensationem reducere aliquid aeris ad quantitatem tanto minorẽ, quanta est quantitas corporis quod cedit. Dicunt autem aliqui, ꝙ ista condensatio non fit à frigiditate propriè, sed à natura vniuersali fugiente & euitante subintrationem & penetrationem corporum. Inquire aût de hoc veritatem. Ad aliam, cum dicitur, ꝙ aliter non esset condensatio &c. propter solutionem huius rationis est considerandum ſm Arist. quòd cõtrariorum est vna & eadem materia subiecta, vt calidi & frigidi, sicci & humidi, ita ꝙ materia existens sub vno contrariorum est in potentia ad alterum, vt patet ex Primo huius, & ea 1 & 2. de Generatione. Considerandum etiam ꝙ, cum aliquid generatur ex potentia ente fit actu ens ab actu ente, ita ꝙ acquisitio formæ cuiuscunq; non est per ingressum vel aduentũ alicuius corporis ab intrinseco ingredientis in passum, & adducentis secum formam illam, i. per eductionem & transmutationem de potentia in actum. Et propter hoc dicit Com. in 12. Meta ꝙ agens verum apud Arist. non congregat inter diuersa, supple prius seorsum existentia & diuisim, sed transmutando materiam extrahit illud quod erat in potẽtia ad actum. vt, cum ex minori calido fit magis calidum, non oportet ꝙ aduenerit ipsi subiecto aliqd corpus calidum quod prius non erat ibidem: sed subiectum existens sub imperfectiori caliditate est in potentia recepti ua caliditatis perfectioris, & eã recipit prætente calefactente. similiter, cum ex maiori circulatione fit minor circulatio, hoc non fit per ingressum alicuius corporis circularis, quod prius non erat: neq; per hoc, ꝙ aliqua pars incuruatur, quæ prius non erat curua, sed modo prædicto, i. per extractionem de potentia ad actum. similiter igitur potest contingere in proposito. cum. n. rarum & densum sint subintercem contraria, eadem est vtriusq; materia, quæ existens sub vna istarum formarum est in potentia ad aliam: & ideo, si post vnam istarum formarum debet generari alia, nõ oportet ꝙ hoc fiat per ingressum aut recessum alicuius corporis vel aliquorum corporum, vel etiam per rarefactionem ab ipso rarefactibili vel cõdentabili, quæ quidem corpora ingrediantur in vacuum vel exeant ab ipso. Si. n. condensatio fit per vacuum, ꝙ aquea corpora subintrarent in vacuum, aut corpus non condensaretur vbiq;, aut per totum erit vacuum: quorum vtrumq; est inconueniens. contingit. r. aliquod totum condensari ſm omnes sui partes, & similiter rarefieri: sed condensatio per hoc, qd subiectũ existens sub raritate & in potẽtia existens ad densitatem reducitur ad densitatem: & e conuerso. sic ergo ea aqua fit aer per hoc, ꝙ eadem materia numero, quæ prius erat sub forma aquæ, fit sub forma aeris, aut è conuerso: sic in proposito ex densato fit rarum per hoc, quod eadem materia, quæ prius erat sub forma densitatis, fit sub raritate: quare non oportet esse vacuum nec ad rarefactionem, nec ad condensationem.

Responsio Contrariorum est eadẽ materia.

Tex. c. 81. Tex. c. 82. Tex. c. 86.

Comm. 18.

Condensatio quo fit.

Ad rationem de augmẽto dicit Arist. ꝙ illa seipsam impedit: tunc. n. ratio dicitur seipsam impedire, cum ipsa accipit aliquid ex quo sequitur oppositum eius, quod intendit concludere: modo hic est hic. nam, si augmentatio fieret per vacuum, tunc, cum augmentabile augmentaretur per totũ & in tota profunditate, necesse est ꝙ totum fit vacuum: qđ est impossibile, & impossibile est ꝙ augmẽtatio fiat per vacuum Quo autem fiat augmentatio adueniente alio corpore, & in in corpore quod augetur non oportet præexistere vacuum, declaratum est in 1. de Generatione. Ad præsens autẽ dicamus, ꝙ corpus augmentabile habet in se quædam parua foramina plena quodam multum subtili corpore, vt aere aut spiritu aliquo: & illud corpus recedit adueniẽte nutrimento. & tunc, cum nutrimentũ digestum applicatum est lateribus illorũ foraminum, virtus membri agit in ipsum, & conuertit ipsum in substantiam suam, & deinde totum aggregatum ex nutrimento & parte, cui vnitur, extenditur ad maiorem quantitatem, & sic fit augmentatio. Similiter ratio de cineribus impedit seipsam. Nam, si propter vacuum contingeret ꝙ vas habens in se cineres reciperet ſm de aqua quantum siue cineribus, tunc oporteret, ꝙ, cum habet cineres, esset ita vacuum, vt est sine cineribus, ita ꝙ cineres nullam partem spatij occuparẽt nam quacunque

Augmentatio quo fit non existente vacuo.

Dubitatio

spatij

spatij partem ponerentur occupare aut aqua non recipere tur in illa, aut duo corpora simul erunt: quod ipsi negabant. & sic ratio illa eorum seipsam destruit. Cõm. autem dicit, ꝙ ipse non fuit expertus de illo accidente, sed, si ita est, causa huius potest esse, quia, cum aqua imponitur vasi habenti cineres calidos, tunc aqua illa corumpitur: & resolvitur in aerem, & eam evaporando: & sic non remanet ibi tota & æqualis aqua, sicut sine cineribus esset: sed, si maneat ibi aqua & remanet sub forma aquæ, & postea exprimatur à cineribus & separetur, multo minor inuenitur quam prius: quare &c. De dolijs autem habentibus vires, quasi nihil respõdit Arist. quia forte supponit illud argumentum vnum manifeste falsum. Cum. n. vter sit quod dia corpus naturale, necesse est, vt occupet & obstruat & implea aliquam partem spatij existentis in dolio, & in illa simul non recipietur vinum, nisi duo corpora sint simul in eodem loco: & sic non tm̃ de vino omnino recipiet quantum lacerer sine vtribus: sed forte, quia parum minus est vinum „quod recipitur cum vtribus in dolio & sine vtribus. ideo quasi æquale vī, comtamen non sit. Et forte diceret aliquis, ꝙ vter habet quandam virtutem consumptiuam vini. & ideo consumit aliquas partes vini propter quod tm̃ ibi recipitur, sicut sine vtre: sed si remoueatur & mensuretur diligenter non inuenitur æquale.

Ad positionem vacui propter experimenta. Tex. c. 123. Ad alia experimenta potest responderi, Ad primum diceret aliquis, ꝙ nunquam duo corpora sibimuicem ita perfecte vnirī & coniungi in aere vel in aqua, quin sit aer medius vel aqua media, videtur Aristot. intendere in 2. de Anima ca. de Tactu. & ideo supponit vnum falsum: sed forte non sui nocet illud. quia licet duo corpora solida nõ possint sibimuicem coniungi & contiguari in aere, quin sit aer medius: tñ vnum corpus solidum & planissimum posset applicari super ficiei aquæ, ita ꝙ nullum esset medium: & tũc, si simul eleuetur illud corpus & disiungatur ab aqua, redit dubitatio, vt prius: quia aer nõ statim poterit peruenire ad medium spatij inter illa: vnde remanebit vacuum, vt videtur. Propter quod dicunt aliqui, qđ, si duo corpora omnino plana applicarentur sic sibimuicem sine medio quocunq; tunc nunquam possent separari ab inuicem simul, quãtum ad omnes suas partes: imo, si disiungerentur, oporteret ꝙ prius separarentur vna pars quam alia succedsiuè: & quantum esset spatium inter illas partes, ītm̃ de aere ingrederetur: & sic successiuè subintraret aer, sicut successiuè disiungeretur: impossibile autem esset, ꝙ oēs partes simul tempore separarentur ab inuicem, & æqualiter propter fugam vacui. cõsidera circa hoc, quia satis est pulchrum. forsan illa positione facta nunquam separarentur illa corpora ab inuicem, sed positio diceretur impossibilis.

Ad secundũ Ad aliud dicendum, ꝙ illa aqua non posset cadere per foramina inferiora propter caulam dictam. sed quid detinebit eam? dicitur ꝙ natura vniuersalis non permittiens vacuum, quod necessario contingeret, si caderet illa aqua: minus. n. malum est, ꝙ aqua detineatur ibi sursum quam fiat ibi vacuum. vel dicatur, ꝙ detinens illam aquam esset illud obstruens foramen,

Ad tertium vel pars vasis prohibens aerem ingredi. Ad aliud dico, ꝙ illis suppositis, nunquam aliqua virtus eleuaret lateralia solidi, nec ab inuicem separaret. sed quid prohiberet? natura vni-

Ad quartũ. uersalis propter fugam vacui. Similiter ad aliud dico, quod illud vas non frangeretur aut nunquam aqua in eo congelaretur illo supposito, s. ꝙ sit ita compactum ꝙ oulla pars aeris possit ingredi. Hæc dicuntur ad illa experimenta, ucc audiui meliora. Quæ autem sit illa vniuersalis natura faciens illas prohibitiones, non est penitus manifestum.

Tex. cõ. 66. *Accidit autem dicentibus vacuum esse tanquam necessarium si verè esset motus contrarium magis esse &c.*

QVAESTIO XI.

An, si vacuum esset, possibile esset in ipso fieri motum.

COnsequenter quæritur, Vtrum, si vacuum esset, motus localis posset fieri in ipso. Arguitur primo ꝙ hic. quia in illo spatio potest fieri motus, quod habet prius & posterius. nam ea priori & posteriori magnitudinis est prius & posterius in motu, vt vult Arist. 4. huius, & in Sexto: sed spatium vacuum si esset, haberet prius & posterius, vt manifestũ est: quare &c. Item, si in vacuo non posset fieri motus, hoc esset pro tanto, quia proportio velocitatis motus ad velocitatem, debet esse ſm proportionem medij ad medium: hãc. n. rationem assignat Arist. in littera sed propter istam rationem nõ debet negari motum posse fieri in vacuo si esset: quia vnus motus cœlestis habet proportionem determinatã ad alium, & tm̃ hoc non est ſm proportionem medij ad medium; quia motus cœli non est per aliquod medium, vt medium est; quare &c. Item, posito motore & mobili potest fieri motus; hæc. n. sunt causæ propinquæ motus, si non impedianiur. sed in vacuo, si esset, posset esse motor & mobile, vt manifestũ est, s. graue vel leue, quod est mouẽs & mobile: quare &c. Item, si posito vacuo negaretur in eo fieri motus localis, hoc esset pro tanto, quia non esset ibi in eo resistentia mobilis ad motorem; hanc causam assignat Com sed hoc non potest esse cã; quia, si esset vacuum, & in vna parte eius esset graue, vt lapis, adhuc ipsum esset corporeum & esset in situ oppositio alteri; & per illum suũ oppositum resisteret motori; talis. n. resistentia sufficit ad motum localẽ, t patet in corporibus cœlestibus. non. n. habet corpus cœleſt alia resistentiam ad motorẽ, nisi quia corporeum caillens est in oppositio situ illi situi, in quo intendit ipsum ponere suus motor; quare &c.

Comm. 71

Tex. c. 91.

Opposita vult Arist. & Commentator.

CONCLVSIO.

Nullus fieret localis motus in Vacuo, si esset.

Opinio pri. Comm. 72. AD quæstionem est intelligendũ, ꝙ aliqui visi sunt imaginari, ꝙ, si esset vacuũ, motus localis posset fieri in ipso propter rationes ꝓmissas; & hoc modo videtur intellexisse Auemp. sicut narrat Com. Et in ipso quidem vacuo, si esset mobile moueretur naturali & propria velocitate; in medio autem pleno quocunq; corpore sensibili nõ moueretur velocitate naturali, sed semper impeditur à naturali velocitate, & per ipsum medium plenũ impedies additur ad tempus velocitatis naturalis, ita ꝙ velocitas, quam habet motus, in spatio pleno quantumcunq; subtili, est velocitas accidentalis; & similiter tarditas, quam habet in medio minus subtili, est tarditas accidentalis. Et de illa velocitate accidẽtali & tarditate intellexit Arist. ꝙ proportio velocitatis ad velocitatem, & tarditatis ad tarditatem, est ſm proportionem medij ad medium in subtilitate & densitate; sed nõ est verum de velocitate naturali & tarditate, vt dictum. Addunt autem aliqui, S. Tho. & sui sequaces, ꝙ, si esset huiusmodi spatium vacuum, mobile in ipso existens, ea eo ipso ꝙ esset corporeum, in oppositu sui existens, resistentiam sufficientem haberet ad Motorem; & hæc resistẽtia sufficeret ad motum localem in illo spatio, vt dicunt. sed hoc vī nullo modo impossibile, & contra Arist. quia, si esset vacuum, & motus localis fieret in ipso, aut mobile ibi caillẽs moueretur ad vnã partem solum, aut ad oēs simul. si dicatur ꝙ ad vnam solum, hoc est contra rationem; quia ipsum vacuum, si esset, esset vnius & eiusdem dispositionis vel rationis per totum, & nullam diuersitatem partium habetet, nec virtutum, vt ettam oēs conceduntur. & sic, quia ratione moueretur mobile ad vnam partem, & ad aliam oppositam. Nec est dicendum, quod ad oes; quia intelligibile est, ꝙ vnum corpus simul moueatur ad diuersas partes eiusdẽm spatij ſm idem sui, vt pater cuilibet intelligenti. quare &c. Item, si in vacuo esset motus, supposito ipsum esse, tunc æque velociter moueretur in ipso corpus graue & minus graue cæteris paribus. s. figura & magnitudine; quod est impossibile manifestum & pater consequentia; quod. n. vouum mobile eiusdem quantitatis & figuræ cum alio velocius moueatur quam alterum, hoc non est nisi, quia velocius & fortius diuidit medium, per quod fit motus; nunc autem ipsum vacuum non posset diuidi velocius ab vno quàm ab alio, cum sit impossibile. ergo, si in ipso posset fieri motus, oia mobilia aequaliter moueretur in ipso; quod est impossibile. quare &c. Propter quod dicendum est ad quæstionem ſm Arist. & Com. ꝙ, si esset vacuum, nullus motus localis posset fieri in ipso. Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ ad omnem motum necessario requiritur aliqua resistentia mobilis ad motorem; quod declarat Com. quia necesse est ꝙ motor excedat mobile ſm aliquam proportionem determinatam; &

Opinio B. Tho.

Impossibile.

secun-

secundum diuersitatem proportionis, in qua motor minus excedit suũ mobile ad proportionem excessus alterius, diuersificatur motus corporũ cœlestium in velocitate & tarditate: & motor, cuius potentia est magis excedens, est nobilior motore, cuius potentia est minor in excessu. Cum n. motor non possit excedere mobile ſm aliquam proportionem, nisi sit aliqua resistentia inter mouens & mobile, vt manifestum est. vna.n. forma eiusdẽ speciei cum alia eiusdem gradus cum ea nullo modo excederet eam: sequitur, quod inter mouens & mobile debet esse quædam resistentia mobilis ad motorem. Item vnum contrariorum aliquo modo resistit alteri, vt manifestum est per se: sed motor est cõtrarius aliqualiter mobili, cum motor habeat in virtute actiua illud, q̃ habet mobile in virtute passiua, vt sic: modo, vlterius dicit Com. q̃ aliquando ista resistentia mobilis ad Motorem est ex parte mobilis, quod mouetur illo motu, sicut contingit, qñ ipsum mobile est aliquod ens per se actu præter suum motorem. v.g. in corpore cœlesti & in animali, q̃ est hoc. corpus. n. cœleste circunscriptũ Motore suo per intellectum, est ens actu. & similiter ipsum corpus animalis circunscripta per intellectum anima, est aliquid in actu, & ideo in istis mobile resistit Motori: sed in illis, in quibus mobile non est ens aliquod actu præter Motorem, resistentia nulla potest esse ex parte illius mobilis. Et hoc contingit in grauibus & leuibus inanimatis, vt in aqua, & igne, & tu huiusmodi. Vnde in istis, cum mouent se motu suo locali, res mota est ens in potentia, & motor in actu, cum sint cõposita ex prima materia & formis simplicibus, & motor est forma & res mota est materia, vt dicit Com. Ex his arguitur ſm Com. si motus localis esset sine medio pleno, vel in ipso vacuo, nulla esse resistentia inter Motorem & mobile, siue rem motam: quia materia ipsius mobilis, non reluteret ei, nec ét ipsum vacuum, vt manifestum est: quare nulla esset ibi resistentia: sed hoc est impossibile, vt probatũ est: ergo in vacuo, si esset, non posset esse motus localis. Item, si in vacuo, si esset, fieret motus, fieret in non tempore, cum nulla esset resistentia mobilis ad Motorem: quod est impossibile. & patet consequentia: quia successio in transmutatione est ea resistentia mobilis ad Motorem aliquo modo, vnde videmus, q̃ quãto aliquid, quod debet calefieri est frigidius, tanto maius est tempus, & maior successio cõtingit in calefaciendo ipsum cæteris paribus, vt manifestũ est: quare: &c.

RESPON. Ad primam rationem, cum dicimus, in illo spatio posset fieri motus &c. verum est, si esset tale prius & posterius q̃ posset cedere mobili: sed si non esset tale prius & posterius, q̃ posset cedere mobili, non esset verum. modo, quamuis vna pars in spatio vacuo esset prior alia, cum vna pars esset ppinquior mobili quam alia, tñ illa pars propinquior non posset cedere ipsi mobili: & ideo, si moueretur ad eam, oporteret q̃ duo corpora simul essent in vno & eodẽ loco, & vnum corpus penetraret aliud: quod est impossibile. Ad aliam, concedo maiorem sic intelligendo, quod ex hoc conuincitur in vacuo non posse fieri motum, si esset, quia illius motus non esset aliqua proportio ad alium motum in velocitate & tarditate, vt probatum fuit prius. &c, cum dr̃ contra hoc, q̃ in corporibus cœlestibus &c. Dico, q̃ motus corporis cœlestis non est per aliquod medium, in quod ingrediatur & subintrer: nos autẽ intelligimus de motibus, qui sunt per media, in quæ ipsa mobilia ingrediuntur per suum motum in istis. n. proportio motus ad motum in velocitate & tarditate est ſm proportionem mediorum in spissitudine & subtilitate seu tenuitate. Etiam potest dici, q̃ non est simile de corpore cœlesti, de grauibus & leuibus. ua ipsum corpus cœleste est ens actu præter suum Motorem, & est in situ opposito situi, in quo intendit ipsum ponere Motor, & sic habet resistentia ad suum Motorem. hic autẽ non est hic, vt visum est prius. quare &c. Ad aliud, cum dr̃, posito Motore & mobili &c. verum est, si motor & mobile sint in debitis dispositionibus, hoc quidẽ ad mouendum, aliud autem ad moueri. sed sic non est hic. quia ibi nullũ esset mobile resistens aliqualiter motori & obtentum ab ipso motore. si. n. vacuum poneretur existens, pp̃ impossibilitatem essendi duo corpora esse simul, illa resistentia esset inutilis, & nõ posset obtinere monens super mobile, & sic non fieret motus. Ad aliam, concedo maiorem. Et, cum dr̃, q̃ motus ipsum graue esset corporeum, & existens in situ opposito resisteret motori, ex eò q̃ esset in situ opposito, Dico, q̃ si esset vacuum, cum nullam diuersitatẽ haberet in suis partibus, tũc mobile existens in ipso nõ esset in situ opposito alteri situi. nam oppositio situum sufficiens ad resistentiam mobilis ad motorem, necessario requirit aliquam oppositionẽ vel diuersitatem naturalẽ in partibus loci, vel in ipsis locis. & sic nulla oppositio situs ad situ posset esse in ipso vacuo si esset. Et quæratur ab illis, q̃ ponunt illam opinionem, si vacuum esset, & in ipso fieret motus localis. vtrum ille motus localis esset ad locum vel non. q̃, si non esset ad locum, ergo nõ est motus localis. & si esset ad locum. hoc est impossibile. quia omnis locus, ad quem est motus habet aliquam oppositionem ad locum in quo incipit motus ille: nunc aũt vna pars vacui nullam oppositionem haberet ad aliam. quare &c.

Corporis cœlestis motus non est per aliquod medium.

QVAESTIO XII.

An velocitas vnius motus ad alterius velocitatem sit secundum medy ad medium ſpiſſitudinem & tenuitatem, siue groſſitiem & ſubtilitatem attendenda.

CIRCA prædicta quæritur specialiter, Vtrũ proportio velocitatis vnius motus ad velocitatem alterius motus sit secundum proportionem medij ad medium in spissitudine & tenuitate, siue in subtilitate & grossitie. Arguitur primo q̃ nõ sicut prius tangebatur. Quia motus corporum cœlestium habet proportionem ad inuicem in velocitate & tarditate, vt manifestum est: & tñ manifestum est q̃ illa proportio non est ſm proportionem medij ad medium, siue mediorum abinuicem in spissitudine & tenuitate, cum non fiat per media, vt concessum est. quare &c. & illa fuit ratio Auempace.

Oppositum arguitur Auctoritate Arist. vult. n. q̃ proportio &c. super hoc. n. fundat demonstrationem ad producendum, q̃ in vacuo non posset fieri motus, vt visum fuit prius.

CONCLVSIO.

In Quibusdam mobilibus proportio velocitatis Motus Naturalis ad velocitatem, est secundum proportionem mediorum in subtilitate, & grossitie.

INtelligendum est hic, q̃ sicut recitat Com. Auempa. quidam vnus de subtilioribus expositoribus Arist. posuit, q̃ illorum mobilium, grauium & leuium duplex est velocitas, s. velocitas naturalis, & velocitas accidentalis. ſm liter etiam tarditas. est autem velocitas accidentalis, ſm eum, illa velocitas, quam habet motus factus per aliquod spatium plenum, aliquo corpore sensibili & naturali, vel ab aliquo mouente impelleote ipsum fortius quàm sit natum ſm seipsum moueri. vt si quis mouet lapidem deorsum. velocitas autem naturalis est illa, quã habet ipsum mobile per suam virtutem & naturam propriam: & hanc velocitatem naturalem & propriam haberet motus ipsius grauis in medio vacuo si esset, in quocunque vero medio pleno fiat motus ipsius grauis. Alicuius autem leuis fit additio ad motum & diminuitur velocitas naturalis, & tempus mensurans motum factum per spatium plenum, semper est maius tempus, quod mensuraret motum, & velocitatem naturalem: & similiter se habet de tarditate. est n tarditas accidentalis, quã habet motus factus per spatium plenum quodcunque fit illud. Naturalis verò tarditas est, quam habet mobile ipsum ea sua propria natura & virtute: & hanc vtiq; tarditatem haberet mobile in spatio vacuo, si esset. In quocunq; autem medio pleno fiat motus corporis grauis: additur tarditati naturali: & tempus mensurans motum factum per spatium plenum addit supra tempus mensurans motum naturalem. & sic semper in spatio pleno retardatur motus grauis & leuis à sua naturali velocitate. Tunc dicit Auemp q̃ proportio velocitatis aut tarditatis accidentalis ad velocitatem & tarditatem accidentalem bene est ſm proportionem medij ad medium in spissitudine & tenuitate: ita q̃ in quacunque proportione subtilitatis vnius medij se habet ad subtilitatem alterius, in eadem proportione se habet velocitas accidentalis vnius motus ad velocitatem accidentalem: sed nõ oportet, q̃ in quacunq; proportione se habet velocitas accidentalis ad velocitatem accidentalem, in eadem proportione

Comm. 71.

Naturalis & Accidentalis velocitas quæ.

Tarditas duplex.

tione ſe habeat velocitas naturalis ad velocitatem naturalem, vt dixit. quia, cum aliquibus quantitatibus addũtur aliquæ quantitates, non oportet ꝙ eadẽ ſit proportio quantitatum quibus fit additio, quæ eſt proportio quantitatum, quæ adduntur. v.g. cum quatuor addũtur duo, & ad ſex adduntur quatuor, non eſt neceſſe, ꝙ proportio quatuor ad ſex ſit ſicut proportio duorum ad quatuor, vt manifeſtum eſt. Et ſimiliter, cum ab aliquibus quantitatibus diminuitur vel remouetur ſm aliquam proportionem, non oportet, ꝙ quæ eſt proportio quantitatis quæ remouetur, ad quantitatem quæ remouetur eadem ſit proportio remanentis ad remanens. vt cum a quinq; remouetur duo, & remanent tres, & à ſex remouentur quatuor, & remanent duo, non oportet, ꝙ quę eſt proportio ipſius quatuor ad duo, eadẽ ſit proportio ipſorum trium ad ipſa duo. Et, cum ab vna quantitate ſubtrahitur, & additur alteri, non oportet ꝙ quæ eſt proportio quantitatis ſubtractę ad eam, quæ additur ꝙ eadem ſit proportio quantitatis a qua fit ſubtractio, ad quantitatem, cui fit additio, vt manifeſtum eſt conſideranti, ſi à quatuor remouentur duo, & ad quinq; addantur ſex, & hoc in multis aliis. Modo, in motu habente velocitatẽ accidentalem, fit quædam additio motus ad motum habentem velocitatem naturalem, & in motu habente tarditatem accidentalẽ fit diminutio motus naturalis, vel in velocitate accidentali fit diminutio velocitatis naturalis, & in tarditate accidentali fit additio ad tarditatem naturalem: & ideo nõ oportet, ꝙ quæ eſt proportio velocitatis accidentalis ad velocitatem accidentalem, ſit eadem proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem. Cum igitur ſm proportionem medij ad medium in ſubtilitate & denſitate ſit proportio velocitatis accidentalis, ad velocitatem accidentalem non oportet, vt dixit Auemp. ꝙ ſm illam proportionem mediorum ſit proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem, nec tarditatis ad tarditatem. Poteſt ergo ſic formari ſyllogiſmus Auemp. ſi proportio motus ad motum in velocitate & tarditate naturali eſſet ſm proportionem medij ad medium, tunc proportio velocitatis naturalis ad naturalem velocitatem, eſſet ſicut proportio velocitatis accidentalis ad velocitatem accidentalem. ſed hoc eſt falſum, vt probatũ eſt: quare &c. hæc fuit opinio Auẽp. Sed Com multa obijcit contra iſtam opinionem. primo, quia ſm iſtam poſitionem ratio Ariſt. non valeret ſi. q. proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem non eſt ſm proportionem mediorum adinuicem in ſubtilitate & denſitate, ſed ſolum hoc ſit verum de velocitate accidentali & tarditate, tunc non poterit concludi ꝙ motus factus in vacuo non habeat proportionẽ ad motum factum in pleno, imo poſtquam in vacuo, ſi eſſet, moueretur naturali velocitate, tunc ille motus fieret in tpe, & haberet proportionem determinatam ad tempus, in quo moueretur per ſpatium plenum. & hæc ratio Ariſt. nihil concluderet. ſed fortẽ Auemp. non haberet hoc pro inconuenienti, imo bene concederet rationem Ariſt. ſimpliciter nõ eſſe efficacem. vnde S. Tho. tenens illud dictum Auemp. dicit ꝙ ratio Ariſt. non eſt demonſtratiua ſimpliciter, ſed ſolum ſm conceſſionem antiquorum ponentium vacuum: cum quibus Ariſt. hic diſputat. ponebat. n. ꝙ tota cauſa velocitatis motus eſt ex parte medij, quod non impedit, & non ex natura mobilium: & ſm hoc ſequitur, vt proportio velocitatis, etiam naturalis, eſſet, ſ. o proportionem mediorum &c. Sed contra fortius obijcit cõtra Auemp. Com. manifeſtum n. eſt, ꝙ, ſi ſint duo mobilia æqualia to magnitudine, & æqualis grauitatis aut leuitatis & eiuſdẽ figurę ad hoc, ꝙ æque velociter moueantur, requiritur ꝙ moueatur per medium æqualis ſpiſſitudinis aut tenuitatis. ponatur. n. ꝙ mouerentur per media inæqualia non mouerentur æque velocitet. vt ſi vnum moueretur per aerem, & alterum per aquam. & hoc manifeſtum eſt ad ſenſum: & ſic ad æqualitatem motus requiritur æqualitas medij ad mediorum. ergo ad motus diuerſitatem & inæqualitatem in velocitate & tarditate facit diuerſitas medij in ſpiſſitudine & tenuitate. & hic ſm proportionem medij ad medium eſt proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem. Et poteſt ſic ſyllogizari, ſicut ſe habet æqualitas medij in ſpiſſitudine & tenuitate ad æqualitatem velocitatis motus naturalis, ſic ſe habet diuerſitas, & inæqualitas ipſius medij ad diuerſitatem velocitatis naturalis. ſed æqualitas medij in groſſitie & ſubtilitate eſt cauſa aliquo modo æqualitatis velocitatis naturalis motus, dummodo mobilia ſint ſibinuicem æqualia in grauitate & quãtitate & ſimilia in figuris, vt dictum eſt. ergo ſimiliter diuerſitas mediorum eſt cauſa diuerſitatis velocitatũ, & per conſequens ſm proportionem mediorum eſt proportio naturalium velocitatum. Et eſt conſiderandum circa iſtam rõnem Com. ꝙ iple ſupponit, qđ vnius mobilis poſſint eſſe plures velocitates naturales, cuius diuerſitatis velocitatũ naturalium cauſa eſt diuerſitas mediorum. non. n. intelligit ꝙ diuerſitas mediorum in raruate & denſitate ſit cauſa diuerſitatis velocitatum in diuerſis mobilibus: hoc. n. eſt falſum, quia diuerſa mobilia in vno & eodem medio haberẽt velocitates naturales diuerſas, vt plombum & ligoũ in aere intelligit ergo Com. de eodem mobili, ꝙ, ſicut æqualitas medij facit ad æqualitatẽ motus eiuſdem mobilis & æqualis, ſic diuerſitas mediorũ eſt cauſa diuerſitatis velocitatis moruum eiuſdem mobilis vel mobilium æqualium. Et ſic ſupponit, ꝙ vnum mobile æque graue & æqualis quantitatis & eiuſdem figuræ poſſit habere diuerſas velocitates naturales: cuius, inquã, cauſa diuerſitatis erit diuerſitas mediorum. Sed hoc videtur aliqualiter dubium cum. n. vnius mobilis inanimati non ſit niſi vnus motus localis naturalis, vt pater in 1. Cœli & Mund. ſic vñ, ꝙ vnius mobilis inanimati non debet eſſe niſi vnica velocitas naturalis. Et forte dicendum ad hoc, ꝙ vnius mobilis inanimati non eſt niſi vna velocitas naturalis perfectiſſima, ſed tñ forte poſſunt eſſe plures: quarum vna eſt minus perfecta q̃ alia, vt deſcenſus grauis in aere eſt velox velocitate naturali, & etiam in aqua, ſed perfectior eſt velocitas in aere q̃ in aqua: & hoc non eſt inconueniens. Remanet igitur ratio Com. ꝙ ſicut æqualitas medij &c. Item, ex dictis Com. poteſt ſimiliter alia rõ. nam proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem debet eſſe ſm proportionem reſiſtentis ad reſiſtens, cum in omni moru requiratur reſiſtentia mobilis alicuius ad motorem & ſm diuerſitatem proportionum reſiſtentiæ, diuerſificantur motos: nunc aũt in motibus ipſorum grauium & leuium inanimatorum non inuenitur aliquid reſiſtens motori niſi medium, & diuerſificatur reſiſtentia ſm diuerſitatem medij in ſubtilitate & groſſitie: quanto. n. medium minus reſiſtit motori, tanto velocior eſt motus cæteris paribus quate &c. Dicit etiam Com. vlterius, ꝙ Auemp. imaginaba ur vnum falſum, ſ. ꝙ cum mobile aliquod mouetur velocius q̃ ſua naturali velocitate per medium quodcunq;, ibi eſt additio motus ad ipſum motũ naturalem, ſicut eſt additio lineæ ad lineã: & cum eſt impedimentum à ſua naturali velocitate, ibi fit remotio a ſua naturali velocitate, ſicut cũ remouetur linea à linea: hoc autem non eſt verum, nec ſimile: quia, cum linea additur lineæ, remanet linea præexiſtens actu, & ſimiliter, cum remouetur & diminuitur a linea. Sed, qñ mobile retardatur à ſua naturali velocitate, nõ eſt in ipſo mobili motus naturalis in actu, ſed in potentia ſolũ, ita ꝙ non eſt ibi motus naturalis cum quodam ſuperaddito. Et, cum mouetur aliquid velocius q̃ naturali velocitate, vt cũ lapis fortiter proijcitur deorſum, non eſt ibi velocitas naturalis cum quodã ſuperaddito, ſed velocitas accidentalis ſolum: bene tñ verum eſt, ꝙ in tpe menſurante motum retardatum concluditur tps æquale tempori menſuranti motum naturalia velocitatis cum aliquo additio. & ſimilitet tps menſurans velocitatem accidentalem fortiorem velocitate naturali eſt minus q̃ tempus naturalis velocitatis. vt, cum lapis proijcitur deorſum forti impulſu, minori tpe moueretur deorſum q̃ ſi relinqueretur velocitati propriæ, & hoc nullum eſt inconueniens.

Vnius mobilis pñt eſſe plures velocitates.

Reſponſio

Dicamus igitur ad quæſtiooem. ꝙ in iſtis grauibus & leuibus ioanimaris proportio velocitatis motus naturalis ad velocitatem eiuſdem mobilis eſt ſecundum proportionem mediorum adinuicem in ſubtilitate & groſſitie. Et hoc poteſt probari rationibus præmiſſis quas poſuit Com contra Auemp. Ariſt. autem ſumpſit iſtud ſine probatione, quia eſt quaſi per ſe notum intelligentibus: & talia non debent demonſtrari niſi negentur. & ideo Com. habuit hic probare, quia vir ſolennis, ſ. Auem. negauerat illam ſuppoſitionem. Tamen & Ariſto. ſi bene inſpiciatur, præmiſit in principio

capitulũ

capituli quoddam,ex quo potest probari suppositio illa,i.q mobilia differant in velocitate motus aut tarditate aut ſm differentiam mediorum in subtilitate & grossitie, aut ſm differentiam virtutum ipsorũ mobilium.Ex quo satis patet, quod proportio motus ad motũ eiusdem mobilis in velocitate & tarditate est ſm proportionem medij ad medium.

RESPON. Ad rationem in contrarium cum dr, q motus corporum cœlestium &c. Dico, q non est simile de corporibus cœlestibus, & de grauibus & leuibus inanimatis.quia corpus cœleste, circunscripto suo motore per intellectum est ens actu: non.n.est compositum ex materia prima & ex forma inexistente, quæ ipsum moueat, sed est subiectum simplex existens actu præter motorem ſm Comm.in 8.huius. & 8. Comm.79. Meta.& in de Substantia Orbis.& ideo habet aliquam resistentiam ad motorẽ inquantum existens in vno vbi est priuatum alio,& est in potentia passiua seu receptiua alterius. & est proprium & naturale subiectum illius potentiæ & priuationis alterius vbi: ita q huiusmodi,aptitudo vel potentia ad aliud vbi, & eius priuatio non inuenitur naturaliter in aliquo alio.v.g.cum Sol est in oriente, & ipse habet potentiam ad vbi occidentis;& priuationem illius. & illa potentia & priuatio naturaliter inuenitur in ipso cœlo & non in alio subiecto.Sed graue inanimatum,præter suã formam subtilantiatem, quam consequitur grauius, non est aliquod ens actu, quod resistit suo motori: in quo,scilicet actu tanquam in suo proprio subiecto fundetur potentia receptiua talis vbi, ad quod debet moueri ipsum graue vel leue.v.g. cum lapis est sursum, non est in ipso lapide præter suam formam substantiatem aliquod ens actu, quod possit esse proprium subiectum potentiæ ad vbi deorsum,& quod resistat motori intendenti ipsum lapidem ponere deorsum. Et ad istam intentionem dixit Com q lapis est cõpositus ex grauitate & materia prima,& motor est forma, & res mota est materia.i.illud,quod est in eo præter formam suã propriam, est materia,pro quãto non est aliqnod ens actu habens potentiam per se ad vbi deorsum: nec priuatio vbi deorsum, qnam habet graue actu sursum existens, consequitur per se & propriè formam grauis sic,q in nullo alio possit inueniri,& sic non est ibi aliquod resistens proprie ipsi motori,qđ est forma. Vnde relinquitur, q resistens sit ipsum medium, quod de se natum est habere alium situm vel vbi q̃ illud, ad quod graue mouetur. sed in graui actu sursum existente & habente vbi sursum materia sua noo est ꝓprie & per se subiectum istius vbi sursum. qnia materia prima non est subiectum proprium alicuius accidentis terminati, nec forma substantialis propria ipsius grauis potest esse subiectũ naturale & per se illius vbi, quia non habet illud vbi nisi per violentiam & non naturaliter & ideo in graui ſm actum nihil inuenitur,quod per se & proprie sit subiectũ illius esse sursum,per quod debet resistere mobile ipsi motori, quicũ aliqua pars cœli est sub aliquo vbi, ipsa est naturaliter subiectũ illius vbi, per qđ resistit motori suo. imaginor ergo, q illud, quod propriè resistit motori mouenti ad aliquod vbi, debet naturaliter habere vbi oppositum illi vbi,ad qđ mouet motor,& debet esse naturaliter subiectum illius. Nunc aũt nec ipsum graue actu,nec aliquid ipsius grauis est proprium & naturale subiectum illius vbi sursum,per q debet aliquid resistere motori mouenti deorsum: & ideo in ipso graui propriè non est resistentia mobilis ad motorem, siue illa resistentia sit ex potentia receptiua vbi deorsum,sive ex priuatione ipsius vbi deorsum,siue sit ex ipso vbi sursum qđ opponitur vbi deorsum.Melius tñ credo illam resistentiam esse ex priuatione vbi deorsum, vel ex ipso vbi sursum, quã ex potentia ad vbi deorsum. quare non valet illa ratio.

QVAESTIO XIII.

An Successio in motu grauium & leuium ex resistentia medij causetur.

CONsequenter quæritur. Vtrum successio in motu grauium & leuium proueniat vel causetur ex resistentia medij. Arguitur q non.quia ex illo causari debet successio in motibus grauium & leuium, ex quo causatur in motibus corporum cœlestium, cum ipsa corpora cœlestia localiter moueantur, sicut ipsa grauia & leuia: sed in motibus corporum cœlestium non causatur successio ex resistentia medij, cum non mouentur per medium, sed circa medium, vt patet ea 1. Cœli & Mun.quare &c. Tex. c.13. Item quod causatur ex resistentia mobilis non causatur ea resistentia medij, cum vnum & idẽ non sit à diuersis causis propinquis in eodẽ genere causæ se habentibus ad ipsum: sed successio in motibus grauiũ & leuium causatur ex resistentia mobilis ſm Com.quare &c. Item, si Comm 71. sic,tunc nullum graue posset moueri in vacuo, si esset: hęc est manifesta consequentia.sed consequens est falsum: quia animalia,si esset vacuum, possent in ipso vacuo moueri,vt vẽ vellet Com. quia sunt diuisibilia in motorem & mobile, quod est actu præter motorem. Illa autẽ,in quibus res mota ex se diuiditur in motorem & rem motam in actu, non necessario indigent medio:sed,si fuerit,hoc est per accidẽs: & sic vult q animalia possent moueri in vacuo, si esset quare &c. Item,illa successiua, quæ prouenit ea oppositione situs ad situm, non prouenit ea resistentia medij necessario: hoc est manifestũ.sed successio in motu grauium & leuium prouenit ex oppositione situs ad situm.nam ipsum graue eo ipso, q est aliquod quãtum existens in situ oppositio resistit motori,qui mouet deorsum ergo &c. Itẽ, si motus esset in tempore & successio per resistentiam medij:tunc omnis talis motus esset violentus,cum medium resistens violentiam faciat mobili:sed hoc est inconueniens.quare &c.Item,quod non est cã motus ipsius grauis, non est causa successionis in ipso motu.nã successio, vel est idem cum motu, vel aliqua proprietas consequens ipsum motum,& quodcunq; illorũ sit, necesse est q illud idem, quod est causa motus, sit causa successionis in motu sed ipsum medium, vel resistentia medij non est causa motus:sed causa successionis in motu.sed ipsum medium, vel resistentia medij non est causa motus: non.n.est causa materialis vel subiectum,sed ipsummet graue: nec est causa formalis,vt manifestum est.nec agens, sed ipse motor, nec finis, sed ipse terminus motus quare &c.

Oppositum vult Arist.o.in litera.& idem vult Commen. sicut prius dicebatur.

CONCLVSIO.

Motus grauium & leuiũ successiũ ex medij resistẽtia prouenit.

ALiqui voluerunt, sicut Auempa.& sui sequaces, q non prouenit successio in motu grauis aut leuis ea resistentia medij propter rationes ꝓmissas: prouenit.n.successio huius motus ex situ opposito, vt dicunt, & etiam, ex priori & posteriori magnitudinis. Sed dico ſm Arist.o.& Com.q successio motus grauis & leuis prouenit proprie ea resistentia medij pleni, per quod narus est fieri motus latis, ita.i.q sine tali resistentia non esset successio. Ad cuius euidẽtiam resumo quædam prius dicta à Com.primo,q necesse est,vt inter motorem & rem motam sit resistentia: motor.n.monet rem motam,secundum q est contrarium, & res mouetur ab illo secundum quod est similis. quod forte sic est intelligendum, q res mouetur à motore suo secũdum q ipsa est in potentia talis qualis est motor actu formali vel virtuali: & hoc est esse simile ei in potentia & motor mouet rem motam secũdum q habet actu formali vel virtuali illud ad quod monet: quod est habere modo alio quam habere in potentia receptiua: & omnis motus est secundũ excessum potentiæ motoris super rem motam.& diuersitas motuum in velocitate & tarditate est secundum hãc proportionem. quæ est inter istas duas potentias: & ista resistentia aut est ex ipso motu,qñ illud,quod mouetur voluntarie ex se,diuiditur in motorem in actu & rem motam in actu, sicut est dispositio in animalibus & corporibus cœlestibus: aut erit ex ipso,in quo mouetur,i.ex medio,in quo fit motus.& hoc erit,qñ res mota non diuiditur in motorem & rem motam in actu, sicut est dispositio in corporibus simplicibus: aut est resistentia in vtroque,i.ex re mota & medio,sicut est dispositio in animalibus quę mouentur in aere & in aqua.Illa autem, in quibus res mota diuiditur in motorem in actu & rem motam in actu, non necessario indigent medio, sed si fit, erit per accidens. Illa autem,quæ mouentur ex se,quæ non diuiduntur in motorem & rem motã in actu indigene medio, & hæc sunt grauia & leuia, & h non mouentur in tempore,cum nihil sit illic,quod resistat potentiæ motiuæ: Conclusio. responsiua. Resistentia est inter motũ & rem motam.

Ex

Medij reſiſtit potẽtiæ motiuæ.

Ex quibus verbis Com. poteſt elici talis ratio. Succeſsio in motu grauium & leuium inanimatorum prouenit ex eo, quod reſiſtit motiuæ potentiæ proprię: ſed nihil ibi reſiſtit potentiæ motiuæ, niſi ipſum medium, in quo fit motus: qđ ſic paret. nihil.n. proprie reſiſtit moueri ad aliquod vbi. niſi per priuationem illius vbi, vel per vbi oppoſitum illi vbi ad quod mouet ille motor, vel per naturalem inclinationem ad vbi oppoſitum illi vbi, ad quod fit motus. ſicut motori, qui mouet ad caliditatem, nihil proprie reſiſtit niſi illud quod habet frigiditatem aliquo modo: ſimiliter autem & in alijs. Vnde neceſſe eſt, vt illud, quod proptie & naturaliter reſiſtit motori, qui mouet ad vbi deorſum proprie & naturaliter, habeat priuationem ipſius vbi deorſum, vel habeat vbi ſurſum, quod opponitur ad vbi deorſum, ſimiliter autem & in alijs. Modo, cum grauc actu eſt ſurſum, nihil ipſius grauis proprie & naturaliter habet priuationẽ vbi deorſum, nec ipſum vbi ſurſum, imo accidentaliter & per violentiam. ſic.n. motus fuit ſurſum per violẽtiam: quid igitur relinquitur quod proprie & naturaliter habeat illam repugnantiam niſi ipſum medium? Ipſum.n. medium, per qđ fit motus grauis ſimpliciter, vt lapis, puta aer vel aqua, naturaliter caret vbi deorſum ſimpliciter, & naturaliter habet vbi oppoſitum ad vbi deorſum ſimpliciter. quare videtur, q̃ ſucceſsio illa prouenit ex reſiſtẽtia medij: materia.n. ipſius grauis non eſt proprium & naturale ſubiectum illius priuationis, nec ipſius vbi oppoſiti, nec ſimiliter forma eius, vt manifeſtum eſt: ergo ſucceſsio in tali motu prouenit ex reſiſtentia ipſius medij, ſiue ex medio reſiſtente. Vel poteſt ratio ſic formari, luceſsio in motu grauium vel leuium vel prouenit ex reſiſtentia medij, vel ex reſiſtentia mobilis intrinſeci, quod eſt materia ipſius graois & leuis. nõ. videtur q̃ poſsit prouenire luceſsio ex alio niſi ex altero iſtorum duorum: ſed luceſsio in motu grauis aut leuis nõ prouenit ex reſiſtentia mobilis intrinſeci ad ipſum motorem, ſ. ex reſiſtentia materiæ grauis, quæ eſt ibi res mota ſe-

Comm. 30. cundum Com. ad formam, quæ eſt motor: quia materia grauis inanimati de ſe non eſt ſubiectum proprium & naturale ipſius vbi oppoſiti ad illud vbi, ad qđ mouet forma grauis, & eius virtus: nihil autem proprie reſiſtit motori mouenti ad aliquod vbi, niſi illud, quod habet vbi oppoſitum. Sed aliquis dubitaret de hoc, quod dicit Com. q̃ in talibus res mota eſt materia, & motor eſt forma. videtur.n. ſibi contradicere in hoc, quia dicit in Octauo huius, q̃ illud, quod eſt in potentia, neq; mouet, neq; mouetur. cum igitur in lapide materia ſit eius in potentia. ipſa non poteſt eſſe illud, q̃

Reſponſio. mouetur tali motu. Ad hoc dicitur, q̃ verum eſt, q̃ ipſa materia in graui & leui inanimato non eſt illud, quod mouetur per ſe, ſed eſt illud, quod mouetur per accidens. & ſimiliter forma non mouet ipſum niſi per accidens: quia non eſt niſi in potentia accidentali ad vbi deorſum, non in potentia eſſentiali: & ſic intellexit Commentator.

RESPON. AD primam rationem, cum dicitur, ex illo debet &c. Dicendum, q̃ non eſt ſimile. quia corpus cœleſte eſt ens actu præter motorem, & habet vbi oppoſitũ: ad aliud vbi: & ideo habet reſiſtentiam quandam ad ipſum motorẽ, qui intendit ipſum ponere vel mouere ad aliud vbi, vt dictum eſt prius. In ipſo autem graui & leui inanimato non eſt aliquid reſiſtens motori: quia in ipſo nihil eſt, quod ſit proprium & naturale ſubiectum ipſius vbi oppoſiti, vt verum eſt: & ideo nulla reſiſtẽtia eſt ex parte ipſius mobilis ad motorem. vnde nulla ſucceſsio eſſet in eius motu, ſi fieret in vacuo. vnde fieret in non tempore. Sed aliqui dubitant hic, ſi

Dubitatio: poneremus vacuum eſſe & poneremus lapidem in vna parte ipſius verſus ſuperius: quæritur, vtrum maneret illa parte, quæ eſt verſus ſuperius, aut non. ſi non maneret, hoc vẽ impoſsibile, q̃ graue non prohibitum non moueatur deorſum: ſi non maneret, ibi, aut in eodem inſtanti eſſet ſurſum & deorſum, aut in alio & in alio. ſi in eodem, hoc eſt impoſsibile: quia ſic oppoſita ſimul eſſent in eodem & ſecundum idem: ſi in alio & alio, tunc eſſet tempus medium & ſucceſsio, & ſic non prouenit ſucceſsio ex reſiſtentia medij. Dicendum ad hoc, q̃ impoſsibili vno poſito, multa ſequuntur, vt dicitur in Primo huius. ſi igitur puneretur ſpatiũ vacuum & in vna eius parte eſſet graue, dico, q̃ nõ moueretur deorſum. quia corpus non poteſt moueri per corpus medium, niſi illud medium cedat ei: quia ſic duo corpora ſimul eſſent: q̃ eſt impoſsibile. modo, ipſum vacuum non poſſet cedere graui, cum ſit impoſsibile: ideo non moueret. &, cum dicis, q̃ tunc graue non prohibitum non mouebitur, ſed remaneret in ſuo ſum. dico, q̃ imo eſt prohibitum: quia ipſum vacuum, eò q̃ non poteſt ei cedere, non permitteret ipſum moueri deorſum. Sed ad hoc dices, ponamus ſm impoſsibile, Alia dubi-

tio. q̃ eſſet vacuum, & q̃ in ipſo poſſet eſſe graue, ita q̃ dimenſio grauis penetraret dimenſionem vacui, tunc quæritur, vtrum graue exiſtens in parte ſuperiori, vel propinquiori ad ſenſum maneret ibidem aut non: ſi remaneret, hoc vẽ inconueniens, q̃ graue non prohibitum maneat ſurſum vel non moueatur ad deorſum: nullum autem erit ibi impedimentum, quia ponimus q̃ dimenſio eius poteſt penetrare dimenſionem vacui. ſi verò non maneat ibidem, ſed veniat deorſum, quæritur, vt prius, vtrum in eodem inſtanti vel in alio & alio. ſi in eodem, hoc eſſet inconueniens: quia tunc oppoſita eſſent ſimul ſi in diuerſis inſtantibus, tunc erit ꝓs

Reſponſio. medium: quare & luceſsio motus. Et dicendum hic, ſicut prius q̃ vno inconuenienti poſito, multa ſequuntur: hoc autem non eſt difficile videre. dicam igitur, ſi eſſet vacuum, & hæc dimenſio mobilis penetraret dimenſionem ſpatij vacui, tunc graue exiſtẽs in eo ſimul eſſet ſurſum & deorſum, & nulla ſucceſsio eſſet inter ſuum eſſe hic & ibi: ſed in vno inſtanti fieret vtrobiq;, & tu dicis, q̃ hoc eſt impoſsibile. Concedo, & idem illud, ex quo ſequitur, & quod ponitur, eſt omnino impoſsibile: q̃ autem ita eſſet, manifeſtum eſt ex prædictis: cum.n. nihil eſſet ibi, quod reſiſteret motori, qui habet graue mouere deorſum, ſtatim eſſet deorſum: quare nõ valet. Ad aliud, cum dr̃ q̃ prouenit &c. verum eſt ſi prouenit ex reſiſtentia mobilis intrinſeci. &, cum dr̃, q̃ ſucceſsio &c. verum eſt ex reſiſtentia mobilis extrinſeci, & illud eſt medium: vel intrinſeci, ſicut inanimatis tebus. cum ergo dicit Com. q̃ in omni motu eſt reſiſtentia mobilis ad motorem, verum eſt vel motoris extrinſeci vel intrinſeci: ſed nõ ſemper eſt ex reſiſtentia mobilis intrinſeci. Et dico hoc mobile intrinſecum quod non eſt diſtinctum à motore loco & ſubiecto, ſicut materia grauis nõ eſt diſtincta ab eius forma, mobile verò extrinſecum, quod eſt diſtinctũ à motore loco & ſubiecto, vt medium a graui, & leui. Ad aliam de motu animalis in vacuo, videbitur ſeorſum in quæſtione ſequẽti, & ideo ad præſens dimittitur. Ad aliud dicendum q̃ ſucceſſionem prouenire ex oppoſitione ſitus idem eſt cum eo, qđ prouenit ex reſiſtentia medij: vnde, cum in vacuo, ſi eſſet, non eſſet oppoſitum, eò q̃ nulla eſſet dr̃a inter partes eius, ideo non fieret ibi motus. Ad aliam, cum dr̃, q̃ tunc omnis motus eſſet violentus: nego conſequentiam. Et ad probatio cum dr̃, q̃ reſiſtens facit violentiam, ei cui reſiſtit: pe ei, q̃ verum eſt, ſi penitus et reſiſtat, vel q̃ ipſum on prohibeat ab eo ad quod naturaliter inclinatur: ſicut columna detinens lapidem ſurſum & omino ipſum prohibens moueri deorſum. facit ei violentiam: ſed ſi non omnino prohibeat ipſum, nec detineat, ſed permittat ipſum moueri ſm ſuam naturalem inclinationem, tonc non facit violentiam: & ſic eſt in propoſito. Eſt.n. aliquod medium, in quo poteſt fieri motus grauis. quod non prohibet ipſum omnino ab illo, ad quod naturaliter inclinatur, ſicut aer & huiuſmodi: quare non eſt ibi motus violentus. Ad aliã, cum dicitur, q̃ non eſt cauſa motus &c. Concedatur. Et, cum dicit, q̃ reſiſtentia medij &c. dicitur, q̃ imo &c. Et, cum dicitur, in qun genere cauſæ, dicitur q̃ efficientis. ipſuor. n. medium motum per ſui motum facit motum grauis & luceſſionem morus eius. ſed iſtud eſt dubium. quia, quamuis morus ipſius medij ſit cauſa efficiens morus grauis, tamen non habetur, q̃ reſiſtentia medij ſit cauſa efficiens huius motus: reſiſtentia.n. ipſius medij nun eſt idem cum motu ipſius & adhuc non eſt manifeſtum, q̃ motus medij efficiat motum ipſius grauis aut leuis. ſi n. reſiſtentia medij faceret mortum grauis, tunc quanto fortius reſiſteret ipſum medium, tanto

Propoſito. Tex. c. 9. velocior eſſet motus: quod falſum eſt. Et ideo forte poteſt dici aliter, q̃ reſiſteotia medij nullam per ſe cautalitatẽ habet ſuper ſucceſsionem ipſius motus vt patet diligẽter conſideranti in quolibet genere cauſæ: ſed ipſa reſiſtentia medij eſt illud, ſine quo nõ poteſt eſſe luceſsio talis motus, ſicut patet ex præmiſſis. Nec oportet, q̃ omne illud, ſiue quo

Reſiſtentia medij non habet cauſalitatẽ ſuper ſucceſſionem.

non

non eſt motus, ſit propriè cauſa motus in aliquo genere cauſæ vt motus propriè dictus non poteſt incipere niſi ab aliquo termino à quo, ſicut caleſactio non incipit niſi à frigiditate vel tepiditate: & tamen ipſa frigiditas nullam per ſe conſalitatem habet ſuper ipſam caleſactionem, vt manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. Sic igitur in propoſito, motus grauis & leuis manimate non fieret ſine reſiſtentia medij, nec ſucceſsionem haberet. & tamen reſiſtentia medij nullam per ſe cauſalitatem habet ſuper ipſam ſucceſsionem motus, ſicut nec ſuper ipſum motum.

QVAESTIO XIIII.

An Vacuo exiſtente, poſſibile ſit in eo fieri motum localem animalis.

COnſequenter quæritur. Vtrum, ſi vacuũ eſſet, motus localis animalis poſſet fieri in ipſo. Arguitur primo ꝙ non. quia in illo non poteſt mouceri animal, in quo non poteſt eſſe: quia moueri præſupponit eſſe. vnde non entia intelligi pollunt, moueri verò nequaquam, ꝙ. Me. ſed in vacuo, ſi eſſet, nõ poſſet eſſe animal, vt manifeſtum eſt: quia animal indiget refrigeratione per reſpirationem, vel alio modo, vt patet in Lib. de Inſpiratione & Expiratione: modo, in vacuo nullo modo fieret refrigeratio caloris animalis, cum ipſum vacuum nullam haberet caliditatem naturalem, quare &c.

Oppoſitum huius vt intendere Com. dicit. n. ꝙ illa mota ex ſe, quæ diuiduntur in motorem in actu & rem motam in actu, neceſſario indigent medio, led ſi fuerit, erit per accidens: animal autẽ ſecũdum ipſum diuiditur in rem motam in actu, ſ. corpus, & motorem actu, ſ. animam: quare &c.

CONCLVSIO.

Si vacuum eſſet etſi animalia in ipſo per aliquod tempus eſſe poſſent, in illo tamen nequaquam mouerentur.

ALiqui dixerunt, ꝙ in vacuo, ſi eſſet, non poſſet fieri motus animalis propter rationem prius adductam, quia ſ. animal non poſſet ibi viuere, vt oſtenſum eſt. Et confirmatur, quia nullam influentiam poſſet animal recipere à cœlo, ſi eſſet in vacuo: & tũ ab ipſo cœlo & motu eius debet dependere omnis motus iſtorum inferiorum. quare &c. Sed iſtud non ſufficit alijs. quia ſicut per impoſsibile ponimus vacuum eſſe, ſic per impoſsibile poſſumus ponere animal viuere in ipſo per aliquod tempus: & tunc remaneret dubitatio, an animal poſſet ibi moueri. Et ideo pot dici aliter, ſ. ꝙ, ſi eſſet vacuum, & animal poſſet ibi eſſe per aliquod tempus, tñ non poſſet in ipſo moueri. Et hoc cõuincitur rationibus Ariſt. in litera. Prima rõ. Nã, ſi animal poſſet moueri in vacuo, ſequeretur, ꝙ poſſet fieri motus in non tpe & in inſtanti: quod eſt impoſsibile. & probatur conſequentia. quia proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, eſt ſm proportionem medij ad medium in ſubtilitate & groſsitie: & hoc nõ ſolum verum eſt in grauibus & leuibus inanimatis, ſed in animali poteſt verificari. conſtat. o. ſi ſint duo animalia æqualis virtutis in mouendo ſeipſa, & corpus vnius tm & æqualiter reſiſtat motori, ſicut corpus alterius: moueatur autem vnum illorum ſm vltimum ſuæ potentia per vnum medium, vt per aquam, & aliud. ſimiliter ſm vltimum ſuæ potentiæ moueatur per aerem: nulli dubiũ, ꝙ velocius mouebitur illud, quod monebitur per aerem, q̃ illud quod mouebitur per aquam: & ſm quam proportionem ſubtilitas aeris excedit ſubtilitatem aquæ, velocitas motus animalis facti per aerem excedit velocitatem motus facti per aquã, & ſic proportio motus ad motum &c. Cum igitur ſpatij vacui ad plenum nulla ſit proportio, vt demonſtratum fuit prius, ſequitur ꝙ motus animalis per vacuum nullam haberet proportionem ad motũ per plenum, & ſic fieret in non tpe. quia detur ꝙ in tempore, tunc haberet proportionem aliquam ad tps, in quo mouetur per medium plenum ſpatium. Secunda rõ. Item alia ratio valet ad hoc. quia, ſi in vacuo, ſi eſſet, poſſet fieri motus animalis, tunc vnum animal poſſet æqualiter moueri per ſpatium vacuum & plenum: qd eſt impoſsibile, quia ſemper motus eſt velocior per medium minus reſiſtens & ſubtilius, dummodo mobile moueatur ſm vltimum ſuæ potentiæ. Et probatur conſequentia. quia ponamus, ꝙ aliquod animal moueatur p medium pleuum aere ſm vltimum ſuæ potentiæ in aliquo tempore, ſi illud idem poteſt moueri per vacuum in aliquo tempore, tunc illud tempus habebit aliquam proportionem ad tempus aliud, in quo monebitur per aerem. Accipiamus igitur aliquod corpus, quod in eadem proportione excedat aerẽ in ſubtilitate, in qua proportione tempus menſurans motum per aquam excedat tempus menſurans motum per vacuum, tunc in æquali tempore poterit illud animal moueri per illud medium plenum v. g. ponamus, ꝙ animal moueatur per aerem ſm vltimum ſuæ potentiæ in tempore duarum horarum, & illud idem moueatur p ſpatium vacuum in tempore vnius horæ, tunc inueniamus aliquod corpus ſenſibile, quod ſit in duplo ſubtilius aere, tunc tempus, in quo illud animal mouebitur per medium aliud, erit in duplo minus tempore, in quo fiebat motus per aerem, ſ. tempore duarum horarum. ſm. n proportionem, qua additur ad ſubtilitatem medium, diminuitur à tempore cæteris paribus. igitur tempus, in quo mouebitur illud animal per illud ſpatium ſubtilius aere, erit dimidium tempus ad duas horas, & ſic erit æquale tempori, in quo ponebatur moueri per ſpatium vacuum, cõ ꝙ omnes dimidiæ eiuſdem quantitatis ſunt ſibiinuicem æquales. quare &c. Et notãdum, ꝙ, ſi proportio motus animalis ad motum alterius, vel eiuſdẽ in velocitate & tarditate debet eſſe ſm proportionem mediorum adinuicem in ſubtilitate & denſitate, oportet quòd ambo moueantur ſm vltima ſuarum potentiarum. ſi. n. non moueretur quodlibet ſm vltimum ſuę potentiæ, ſed vnum moueretur quantum poſſet, & alterũ non, tunc poſſet contingere, ꝙ illud, quod moueretur per aquam, moueretur velocius, q̃ illud, quod moueretur per aerem, vt vnus homo poteſt velocius mouere manum per aquam, q̃ alter per aerẽ, vt patet ad ſenſum. ſed, ſi ſint animalia eiuſde & æqualis vigoris in mouendo ſeipſa, & corpora eorum ſunt æqualis reſiſtentiæ ad mouentia, & mouentur ſm vltima ſuarũ potentiarum, tunc ſine dubio proportio motus ad motum neceſſario erit ſm proportionem medij ad medium in ſpiſſitudine & tenuitate. Ita, ſi ambo mouerentur per æquale ſpatium, æque velociter mouebuntur. &, ſi vnũ moueretur per ſpatium ſubtilius. & alterum per ſpatium groſsius, tunc vnum mouebitur velocius, alterto ſm eandem proportionem ſm quam habebunt ſe adinuicem materiæ in groſsitie & tenuitate. vnde cum vacuum nullam haberet proportionem ad plenum, nec è conuerſo, manifeſtum eſt, ꝙ, ſi illud animal ibi moueretur ſm vltimum ſuæ potẽtiæ, motus eius nullam haberet proportionem ad motum eius p plenum: quare fieret in inſtanti. Ad dictum Com. poteſt dici, ꝙ animal non ſic neceſſario indiget medio ad ſui motum, ſicut inanimatum: quia in graui inanimato nihil eſſet, quod reſiſteret motori, niſi medium plenum. In animali verò, & ſi mediũ reſiſtit, tñ etiam eius corpus animalis reſiſtit motori: quia ipſum corpus animalis habet grauitatem ſm actum, ſm quem inclinatur ad vbi deorſum: & ſic reſiſtit animæ intendenti ipſum mouere ad vbi aliud. Sic igitur animal minus per ſe & minus neceſſario indiget medio ad ſui motum localem, quam graue inanimatum. Illud autem, quod eſt minus per ſe dicitur per accidẽs reſpectu eius quod eſt magis per ſe: ſed ſequitur generaliter de motibus ex ſe, quæ diuiduntur in motorem actu, & mobile actu, ꝙ illa non neceſſario indigent medio. verum eſt, ꝙ non omnia talia mota ex ſe indigẽt medio neceſſario. Corpora n. cœleſtia, quæ ſunt talia mota, non indigent medio: ſed, ſi indigẽt medio talia mota ex ſe, erit per accidens, hoc eſt nõ primo & vniuerſaliter, ſed ratione aliquorum talium. & hoc eſt verum pro animalibus, quæ ſunt hic. quare non valet illa ratio. Ad argumẽ tũ poſt oppoſitum.

QVAESTIO XV.

An Exiſtente Vacuo Priuatio foret.

COnſequenter quæritur. Vtrum, ſi vacuum eſſet, eſſet priuatio. Arguitur primo ꝙ non, quia locus non eſt priuatio, vt manifeſtum eſt: ſed vacuum, ſi eſſet, eſſet locus, vt dicitur communiter: ergo &c.

Oppoſitum videtur velle Ariſto. in litera.

CONCLVSIO.

Vacuum vt ſpatium ſeparatũ priuatio minime eſt; ſed vt dicit negationem cum aptitudine huiuſmodi corpus priuatio eſt.

Dicendum q̃ nomine vacui intelligitur spatium separatum ab omni corpore naturali non repletũ aliquo corpore naturali, aptum nãt replere. Tunc dico ad quæstionem, q̃. si esset vacuum, posset teneri seiari dupliciter. Vno modo quantum ad ipsum spatium separatum, & sic non esset prima: in. quia priuatio est negatio in subiecto apto nato ad habitum, vt patet in 12. Meta sed ipsum spatiũ, si esset, non esset talis negatio, vt manifestum est: quare &c. Alio modo posset considerari ipsum vacuum quantum ad negationem habendi corpus & aptitudinem habendi, & sic esset priuatio: quia priuatio est negatio habitus in subiecto apto nato, & sic esset ipsum vacuum. quare &c. Sed, si quæratur absolute, vtrum vacuum sit priuatio, dicendum quòd non: quia non est negatio in subiecto apto nato. Dimensio n. separata, quæ intelligitur nomine vacui, non est negatio alicuius habitus in subiecto apto nato ad illum habitum: imo huiusmodi dimensio separata ab omni corpore sensibili, est omnino ens extra animam, cum omnis magnitudo sit sensibilis & mobilis. Per hoc ad rationem eorum dicitur locus &c. verum est. Et cum dicitur quòd vacuum si esset, esset locus, hoc est verum secundum opinionem antiquorum: sed non est verum simpliciter: quia tunc locus nihil conferret locato: sicut arguit Arist. in litera. quare &c.

Tex. c. 15.

Vacuũ non est priuatio

QVAESTIO XVI.

An grauium & leuium motus ex medio pleno impediatur.

Vltimo quæritur, vtrum medium plenum impediat motum grauium & leuium. Arguitur primo q̃ non. quia, si medium plenum impediret motum illorum grauium & leuiũ, tunc nullus motus eorum esset naturalis, cum impediens sit violentans: sed hoc est falsum, quia grauia mouentur naturaliter deorsum, & leuia sursum, vt dr 4. huius, & 8 & 4. Cœl. & Mun. Item, quilibet motus potest esse sine suo impedimento. quia nullius rei esse requirit tuum impedimentum: Sed motus grauis & leuis non potest esse sine medio pleno: quia sic esset in vacuo. quare &c. Item, illud ex parte cuius prouenit resistentia mobilis ad motorem nõ impedit grauia & leuia à suis motibus, cum ad omnem motum necessario requiratur resistentia talis: sed illa prouenit ea parte medij pleni. vt patet ex prius dictis. quare &c.

Tex. c. 5: Tex. c. 32. Tex. c. 6.

Oppositum videtur velle Arist. in principio capituli, Amplius autem manifestum ex his. vbi sic dicit, hoc quidem igitur, per quod fertur, est causa, quia impedit: hoc autẽ, per quod fertur, est ipsum medium, vt notum est: quare &c.

Tex. c. 76.

» »
» »

CONCLVSIO.

Nullum ex Medio pleno Grauium & leuium naturali motui præstatur impedimentum.

Opinio prima.

Aliqui visi sunt imaginari, q̃ medium plenum semper impedit mobile à sua naturali & propria velocitate vnde si esset medium vacuum, mobile haberet in ipso velocitatem naturalem, vt voluit Auempa. & S. Tho. vt ipsi concordare in hoc. Sed contra hoc arguit Com. quia, si medium plenum impediret grauia & leuia a suis velocitatibus naturalibus, i. quas apta nata sunt habere, tunc ipsa grauia & leuia essent nata habere velocitates, quas nunquam haberẽt, neque habebunt: quod est impossibile, quia talis aptitudo esset ociosa per totum tps æternum, & in tota specie: quod est contra naturam. & patet Consequentia: quia grauia & leuia nunq̃ mouentur nec mota fuerunt, nec mouebuntur nisi in spatio pleno, nisi ponerẽtur moueri in medio vacuo: quod nullus diceret. ergo, si semper in medio pleno impediuntur à velocitatibus, quas nata sunt habere, sequitur, q̃ nunq̃ habent tales velocitates. Et ideo dicendum breuiter, q̃ medium plenũ non semper impedit graue aut leue à sua velocitate naturali, quia, si sic, nullus eorũ motus esset propriè naturalis, quod non impeditur à naturali & propria inclinatione, non mouetur fm naturam: & istud est inconueniens. quare &c. Considerandum tñ, q̃ licet ipsum medium plenum propriè non impediat, sic q̃ semper in ipso mobile moueatur minus velociter quia de se sit natum moueri, impropriè loqueodo ipsum impedit: quia resistit moueri intendenti ipsum ponere in vbi oppositio. & sic intelligendũ est dictum Com. Item, aliter potest dici, q̃ aliquod est medium subtilissimum, in quo potest fieri motus grauis & leuis: & istud nullo modo impedit motũ grauis & leuis. Sed aliud est mediũ grossius & densius, & illud aliqualiter impedit, saltẽ à perfectissima velocitate. & sic intelleait Arist. hoc quidem igitur, quod fertur, est causa sipple, q̃ aliquid nõ moueatur in tanta velocitate, quia impedit & est grossius alio medio. sed non habent per hoc: quòd omne medium plenum impediat mobile à sua naturali velocitate.

Consequens autẽ dicti is est aggredi de tempore. Primum aũt bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rõnes, vtrum sit eorum quæ sunt, aut non sit eorum, quæ sunt &c. Tex. c. 72.

QVAESTIO XVII.

An Tempus sit aliquod ens.

Consequenter quæritur circa capitulum de Tempore, & primo, vtrum ipsum tempus sit aliquod eus. Arguitur primo q̃ non. quia quod est compositum ex non entibus est non ens: hoc est manifestum. sed tempus est hmõi: quia est compositum ex præterito, & futuro, Præteritum autem defecit, & ipsum futurum nondum est. quare &c. Item, cuilibet diuisibilis, si ipsum est, oportet aliquã partem esse vel plures vel omnes: sed ipsum tempus est quoddam diuisibile, & nulla pars eius est: neque. n. præteritum est, neque futurum est, quare &c. Item nullum vnum ens extra animam est simul in cœlo & in terra & in mari: hoc videtur manifestum. sed tempus est in cœlo terra, & mari, vt dicit Arist. in illo cap quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. qui determinat de tpe, tanquam de vno accidente naturali. Et arguitur rõne. quia quælibet species cuiuslibet predicamenti est ens: non ens. n. non est in genere. 4 Topic. sed tempus est vna species quantitatis, vt dicitur in prædicamentis: quare &c.

Tex. c. 130.

CONCLVSIO.

Tempus est aliquid, scilicet mensura motus.

Dicendum breuiter, q̃ tps est aliquod ens, qđ probatur, quia quod est mensura motus est ens: nõ ens. n. non est mẽsura entis, vt manifestum est. sed tps est mensura motus. cum n. incerti fumos de qnantitate morus alicuius, quærimus an sit motus vnius diei vel plurium, an aliquid hmõi: quo habito, putamus eognoscere qnantitatem motus per replicationem tpis alicuius quare &c. Item, illud, per quod diffinitur aliquod ens, est eos per non ens. n. nihil diffinitur: sed aliquod ens diffinitur per tps, vt velox & tardum, vt patet in 4 huius, & in 6. velos. n est, quod in paruo tempore multum mouetur. tardum autem e contrario. quare &c.

Sed est considerandum, 1. q̃, secundum quod cõiter dicitur, q̃ ens & esse non cõpetit eodem modo enti permanenti, & enti successiuo. nam ens permanẽs hic est ens, & hic est, q̃ partes eius sunt simul, & vna existente est alia: & si loquimur de continuo permanente, partes eius sont simul eum in diuisibili quod continuat eas, vt partes linea sunt simul duratione vna cum alia, & sunt simul in eadem mensura uurationis cum ipso puncto: & hæc est natura continui permanentis sed continuum successiuum sic est ens. q̃ partes eius nunquam possunt simul esse, nec vna cum alia, nec cũ indiuisibili, quod continuat eas: imo semper vna pars succedit alteri quæ diu ipsum est: & hic est modus conueniens enti successiuo, cuiusmodi est motus, & tempus. de ipso. n. motu simul non est nisi mutatum esse: quod continuat partem priorem motus cum parte posteriori. Et similiter de tpe non est simul & in actu nisi instans, quod coniungat præteritum cum futuro. Vltetius cõsiderandum est, q̃ fm Com. in illo Quarto tempus est compositum ex istis duabus quantitatibus, 1. quantitate continua & quantitate discreta. 1 empus. n. non fit, nisi qñ mens diuidit motum in prius & posterius. & hæc est intentio numeri motus, i. motum esse numeratum. ergo subitantia temporis, quæ est in eo quasi forma, est numerus: & quod est in eo quasi materia est motus continuus: qñ non est numerus simpliciter, seu est numerus morus. Continuatio igitur accidit ei gratia materiæ. & discretio, 1. numerus, gratia formæ: hæc sunt verba Cõmentatoris. quæ sic intelligenda sunt, vt puto, nõ q̃ ipsum tempus sit quoddam ens per se vnum compositum essentialiter ex quantitate continua & quantitate discreta: ex talibus enim duorum accidentibus non puto posse fieri vnum per se & essentia.

Tex. c. 96. Tex. cõ. 14. Ens est duplex.

Comm. 99. Tempus est ex duplici q̃ntate compositum.

Tẽpus duo ſignificat, vnũ vt materiale, alterũ vt formale.

eſſentialiter & ſimpliciter, ſed q̃ per hoc nomen tempus ſignificantur duo. Quorum vnum eſt ad modum materiæ reſpectu alterius, & alterum ad modum formæ. Illud autem, quod ſicut materia eſt, i. ad modum materiæ vel habens ſimilitudinem ad materiam eſt quantitas cõtinua, ſ. id, quod eſt prius & poſterius in motu. Qualiter autem iſtud, quod eſt prius & poſterius in motu ſe habet ad motum, videbitur poſt. Illud autem, quod eſt quaſi forma de eis, quæ nomine temporis ſignificantur eſt quantitas diſcreta, i. ipſa diſcretio actualis: & ipſa diſcontinuatio quædã prioris & poſterioris quæ ſunt in motu: quamuis n. in re extra animam prius & poſterius motus continui non ſunt diſcontinuata abinuicem, imo ſuot copulata ad terminum cõem, ad mutatum eſſe vel inſtans: quia tñ illud, quod eſt prius, non eſt illud, quod eſt poſterius, ſicut vna pars lineæ non eſt alia, quamuis copulatæ ſint ad punctum: ideo mens poteſt comprehendere id quod eſt prius ſeorſum & diuiſim ab eo qđ eſt poſterius, tũ q̃ comprehenſio prioris non ſit continua comprehenſioni poſterioris, ſed diuiſa & diſcontinuata, & ſic quãtum ad iſtud ſignificatum ipſum tẽs non eſt actu exiſtens extra animam, ſed ſolũ in potentia, quia ſ. prius & poſterius exiſtentia in mobili & ſucceſsiua, ſunt apta nata ſic comprehendi diuiſim. Et ad iſtã intentionem dixit Com. in principio auctoritatis præſcriptæ, q̃ tẽs non ſit, ſupple quãtum ad ſignificatum eius formale, niſi qñ mens diuidit, i. diuiſim accipit prius & poſterius motus: & per hoc intelligẽ-

Dubitatio.

tur multa de verbis Com. Quæret autem tuitor, quare ipſum. prius & poſterius dĩ, quid materiale reſpectu ipſius numerationis vel diſtinctionis mentalis, vt pro tanto ſignificatum tẽs dicatur eſſe cõpoſitum ex duabus quantitatibus.

Solutio.

Dicit poteſt ad præſens, q̃ ratio huius eſt: quia ipſa diſcretio & diſtinctio prioris & poſterioris exiſtentium in motu facta per mentem eſt quodammodo poſterior ſm generationem, quàm prior & poſterior motus, ſicut & alia entia animæ dicuntur poſteriora rebus extra animam, a quibus cauſantur quoquo modo: & pp hoc, cum forma ſit quodãmodo poſterior materia, ideo illa diuiſio habet modum formæ, & id, quod eſt prius & poſterius, habet modum materiæ. & pp aliud, quia ſicut materia prima poteſt eſſe ſine forma, & nõ è conuerſo, ſic prius & poſterius continuũ in mobili & in motu extra animam põt eſſe ſine actuali diuiſione, quam facit anima, i. ſine comprehenſione diuiſa & diſtincta, quã habet anima de ipſis: ſed illa diuiſio prioris & poſterioris, quã habet anima, non poteſt eſſe niſi ſit aut fuerit aliquo modo ipſum prius & poſterius. ſi. n. motus eſſet extra animam non haberet prius & poſterius, tunc anima non verè cõprehenderet diuiſim & diſtinctè partem priorem & poſteriorem. & propter h. d. Com. in cõm. 102. q̃ eſſe temporis in anima eſt in actu, ſ. quia anima agit illam actionem in ſubiecto præparato ad recipiendum eam, quæ dicitur numerus in ſubiecto præparato, i. reſpectu obtecti præparati & apti oati ad recipiendum eam, i. ad terminandum reſpectum eius. De hoc autem plus videbitur in quæſtione de eſſe tis, & fortè per illud ſubiectum intendit Com. intellectum poſsibilem, qui eſt ſubiectum aptum natum ad recipiendum oẽm intellectum & diſcretionem intellectiuã.

Opinio Tẽpus vñ denominatur eſſe.

Conſiderandum autem vlterius, q̃ ſm aliquos ſicut determinatio realis propriè conueniens alicuius entis parti aliquando denominat totum, vt homo dĩ criſpus criſpitudinem exiſtentem in ſuo capite, ſic etiã ex eſſe ipſius inſtantis continuantis partes temporis adinuicem denominatur ipſum tempus eſſe: & ſic eſſe actuale inſtantis continuantis partes temporis adinuicem ſufficit ad hoc q̃ tempus ſit actualiter extra animam. ſic. n. debet eſſe entibus ſucceſsiuè per eſſe indiuiſibile continuantis partes ipſorum, vt etiam patet in motu, qui dicitur eſſe per eſſe ipſius mutari eſſe continuantis partem priorem cum poſteriori. Sed iſtud non videtur bene dictum: quia illud, quod non eſt pars temporis, nec eius forma, eſſe ipſius non denominat tempus: modo, inſtans ipſum non eſt pars temporis, nec quantitatiua, nec eſſentialis, vt manifeſtum eſt in Nono huius, & in illo Quarto, nec etiam eſt forma temporis, vt manifeſtum eſt. quare &c. Et, ſi dicatur, q̃ nunc non eſt pars, nec forma dans ei eſſe mutilece, tñ continuat pars eius adinuicem, hoc non ſufficit ad hoc, q̃ eſſe ipſius inſtantis denominet tẽpus prop-

Improbũ. Tex. c. 76. Tex. c. 89.

prie & realiter: quia eſſe ipſius inſtantis eſt idem cum ipſo inſtanti, vel eſt indiuiſibile, ſicut & ipſum inſtans: vnde ſicut ab inſtanti non denominatur tempus eſſe, ſic nec ab eſſe ipſius. Item, ſi motus denominaretur exiſtere ex eo quod mutatum eſſe eſt in actu, tunc exiſtente mutato eſſe eſſet motus: & cum mutatũ eſſe ſit in inſtanti: quod eſt impoſsibile, & probatur conſequentia: cum. n. aliquid denominatur exiſtere ea eo q̃ alterũ eſt, exiſtente illo altero, oportet ipſum denominare. ſicut, ſi aliquid denominatur albũ ea eo q̃ albedo eſt exiſtente albedine ipſum eſt albũ. Et fortè diceretur, q̃ hoc eſt verum in pmanentibus, non autẽ in ſucceſsiuis. ſed quæratur ratio diuerſitatis.

RESPON. Comm. 82.

Ad primam rationem, cum dicitur omne compoſitum ea non entibus &c. Com. inſtat contra hãc poſitionem quia conſtat, q̃ motus eſt ens: cõprehenditur. n. ſenſu, & nulla pars eius eſt in actu, ſed pars quælibet eius demonſtrata receſſit propter quod dicit Com. q̃ illa ratio non valet. Et ſimiliter ratio ſequens bene probat, q̃ tempus non eſt ens completum extra animam, ſed habet eſſe acto & completè per actionem animæ. quod cũ ſic intelligendum videbitur poſt in quæſtione de eſſe temporis per animam, vel ſic anima. Diceretur ergo ad formã rationis, cum dĩ, illud, quod eſt compoſitum ex non entibus, non eſt ens, verum eſt non eſt ens actu complete extra animam, ſed nõ oportet q̃ non ſit omnino non ens: ſic autem eſt in propoſito. Aliter dixerunt antiqui, q̃ licet præteritum & futurum nõ ſint præſentia: tñ præteritum realiter eſt præteritum, & futurum eſt futurum. Aliter dĩ ad primam. illud, quod eſt compoſitum ex non entibus &c. verum eſt non eſt ens permanens, ſed bene poteſt eſſe ens ſucceſsiuum quod non habet partes ſimul exiſtentes actu. Similiter ad aliam, cuiuſlibet diuiſibilis &c. Verum eſt, ſi eſt completè extra animam: ſed, ſi non, non oportet q̃ aliqua pars eius ſimul tota ſit actu præter animam, ſi habet eſſe actu & completè per animam. Ad aliam ſimiliter dĩ, cuiuſlibet diuiſibilis &c. verum eſt diuiſibilis permanentis, ſed de diuiſibili ſucceſsiuo nõ eſt verum: imo diuiſibile ſucceſsiuum denominatur exiſtere ex hoc q̃ indiuiſibile continuans partes eius eſt actu, vt aliqui dicunt: vel ſaltem ad eſſe talis diuiſibilis non requiritur actualis ſimultas partium eius, ſed ſufficit q̃ vna ſuccedat alteri vel poſt alteram. Ad aliam, cum dĩ. q̃ vnum & idem &c. poteſt dici, quòd verum eſt ſicut forma in materia vel acciden in ſubiecto, ſed ſicut menſura in menſurato poteſt eſſe: & ſic intellexit Ariſt. q̃ tempus eſt & in cœlo, & in mari &c. verum eſt ſicut menſura in menſuratis: omnia. n. iſta, quatum ad ſuos motus, menſurantur tempore: ſi autem intelligitur, q̃ tempus eſt ſubiectiuè & inhærenter in cœlo & in terra & mari intelligendum eſt, q̃ non eſt vnum & idem tempus numero, ſed aliud & aliud, ſicut motus cœli & motus terræ, & motus maris non eſt idem & vnus numero motus. De hoc autem infrà fiet quæſtio ſpecialis.

Quidam enim totius quidem iſte motum dicunt, alij ipſam iſtarum: quoniam circulationis eſt pars quædam, illa autem circulatio non eſt pars enim circulationis eſt, quæ accipitur, ſed non circulatio eſt. Tex. c. 39.

QVAESTIO XVIII.

An ipſum tempus diſtinguatur eſſentialiter à motu primo.

Conſequenter quæritur, Vtrum tempus ſit eſſentialiter motus primus. Et arguitur primo q̃ ſic. quia prius & poſterius motus ſuot eſſentialiter motus: ſed tempus eſt, eſſentialiter prius & poſterius motus primi: ergo &c. Maior propoſitio apparet quoia prius & poſterius ſunt partes motus, vt vĩ velle Com. in iſto Quarto, vbi dicit, q̃ tempus non ſit niſi qñ mens dividit motum ſm prius & poſterius. & nihil diuidit in ſuas partes. ergo prius & poſterius ſunt partes motus: partes aũt motus ſunt motus, ſicut partes lineæ ſunt lineæ. ergo prius & poſterius motus ſunt motus: & hęc fuit maior: & minor apparet in litera. Tempus. n. eſt prius & poſterius ipſius motus ſm Ariſtotilem litera. Itẽ, illa ſunt eadem, quorũ partes ſunt eædem: hæc eſt manifeſta. Sed partes tẽporis eædem ſunt cum partibus motus qđ patet: quia dies, quę eſt quædã pars temporis, eſt latio ſolis ſuper terram, vt habetur 6. Topicorum. Tex. c. 100.

autem solis super terrā est pars motus cœli quare &c. Item nihil est mensura extrinseca oium motuum inferiorum nisi
Tex. c. 104. primus motus, vt patet in Quarto. Sed tps est mensura extrinseca oium motuum istorum inferiorum. quare &c. Trē mensura & mensuratum sunt vnigenea vt vult Arist. in isto 4. & Com. in penultimo commento huius capituli. Sed tempus est mensura primi motus: vt vult Arist. quare &c.

Oppositum arguitur per Philosophū in litera, qui vult, quòd tempus non est circulatio: & hæc est motus primus, vt patet in Quarto huius.

CONCLVSIO.

Tempus nec absolute motus est, neque est ipsa circulatio; seu primus motus, sed ab illo essentialiter distinctum est.

AD qōnem possūt nedici duo. primo q tps non est motus absolutē, secundo q tempus non est motus primus, sed prima circulatio. Primum patet sic. motus non est vnus in omni loco: sed tps est vnum in omni loco: quare &c. Maior patet. q motus est in moto, & omne motū est in aliquo vbi, & plura mota in pluribus vbi: ergo & plures motus sunt in pluribus vbi. & sic motus non est vnus in omni loco. Et minor patet quia tps saltem primo & principaliter dictum, est mensura extrinseca omnium motuum existētium in quocunq; loco. Mensura autem extrinseca potest esse vna omnium mensurabilium, sicut vna vlna potest mensurare oēs pannos: & hmōi. quare &c. Sed aliqui dubitabant, q illa ratio
Obiectio. non concludit, tps non est motus primus: quia sicut tēpus, vt est mensura extrinseca, est vnum in omni loco, non quidem inhærēter & inexistenter, sed absolutē, sic & primus motus, vnus est apud oīa mobilia assistenter & non inexistenter: & sic rō non concludit, quia tempus sit motus primus. Ad hoc dicunt aliqui, q motus primus pōt considerari dupliciter, vno modo sm essentiam suam: alio modo sm q mensura aliorum motuū si primo modo, sic nō deberet et proprie esse vnum apud oia, & sic concludit Arist. q tps non est motus essentialiter & quidditatiuè. Alio modo pot considerari motus primus sm q est mensura aliorum motuum, & sic est hū vnus in omni loco assistenter, vt dictum est: & hoc modo ratio Arist. non concludit tps non esse motum primum. Dicunt tñ illi, quod licet tempus sit mensura & per se, & similiter primus motus sit mensura, hoc est diuersimode, nam ips est mensura per se perfectiue primi modi, quia in eius diffinitione accipitur esse mensuram aliquo modo, vt dicunt. sed motus primus est per se mensura perfectiue secundi modi & sic intelligunt, q tps essentialiter est id quod est mensura, sed non est idem essentialiter cum eo quod est esse mensura, cū esse mensura sit quid relatiuum, & tempus sit quid absolutū. Aliter posset dici ad dubitationem, q nec Arist. intendit concludere per illam rōnem, q tempus non sit primus motus, sed solum q tps non sit motus absolutē. Item alia ratio Arist. est ad hoc, quia motus est velocior aut tardior, alio motu spple: sed tempus non est velocius nec tardius: quare &c. Maiorem recipit Arist. pro manifesta, & fortè concessa fuit ab oibus. & minorem probat: quia velox & tardum determinantur rpe. vt velox est, quod in pauco tpe multum mouetur: & tardum est, quod in multo tempore parum mouetur. sed tps non determinatur rpe, siue tempus arespiratur quātum ad suam quantitatem, siue quò ad quale, i. quantum ad suam qualitatem. Secundum ostendunt per Arist. in litera sic pars circu-
Tex. c. 93. lationis non est circulatio: sed pars tpis est tempus, vt dies & nox &. ergo tempus non est circulatio. Aliter posset sic syllogizari, si tempus esset circulatio tota, tunc pars circulationis esset circulatio: quia pars temporis est tempus.

Obiectio. Contra istam rōnem aliqui sic instant. per similem rationem posse probari q aial non esset substantia animata sensibilis, quia pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia animata sensibilis, pars aūt animalis non est animal: ergo animal non esset substantia aiata sensibilis. Ad hoc potest dici, q substantia animata sensibilis potest accipi dupliciter. vno modo pro omni eo, cuius materia participat aiam sensitiuam, siue perfectionem, & sicut primum perfectibile siue potentialiter & sicut pars in toto. Alio modo potest accipi pro aliquo completo & perfecto in genere, cuius materia participat aiam sensitiuam, sicut primum perfectibile. Primo modo pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia &c. sed secundo modo substantia animata sensibilis est diffinitio animalis. Ad formam rationis, cum dē, pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia &c. Verum est accipiendo substantiam animatam sensibilem pro aliquo imperfecto, cuius materia participat sensum, sicut pars in toto, non sicut primum perfectibile. Et cum dē. q pars animalis non est animal, concedatur: & ideo volec quòd animal non est substantia animata sensibilis illo modo: sed cū hoc stat, q sit substantia animata sensibilis alio modo. Item aliter potest dici, q licet pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia animata sensibilis imperfecta, non sicut aliquod cōpletum in specie vel in genere, sic pars animalis est animal imperfectè, non sicut aliquid completum in genere, & ideo
Tex. c. 91. non valet illa ratio. Alia ratione arguit Arist. sic, si tempus esset motus primus, tunc, si essent plures cœli, i. plures mundi, vt posuerunt aliqui, sequeretur q essent plura tempora: sed hoc est inconueniens quare &c. Falsitas inconuenientis recipitur ab Arist. pro manifesta. si.n. essent plures mundi, adhuc non sequeretur, q plura tempora essent. & consequētia patet, & est euidens, quia, si essent plures mundi, essent plures primi motus: & sic si tempus est idem omnino cum motu primo, tunc si essent plures mundi, essent plura tempora: quam consequentiā reputat Arist. falsam.

Obiectio. Sed contra istam rationem dubitat multum rationabiliter. quia vt q illa conditionalis, quam Arist. reputat impossibilem, sit necessaria sm eum, (i. illa, si essent plures mundi, essent plura tempora quod probatur. quia multiplicato subiecto multiplicatur passio, hoc est notum, sed, si essent plures mundi, tunc subiectum temporis esset multiplicatum: essent.n. plures motus primi, & primus motus est subiectū temporis. quare &c. Ad hoc potest dici, q tempus potest considerari dupliciter. vno modo potest considerari sm quod est passio motus. alio modo potest considerari secundum q est mensura extrinseca aliorū motuum, qui sunt huc. si primo modo consideratur, sic bene sequit. q, si essent plures cœli, q essent plura tempora. sicut arguebatur, ita quòd ista conditionalis vera est, si essent plures cœli, tunc tempora essent plura, secundum q tempus est passio motus. nihil enim prohibet cōditionalem esse veram cuius antecedens
Comm. 2. est impossibile: vt vult Com. in 7. & 8. huius. Sed si considere-
Comm. 79. retur tempus, sm q mensura extrinseca, sic non sequeretur quod si essent plures cœli, q essent plura tempora, tanquā mensuræ extrinsecæ motuum, quia mensura extrinseca non necessario multiplicatur secundum multiplicationem mensuratorum. Vnde, si essent plures mundi, non tñ sequeretur, q necessario oporteret esse plura tempora tanquam mensuras extrinsecas necessario requisitas ad mensurationem omnium motuum: imo ad hoc vnum tempus sufficeret vt esset mensura omnium motuum. Sed, si motus primus esset
Positio. omnino idem quod tempus & è conuerso, sequeretur, q si essent plures mundi, essent plures motus primi & plura tempora. Sed istud non omnino sufficit. quia sicut secundum
Impbatio. Arist. non sufficienter sequitur q, si essent plures mundi, q essent plura tempora, tanquam mensuræ extrinsecæ, imo adhuc vnum tempus sufficeret ad mensurandū omnes motus, sic si essent plures mundi non oporteret esse plures motus tanquam mensuras extrinsecas omnium motuum, sed sufficeret vnus. Et sic si tempus esset idem eum motu & ponerentur mundi esse plures, adhuc non sequeretur, tempus esse necessario multiplicatum ratione qua mensura extrinseca, sicut non sequeretur motum esse multiplicatum, vt mensura extrinseca. Et sic non magis valet illa consequētia secundum positionem, quæ ponit, tempus esse motum, quā secundum positionem, quæ dicit, tempus non esse motum. Quodcunque.n. illorum ponatur, non videtur sequi, quòd, si plures essent mundi, q essent plura tempora, sm q tempus est mensura extrinseca. & sic ex illa positione, q tempus sit motus primus, non sequitur illam falsam conditionalem inferri, quæ dicit, si essent plures mundi, essent plura tempora, secundum q mensuræ extrinsecæ: propter quod ratio Arist. non vī valere. Et fortè dicerent, q Arist. non intendit illam conditionalem esse falsam simpliciter, sed sm positionem & opinionem illorum, qui ponebant plures mundos: ipsi.n. concedebant quòd non potest esse nisi vnum tempus &c. quod quamuis sint plures mundi, tamen nō est

nisi

nisi vnum tempus, & sic apud eos erat impossibile ꝙ si sint plures mundi sint plura tẽpora, & ex hoc sequeretur si tempus esset motus primus. Sed nec istud sufficeret: quia per eandem rõnem posset probare ꝙ tps non sit passio motus, quia hoc posito, sequeretur, ꝙ si essent plures mũdi, plura essent tpa, cum passio multiplicetur ꝑm multitudinẽ subiecti. Et, si dicas, ꝙ Arist. concederet istam negando opinionem ponentium plures mũdos, sicut alij, qui posuerunt tps esse motũ, eo cederent illam cõtradicendo ponentibus plures mundos: & pp ista multum dubito in ista rãne Arist. Et forrè dicendum, ꝙ si essent plures mundi, & plures motus primi, nullus illorũ motuum posset esse mensura omnium aliorum: quia motus ꝓprie non est mẽsura alterius motus nisi sit cã illius, nunc autem, si plures essent mundi, vnus illorum motuũ, qui essent primi, non esset aliqua modo causa alterius, quia ambo essent æque primi. & ideo vnus illorum motuum non posset esse mensura extrinseca alium motuum pp quod oporteret, ꝙ ambo motus primi illorum duorum mundorum essent mensuræ extrinsecæ aliorũ motuum, quia primus motus vnius illorum duorum mundorũ non esset eã motus primi alterius mundi, nec aliorum motuum illius alterius mundi: & sic non esset mensura oium aliorum motuum, sed solum esset mensura motuum illius mundi, in quo esset primus, & similiter de alio. Sed tps non mensurat motus inferiores, eo ꝙ sit cã eorum, sed per replicationem alicuius partis suæ, quæ aliquoties sumpta, reddit quantitatẽ motus mensurati: sicut vlna non mensurat pannum, quia sit cã eius, sed alio modo prædicto. Vnde, si essent plures mundi adhuc vnum tps posset esse mensura extrinseca oium motuum amborum mundorũ. quia non oporteret ad hoc, ꝙ mensuraret ipsos motus, ꝙ aliquam causalitatem super eos haberet. Et forrè diceretur similiter ad hoc, ꝙ vnus motus mensuret alios accidit, ꝙ sit cã illorum. & sic existentibus pluribus mundis & pluribus motibus, quorũ vnus non erit cã alterius, adhuc vnus illorum potest esse mensura extrinseca oium aliorum. Dicendum, ꝙ motus nõ põt esse proprie mẽsura alicuius motus, nisi sit cã illius, ideo &c. Est aũt considerandum vlterius ꝙ motus põt accipi dupliciter, vt dictũ fuit in Tertio. Vno modo pro perfectione fluxus, cuius vna pars gãtur post aliam. alio modo pro ipso fluxu continuo, qui dr successio: seu motus, seu duratio, & extensio successiua. Et primo quidem modo, tps non est essentialiter motus, quia motus sic sumptus est in rebus generibus, scilicet ubi & quando & vbi, tps autem est quantitas. Sed, si accipiator motus pro fluxu cõtinuo, qui est successio siue duratio motus, adhuc põt cõsiderari dupliciter. Vno modo quantum ad sui receptionẽ, quia recipitur in mobili, & sic est passio. sicut n. virtus passiua idem est ꝙ virtus receptiua ꝑm omnes, sic passio idem vr esse quod receptio. Alio modo potest considerari ipsa successio siue duratio continua quantum ad id quod ipsa est, & quantum ad suam essentiam & quidditatem, & sic est tempus. cũ n. ista duratio continua & extensio successiua sit quædam quantitas: & nõ est linea, nec superficies, nec corpus, nec oratio, nec numerus, quid relinquitur ipsam esse nisi tempus?

RESPON. Ad rationes. Ad primam, cum dr prius & posterius &c. potest dici, ꝙ verum est accipiendo istam pro successione continua, cuius vna pars est prior & alia posterior, & accipiendo motum pro fluxu continuo, & sic concedendo ꝙ tempus est essentialiter motus. Considerandum aũt circa rationem qđ licet prius & posterius ipsius successionis & durationis successiuæ sit essentialiter tempus, tñ non significatur hoc nomine tempus, nisi sub ratione determinata, scilicet sunt numerabilia & distinguibilia abinuicem: & istam aptitudinem distinguendi & numerandi habent de sui natura extra animam, sed actualis distinctio & discretio ipsorum secundum determinationem non est nisi ab anima, quæ comprehendit ea ibi sum & diuisim comprehensionibus distinctis & non continuis, sine discontinuitatis.

Ad aliam per dicta patet solutio, partes. n. temporis sunt partes motus accipiendo motũ pro fluxu cõtinuo ipsorum vnius mobilis. & sic intelligendum est tempus esse motum.

Ad aliud cum dicitur, nihil est mensura &c. verum est sicut causa, sed aliter bene potest. Et cum dicitur, quòd tempus est mensura &c. verum est non sicut causa per se & proprie, sed alio modo, vt tactum. quare &c.

Ad aliam, cum dicitur, mensura &c. potest dici, quòd verum est, & ideo volo, quòd tempus mensurans motum, est idem essentialiter vel eiusdem generis cum motu, vt mensuratus est, scilicet quantum ad suum fluxum & durationem seu motum & extensionem successiuam. Qualiter autem tempus mensurans sit motus, videbitur post.

QVAESTIO XIX.

An temporis diffinitio sit conueniens.

COnsequenter quæritur, An diffinitio temporis sit conueniens ter assignata. Est aũt diffinitio temporis ꝑm Arist. numerus motus ꝑm prius & posterius. Et arguitur primo quod non, quia numeratio numeri motus non est numerus motus hæc vr manifesta de se tempus est numeratio oumeri motus ꝑm Com. in isto Quarto. Itẽ, numeratum prioris & posterioris motus non est numerus motus: hæc est manifesta. sed tps est numeratum prioris & posterioris motus ꝑm Com qui dicit, ꝙ diffinitio tpis, in qua non est dubitatio, ꝙ tempus est numeratum prioris & posterioris existentium in motu. Item, prius & posterius in motu, non est numerus motus: hoc pater. sed tempus ꝑm Com. est prius in motu. & h. d. in Com. 13. huius capituli de tpe. Item, si tempus esset numerus, aut esset numerus, quo numeramus, & hoc non stat, quia sic esset quantitas discreta: aut esset numerus numeratus, res oumerata. & hoc non vr stare: quia ipse motus sic est numerus numeratus, res numerata. Deinde arguitur contra illam particulam, ſ prius & posterius: quia, si tempus esset numerus motus ꝑm prius & posterius, aut intelligitur de priori & posteriori, quæ sunt partes motus aut de priori & posteriori, quæ sunt mutata esse. nõ primo modo, quia pars prior & pars posterior motus continuantur adinuicem, & sic nulla est earum discretio, nec per consequens numerus. nam continuum & discretum opponuntur: ergo tempus non est numerus motus ꝑm partes ipsius motus, quarum vna est prior & alia posterior. Nec est dicendõ, ꝙ per prius & posterius intelligatur mutata esse, quia, cum ipsa mutata esse sint discreta abinuicem, sic sequeretur, ꝙ tempus esset numerus discretorum, vel numerus motus ꝑm aliqua discreta, & per consequens nõ esset oumerus numeratus, sed numerus quo numeramus. Item, tempus, cum sit quæstio, non debet diffiniri per relationem: sed prius & posterius sunt relatiua, vt notum est: quare &c. Item si tempus diffinitor per prius & posterius, circulus erit in diffinitionibus: quia prius & posterius diffiniuntur tempore. Item, Com. dicit in cõm 43. huius capituli, ꝙ prius & posterius in motu nõ diffiniunt tempus: quia sic esset manifesta circulatio. Com. 129.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in isto capitulo, vbi inuestigat istam diffinitionem, tempus est numerus motus secundum prius & posterius.

CONCLVSIO.

Hæc Diffinitio, Tempus est oumerus motus secundum prius, posterius, est bona ac conueniens.

AD quæstionem dicendum, ꝙ ista diffinitio est bona. Ad cuius inuestigationem Arist inquirit primo, ꝙ tempus est aliquid ipsius motus. & hoc sic. Illud, quod non põt apprehendi nisi apprehento moto, & oum est motus, est aliquid ipsius motus: hæc est manifesta. tpa non est motus, vt probatum fuit prius, & non põt apprehendi nisi apprehenso motu, sicut manifestũ est, & exemplificat Arist. de dormientibus apud hernas, qui fabulabantur dormiuisse per magnum tps &, cum ipsi copulauerint nunc, io quo incœperũt dormire, cum nunc, io quo expergefacti fuerunt, oum pceperunt motum inter medium, & ideo non pcepe unt illud tps. Et Com. ibid. dicit sic Cum oos non percipimus nec imaginari fuerimus motũ factum inter duo extrema, sed existimauerimus ꝙ nullus motus factus fit nobis neq; io alijs, sed ꝙ ims finius in esse indiuisibile. tũc non percipimus tps. Et sic manifestum est, qđ apprehensio tpis dependet ex apprehensione motus quare &c. Vlterius inquirit Arist. ꝑm quod tps ipsum est aliquid motus. Et probat, ꝙ rãne prioris & posterioris, tps sequitur motum, vel est aliquid ipsius motus: & hoc sic. tps est aliquid motus ꝑm illud, quo tenus Com. 79. Tempus est aliquid motus ꝑm rõnem prioris & posterioris.

minantes motum cognoscimus tempus: hoc est euidēs. sed determinantes motū priori & posteriori, cognoscimus tēpus, vt patet per experientiam: cum.n. consideramus determinata motum factum super priorem partem (puta) & motum factum super partem posteriorem, tunc cognoscimus tempus. Deinde ostendit philosophus, q̄ ipse sequitur motum sm prius & posterius non quocunq; modo, sed vt eorū est numerus, vel numerabilia sunt, quod sic probat. illud pertinet ad rōnem motus, quo posito & cognito, percipimus ips. & ipso amoto non percipimus: hoc autem est. sed numerus prioris & posterioris in motu est hmōi, quo posito & percepto numero prioris & posterioris in motu percipitur ips. & ipso non percepto, non percipitur ips. primum apparet, rūm. intelligimus duo extrema alicuius fluxus, hoc quidem vt prius, illud verò vt posterius, inter quæ, vt sic, percipimus necessario medium. Impossibile est.n. imaginari indiuisibilia duo, hoc vt prius, illud vt posterius nisi per medium: necessario ergo percipimus ipsum ips. Illius.n. fluxus, cū non sit indiuisibilis, nec res permanens, vna pars est prior & alia posterior. & has partes cōprædeudēdo & cognoscendo cognoscimus tēmpus. cum autem percipimus vnum, nunc tūm non percipimus ips, similiter cum percipimus plura nunc, quorum vnum est prius & alterū posterius, & non percipimus vnum ipsorum, vt prius & aliud vt posterius, non percipimus tempus. ergo ratio essentialis ipsis requirit prius, & posterius, nó qualitercunq; sed vt numerata, vel saltem numerabilia. Et tunc possumus respondere ad quæstionem, q̄ definitio ipsis est bona: quia omnes partes diffinitionis conueniunt ipsi tempori, vt patet ex dictis, & per illam diffinitionem cognoscitur essentia ipsis explicitè & distinctè: dum modo bene intelligatur. Considerandum aūr est hic, q̄ numerus est duplex, s. numerus quo numeramus, & numerus numeratus. Numerus, quo numeramus, vt cōtet dicitur, est ipsa ratio numerādi, quæ est discretio quædam ipsorum numerator um, & est numerus vnitatum, sicut dualitas, ternarietas, & huiusmodi. Numerus autem numeratus est ipsa res numerata, vt duæ albedines, & duo homines. & hmōi numerus est in quolibet prædicamento. nam in quolibet genere sunt res distinctæ abinuicem, & illæ sunt numerus, qui est res numerata: modo, cum dr, tempus est oumerus, non intelligitur q̄ sit numerus quo numeramus, s. discretio, & discontinuatio prioris & posterioris extra animam existēs. nam prius & posterius motus existentia extra animam non sunt actu discontinuata abinuicem, imo tempet sunt continua & copulata ad terminum cōm. ad mutatum esse vel ad mutans, & sm hoc tempus non esset quantitas continua in re extra animam, sed discreta: qđ est inconueniens omnino. vide relinquitur q̄ ipsum tempus est res numerata, & per cōsequens numerus numeratus, s. prius & posterius motus. & hoc vult dicere Com. cum dixit q̄ diffinitio ipsis, in qua non est ambiguitas, est numeratū, s. res numerata prioris & posterioris existentium in motu. Intelligēdum etiam q̄ dictum sunt prius, q̄ motus accipitur vno modo pro perfectione fluente, l. cuius vna pars generatur vel acquiritur post aliam donec perficiatur, & sit in actu. alio modo sumitur motus pro fluxu continuo seu successione ipsius mobilis ab vna parte perfectionis ad aliam, cuius tm quam fluxus & successionis vna pars est prior & alia posterior. modo cū dr, q̄ tempus est res numerata, quæ est prior & posterior ipsius motus non est intelligendum per illud prius & posterius partes perfectionis, quarum vna generatur prius & alia posterius, partes.n illius perfectionis sunt in tribus generibus sm communem doctrinam, s. qualitatis & quātitatis & vbi: sed intelligo prius & posterius q̄ sunt essentialiter motus partes ipsius fluxus cōtinui seu successionis & durationis, quarum vna est prior & alia posterior. Et adhuc illę partes fluxus seu successionis possunt dupliciter considerari. Vno modo sm se & absolute, & sic sunt partes motus: vel sm alios, vt concernunt actum relictum a motore immobili. Alio modo sm q̄ numerabilis, capta nata numerari & distingui per animam: & sic forte nominantur hoc nomine tempus. Nec intelligo q̄ ista aptitudo ad numerationē existēs in priori & posteriori parte successionis sit de essentia reporis, sed est relatio & proprietas formalis sub qua significatur ipsum tempus & intelligitur vt sentire vel sensus non est de essentia animalis: sed est modus essendi quo iumit intellectus animalis, & significatur hoc nomine animal. Similiter aūt & in multis alijs. Essentia igitur ipsius temporis existens extra animā est successio & fluxus partium successionis perfectionis habens partem priorem & aliam posteriorem existens dicta extra animā eo modo quo res successiua vel successio ipsa partis exist. te extra animam. Et hæc quidem successio vel fluxus continuus est quantitas continua: cuius partes copulantur ad terminum cōmunem, s. ad ipsum nunc. Præter illam autem quantitatem cōtinuam huc nomen tempus significat quoddam aliud, s. discretionem partium illarum factam per animam. & ideo dicit Com q̄ tempus est compositum &c. sicut prius exponebatur.

Numerus est duplex.

Tempus est numer⁹ numeratus. Com 101.

Temporis essentia.

AD primam tamen cum dr numeratio &c. potest dici q̄ vetum est accipiendo numerum pro numero quo numeramus modo prędicto, sed accipiendo numerum pro re numerata, sic numeratio prioris & posterioris existentium in motu bene est numerus prioris & posterioris, & hic est in proposito: tempus.n. est numeratio prioris &c. res numerata quæ est prius & como modo præexposito. Sed istud non est satis dictum: quia si Com. accipit numerationem pro re numerata; tunc erit sensus q̄ tempus est res numerata tet numeratæ motus; quod est dicturum. Et aliqui ideo dicunt aliter: ad cuius euidentiam considerandum est q̄ ad completum & perfectum ipsis intellectum oportet bus intelligi motum. Oportet.n. intelligi motum primum cuius prius & posterius essentialiter sunt motus. & oportet intelligi alios motus vel alium motum cuius vel quorum ipsum tempus est mensura: & hoc significauit ista diffinitio quam ponit. Com. quòd tempus sit numeratio numeri motus sm prius & posterius, i. tempus est mensuratio rei numeratæ ipsius motus sm prius & posterius existentia in motu primo, ita q̄ prius & posterius qua sunt in motu primo mensurante rem numeratam cuiuslibet. motus, i. prius & posterios cuiuslibet motus aliquo modo. Aliter potest dici quòd Com. ubi dicitur ipse quantum ad formale significatum qđ importatur hoc nomine tempus, dicit. n. formale est numeratio, i. diuisiua vel discretio numeri motus, s. prioris & posterioris existentiū in motu, numeri dico animus, i. rei numeratæ motus, s. prioris & posterioris existentiū in motu. Et illa numeratio rei numeratæ motus, s. prioris & posterioris existentium in primo motu fit actu per animam. Et ideo tempus quantum ad formale non est actu præter animam vel nisi per animam. Et q̄ ista sit intentio Com. apparet inspicienti verba eius. Dicit.n. sic: manifestum igitur ex hoc sermone q̄ diffinitio temporis est numerare numerum motus secundum prius & posterius, idest comprehensio numerati motus. & hic est numerus eius: quoniam quando numeramus numerum motus qui fuerit ex diuisione per instantia prioia & posteriora, tunc fit tempus. ergo tempus nihil aliud est quam numeratio numeri motus quæ fuit in eo ex diuisione eius secundum prius & posterius: & hæc sunt verba Com. In quibus manifeste videtur loqui de tempore pro illo significato temporis quod est in anima. illud enim est numeratio prioris & posterioris existentiū in motu: & docet modum per quem fit ista numeratio & numerare, l. per hoc quod dividitur, t. diuisim apprehenditur motus secundum prius & posterius. Et hæc quidem apprehensio prioris & posterioris motus seorsum & diuisim est formale significatum temporis, vt tactum fuit prius: vel ad minus discretio vel distinctio huius apprehensionis & illius; quod pro tanto dico, quia ipsa apprehensio vel intellectio prioris & posterioris existentiū in motu nō est quantitas discreta, sed est actu vel passio vel qualitas, vt dicitur, formale autem significatum temporis est quantitas discreta sm Com. Et quia non videtur esse intentio Arist. loqui hic de tempore & ipsum diffinire sm q̄ ens in anima; sed vt est quantitas continua motus & existens præter vel extra animam; & ideo dicit Com. cōm. 43. q̄ in lib. Alex. non est numerare numeri motus; sed numerus motus; & subdit; diffinitio igitur in qua non est dubitatio, est, tempus est numeratum prioris & posterioris existentium in motu. quare non valet ratio. Ad aliam cum dicitur numeratum prioris & posterioris &c. Verum est numerus quo numeramus; sed pūt esse numerus numeratus, scilicet res numerata; &

RESPON.

Ad primū.

Com. 101.

Com. 101.

Com. 101.

Ad secundū

hic

Ad tertiū. sic intelligit Com. & Arist. vt pater inspicienti. Ad aliam, prius & posterius motus nō est numerus motus, dico ꝙ verum est accipiendo numerū pro numero quo numeramus, sed beneest numerus numeratus: & hoc modo intelligitur.

Ad quartū. Ad aliam dico ꝙ tempus est numerus & res numerata, & prius & posterius &c. Et cum dr ꝙ ista res numerata est ipse motus. dico ꝙ verum est accipiendo morū pro fluxo continuo quo mobile fluit de vna parte perfectionis ad aliam, & iste fluxus cōtinuus seu successio & duratio est ipsum tēpus & est etiam motus ſm famositatem & ſm famosiorem opioionem. Diuersimodè tñ dicitur motus & tempus vt dictum est prius. Nam iste fluxus continuus ſm le consideratus dr motus, sed ſm quod est numerabilis & distinguibilis sic dr tempus. Et non est mihi inconueniens quod tps quantum ad id, quod ipsum est extra animam sit idem essentialiter cum motu accipiendo motum pro fluxu continuo licet non sit idem cum motu qui est perfectio generata pars post partem, vt dictum est prius. Ad aliam potest dici: ꝙ illud prius & posterius intelligendæ sunt pars prior & pars posterior fluxus continui, & non ipsa mutata esse: quorū vnum est prius & alterum posterius: non. n. ipsum tps est essentialiter ipsa mutata esse: quorum vnum est prius alio: sed est essentialiter pars prior & pars posterior fluxus continuoꝰ seu successiuoꝰ cōtinuæ. Et cum dr, ꝙ istæ partes non sunt numeratæ, sed continuæ & sic ſm hoc tempus non erit res numerata. hic dico ꝙ licet illæ partes fluxus continui nō sint extra animam actu, tñ sunt aptitudine aliter numeratæ & idoneæ ꝙ numerentur & distinguantur: & hæc numeratio & distinctio earum ſm discontinuationem fit per animam apprehendentem istas partes apprehensiooibus diuersis & discontinuis: & est simile sicut de linea continua, lineæ. n. ipsius continuæ partes non sunt actu extra animā numeratæ ſm dimensionem & differentiam: sed tñ quia vna pars lineæ non est alia, sed vna est extra aliam: ideo sunt aptæ natæ vt numerentur per animam ita, ꝙ anima apprehendat vnam illarum seorsum ab alia & diuisim non continuando apprehensionem apprehensioni alterius omnino. Similiter partes ipsius fluxus continui, quāuis non sint actu extra animam diuisæ & discontinuatæ: tñ quia vna illarum non est alia: sed vna est extra aliam vel post aliam: ideo sunt aptæ natæ ꝙ anima eas numeret distinctè & diuisim eas apprehendendo apprehensionibus non continuis. Et hæc numeratio est formale significatum ipsius temporis: & istud non est actu extra animam sed in potentia, inquātum partes istæ sunt aptæ natæ sic apprehendi: sicut partes lineæ sunt aptæ naturæ apprehendi seorsum & diuisim. In hoc tñ est differentia inter partes lineæ & partes fluxus: quia partes lineæ possunt discōtinuari actu extra animam per diuisionem vel cum legum aut lapis diuidit realiter: sed partes fluxus existentes in primo mobili nunquam possunt discōtinuari abinuicem per quodcunq; diuideos, realiter extra aiam, quia sic motus deficeret: quod est impossibile ſm Philosophum. vēre igo diffinitio temporis in qua nō est dubitatio esse tanta, quod tempus est essentialiter pars prior & pars posterior fluxus cōtinui, quo mobile fluit continuè de vna parte perfectionis ad aliam, prout illæ partes sunt numerabiles seu distinguibiles abinuicem, & hoc loquendo de tēpore quantum ad suum materiale significatū quod est extra animam

Ad sextum. quoquo modo. Ad aliam dicendum ꝙ prius & posterius non accipiuntur in diffinitione temporis pro istis respectibus qui suot prioritas & posteritas: isti. n. sunt relationes quædā; sed accipitur ibi prius & posterius pro re quæ substernitur vel subijcitur istis respectibus: & ista est quid absolutum.

Ad septimū Ad aliam cum dr, ꝙ prius & posterius diffiniuntur tempore &c. Dico ꝙ prius & posterius possunt accipi dupliciter. Vno modo prout sunt differentiæ ordinis. Alio modo pro partibus ipsius fluxus: quarū vna est prior & alia posterior. Primo modo prius & posterius diffiniuntur tempore. res. n. prior est quæ fuit in aliquo tempore in quo non fuit alia: & res posterior est quæ non erat in aliquo tēpore in quo erat alia: & loquor de prioti & posteriori prout sunt differentiæ ordinis generationis: nō differentię ordinis quæ est inter causam & causatum. Sed si sumatur secūdo modo. ꝙ pro partibus fluxus continui, sic ponuntur in diffinitione temporis, vt dictum est prius: & hoc non est inconueniens.

Prius & posterius diffiniuntur tēpore.

Formale significatū tēporis.

Partes fluxus non discōtinuatæ.

Tempus iraq; essentialiter est idem cum partibus successionis continuæ, quarum vna prior altera. Ad aliam cum dicit Com. ꝙ prius & posterius in motu &c. potest dici ꝙ loquitur de priori & posteriori in motu pro partibus perfectionis. Pars enim perfectionis prior est illa quæ fit in tempore priori: & pars posterior est illa quæ fit in tempore posteriori: & hoc modo non sumitur in diffinitione temporis: vt patet ex dictis: sed sumitur pro partibus fluxus continui numerabilibus vel numeratis. quare &c. Ad octauum

QVÆSTIO XX.

An Prius & posterius motus essentialiter sint idem cum priori & posteriori ipsius temporis.



RATIA prædictorum quæritur hic. Vtrū prius & posterius motus sint idem essentialiter cum priori & posteriori tpis. Arguitur primo ꝙ non. quia, si sic esset. tunc prius & posterius in motu non essent partes motus, quod vē inconueniens. & pater consequentia. quia partes temporis non sunt partes motus. nunc autem prius & posterius in tpe sunt partes temporis. ergo prius & posterius in tēpore non sunt partes motus. & sic. si prius & posterius in motu sint idem essentialiter cum priori & posteriori in tpe, tunc prius & posterius in motu non erunt partes ipsius motus. Item, si sic, tunc tps diffiniretur per prius & posterius in tpe: quod vē inconueniens. specialiter ꝓpter hoc, quia partes quantitatiuæ non videntur poni in diffinitione totius quantitatiui, vt vē velle Arist. in 7. Meta. semicirculus. n. nō ponitur in diffinitione circuli, nec digitus in diffinitione illius, cuius est digitus, sed magis è conuerso. vnde ibi dicit Philosophus. ꝙ semicirculus diffinitur circulo, & digitus toto. & pater consequentia: quia tempus diffinitur per prius & posterius in motu. vt patet in litera. si ergo prius & posterius in motu est idem essentialiter cum priori & posteriori in tpe, tunc diffinitur tempus per prius & posterius in tpe. Prius autem & posterius in tēpore sunt partes tpis, vt manifestum est quare &c. Item, si prius & posterius in tempore esset idem essentialiter cum priori & posteriori in motu, tunc cum prius & posterius in motu nōn fit aliud quā successio continua vel duratio motus, sequeretur ꝙ etiam ipsum tps esset essentialiter ipsa successio continua vel duratio motus, & sic multo melius & facilius potuisset tps fuisse diffinitum dicendo ipsum esse successionem aut durationem continuam motus, q̄ Arist. ipsum diffinioit dicendo, ipsum numerum primi & posterioris in motu: quod est ridiculum. Item causa nō est idem essentialiter cum causato: hæc est manifesta. causa. n. est, ad cuius esse sequitur aliud, vt communiter dicitur. & hē in libello de Bona fortuna. sed prius & posterius in motu est causa prioris & posterioris in tempore, vt vult Arist in litera, sicut prius & posterius in magnitudine est causa prioris & posterioris in motu: vt dicitur in litera & in textu Commentatoris habetur sic, quia motus est cōtinuus & tempus est continuum. & Commentator exponendo illam dicit, ꝙ causa continuitatis temporis est continuitas motus. Item, si prius & posterius tps esset idem essentialiter cum priori & posteriori motus & ē conuerso, tunc tempus non mensuraret motum ſm ꝙ quotum quoddam est. quod est cōtra Arist. dicentem, ꝙ tempus mensurat motum & quietem, ſm quòd quanta quædam. & probatur consequentia: quia tempus est idem essentialiter cum suo priori & posteriori, vt omnes concedunt: si igitur prius & posterius temporis est idem essentialiter cum priori & posteriori motus, sequitur, ꝙ tempus est essentialiter prius & posterius ipsius motus. prius autem & posterius ipsius motus est quantitas motus, seius successio continua: igitur tempus erit quantitas motus essentialiter. si igitur tempus mensurat motū, secundum ꝙ quantitas est: tunc tempus mensurat seipsum, quia ipsum tempus est quantitas motus, vt deductum est. quare &c. Item mesura est prior mensurato naturaliter 10. Metaphy. sed tempus est mensura motus, vt quantitas est, vt conceditur. & hoc dicit Arist. igitur tempus est prius naturaliter quantitate motus, hnc autem non esset, si ipsum tempus esset essentialiter quantitas motus, quia nihil est prius naturaliter seipso: modo, si prius & posterius in tempore

Tex. c. 99.

Tex. c. 2.

essent idem essentialiter cum priori & posteriori in motu: cum prius & posterius in motu sint quàtitas ipsius motus, tunc tempus, quod est prius & posterius, esset quàtitas motus: quod est inconueniens, vt probatum est. ergo &c.

Oppositum arguitur, quia prius & posterius in tempore est idem essentialiter ꝙ tempus: hæc est manifesta. sed tempus est idem cum priori & posteriori ipsius motus: ergo à primo ad vltimum, prius & posterius temporis idem est essentialiter cum priori & posteriori in motu. quare &c.

CONCLVSIO.

Prius & posterius motus, si pro perfectionis parte per motū importatæ sumantur, siue pro ipsa tranſmutatione, à Priori & Posteriori temporis distinguerentur, si vero pro tranſmutatione successiua, seu successione cōtinua, cum illo eadē sunt.

AD euidentiam quæstionis est intelligendum, ꝙ sicut tenet doctrina communis super Tertium huius, & attribuitur Com. motus potest accipi dupliciter. vno modo pro forma imperfecta, cuius vna pars generatur post aliam continuè donec perficiatur, & sit in actu. alio modo pro fluxu continuo, quo mobile fluit de vna parte ad aliam. Aliam tō distinctionem, vel eandem modo alio loquendi ponit Cōmentator in Quinto huius, quòd motus potest considerari quantum ad suam materiam, & sic est perfectio diminuta in eodem genere existens cum termino ad quem. Alio modo quantum ad formam suam, & sic est tranſmutatio continuata cum tpe, & sic est genus per se, f. passio, vt dicit ibidē. Hanc autem distinctionem non sic intelligo, quod ipse motus sit quid vnum per se cōpositum essentialiter ex illis rebus prædictis. f. ex perfectione diminuta, & ex trāſmutatione coniuncta cum tempore: nam ex talibus rebus diuersis & præcipuè diuersorum generum prædicamentalium, non fit vnum ens per se. Sed intelligo sic quod hoc nomē motus significat. duo, quorum vnum est sicut materia, & aliud est ad modum formæ, & illud significatum qđ habet modum materiæ respectu alterius est ipsa forma diminuta, cuius vna pars generatur post aliam. illud autem, quod habet modum vel similitudinem formæ est ipsa tranſmutatio coniuncta cum tempore: quare autem vnum istorum est sicut materia, & alterum sicut forma, videndū est in Quinto huius. Si autem ipsa tranſmutatio coniuncta cum tempore, quam Com. dicit esse formam motus, est quid, aliud ab ipso fluxu continuo & à successione & à durationē, tunc oportet intelligere ex prædictis distinctionibus vnam distinctionem trimembrem. & est, ꝙ motus potest accipi pro forma diminuta tendente ad complementum. alio modo pro tranſmutatione coniuncta cum tempore. alio modo pro fluxu continuo seu successione ipsius durationis, quę prouenit vel ex resistētia medij, sicut in grauibus & leuibus inanimatis: vel ex resistētia termini à quo, sicut in alijs motibus propriè dictis. Vltetius intelligendum, ꝙ per prius & posterius in motu possumus intelligere tria. Vno modo partes perfectionis, quarum vna generatur prius quam alia. Alio modo partes ipsius tranſmutationis coniunctæ cum tempore, cuius vna pars est prior alia. Tertio modo potest accipi prius & posterius motus pro parte priori & parte posteriori fluxus cōtinui seu successionis & durationis. Tertio considerandū est, ꝙ prius & posterius in tempore, vt hic sumitur, sunt partes quantitatiuæ temporis, & sunt idem essentialiter cum ipso tempore, & è conuerso: sicut partes quantitatiuę lineæ sunt eædem essentialiter cum ipsa linea, & è conuerso. His visis dico ad quæstionem tria. Primo, ꝙ, si sumatur prius & posterius motus pro partibus perfectionis, quarum vna generatur post aliam, sic non sunt idem essentialiter cum priori & posteriori in tempore. & hoc faciliter probatur quia huiusmodi partes motus sunt in prædicamento quāritatis vel qualitatis vel vbi, sicut etiam motus, qui est forma fluens. tempus aūt in genere quantitatis, vt manifestum est in prędicamentis. Secundo dicēdum, ꝙ etiam si recipiatur prius & posterius pro partibus tranſmutationis, quarum vna est prior & alia posterior, adhuc ista non sunt eadem essentialiter cum & priori & posteriori, quę sunt tps: quia quemadmodum prima tranſmutatio coniuncta cum tpe, quam Com. ponit formam motus, est in genere passionis secundū Com. sic etiā partes eius sunt in genere passionis, sicut partes albedinis sunt in eodē genere cum albedine. eo modo, quo ipsa potest habere partes: quare tempus ipsum, cum sit quantitas, non est idem essentialiter cū illis partibus tranſmutationis. Tertio dico, ꝙ, si sumaē prius & posterius pro partibus fluxus continui, siue pro ipsa successione cōtinua & durationē, sic sunt idem essentialiter cum ipso priori & posteriori tpis. quia huiusmodi prius & posterius, quę sunt partes fluxus continui, sunt quædam quantitas continua, f. duratio successiua: hoc habeo pro manifesto. sed non possunt esse alia quantitas, nisi ips, vt manifestum est considerāti per inductionem. non. n. est quantitas permanens, f. neque linea neque superficies, neq; corpus, neq; est quantitas successiua, quæ est oratio. quia oratio, quę est species quantitatis, dr esse multitudo partium vocis distantiū & sibiinuicē succedentiū: quare relinquitur, qđ prius & posterius, quæ sunt partes fluxus continui, seu successionis continuæ, sunt idem quod ipsum ips: Tempus autem est idem essentialiter cum priori & posteriori in tpe: quia hæc sunt partes eius intrinsecæ quantitatiuæ: ergo prius & posterius est idē essentialiter in motu cum priori & posteriori in tpe. Item, confirmatur, quia motus mensuratur tempore, fm ꝙ quantus est quantitate successiua: hoc est notum. tunc quæro de illa quantitate successiua, fm quam motus est mensurabilis à tpe, an ipsa sit tempus, an alia quantitas à tpe. Si sit tps, habeo propositum. nam prius & posterius in motu non sunt aliud q̄ quantitas motus, loquendo de motu pro fluxu formæ: & sic illud prius & posterius est ipsum tps. Et si dicatur, ꝙ illa quantitas successiua, fm quā motus cōtinuus est mensurabilis tpe, sit alia quaotitas à tempore: cum illa quātitas non sit species quantitatis, quæ est oratio, nec linea, nec superficies, nec tempus, nec uumerus, vt manifestum est: sequitur, ꝙ est alia species quantitatis præter illas, quas Arist. oumerauit in prædicamentis: quod est absurdum &c.

Comm. 9.

Prius & posterius i motu.

RESPON.

AD rationes. Ad primam, cum dr, ꝙ sic prius & posterius non essent partes motus &c. dico, ꝙ non sequitur, & ad probationem cum dicitur, ꝙ partes temporis non sunt partes motus, dico, ꝙ verum est, accipiendo partes motus pro partibus perfectionis, cuius vna pars generatur post aliam, sed, si loquatur de motu pro fluxu continuo formæ, sic partes tēporis bene sunt partes motus, & è cōuerso. licet differant aliquo modo fm rationem & modum, vt dictum fuit.

Ad aliud cōcedo, ꝙ tempus bene diffinitur per prius & posterius, quę sunt eius partes quantitatiuæ. Et, cum dr contra hoc, quod partes quantitatiuæ non ponuntur in diffinitione totius, potest dici, ꝙ verū est in diffinitione totius, cui accidit quantitas, sicut homini accidit quātitas: & ideo digitus, qui est eius pars quantitatiua, non ponitur in eius diffinitione, sed *in* diffinitione totius, qđ essentialiter est quantitas vel eius essentia est quantitas, bene ponuntur eius partes. vnde in prædicamentis dr quod quantitas continua est cuius partes sūt copulatę ad terminum cōem. ecce quòd in diffinitione quantitatis ponuntur eius partes. Similiter uumerus diffinitur ꝙ sit multitudo ex vnitatibus aggregata. & constat ꝙ vnitates sunt partes numeri quantitatiuæ. sic autem est in proposito. tempus est quantitas continua, & prius & posterius, quæ sunt eius partes fluxus numerabiles seu distinguibiles, sunt eius partes. quare &c. Et, cum dr tertio, ꝙ tunc fm hoc Arist. potuisset meliua diffinire tempus diceudo, ipsum esse fluxum [continuum vel successionem continuam de vna parte perfectionis ad aliam. Dico, ꝙ imo Aristo. melius diffiniuit tempus dicendo ipsum esse numerum motus secundum prius & posterius, i. sicut Com. exponit res numerata & priori & posterioi existentium in motu: hæc. n. est diffinitio temporis completa. Intelligendo rō per illa prius & posterius partes fluxus continui. Istę autem partes fluxus continui non dicuntur tempus nisi sub ratione qua sunt numerabiles & distinguibiles abinuicem, ita ꝙ ipsa aptitudo ad numerationem & distinctionem, est formalis ratio, sub qua tempus significat illud quod significat. Quod autem istæ partes sunt numerabiles, hoc puenit eis ex eo, ꝙ sunt diuersæ, ita quòd vna earum non est alia. Diuersitas autem earum non intelligitur nisi fm quod vna est prior & alia posterior: sicut diuersitas partium lineæ non intelligitur, nisi quia vna est extra aliam: vel in alio situ vna q̄ alio, vnde, si essent in eodem situ, reuerterentur in idem, vt patet ex Quarto huius. Et sic radicalis causa numerabilitatis

Partes quātitatiuæ ponunt in diffinitione totius qđ est quantitas.

litatis istarũ partium est prius & posterius: & propter hoc multum tamen subtiliter & profunde considerauit & diffinuit Aristot. ipsum tempus, dicendo ipsum esse numerum motus secundum prius & posterius. per hoc enim explicauit essentiam temporis scilicet ipsum fluxum continuum, & rationem numerabilitatis eius, sub qua numerabilitate importatur hoc nomen tempus: ita quòd melius diffinuit tempus, quam, si solũ dixisset ipsum esse fluxum continuum vel durationem, vel successionem continuam.

Prius & posterius in motu non sunt causa prioris & posterioris in tempore.

Ad aliam, quæ mihi vr difficilis, cum dr, q prius & posterius &c. vr mihi q in textu Arist. hoc non hr, q prius & posterius in motu sit causa prioris & posterioris in tempore: sed bene dicit, q prius & posterius in magnitudine est in alio modo causa prioris & posterioris in motu: & loquitur hic de motu locali. & subdit, q in tempore &c. est prius, & posterius propter id quod sequitur alterum, idem, propter id, quod vna pars temporis sequitur aliam, & hæc sunt verba Aristot. Quoniam autem in magnitudine primum & vltimum necesse est in motu prius & posterius esse proportionaliter his, quæ sunt ibi. At verò & in tẽpore est prius & posterius pp id quod, sequitur alterum alterũ. In quibus verbis nõ exprimitur q prius & posterius motus sit causa prioritatis & posterioris temporis. quod si quis vellet hoc tenere, quia famosum est, posset dicere, q prius & posterius ipsius motus, quæ quidem prius & posterius sunt partes perfectionis, quarum vna generatur post aliam, ista sunt aliqualiter causa prioris & posterioris in tempore. Dictum enim est, quod prius & posterius temporis est ipse fluxus continuus seu successio: hmõi fluxus seu successio quodammodo fundatur in illa forma vel perfectione, cuius vna pars generatur post aliam sicut fluxus, quo calefactibile fluit de vna parte caliditatis ad aliam, quodammodo fundatur in tpia caliditate, non tãquam in principali subiecto, sed sicut in dispositione & præparatione subiecti. Similiter fluxus, quo vnum mobile localiter fluit de vno vbi ad aliud vbi, vel succedit aliquo modo fundatur in ipso vbi, & sic prius & posterius motus, qui est perfectio fluens se habet in ratione causæ materialis eelpectu ipsius fluxus continui, seu successionis continuæ. Sed quod Comment. dicit videtur difficilius, q causa continuitatis temporis est continuitatis motus. Forte dicendum, q per continuitatem motus Commenta. intelligit dependentiam & productionem motus à motore sine interruptione & defectu essendi, & hæc est aliquo modo causa continuitatis temporis. quia. n. motus dependet à motore sine interruptione, ideo durat continua & habet tempus continuum, sed si intelligeret per continuitatẽ motus quandam aliam quantitatẽ ipsius, quæ, sit cã temporis, hoc esset multum mirabile. Et forte per continuitatem motus intelligit partes perfectionis, quæ continuæ sibimuicem succedũt sine medio, hæc. n. partes substernuntur fluxui seu tempori aliquo modo, & sic reducũtur ad genus causæ materialis & subiecti. Inquite bene vsque ad finem, nescio aliud nunc.

Dubitatio Solutio.

Tẽpus mensurat seipsũ

Tex. c. 133. Text. c. 57.

Ad aliam, nego consequentiam. Et, cum dicitur, q tunc tempus mensurabit ipsum, dico, q non est inconueniens ipsum tempus vno modo sumptum mẽsurare seipsum, & alio modo sumptum. Aliqua. n. pars tẽporis determinata & nota per sui replicationem mensurat aliquod totum tps ignotum vel minus notum, vt dies mensurat annũ, vel mensem & sic de cæteris. Et hoc videtur sentire Arist. in litera, vbi dicit, q totum mensuratum est idem q multa mota, quod, verum est: quia totum est idem cum suis partibus aliquo modo, vt patuit, in 1. huius. Ad aliam cum dicitur, mensura est prior mensurato, pòt dici, q verum est aliquo modo, sicut pars toto, præcipue loquendo de mensura per replicationem. Et, eum dr, q tempus non est prius quantitate motus, dico, q tempus, pro aliqua parte temporis prius est toto tẽpore quoqno modo prioritate materiæ ad formam, & sic sufficit in proposito, pars. n. temporis replicata mensurat totum tempus, & est prior tempore quod mensurat. Et est notandum, q licet idem fit realiter tempus mensuratæ quantitatem motus, & tempus mensurare tempos, eo quòd ipsum tempus est quantitas motus. tamen differunt secundum modum quia dicitur mensurare motum, inquantum ille fluxus mensuratus refertur ad mobile, & dicitur mensurare tempus, inquantum ille fluxus est numerabilis ẽm prius & posterius. prout ergo dies mẽsurat annum ẽm q annus est quidam actus mobilis & mobile. & sic dies mensurat motũ talẽ: sed prout mensurat ipsum, vt est numerabilis ẽm prius & posterius, vt sic mensurat ipsum, vt tempus est, similiter autem est in alijs. Imaginatus sum ergo per prius dicta, q vna & eadem est successio, quæ est inter duo mutata esse, & quæ est inter duo instantia, & dicitur illa successio motus, secundum q concernit actum relictum in mobili à mouente, & eius termini, vt sic dicuntur mutata esse. Et eadem ratio ẽm se considerata, vel considerata, vt numerabilis, dr tempus: & eius termini, vt sic, dicuntur instantia ẽm esse.

Mensurare tẽpus & moeum differunt.

Successio inter duo mutata esse & inter duo instãtia est eadem.

Ipsum autem nunc mensurat tempus, secundum quòd est prius & posterius, ipsum autem Nunc est sicut idem, est autẽ rò sicut non idem. secundum quidem enim quòd in alio, & in alio est alterum est. hæc autem ipsum nunc idem est &c. Tex. c. 104

QVAESTIO XXI.

An Vnum & idem Instans sit in toto tempore.

COnsequenter quæritur, vtrum instãs sit vnum & idem in toto tempore. Arguitur primo quod non, ratione ubus Arist. quia cuiusliber diuisibilis finiti oportet esse duo extrema, inter quæ illud includitur & continuatur, vt lineæ finitę sunt duo puncta, & superficiei finitæ sunt duæ lineæ: sed est accipere tempus finitum, sicut horam, aut diem: ideo oportet talis temporis esse duos terminos, vel extrema. termini autem vel extrema ipsius tempotis non sunt nisi instantia, vt manifestum est: ergo instans nõ est omnino vnum in toto tempore. Item, si sic, tunc illa quę fuerunt in millesimo anno, erunt simul cum illis, quæ sunt nunc, vt bellũ troianum esset nunc aut huiusmodi: sed hoc est impossibile & absurdũ. Et probatur consequentia, quia simul sunt illa, quæ sunt in eodem instanti, & vnum talium non est prius alio, neq; posterius: quare &c. Item sicut se habet punctus ad lineam, sic instans ad tempus. per conuenientem similitudinem, quam etiam Arist. concedit: sed non est vnus solus punctus per totam lineam, vt manifestum est: quia sic corrupto vno solo puncto lineæ corrumpetentur omnes quod est falsum. cum enim diuiditur linea, corrumpitur punctus vnus qui continuabat partes illas, in quas fit diuisio: sed non propter hoc corrumpuntur omnia puncta illius lineæ, vt manifestum est ergo &c. Item si sic tunc instans non esset instans: quod est impossibile: & probatur consequentia: quia instans dicitur quasi non stans, vt dicunt Grammatici: modo, si maneret vnum & idem in toto tempore, tunc esset stans, & sic nõ esset non stans: & per cõsequens non esset instans, quod est impossibile. Item, sicut se habet indiuisibile motus ad motum, sic indiuisibile temporis se habet ad tempus, per conuenientem similitudinẽ: sed indiuisibile motus non est vnũ & idem in toto motu. Indiuisibile. n. ipsius motus est mutatum esse, & hoc non est vnum & idem per totum motũ, imò aliud & aliud. est. n. aliud & aliud vbi in motu locali, & alius & alius gradus formæ in motu ad formam: quare &c. Item si instans esset vnum, & idem in toto tempore, tunc ipsum instans esset diuisibile. non enim est intelligibile, q aliquid vnum & idem sit in aliquo toto diuisibili, nisi sit diuisibile, saltem per accidens vt albedo non posset esse in tota superficie, nisi ipsa albedo esset diuisibilis saltem per accidens. Cũ ergo tempus sit quid diuisibile, videtur necessario, si instans est vnum & idem in toto tempore, q ipsum sit diuisibile, saltem per accidens: hoc autem est impossibile: quare &c.

Tex. c. 90.

Tex. c. 72.

Oppositum vult Aristot. in litera.

CONCLVSIO.

Quamuis secundum esse vnum & idem instans idem non sit in toto tempore, idem tamen instans secundum substantiam sub toto tempore esse necessarium est.

AD quæstionem est intelligendum, q instans dupliciter potest accipi ẽm Arist. in litera. Vno modo secundum substantiam. Alio modo secundum esse. Et ad huius distinctionis intellectum est considerandum, q mobile pòt considerari dupliciter. vno modo potest considerari ẽm se, alio modo potest considerari quantum ad suum mutatũ esse. ipsius

sius aũt mobilis ℰm se sumpti est aliqua mensura, & hoc nõ est tempus: quia tempus est mensura motus, vt dicitur hic. vnde reliquũ videtur, ℚ illa mensura sit ipsum instans secũdum suam substantiam, intelligo igitur per instans secundum substantiam ipsam mensuram mobilis secũdum se. sed instans ℰm esse, vt credo ad præsens, est ipsum mutatum esse mobilis ℰm actum. sicut. n. idem fluxus realiter est motus & tempus, vt dictum est prius, sic vnum & idem indiuisibile est terminus motus & temporis: vnde ipsum mutatũ esse actu existens in mobili dum mouetur est idem quod instans ℰm esse. sed dicitur instans in habitudine ad tempus, & dicitur mutatum esse in habitudine ad motum, vt iactũ fuit prius. Viderius considerandum est, quod ipsius mobilis est duplex esse. Vnum est esse primum & substantiale, & aliud esse accidentale. sicut esse in theatro vel in foro. modo, constat ℚ mobile per totum motum manet vnum & idem ℰm esse substantiale primum, sicut est esse cœlum, vel lapidem, vel hominem, sed non manet vnum & idem secundum esse accidentale, imo diuersificatur ℰm talia esse, vt manifestum est per se. Sic etiam ipsum instans habet vnum esse substantiale, & aliud esse accidentale: esse quidem substantiale ipsius instantis secundum substantiam est ipsum esse id, quod est mensura ipsius mobilis, secundum se, esse verò accidentale est mutatum esse hoc vel illud, vel aliquid huiusmodi.

Instans & mutatũ esse sunt idẽ. Mobile habet duplex esse. Instans habet duplex esse.

Tunc dicendum ad quæstionem duo ℰm Arist. in litera. Primo, ℚ instans ℰm esse non est vnum & idem in toto tempore. Secundo ℚ instans ℰm suam substantiam est vnum & idem sub toto tempore. Primũ probatur ratione. dũs Arist. in litera, quæ sunt insolubiles, quantum, ad illam partem, & tu relume eas in ponendo. Item probatur aliter: quia sicut se habet mobile ad motum, sic nunc ad tempus, per conuenientem similitudinem. nam sicut mobile notificat motum aliqua via, sic nunc ipsum tempus, vt factum fuit prius. sed mobile non est vnũ & idem ℰm esse, saltem accidentale per totum motum vt cuidens est de se in omni motu: quare similiter nunc non erit idem ℰm esse in toto tempore. Tunc ostendo secundũ: quia sicut se habet mobile ad motum, sic instans ad tempus: sed mobile manet vnũ & idem ℰm substantiam sub toto motu continuo: ergo nunc ℰm substantiã debet manere vnum & idem in toto tempore. Idem, mensura illius, quod manet idem in toto tempore, debet manere eadem sub tempore vel in toto tempore. sed nunc ℰm substantia est mensura alicuius, quod manet idem ℰm substantiam in toto tempore: est. n. mensura alterius mobilis ℰm se, quemadmodum tempus est mensura motus quoquo modo similitudinis. ergo &c Item, probatur ratione Arist. in litera, supponendo, ℚ nunquam aliqua duo tempora possunt esse simul, quorum vnum non contineat alterum & hoc manifestum est cuilibet intelligẽti. non. n duæ horæ æquales, quarum vna non est alterius contentiua, sunt simul. Similiter duo dies, & duo anni. cum ergo instãs sit indiuisibile, saltem in tali genere, & per consequens vnum non cõtineat alterum: impossibile est ℚ duo instantia sint simul. vnde, si instans esset aliud & aliud in tempore, oporteret ℚ aduenienti e posteriori corruptum esset prius. Tunc arguitur, si esset aliud & aliud nunc secundum substantiam in tempore, tunc aduenientẽ posteriori nunc, corruptum esset prius, vt patet ex dictis: sed hoc est impossibile: quia, si aduenientẽ posteriori nunc, prius nũc esset corruptum, aut esset corruptum in seipso, aut in nunc priori, aut in nunc posteriori. Si diceretur ℚ esset corruptum in seipso, nunc simul esset & non esset: quia quod corruptum est non est. si igitur ipso existente est corruptum, tunc simul existit & non existit: quod est impossibile. Si verò diceretur, ℚ corruptum est in instanti præcedenti ipsum, hoc est impossibile: quia quo de corruptum est in aliquo instanti fuit ens ante illud instans. ergo, si hoc instans fuerit corruptum in instanti ipsum præcedente, tunc ante illud instans præcedens ipsum fuit ens quod est impossibile. Et breuiter, non corruptum est in instanti præcedente ipsum, sequitur ℚ prius corruptum est quàm fuerit, quia in nullo instanti præcedentium fuit ens. Si autem diceretur ℚ est corruptum in instanti sequente ipsum, hoc non potest stare, quia, cum instans ooo sit contiguum nec immediatũ instanti, vt patet in Sexto huius, immo inter quælibet duo instantia est tempus medium, necesse esset quod illud instans simul esset in toto tempore intermedio inter illa duo iustãtia: & sic, cum in illo tempore sint instantia plura sequitur inconueniens quod prius. scilicet ℚ vnum instans sit simul cũ alio imo cum multis alijs ergo non pòt contingere ℚ aduenientẽ nunc posteriori corruptũ sit nunc prius: quare si est aliud & aliud nunc temporis, sequitur ℚ simul erunt diuersa nũc quod est impossibile, vt dictum est. Circa illam rationem considerandum. ℚ sicut aliqui dicunt, & satis rationabiliter illa ratio non potest esse demonstratiua. nam per eandem viam probaretur, ℚ instans secundum esse non est aliud & aliud in toto tempore, imo totum vnum. Arguereturenim, si esset aliud & aliud instans secundum esse, tunc aduenientẽ posteriori, oporteret corruptum esse prius. quia aliter simul essent, quod est impossibile. tunc quæritur, an illud prius instans sit corruptum in ipso nunc priori, aut in aliquo nũc præcedente ipsum, aut in nunc sequenti: & quocunq; dato sequitur inconueniens, vt prius deductum est. Per eandem etiam viam probaretur ℚ mutatum esse non corrumperetur, sed maneret aduenientẽ alio mutato esse: quod tamen falsum reputatur. quia ergo per illã rationem, si valeret conuincerentur ista duo impossibilia. scilicet ℚ mutatum esse non potest corrumpi, & quia nunc secundum esse non est aliud & aliud in toto tempore, necesse est dicere illa rationem non esse demonstratiuam: & ℚ Aristor. non vetitur ea tanquam demonstratiua: sed vt probabilis solum. Diceretur ergo soluendo illam rationem, ℚ instans ℰm esse est aliud & aliud. Et, cum dicitur, quod aduenientẽ vno instanti, oportet alterum corruptum esse, concedo. Et, cum quæritur, in quo instanti corruptum est illud tollens, dicũt hic aliqui, ℚ ipsum instans non est corruptum in aliquo instanti, sed in tempore sequente illud instans. Et hoc sic declarant. quam sicut concedimus corruptum esse rei, quæ habuit esse temporale, est in instanti, sic rationabile videtur, ℚ corruptũ esse rei, quæ habet esse indiuisibile, & quæ non habet esse diuisibile, & tale sit in tempore sequente. vnde, cum ipsum instans ℰm esse non sit quid diuisibile, sed indiuisibile, suum corruptum esse non est in aliquo instanti, sed in tempore sequente ipsum. Et tunc dubitatur circa hoc quia corruptum esse est terminus corruptionis. si ergo instans aliquod corruptũ est in tempore sequente ipsum, tunc oportet ℚ corruptio eius præcellerit. Quæritur ergo, in qua mensura fiat eius corruptio, vtrum in ipsomet, aut in tempore præcedente, aut in tempore sequente ipsum. non est dicendum, ℚ sua corruptio fiat in ipso: quia licet corruptũ esse sit in instanti, tamẽ corrumpi non est in instanti. Et iterum, si eius corrumpi diceretur esse in ipso instanti, quod contingit, aut ipsum corrumpi esset totum simul, aut pars post partem, & successiue. Si totum simul, ergo totum corruptum est in seipso, quod est impossibile. Si pars post partem, tunc oportet ℚ eius mensura habeat partem & partem: instans aũt non habet partes: ergo corrumpi ipsius tollantis non habet in ipsomet instanti. si verò dicatur, ℚ eius corrumpi fiat in ipso præcedente ipsum, hoc nihil est: quia sic corrumpetur ante quam fuerit, cum in tempore præcedente non fuerit. si autem dicatur, ℚ eius corrumpi fiat in tempore sequente ipsum, tunc manebit in aliqua parte temporis sequentis: quia illud, quod corrumpitur, dum corrumpitur, est eius, ℰm ℚ corrupi distinguitur contra corruptum esse: ergo simul erit cum omnibus instantibus illius temporis: quod est impossibile. Forte dicendum, ℚ corrumpi esse non sequitur corruptum illius & eiusdem rei, nisi in rebus diuisibile esse habentibus: instans autem habet esse indiuisibile: & ideo suum corruptũ esse non est posterius ad eius corrumpi, sicut & eius generatum esse non est posterius generari. Et cum dicitur, ℚ corrumpi esse est terminus corruptionis, & sic est posterius eadem. Dicendum, ℚ verũ est in rebus habentibus diuisibile esse, & tẽporale, sed in rebus indiuisibilibus non est verum: sicut etiã in talibus generatum esse nõ est posterius generationeo, vt dicitur in 10. Ethicorum. de delectationeo: & similiter de alijs indiuisibilibus.

Tex. c. 90. Obiectio. Dubitatio.

Sed contra prædicta oriuntur quædam difficultates. primo de instanti secundum substantiam quid sit illud, aut. n. est idem essentialiter cum ipso mobili, aut antecedens eius. non est dicendum, ℚ sit essentialiter idem cum mobili: quia sic non esset mensura eius, cum nihil sit mensura sui ipsius. si verò est accidens mobilis, quæritur in quo genere sit illud. aut

lud. aut in genere quantitatis, aut qualitatis, aut in aliquo alio : hoc.n. non est satis manifestum. Item, mensura debet
Tex. c. 104. esse notior mēsurato, vt manifestū est 10. Metaph. nunc autem ipsum instans non est notius mobili, imo e conuerso, le cuodum Cōmē. expresse. Dicitur.n. q̄ translatum est, cum hoc quod est prius instanti in esse est apud nos notius. Forsitan Cōm. ibi loquitur de totlanti ſm esse, & non de instanti secundum substantiam. Item, dubitarur de instanti secuodum esse. cum enim instans ſm esse sit mensura ipsius mutati esse, vt omnes conceduot. & othi est simplius mensura. vi detur, quòd ipsum instans secundum esse noo sit idem essentialiter cum mutato esse, cuius oppositum dicebatur prius.

Responsio. Ad primū. Instans est in genere quātitatis.

Ad primum istorum videtur dicendum, q̄ instans secundum substantiam non est idem essentialiter cum ipso mobili. sed, cum quæritur, in quo prædicamēto debet esse ipsum instans secundum substantiam, de hoc non est multum exquisitum. Potest dici forte, q̄ est in genere quēntatis est. n. vnitas eius, quod lectur. vnitas mobilis, sicut videtur velle Philosophus in litera : & hoc forte est principium numeri, quo ipsum mobile numeratur cum alijs mobilibus. Si autē quæratur, quare ipta vnitas magis dr instans quam substantia mobilis, cum tamen substantia mobilis non sit minus, sed mota & fluens. dici potest, q̄ licet substantia mobilis sit principale subiectum motus, tamen ad vnitatem motus necessario requiritur vnitas mobilis, vt patet in Quinto huius. &
Tex. c. 34 ideo ista vnitas dicitur instans secundum esse, quod est dispositio ad motum vnum. Et alij dicunt, q̄ non esset magnū
Instans est substantia mobilis. inconueniens, q̄ ipsum instans secundum substantiam esset ipsamet substantia mobilis. ista.n. substantia mobilis est, illa quæ principaliter subiicitur motui, & quæ est non stans. i. non manens sub eo dē esse: dicitur rō mobilis, vt substat motui : & dr instans vt substar fluxui, qui est tempus. Et, cum dicitur, q̄ instans ſm substantiam est mensura ipsius mobilis, & nihil est mensura suipsius. dicerent, q̄ hoc non est verum, nec habetur hoc ab Arist. in litera. nec est demonstratum sufficienter. s. q̄ instans ſm substantiā ut mensura mobilis, imo mensura mobilis quantum ad eius magnitudinem est aliqua quantitas : quæ aliquotiens sumpta reddit tatam magnitudinem eius permanentem : mensura aūt eius quantum ad suam substantiam est æternitas : & loquitur de mobili primo, & vniuersaliter de corpore cœlesti : æternū.
Text. c. 20. secundum substantiam, vt patet ex Primo Cœli & Mundi. Primum tamen dictum. s. q̄ instans secuodum substantium, est vnitas ipsius mobilis : & q̄ est aliud essentialiter à tabilan tia mobilis est communtus & magis creditur esse de intentione Arist. & Cōm. Ad aliud dubium, cum dicitur, mensura &c. Ad hoc dicunt aliqui q̄ per mobile nos postumus intelligere duo. Vno modo substantiam & naturam ipsius mobilis non comprehendendo illam dispositiooem, quæ dicit instans secundum substantiam, & sic mobile bene est notius instanti & hoc modo intelligit Cōm. vel per mobile possumus intelligere naturam mobilis comprehendendo istam dispositionem eius : & sic ipsum instans ſm se sumptum no
Impugnatio. tius est mobili, & est eius mensura. Sed illud non videt stare quia si illud totum aggregatum ex natura mobilis & illa dispositione est minus notum ipso instanti ſm se sumpto, aut illud conuenit illi instanti ratione naturæ mobilis, aut rōne illius dispositionis, aut rōne totius. non primo modo, quia iam concessum est ipsum mobile notius esse instanti. nec secundo modo : quia sic instans esset minus notum seipso. nec tertio modo : quia totum est notius apud nos sui partibus, vt patet in 1. huius : quare &c. Et ideo dicēdum est aliter, q̄ ipsum instans ſm substantiam non est mensura proprissime dicta respectu mobilis sic.n. sequeretur ipsum esse
Tex. c. 4. Alia respō sio. prius & notius : & per sui replicationem. constitueret mobile : quod non conceditur. sed est mensura improprie dicta. sicut.n. mensura proprissime dicta est vnitas simpliciter, quæ est principium numeri, est quid indiuisibile in numero sic etiam ipsum instans secundum substantiam est quid indiuisibile existens in mobili : indiuisibile dico simpliciter, vel in tali genere : & sicut mensura aliquotiens sumpta reddit totum mensurarum præcise, sic ipsum instans secūdum substantiam non excedit mobile, nec excedit ab eo : sed est re
Responsio. Ad tertium sponder sicut tempus mobili : quare &c. inquire vlterius.

Ad aliam dico, q̄ mutatum esse est duplex. vnum est muratum esse, quod est in primo mobili, & aliud est quod est in aliquo alio mobili à primo. nunc autem dico, q̄ ipsum mutatum esse primi mobilis est mensura mutatorum esse aliorum mobilium, sicut et motus primi mobilis est quodammodo cā omnium aliorum motuum, vt patet in 8. huius. Mutatū esse primi mobilis est mēsura aliorū.
sed mutatum esse istorū mobilium inferiorum non est mensura mutati esse corporis cęlestis, nec eius causa : quare non valet. Et, si quæras, quid igitur est mēsura mutati esse, quod est in primo mobili, dicerem, q̄ nulla est eius mensura propric : sed ipsum est mensura aliorum, quemadmodum motus primus non mensuratur aliquo alio motu. Quod autem mutatum esse primi mobilis sit instans, hoc patet ex dictis. nam sicut motus primus est mensura omnium istarum motuum inferiorum, vt dicitur in isto Quarto, sic indubitater Tex. c. 114. mutatum esse primi mobilis est mensura mutatorum esse illorum inferiorum, & nō est aliquod mutatum esse in isto mundo inferiori, quin reducatur ad aliquod mutatum esse cęlt. nunc autem videtur nihil aliud esse mensura mutati esse nisi instans : quare sequitur, quòd ipsum mutatum esse primi mobilis sit ipsum instans primi & principaliter dictum.

AD rationes patet ex dictis. duæ.n. primæ bene probant RESPON.
q̄ instans ſm se est aliud & aliud, sed de instanti secundum substantiam non concludunt. Ad tertiam dico, q̄ simile est de puncto in linea, & de instanti in tempore : in hoc q̄ sicut punctus continuat partes lineæ, sic instans continuat partes temporis : sed in alio est dissimile, quia punctus est quid permanens & quietans, & ideo potest esse aliud & aliud, sed ipsum instans secundum substantiam semper mouetur, & ideo non manet idem secundum esse & ideo dicendum est istum, q̄ ratio bene concludit de instanti secundū esse, & illud est quod comparatur tempori, vt punctus ad lineam & ideo solura est ex dictis. Ad aliam similiter dico, q̄ instans ſm esse non manet idem, sed instans ſm substantiam manet idem secūdum illud quod est, licet esse diuersum accipiat, sicut & ipsum mobile : quare &c. Ad aliud similiter dico, q̄ indiuisibile motus. i. mutatum esse, noo manet vnū & idem : & ideo nec instans secundum esse, & hoc concessum est. Ad aliam, cum dicitur, q̄ tunc instans &c. nego consequentiam. & cum probatur quia illud est in aliquo diuisibili &c. potest dici, q̄ verum est si sit indiuisibile sicut perfectio potest in suo perfectibili, vel sicut forma inhærēs subiecto : sed, si est in eo sicut continuans eius partes, non oportet q̄ sit diuisibile secundum eius diuisionem. Vel dicatur, q̄ ratio bene concludit, q̄ instans ſm esse non est vnum & idem in toto tempore, sed diuersum. instans tamen ſm substantiam est vnum & idem sub toto tempore, sicut dispositio mobilis necessaria ad vnitatem motus, non sicut forma perficiens ipsum tempus, & ideo non valet ista ratio.

QVAESTIO XXII.

An Instans, tempus aliquo modo causet.

COnsequenter quæritur, Vtrum instās causet tempus. Arguitur primo q̄ non. quia, si instans causaret tempus, tunc ipsum tempus esset compositum ex indiuisibilibus. quod est impossibile, vt patet ex Sexto huius. Et probatur consequentia. quia, si instans Tex. c. 88.
causaret tempus, hoc videretur esse per sui fluxum. modo simile esset de instanti, si flueret ad causandum tempus, sicut de indiuisibili, si moueretur ad pertranseundum aliquod spatium : sed, si indiuisibile mouetetur per spatium aliquod, sequeretur, q̄ illud spatium esset ex indiuisibilibus compositum, vt ostenditur in Sexto huius : ergo similiter, si instans flueret ad causandū tempus, oporteret q̄ tempus esset compositum ex instantibus. Item, confirmatur ista ratio. si instās causaret tempus, hoc esset aliquo istorum duorum modorum. vel quòd per sui fluxum causaret tempus ipsum, vel q̄ fluxus eius esset ipsum tempus. noo primo modo. quia, si instans per sui fluxum causaret tempus, oporteret, q̄ ille fluxus, cum sit quid successiuum, vel esset tempus vel motus. non est dicendum, q̄ sit motus : quia motus est fluxus mobilis, & tūc non est fluxus instantis : ergo fluxus, si ipsius est fluxus, est ipsummet tempus. vnde si instans per sui fluxum esset tempus, tunc est dicere, quod instans per tempus causet tempus quod est ridiculum. Item, si dicatur, quòd instans

causet

cauſet tempus ſic, q ipſum ips ſit fluxus inſtantis, adhuc vt ſocon ſequentes. Cum enim fluxus ſit in eo quod fluit ſubiecti ue, ſequitur q tempus eſſet ſubiectiue in inſtante: quod eſt abſurdum: quare &c. Item, ſi inſtans cauſaret tempus, tunc inſtans & tempus ſimul eſſent: cauſa enim & cauſatū ſimul ſunt & nō ſunt, vt patet in Secundo huius, & 10 Quinto Metaphyſ. hoc autem eſt inconueniens, quia inſtans eſt indiuiſibile, tempus autem eſt diuiſibile: quare &c. Text c 36

Tex. c. 3. Oppoſitum arguitur auctoritate Comment. in Decimo-
Cõmẽ. 113. ſeptimo commento huius capituli, vbi dicit, q̃ inſtans, quod eſt agens temporis, eſt idem in omni motu, cum fuerit demonſtratum. & in Decimooctauo commento dicit,
Cõmẽ. 114. quod inſtans agit tempus, ſicut tranſlatum tranſlationem.

CONCLVSIO.

Inſtans, & ſi Temporis in nullo cauſarum genere cauſa ſit, reducitur tamen quod eius aliquo pacto materialis ſit cauſa, ſeu tanquam neceſſaria eius diſpoſitio.

AD quæſtionem eſt intelligendū, q ſicut dictū eſt prius, inſtans accipitur vel pōt cōſiderari dupliciter. vno modo ſm ſubſtantiam, alio modo ſm eſſe. Inſtans ſm ſubſtantiam dicitur eſſe menſura propria ipſius mobilis ſecundum ſe, quemadmodum tempus eſt menſura motus. inſtans autem ſecūdum eſſe eſt ipſum mutatum eſſe, quod conſiſtit in partes fluxus admixtum, vel quod terminat ipſum fluxum. Ad cõmentatoris dictū ad oppoſitum.

Tunc dico ad quæſtionem, primo q inſtans, ſm ſubſtantiam nō eſt cā per ſe propriè & principalis ipſius temporis: quod probatur, quia vel eſſet cā materialis, vel efficiens, vel forma, vel finis. non eſt cā materialis tum ſubiectum principale, quia hmōi ſubiectum principale eſt ipſum mobile, q̃ ſubijcitur motui, qui eſt fluxus & tempus. Nec eſt efficiens, quia ca efficiens temporis eſt ipſum mouens, inſtans autem non eſt mouens. Et hoc ét aliqui probant ſic: quia ipſum inſtans eſt de genere quantitatis, quantitas aũ non eſt principium actiuum, vt dicit: Cõm. in 4. huius. Nec eſt cā formalis: Cõmẽt. 84. quia tempus ipſum eſt quæda forma accidentalis. vnde non habet cauſam formalem propriè, vt cõiter dicitur. Et confirmatur: quia cā formalis cuiuſlibet eſt eius quidditas, vel pars principalior quidditatis, vt dicitur in 7. Metaphyſ. Cõmen. 59. ſum autem inſtans ſecundum ſubſtantiam, quod eſt entitas eius quod fertur, non eſt quidditas temporis, nec pars principalior quidditatis, vt manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. Nec etiam eſt cā finalis ipſius temporis: quia ſic ſequeretur videtur eſſe terminus ipſius temporis. cum quilibet tempus ſit eſſentialiter fluxus mobilis ad aliquē gradum perfectionis vel ad vbi aliquod. videtur q̃ huiusmodi gradus vel vbi eſt finis propinquus ipſius fluxus & per conſequens finis tēporis. ergo inſtans ſecundum ſubſtantiam non eſt cauſa finalis temporis. Secundo dico q̃ huiuſmodi inſtans reducitur ad quo modo ad genus cauſæ materialis: quia omnis diſpoſitio ne cauſato, requiſita & præſuppoſita ad eſſe alicuius inferioris, reducitur ad cauſam materialem: hoc cõceditur quasi ab omnibus, vnde calidum & frigidum & humidum & ſiccum dicuntur cā materialis generationis mixti, vt patet in 4. Metaphyſ. ad ipſum inſtans eſt hmōi. nam tempus, cum ſit paſſio motus, requirit vnum motum, vnitas autem motus requirit vnitatem mobilis, vt patet in 5. huius: Text. c 34. & hæc vnitas mobilis, quæ dicitur inſtans ſecundum ſubſtantiam requiritur ad eſſe temporis neceſſario. quare &c. Inſtans autem ſecundum eſſe non videtur etiam eſſe cā propriè dicta & principalis ipſius temporis: ſed eſt continuatiuum partium temporis: & eſt ſicut diſpoſitio neceſſario requiſita, præſuppoſita ad eſſe eius & vnitatem ſicut ét punctus eſt diſpoſitio neceſſaria ad lineam & eius vnitatē. Vel ſi ponatur eſſe cā temporis erit cā finalis aliquo modo. Terminus. n. motus eſt aliqualiter finis ipſius motus: & ipſum inſtans ſm eſſe eſt terminus motus, qui eſt fluxus & tempus.

RESPON. AD primam rationem, oego conſequentiam: & ad probationem dico, q̃ non eſt ſimile de inſtanti fluenti & de inſtanti indiuiſibili, ſi poneretur mouere. Nam ipſum ipſius non commenſurat ſe alicui ſpatio, ſicut indiuiſibile faceret, ſi per ſe moueretur. Item ipſum inſtans non eſt per ſe ſubiectum & principale ipſius durationis, quæ eſt tempus, ſicut indiuiſibile, ſi moueretur, foret ſubiectum motus. ſed inſtans eſt ſolum diſpoſitio quædam neceſſaria & requiſita ad motum vnum & ad tempus. v. g. determinata proportio inter qualitates elementares eſt quædam diſpoſitio requiſita ad talem colorem, & tamen color non eſt cā huiuſmodi proportionis tanquam in ſubiecto primo. Ad aliud dico, q̃ ipſe fluxus inſtantis. i. duratio illa ſucceſſiua & continua, cuius eſt timer diuerſa eſſe inſtantis, eſt tempus. Et, cum dicitur, q̃ fluxus eſt in eo quod fluit, dico q̃ verum eſt in eo quod per ſe & principaliter fluit: ſed ipſum inſtans non eſt quod per ſe, & principaliter fluit: & cuius principaliter eſt fluxus. Eſt autem diſpoſitio neceſſaria ad fluxum vnum, & fluit per accidens ad fluxum mobilis, cuius eſt menſura. Ad aliam patet ex dictis bene enim concludit, q̃ inſtans non habet proprie & principaliter eaſdem partes ſuperemporis, ſed non ſequitur quin habeat aliquam neceſſitatem ad eſſe tempus, tanquam diſpoſitio ſubiecti principalis. Ad auctoritates Commenetat. patet per iam dicta. Intelligit enim Comment. q̃ inſtans eſt cauſa temporis, quia eſt diſpoſitio præſuppoſita neceſſaria ad eſſe temporis, & ſic reducitur ad genus cauſæ materialis. cuius ſignum eſt, quia dicit Comment. q̃ inſtans agit tempus ſicut tranſlatum tranſlationem, tranſlatum autem nō eſt effectus tranſlationis ſecundum ſubiectum: quare &c.

Minimus autem numerus eſt, qui ſimpliciter quidem dualitas eſt, & cætera. Text. c. 108

QVAESTIO XXIII.

An ſit dare Minimum Tempus.



CIRCA principium huius capituli poteſt queri, Vtrum ſit dare minimū tempus. Arguitur primo q̃ ſic, quia Ariſt. in 2. de Anima dicit, q̃ omnium naturæ conſtantium poſitus eſt terminus & ratio magnitudinis & augmenti, & partitione debet eſſe poſitus terminus diminutionis & paruitatis: tempus autem eſt quoddam ens conſtans à natura, vt manifeſtum eſt: quare &c. Ité Philoſophus in primo huius dicit, q̃ eſt dare minimam carnem & minimum os: quare ſimiliter & tempus minimum. Item Ariſt. in de Senſu & Senſato vult, q̃ eſt dare minimum ſenſibile: & per eandem rationem videtur, q̃ eſt dare minimum ipſum. Item Ariſt. in Sexto huius vult q̃ eo dem modo inueniuntur finitas & infinitas, continuitas & diuiſibilitas, & alia in motu, ſicut in magnitudine: cū igitur ex parte magnitudinis naturalis, ſinqūm talis, ſit dare minimum: ergo ex parte temporis. Item arguitur auctoritate Cõm. Primo, auctoritate eius in Tertio ſupra definitionem motus: ipſe dicit ibi, q̃, ſi aliquid augeatur per digitalem quantitatem in vno anno, certum eſt q̃ minimum tempus ſenſibile non habet partem ſenſibilem illius digiti ſibi correſpondentem. ex quo vult q̃ eſt tempus minimum. Item Cõm. in Sexto huius. commento 38. dicit, primum in generatione eſt primum, quod poteſt inueniri de generato: & dicit, q̃ eſt determinatæ quantitatis: & exemplificat de igne, qui poteſt eſſe minima pars ignis: ex quo ſequitur, ſi ſit primum in generatione, erit minimum, quod poſſit accipi de generatione. & ſequitur, ſi motus vel mutatio ſit minima eius menſura. & tempus, erit minimum. Item in 8. Phyſicor. Cõm. 23. q̃ partes motus in alteratione & augmentatione non diuiduntur ſm partes temporis, ſed eſt dare primam partem motus: vnde dicit poſtea & eodem Commento, q̃ prima pars motus noui fit ſubito, id eſt in inſtanti. certum autem eſſe videtur, quod non loquitur de inſtanti, quod eſſe ſimples & omnino indiuiſibile: quia prima pars motus noui eſt motus. Motus autem non fit in inſtanti, quod eſt omnino indiuiſibile. ergo intelligit per inſtans aliquod tēpus minimum, quo nō poteſt eſſe minus: & per primum in motu motum minimum: quia certum eſt q̃, ſi non eſſet motus minimus, non eſſet primus in motu. Item, in eodem cõmento habetur, q̃ in augmentatione minima partium magnitudinis factarum eſt determinata in intellectu actus: & ſcilicet hæc eſt minima pars motus & minima pars temporis, cum motus & tempus conſequantur magnitudinem. Item Ariſt. vult in de Senſu & Sēlato, quod congelatio fit tota ſimul: ſed non vt fieri tota ſimul. ita inſtāti indiuiſibili: ergo fit in aliquo tpe ioleoſibili & illud eſt minimum: quare &c. Tex. c. 41 Cõmen. 59. Tex. c. 36 Tex. c. 36. 38. 39. Comm. 6. Comm. 32. Comm. 33.

Oppoſitum

Tex.c.108 Oppositum arguit Auctoritate Aristo. in litera, vbi dicit quòd tempus minimum secundum numerum est vnum aut duo, secundum magnitudinem autem non est, & intelligit Philosophus per magnitudinem temporis eius continuitatem. Vnde manifestum est ipsum intendere quòd tempus secundum suam continuitatem non habet minimum. Item

Tex. c.46. ipse probat in Sexto huius, quod non est dare primum nec in motu nec in tempore: si tamen esset dare minimum motum esset dare primum: quare &c.

CONCLVSIO.

Non est accipere tempus simpliciter minimum quo ad suam continuitatem.

Opinio prima. DE ista quæstione intelligendum, quod inuenientur aliqui dixisse, quòd quantitas continua, quæ est tempus, potest considerari dupliciter. Vno modo, quatum ad suam materiam. Alio modo, quantum ad suam formam, & dicũt istam distinctionem haberi ex intentione Arist. in 1. de Generatione capit. de augmento. vbi dicit, quòd omne habens formam in materia habet duplices partes. s. secundum materiam, & secundum formam. Tunc dicũt, quod sicut in carne est dare minimum secundum formã. s. inquantum est naturalis, quamuis secundum materiam & secundũ naturam continui sit diuisibilis in infinitum. sic dicunt, q̃, eum indiuisibilitas in motu sit a diuisibilitate magnitudinis: & diuisibilitas temporis ex diuisibilitate motus: est dare minimum & motum & tempus ſm formam & non secundum materiam. Per hanc igitur distinctionem volunt esponere omnes auctoritates Arist. & Cõm. quæ in hac materia sibimuicem contraria videntur. Sed ista positio videtur esse meon

Improbõ. stans propter multa. primo quantum ad illam distinctionẽ: quia licet hoc nomen tps bene tignificet aliqua duo, quorum vnum est aliquo modo, sicut materia respectu alterius vt visum fuit prius: & videbitur post, si Deus voluerit, tamẽ nunquam inuenitur ab Arist. nec à Comment. quod hæc quantitas continua quæ est tempus, habeat materia & formam. imo videtur esse forma simplex simplicitate, quæ opponitur compositioni ex materia & forma, licet sit composita ex partibus quantitatiuis quarum vna non est materia respectu alterius, eò qđ vna talium partium est extra aliam in omni continuo, & vna non est perfectio inexistens alteri, vt sciunt etiã parum exercitati in Philosophia. Item, nulla indiuisibilia, secũdum quod indiuisibilia sunt faciunt maius: hæc est manifesta. sicut duæ lineæ non faciunt maiorem prolatitudine. quia linea quælibet est indiuisibilis ſm latitudinem, & similiter superficies non facit maius secundum profunditatem. si igitur est dare tempus indiuisibile, & minimum secundum formam & similiter motum, vt dicunt, tunc duo motus minimi nõ faciunt plusquàm vnum: & eadem ratione nec infinita minima tẽpora aut motus. ex quo sequitur quod totus motus cœlestis secundum formam. est simul sicut & minimus motus, vt dicũt. Similiter totum tẽpus simul est secundum formam sicut minimum tempus, quæ sunt ablurda. Et ideo dicendum ad q̃onem, quod non

Indiuisibile nõ facit maius.

Conclusio responsiua. est accipere tempus simpliciter minimum quantum ad suã continuitatem: quod probatur sic. Si non est motus minimus, non est tempus minimum: sed non est motus minimus: ergo &c. Maior est euidens, & eam concedunt illi, qui ponunt tempus minimum: & minor probatur, quia, si esset minimus motus, aut esset motus alicuius istorum inferiorum, aut motus cœlestis per sufficientem diuisionem: sed non est motus alicuius istorum inferiorum. nam oi motu in istis inferioribus contingit dare motum velociorem & tardiorem, ergo si esset motus minimus alicuius istorũ mobilium inferiorum, sequeretur quod mobile tardius in eodẽ tpe per minoos spatium moueretur si incipiãt moueri simul, quod est impossibile. sed motus capit quantitatem à spatio supra quod fit motus: ergo erit dare motum minorem motu minimo. Sed forte diceretur, qđ motus bene capit quantitatem à spatio, supra quod fit motus, sed non sequitur, qđ

Obiectio. Responsio. motus supra spatium minus, fit minor, nisi cætera sint paria. Si igit duo mobilia æque velocia moueretur supra duo spatia, quorum vnum est maius & alterum minus, tunc motus per spatium minus erit minor: sed, si vnum mobile sit velocius & alterum tardius, non erit necesse: imo poterit contingere q̃ motus tardioris per minus spatium erit æqualis motui velocioris: dummodo fiat in eodem tempore: & sic non sequitur q̃ sit motus minor minimo. Item, potest aliter argui. Si aliquod istorum inferiorum mobilium moueretur motu minimo per aliquod spatium, illud spatium non põt esse omnino indiuisibile. oportet igitur q̃ sit quid diuisibile, & habeat partem extra partem. & necesse erit, q̃ prius tẽpore pertranseat partem quàm totum: hoc etiam est manifestum. cum igitur non possit transire totum illud spatium in æquali tempore cum tempore, quo pertrãsit partem, nec in minori, vt est manifestum: relinquitur, q̃ in maiori tempore pertransit totum illud spatium, quàm partem eius: & partem eius in minori tempore pertransit quàm totum. potest igitur q̃ in termino illius temporis quiescat: quia ad quodlibet mutatum esse potest terminari motus, saltem in illis inferioribus: manifestum est, q̃ nunc ille motus erit minor motu qui ponebatur minimus: quod est omnino impossibile: ergo &c. Tunc ostenditur de motu cœlesti, q̃ non potest esse minimus simpliciter. quia, si esset motus cœlestis simpliciter minimus, hoc non esset nisi alterius istorum modorum, aut q̃ ille motus posset esse separatus secundum actum ab aliis partibus motus cœlestis. & nullus motus minor eo posset sic esse separatus, aut q̃ fieret in tempore tam paruo, q̃ in minori non posset fieri motus aliquo modo, sed nullo istorum modorum: quare &c. Maior patet per sufficientem diuisionem. non. n. pluribus modis potest imaginari motus cœlestis minimus, nisi quis fingeret. Et minor declaratur. primus enim modus non est possibilis: quia nulla pars motus cœlestis potest esse actu separata ab aliis & discontinuata, nisi motus cœlestis interrumperetur, quod est impossibile, vt patet in Octauo huius. Si verò diceretur secundo modo, hoc est impossibile. quia, si esset motus sic minimus, oporteret q̃ fieret per aliquod spatium diuisibile. nam secundum indiuisibile omnino non fit motus, vt demonstratur Sexto huius. & sic illud spatium, circa quod fieret motus ille cœlestis, quem tu ponis motum minimum, habebit partem extra partem & per consequens mobile cœleste in minori parte pertransibit partem illius spatij, quam totum illud spatium: & sic ille motus, qui ponebatur minimus non fieret in tempore tam paruo, quin in minori tempore posset fieri motus: quare non erit minimus illo modo.

Motus cœlestium nõ põt esse simpliciter. Tex. c.83. Tex. c.8.

Alia ratio, quod motus cœlestis non põt esse minimus

Aliter probant aliqui istam conclusionem. quia, si esset motus cœlestis minimus, oporteret tunc q̃ fieret secundũ aliquod spatium. Accipiantur ergo duo spatia in illis inferioribus æqualia illi spatio: & ponatur, q̃ supra vnum illorum moueatur mobile velocius: & super alterũ moueatur mobile tardius, manifestum est tunc, q̃, cum mobile velocius pertransiuerit totum spatium suum, adhuc mobile tardius nondum pertransiuerit totum suum spatiũ, quamuis simul incœperit moueri, imo in æquali tempore pertransibit aliquam partem sui spatij minorem illo toto spatio pertransito ab illo mobili velociori. & sic erit motus minor minimo, quod est impossibile. Sed ista ratio non est omnino sufficiens, quia supponit, q̃, si aliquod mobile cœleste mouetur motu minimo supra aliquod spatium, q̃ aliquod mobilium inferiorum mouetur motu minimo supra spatiũ æquale: & hoc nõ est notum, imo forte impossibile est etiam dato hoc, quòd aliquod istorum inferiorum mobilium moueretur motu minimo supra æquale spatium, & mobile velocius moueretur in æquali tempore per spatiũ minus, non sequeretur ex hoc, q̃ esset motus motu minimo minor, quia dici posset, quòd motus illius mobilis tardioris, postquam est in æquali tempore, est æqualis motui velocioris. Sed potest aliter deduci ratio. si est motus cœlestis minimus, circa aliquod spatium in aliquo tempore, capiatur aliquod spatium in illis inferioribus æquale illi spatio: certum est, q̃ aliquod istorum inferiorum mobilium poterit illud spatiũ pertransire. aut igitur pertransibit ipsum in tempore minori illo tempore, in quo fit motus cœlestis qui ponitur minimus: aut in tempore æquali, aut in maiori: hæc diuisio est sufficiens. si in tempore minori, hoc esset inconueniens, quia rũc in illis inferioribus esset aliquis motus minor motu minimo cœlesti, quod pro inconuenienti relinquo. Si in tempore æquali adhuc sequitur idem inconueniens: quia in minori tempore illud mobile pertransibit partem illius

spatij

spatij quàm totum. Ponatur ergo quiescere in termino illius motus minoris temporis, tunc erit motus in minori tempore quam tempus, in quo ponitur motus minimus cœlestis: & sic erit minor motus motu cœlesti: quod videtur impossibile. Si verò dicatur, quod mobile inferius pertransiit illud spatium æquale minori tempore, oportet, q in illo maiori tempore includatur tempus æquale illi tempori, in q ponitur nec minimus motus cœlestis: tunc ergo in illo tempore æquali mobile inferius aut nihil pertransibit illius spatij, aut aliquid pertransibit. si nihil, par: ratione, nec in alio æquali aliquid pertransibit: & sic, cum illud tempus maius sit finitum, & infinities contineat tempus æquale illi tempori, sequitur, q in toto illo tempore non pertransibit illud spatium, postquam nihil illius pertransibit in partibus huius temporis: sed ponebatur pertransire in illo maiori tempore illud totum spatium: & sic sequitur contradictio. Si verò illud mobile ponatur pertransire aliquod illius spatij in tempore æquali illi tempori, in quo ponitur fieri minimus motus cœlestis, tunc illud pertransitum erit diuisibile: quia indiuisibile nõ est pertransibile in tempore per se. & inde illud spatium, cum sit diuisibile, habebit partem extra partem, & pars prius tempore pertransibitur quàm totum: & sic eadem quod prius. ponetur. n. illud mobile quiescere in termino temporis, in quo pertransibit illa m partem, & sic in maiori tempore erit motum mobile inferius q̃ sit tempus, in quo ponitur fieri motus cœlestis minimus. ex quo sequitur, q in illis inferioribus fiet motus minor motu minimo cœlesti: quod est possibiles Sicut enim motus totus cœlestis est velocior omni motu istorũ inferiorum, sic, si esset motus cœlestis minimus simpliciter, ipse deberet minor esse motu minimo quocunque istorum inferiorum.

Correlariũ.

RESPON. In naturalibus compositis datur, maximũ & minimum, non autem in alijs.

TVnc dico ad auctoritates, quibus illi vruntur. Ad primam dico q est intelligendum in rebus naturalibus cõpositis ex materia & forma, & huius ratio est: quia forma substantialis est terminus materiæ. vnde q alia & alia quantitas maior vel minor consequatur vnam speciem magis q̃ aliam, sicut quantitas maior consequitur formã vel speciem hominis quàm muscæ, & maior quantitas consequitur speciem bouis quam hominis, regulariter hoc prouenit ex formis substantialibus istorum vt tangebatur in Tertio. Volr autem ibi dicere Arist. q in omnibus talibus est dare maximum & minimum: puta quantitatem ita magnam, q in maiori non posset saluari natura hominis: & ita paruam, q sub minori non posset saluari natura hominis, similiter autem & in alijs compositis ex materia & forma. De tempore & motu nihil ad propositum. hæc. n. non sunt res compositæ ex materia & forma substantiali. quæ imponit terminum quantitati. Si autem quæras, a quo tempus & motus habent infinitatem, dico, q infinitatem successiuam habent a motore immutabili omnino, vt dicit Commen. in 12. Metaph q autem non habent minimum, hoc prouenit ex materia continuitatis, cui repugnat habere partem minimam simpliciter, imo compositum ex semper diuisibilibus partibus quantitatiuis, vt sentit ex Scato huius, & ex Linde Lineis indiuisibilibus. Per idem dico ad secundam auctoritatem & ad aliam. Ad aliam auctoritatem dico, quod debet intelligi quantum ad hoc, quod sicut magnitudo non componitur ex indiuisibilibus, sed eius est pars minor, & minor in infinitum, sic in motu & tempore. Concedendum igitur, quod tempus & motus similiter se habent magnitudini quantum ad finitatem & infinitatem, & quãtum ad indiuisibilitatem, & quantum ad continuitatem: sed non quantum ad terminum paruitatis magnitudinis: magnitudo enim, saltem vt naturalis est, habet terminum paruitatis & magnitudinis, tempus aut & motus non habent, imo quocunque tempore dato, est dare minus tempus, & quocunque tpe finito dato, est dare minus. similiter autem & de motu: quare &c. Ad aliam auctoritatem Cõm. cum dicit, q minimũ tempus sensibile &c. dico, q non intendit per hoc afferere q minimum sit: tempus simpliciter sed vult dicere, q, si aliquid in principio anni incœpit acquirere quantitatem digitalem, & in fine anni æque acquisiuerit: non est necesse q in quacunq; particula illius temporis acquisiuerit aliqua partem illius quantitatis: quia posset accipi aliqua pars temporis ita parua, q nulla pars sensibilis quantitatis illius ei correspondaret. illud. n. tempus non intelligit esse minimum. Vel dicamus q intentio Cõm est loqui sub cõditione & per propositionem hypotheticã: & est sensus, q, si esset minimũ tempus, tũc nulla pars sensibilis illius quantitatis acquireretur in illo: & tamen, si augmentatio esset perpetua, hoc oporteret, q. si esset tempus minimum, aliqua pars quantitatis acquireretur in illo. Et secundum hoc rario Commen erit ratio dicens ad impossibile. l q illa conditionalis vel hypothetica sit vera, quæ tamen est impossibilis. cum hoc. q eius antecedens est impossibile. Si esset tempus minimum sensibile, in illo acquireretur pars sensibilis quantitatis digitalis acquisitæ inter terminos anni, vel huiusmodi. Et potest rõ Cõm. sic formari: posito, q aliquid in principio vnius anni incipiat acquirere quantitatem digitalem & in fine illius anni acquisiuerit illam: tunc, si augmentatio necessario est continue per totum illum annum: necesse est, si esset tempus minimum sensibile, q in illo acquireretur aliqua pars illius quantitatis digitalis: hæc consequentia est manifesta. sed consequens est impossibile, non solum enim est impossibile esse tempus minimum, sed etiam, si esset, adhuc non posset ei assignari pars sensibilis illius quantitatis: ergo &c. Et sic patet intellectus Cõm. quantum ad illud dictum. Ad aliam dico, q nihil est ad propositum. Vult. n. dicere, q in animalibus est aliqua pars, quæ primo generatur, sicut cor vel proportionale. Et similiter in illis, quæ sunt similium partium, est dare aliquam partem, quæ primo generatur. vt in generatione ignis est dare primo ignem minimum, quo minor non potest generari secundum & diuisim. Ex hoc tamen non habetur, quin si dare primam partem in motu, vel in alteratione diuisibili, per quam tale minimus ignis generatur, vt cor in animali. Ad aliam, cum accipitur a Cõm. q prima pars motus non subito fit in instanti, dico breuiter, q sicut ibidem dicit Comment. motus nouus potest considerari dupliciter vno modo secundum q est continuus: alio modo sm q est generatus, h primo modo, sic nõ habet primam partem, vt ex Sexto huius. si secundo modo, sic necessario habet partem primam. i. partem habentem aliquod initium, ante quod illud mobile nõ mouebatur illo motu, nec aliquo alio continuato illi nouo motui: & illa pars prima sic exponendo fit in instanti, inquantum terminata est, terminus enim est indiuisibilis, & iustã anceps sine est terminus a quo, sive ad quem verbi gratia propter nouenes, si aliquid alteratur, est aliqua pars alterationis ipsius habens initium, ante quod illud alterabile non alterabatur alteratione continuata illi alterationi: & hæc pars, quantum ad suum terminum initialem, fit in instanti: & hoc est cõe omni generato. i. habere primam partem modo prædicto. In hoc autem differt motus nouus ab æterno, & ab eius partibus. nam in mobili æterno non est dare aliquam partem habentem principium, ante quam non præcesserit alius motus non continuatus illi parti, imo semper quacunq; parte data præcesserit alia sibi continuata. vt in motu cœlesti, quacunq; circulatione data præcessit & alia cõtinuata posteriori. & hoc debet sufficere quantum ad illud dictum Cõm. Quòd autem vlterius assumitur, q minima partium magnitudinis factarum est terminata & est indiuisibilis in factione. Dico, q ipse loquitur ibi de parte rei naturalis, quæ augmentatur: istem per eum in augmentatione antecedit generatio formæ augmentabilis in materia nutrimenti. Vt, si debet augeri caro, oportet q fiat forma carnis in materia nutrimenti, sed est accipere carnem rã paruam, q minor non posset per se totum substituere i & hoc generatur in instanti simpliciter indiuisibili, & similiter alia minima, & qualibet alia. Vnde concludit, q augmentatio, quantum ad generationem concurrentem ad eam, non potest esse continua nisi instans continuaretur istantibus: quod impossibile est. Vnde manifestũ est, q illa auctoritas nihil est ad propositum. non enim intelligit per illud indiuisibile, in quo dicit minimam partem generari, tempus minimum, sed instans omnino indiuisibile, vt manifestum est intuenti ipsum. Vtrum autem augmentatum habeat aliquam continuitatem, aliqua inquisitio est, & visum fuit in quæstione de augmentato: & forte videbitur supra Octauum. Ad aliam auctoritatem Aristot. in de Sensu & Sentato cum dicit, quòd congelatio aliquando est tota simul. & in Octauo huius dicit, q, alteratio fit multoties veloc.

Ad sextum.

Ad septimũ

Tex. c. 46.

Cõmen. 41.

Ad secundũ. Ad tertiũ.

Ad quintũ.

Ad octauũ. Tex. c. 42. Alterationem simul.

Fieri intelligitur dupliciter.

velox. Intelligendum, ꝙ aliquid simul coagulari, vel congelati, vel vniuersaliter alterari potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ in eodem instanti acquirat & recipiat omnes partes seu omnes gradus illius qualitatis ad quos alteratur vt ꝙ aliquod calefactibile simul in vno instanti accipiat omnes gradus ealiditatis: & hoc est impossibile, nec sic intelleait Arist. nec Comme. Alio modo potest intelligi aliquid simul alterari vel coagulari vel congelari, ita, ꝙ, in eodem instanti omnes partes quantitatiuæ illius alterabilis incipiant recipere quantitatem ab ipso alterante, & nō vna pars prior tempore quàm alia. & hoc est bene possibile & necessarium. Cum enim aliquod alterans sit propinquatum alicui alterabili, quantumcunque illud alterabile habeat partem quantitatiuam minorem alia parte in infinitum, tamen non oportet ꝙ prius tempore pars minor incipiat alterari quàm maior, & adhuc prius tempore pars minor: & sic in infinitum, sicut aliqui imaginabantur: sic.n. sequeretur, ꝙ omne, quod alteratur, alteretur per totum tempus æternum prius, quod est ridiculum, vt patet ad sensum. imo potest contingere, ꝙ virtus illius alterantis obtinet super aliquod alterabile quantum ad omnes eius partes: & sic non prius tẽpore imprimit vni quàm alteri, sed omnibus simul, & in instanti primo suæ appropinquationis quælibet pars incipit recipere actum ab illo alterate. post illud tamen instans acquiritur successiue pars post partem & in tempore. & sic alteratio est in tempore. Quod autem hæc sit intentio Aristot. patet inspicienti literam. dicit enim in de Sensu & Sensato sic. Contingit autem aliquod totum simul alterari & non diuidi prius, velut aquam totam simul cõgelari &c. Et in illo Octauo sic dicit, non enim si in infinitum partibile quod alteratur propter hoc alteratio, sed velut si fit multoties, sicut congelatio. Dicemus ergo, quasi recolligendo, ꝙ alteratio aliquando fit simul: non quod ly simul dicat priuationem prioritatis & posterioritatis in generatione graduum vel partium qualitatis, imo vna pars prius tempore generatur quàm altera. sed dicit priuationem prioritatis & posterioritatis temporalis in receptione quantitatis in partibus quantitatiuis ipsius alterabilis. & est sensus, quòd vna pars quantitatiua alterabilis non necessario prius tempore recipit vnam quàm aliam: & ideo non potest ea hoc concludi tempus minimum. Quòd autem dicit Commentat. in Octauo huius, quod in transmutationibus, quæ sunt in qualitate, est date primum naturaliter. Intelligendum est, quod media inter terminos alterationis dupliciter sunt: quædam sunt differentia secundum speciem, sicut inter album & nigrum, media sunt fuscum & rubeum & pallidum: quædam autem sunt, media differentia secundum magis & minus in eadem specie. si igitur fiat mutatio de albo in nigrum, bene contingit ibi dare primum secundum speciem. verbi gratia, pallidum. sed accipiendo media in motu, secundum qđ differunt secundum magis & minus in eadem specie, hic nō est dare primam partem motus. Et quòd hæc sit intentio Commen. patet inspicienti commentum. Dicit enim sic dicamus igitur, ꝙ primum esse naturaliter in omnibus transmutationibus, quæ sunt in qualitate, manifestum est: in colo ribus enim hoc apparet, ꝙ inter colores sunt media finita naturaliter. & intelligo hic per medium, non illud quod diuersificatur secundum magis & minus, sed secundum formam & qualitatem: quoniam pallidum non differt ab albo secundum magis & minus, sed secundum qualitatem: & si non esset eiusdem speciei &c. Ad aliam auctoritatem Arist. in de Sensu & Sensato, Dicendum, quòd ipse ibi loquitur de sensibilibus permanentibus, sicut est albedo & nigredo & huiusmodi, quantum ad hoc, quòd concedit in eis minimum separabile. sed motus non est sensibile permanens, sed successiuum, & similiter tempus est quid successiuum: quare non est ad propositum: quare &c.

Epilogatio.

Media inter terminos alterationis duplicia.

Tex. c 114 *Quoniam autem tempus metrum est motus, & eius quod mouetur: mensurat autem motum in determinando quendam motum, qui mensurabit totum, sicut longitudinem cubitum in determinando aliquam magnitudinem. quæ remetietur totam: & est motus in tempore esse mensurari tempore & ipsum & esse ipsius &c.*

QVAESTIO XXIIII.

An Motus in eo quòd quantum mensuretur à Tempore.

Vꝛitur hic breuiter, Verum tempus mensuret motum, fm ꝙ quantus est. Arguitur, primo ꝙ non: quia, si sic, cum quantitas motus non sit alia à quantitate temporis, tunc tps mensuraret seipsum: quod est inconueniens. Item, quod mensuratur motu non mensurat motum: sic.n. idem seipsum mẽsuraret, quod est falsum: sed tps mensurat motu, fm Arist. in litera, quare &c. Item, mensura debet esse notior mensurato, vt patet 10. Metaph sed tps non est notius motu, cum motus sit subiectum in tpis. & subiectum est notius accidente. Vnde & in definitione tpis ponitur motus: quod non esset, nisi motus esset notior tpe: quia omnis definitio est ex notioribus quare &c. Tex. c.1.

Oppositum dicit Aristotel. hic.

CONCLVSIO.

Tempus mensurat motum, quatenus quantum quoddam est.

AD quæstionem breuiter dico, ꝙ tempus mensurat motum, fm ꝙ quantus est: quia mensura est vniuersalis mẽsurato: & hoc patet in 10. Meraph. & habita est à Cõmentis in isto c. sed motus non est vniuersalis tpi, nisi fm ꝙ quantus est nam quantum ad perfectionem diminuram est in genere qualitatis, aut vbi. & sic non est vniuersalis tpi: aut in genere quantitatis permanentis, quantum ad augmentationẽ & non est proprie vniuersalis tpi, cum tps sit successiuum: ergo relinquitur, ꝙ motus proprie mensuratur tpe, fm ꝙ quantus, quantitate successiua. Sed intelligendũ, ꝙ tps mẽsurat motum per se, vt dicit Cõm. & è conuerso, differenter tñ. nsnq, tps mensurat motum per se, vt dicit Cõm. motus aũt mensurat tempus per accidens: quod forte sic est intelligendũ. ꝙ frequentius & in maiori parte tps mensurat motum, quam è conuerso: frequentius.n eontingit, ꝙ quantitas temporis aliqua replicabilis sit notior quantitate aliqua tota motus quàm è conuerso. & sic tunc tps mensurat motum. Vnde, si quis ignorat quantus sit motus ambulationis vsq; ad Romam, notificabitur ei per tempus notum aliquoties sumptum, vtpote per diem, dicendo, ꝙ fit centum dierum, vel hmói. Rarius aũt & in minori parte contingit tempus mensurari motu. Et hoc fit accidit: Cum.n. alicui ignotum est tempus alicuius motus, & ei notum est aliquod spatium pertransibile motum: tũc per replicationem illius spatij pertrãsiri notificabitur ei tempus illud. v.g. si alicui esset ignotum tempus mensurans motum calefactionis, & sit ei notum milliare pertransitum, tunc dr ꝙ tanto tpe fit calefactio, quod duo milliaria fuerint pertransita vel fuissent in illo tpe, & sic per ipsum motum notificabitur ei tempus. Et hoc accidit aliquando hominibus, qui dormiuerunt. volentes.n. scire quanto tpe dormierunt, considerant per quantum spatium Sol motus esset. & fm hoc iudicant de quantitate temporis in qua dormierunt. Si enim inceperint dormire in meridie & in fine suæ dormitionis videant in occidente Solem, tunc cognoscunt se dormiuisse per longũ tempus. & sic in similibus. Vlterius notandum fm Cõm. ꝙ tempus aliter mensurat motum primum, & aliter alios motus. mẽsurat enim motum primum sicut forma in re. i. sicut forma existens in cadẽre in qua est ipse motus primus. f. in primo mobili. & loquitur de tempore primo & principali ter dicto: sed mensurat alios motus, sicut numerus, & sicut mẽsura extrinseca. Quòd autem tempus mensuret motum, secundum ꝙ motus est quantus, hoc plane docet Cõm. com. 32. vbi dicit sic. Et, cum consideratum fuerit de mensuratione motus, à tempore, apparebit ꝙ non mensurat rem motam secundum ꝙ mota simpliciter. v.g. subitantia aut quantum sit æquale aut aliud modorum essendi; sed secundum hoc motus est in prædicamento passionis. f. motus secundũ ꝙ motus: sed fm quantitatem accidentem morui. Verum est ꝙ in aliquibus commentis litera est ibi incorrecta. Sed quòd hæc sit intentio Comment. patet in eodem commento, vbi sic dicit: tempus mensurat ens sed m ꝙ motum aut quiescens non simpliciter, sed secundom quantitatem accidentem morui & quieti. Et est hic intelligendum ne oporteat de hoc fieri quęstionem, quòd ipse motus primus, quàtum ad

Conclusio responsiua. Tex. c.2

Coiom. 11.

Tempus diuersimode mensurat motum.

Tex. c 819.

rum ad fusm totalis tem non mensuratur: quapropter illud solum mensuratur tempore, quod exceditur ab ipso, vt docet Aristot. in litera. Modo, constat quòd motus æternus non exceditur à tempore: quare &c.

RESPON. AD rationes Ad primâ dico, ꝙ tempus vno modo sumptum mensurat ipsum tempus alio modo sumptum: aliqua enim pars temporis, quæ est tempus, & est nota mensurat tempus maioris quantitatis, quod erat ignotum, vt dies mesurat septimanam, & septimana mensem, & sic de similibus: & hoc non est inconueniens. Ad aliam patet ex dictis. Ad aliud dicendum, ꝙ tempus non est passio ipsius quãtitatis ipsius motus, imo est essentialiter quãtitas ipsius motus, vt dictum est. est autem motus, vt mensurat seipso vt mensurato: & cum dicitur, quòd tempus est passio motus, & per consequens motus est notior ipso tempore: dico, ꝙ tempos est passio motus, qui est perfectio diminuta, cuios vna pars generatur post aliam partem: est enim quantitas fluens, vel ipse fluxus continuus huius perfectionis aliquo modo. Sed, si sumatur motus pro ipso fluxu, sic tempus non est eius passio, imo est ipsummet tempus.

Tex.c.118 *Quoniam autem tempus est mensuratio, erit & quietis metrum secũdum accidens. omnis. n. quies in tẽpore est &c.*

QVAESTIO XXV.

An Tempus sit Mensura Quietis.

HIC quæritur, Vtrum tempus sit mensura quietis. Arguitur primo quòd non, quia non entis non dicitur esse mensura realis: sed ipsa quies est non ens, cum sit priuatio motus: & tempus ste mensura realis: ergo &c. cætera.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

CONCLVSIO.

Quies, quæ est Priuatio motus, oecessario tempore mensuratur per accidens.

Conclusio responsiua. DIcendum, ꝙ quies mensuratur tpe, quod patet in rõne Aristo. in litera. nã quies est priuatio motus io subiecto apto nato moueri: non. n. omo et immobile quiescit, sed priuatum motu, aptum autem natum moueri: & hic patet, ꝙ quies est priuatio &c. talis autem priuatio mensuratur tpe: quæ, cum est priuatio alicuius mensurati tempore: quare &c.

Modus aũt, sm quem quies mesuratur tpe, talis est: contingit. n. ꝙ, cum aliquod mobile quiescat, simul existẽte quiete illa, est motus in alio mobili: & ille alius motus mensuratur tpe aliquo: & sic illa quies mesuratur tempore, quæ simul cum illo motu existit. vnde quies mensuratur tpe per accidens, inquantum motus aliquis qui est dum quies est mensurat tpe. & tantam quantitatem intelligimus esse quietis quanta quantitas motus: quo existẽte est illa quies. vt, si quiescente aliquo mobili aliud mobile moueretur io tribus horis, dicimus, illud mobile quieuisse tribus horis, similiter aũt & in alijs. Sed obijcies. eodem modo posset dici, ꝙ hoea vel albedo mensuratur tpe, quia ipsa albedo vel linea est, dum motus aliquis est in tpe mensuratus: & sic albedo & hoea mensuretur tempore. Dico, ꝙ nõ est simile: quia hoea vel albedo non est priuatio alicuius mensurabilis à tempore, nec subiectum existens in linea vel albedine: nec est io potentia ad aliquid oppositum eius mensurabile tempore: quies verò est priuatio alicuius mensurabilis tempore, & subiectum quiescens est in potentia ad aliquid, quod est mensurabile tempore, scilicet ad motum: quare &c.

Obiectio. Responsio.

RESPON. AD rationem patet ex dictis. quies. n. non est omnino oõ ens, sed ooo ens in subiecto, vt dictum est. Si aũt esset pure non ens, vt chimera vel hmõi, non mensuraretur tpe.

Tex. c.138. *Mutatio autem omnis à natura remotiua est, in tempore autem omnia fiunt & corrumpuntur &c.*

QVAESTIO XXVI.

An Motus sit per se causa corruptionis.

QVæritur hic vtrum motus sit causa per se corruptionis. Arguitur ꝙ non: quia, si motus esset per se causa corruptioois, hoc esset pro tanto, quis mobile dum moueret, recedit ab aliqua dispositiooe, quam prius habebat, ita quod aliqua dispositio corrumpitur in mobili dum mouetur. sed propter hoc non est dicendum, ꝙ motus sit causa propter se corruptionis quia licet mobile, dum mouetur in tempore, corrumpitur aliqua dispositio, quæ prius erat, sic mobile, dum mouetur, acquirit in ipso aliqua dispositio, quam prius non habebat: & sic pari ratione, motus esset per se causa generationis, sicut corruptionis: cuius oppositum vult Arist. hic: quare &c Item, generatio non est per se causa corruptionis: hæc videtur vera per se, quia vnum oppositorum non videtur esse per se causa respectu alterius: generatio autem & corruptio opponuntur. modo ipse motus est generatio, secundum Comment. in Tertio huius. vbi dicit, ꝙ motus est generatio vnius partis &c. Itẽ, illud, quod magis essentialiter habet habitudinem ad illud quod generatur, quàm sd aliquid quod corrumpitur, videtur magis esse causa generationis quàm corruptionis: hæc videt manifesta. sed motus magis essentialem habet habitudinem ad aliquid quod generatur, quàm sd illud quod corrumpitur. motus enim dicitur esse idem essentialiter cum termino ad quem, vt patet in 5. huius, & 3. & non cũ termino à quo, modo, in mobili, dum mouetur, generatur terminus ad quem vt manifestum est, & terminus à quo corrumpit: quare &c. Comment. 4. Tex.c.9 Tex. c.4.

Oppositum arguitur per Aristoteles in litera. Dicit enim ꝙ desitio actionum mutatio per se est, generationis & ipsius esse est secundum accidens. Et idem dicit Cõment. ibidem.

CONCLVSIO.

Motus secundum se, causa est corruptionis, vt verò instrumentum est etiam generationis causa.

AD quæstionem intelligendum, ꝙ sicut pluries assumptum est, motus vno modo accipitur pro forma, cuius vna pars generatur post aliam donec perficiatur, & sic est in tribus generibus scilicet quãtitatis, qualitatis, & vbi. alio modo sumitur pro transmutatione coniuncta cum tempore. vt dicit Comment. in Quinto huius idest pro receptione continuus successiua ipsius perfectionis. Et in ista transmutatione coniuncta cum tempore idest receptione perfectionis cum successione continua est duo considerare scilicet ipsam receptionem, & quantũ ad hoc est in genere passionis: & ipsam successionem continuam seu fluxum continuum, & quantum sd hoc est quantitas scilicet tempus, vt dictum fuit priùs. Modo, quæstio ista nõ iotelligitur de motu vltimis duobus modis scilicet pro receptione perfectionis & pro fluxu, sed pro perfectione recepta io mobili à motore. Et dicitur communiter ad quæstionem, ꝙ motus potest considerari dupliciter. vno modo secundum se, alio modo secũdum ꝙ est instrumentum alicuius agentis intendentis aliquam formam in mobili producere. & primo quidem modo motus est causa corruptionis: vt dicitur. nam eo ipso, ꝙ aliquid mouetur recipiendo aliquam perfectionem, quàm prius non habebat, corrumpitur io mobili dispositio aliqua, quam prius habebat scilicet terminus à quo, qui contrarius est ipsi motui aliquo modo. Vnde & Aristot. dicit, mutatio autem omnis a natura remotiua est. Et, si quæratur, io quo genere causæ se habet ipse motus, qui est forma recepta ad ipsum corruptionem, dici potest, ꝙ se habet in genere causæ finalis aliqualiter: osm ad hoc ipsum agens corrumpit vnam formam, vt inducat aliam. Aliter potest dici, ꝙ se habet in genere efficientis proprioqu. vt caliditas recepta in aqua dum calefit destruit frigiditatem quæ ibi erat, similiter autem & in alijs. Corruptiua enim sunt ad inuicem contraria secundum Aristotel. in Quinto huius, & Primo & Secundo de Generatione. Si verò consideretur motus secundo modo scilicet prout est instrumentum agentis intendentis aliquem finem, sic potest esse quodammodo causa generatioois alicuius formæ, vel actus in mobili vel in aliquo alio, & sic est per accidens causa generatioois: cũ esse instrumentum alicuius agentis inteodentis aliquam aliam formam accidat ei aliquo modo. Text.c.62. Text.c.51 Conclusio secunda. Text.c.24

RESPON AD primam rationem dico, ꝙ pro tanto motus dicitur esse causa corruptionis, quia mobile, dum mouetur, eo ipso quod mouetur scilicet per ipsummet motum remouetur à dispositione quam habebat. Sed quamuis dum mobile mouetur aliqua forma acquiratur io ipso & generetur, tamen ipse motus oon est causa illius formæ: imo est ipsamet forma. si aũtẽ per ipsum motum proueniat ipsi mobili aliqua

qui alia forma, sicut per motum localem dr̃ io aliquo fieri caliditas, hoc causatur per accidens non omnino per se similiter, cum aliquid alteratur recipiendo aliquam qualitatem, per istam qualitatem propriè & per se non generatur aliqua alia forma: sed, si hoc contingat, hoc est per accidẽs: & ideo non est simile de generatione & corruptione quantum ad hoc. Ad aliam, cum dr, generatio &c. pòr dicit q̃ verum est q̃ generatio non est ea corruptione illius cuius est generatio, sed generatio vnius rei, vel vnarum generatarum, bene est cã corruptionis alterius: & ideo, cum motus sit generatio alicuius perfectionis, vel aliqua perfectio generata nõ est cã corruptionis illius & eiusdem perfectionis: sed est ea corruptionis alterius, (sui contrarij): Corruptiua.n. sunt inuicem contraria, vt vult Arist. ponamus igitur q̃ ignis calefaciat aquam, & eius frigiditatẽ corrumpat: quæro, vtrum sola caliditas, quæ est in igne, corrumpat frigiditatem aquæ, aut caliditas recepta in ipsa aqua. Si diceretur q̃ caliditas existens in ipso igne immediatè omittendo corrumpat frigiditatem, quæ causatur in aqua, hoc non vr: quia caliditas, quæ est in igne, non est contraria frigiditati, quæ est in aqua: contraria n. nata sunt fieri circa idẽ subiectum: modo, constat q̃ caliditas, quæ est in igne, nõ est nata esse in aqua, nec vnquam recipitur in aqua. & sic vnũ contrariorum nũquam corrumperet reliquum. Si aũt dicatur, q̃ caliditas recepta in aqua corrumpit frigiditatem præexistentem in ea: cum huiõi caliditas sit motus pro forma, sequitur, q̃ motus est cã corruptionis. de hoc bene considera. Ad aliam cum dr, illud, quod magis est essentialiter &c. pòr negant. nam forma substantialis vel generabilis habet essentialem comparationem ad id quod generatur, cum ipsa sit illud quod primo generatur, quàm ad illud quod primo corrumpitur: & tò ipsa forma substantialis non est ea generationis, talis actus, imo ipsum generatos, ideo non valet illa rõ. Ex hoc autem, q̃ motus est cã corruptionis per se, tempus autem est numerus ipsius motus: sequitur quòd illud, quod proprie est in tempore, aliquo modo corrumpitur in tempore. Et quia æterna, secundum q̃ huiusmodi, non corrumpuntur, idcirco ipsa æterna, sm̃ q̃ æterna sunt, non sunt in tempore, secundum doctrinam Aristotelis in litera: quare &c.

Geoerationẽ causa corruptionis sui cõtrarij.

Tex. c. 130 *Dignum autem considerationẽ, quo tempus se habet ad animam, et propter quid in omni videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cælo aut quia motus passio quædam est, vel habitus numerus existens. Hæc autem inueniuntur omnia: in loco enim omnia sunt, tempus autem & motus simul sunt & secundum potentiam, & secundum actum.*

QVÆSTIO XXVII.

An Tempus sit extra animam humanam.

I C quæritur, vtrum tempus sit extra animã humanam. Arguitur primo q̃ sic: quia quod est in prædicamento est ens extra animam: vtrũ velle Arist. in litera 6. Metaph. sed tempus est ens in prædicamento, vt vult Arist. in Prædicamentis: ergo &c. Item, si tempus haberet esse ab anima nunc esset de considerat. Logicis: Logicus enim considerat entia rationis, vt communiter dicitur: sed hoc falsum est. quia ipsum tẽpus pertinet ad Philosophum naturalem: ergo &c. Item, si sit tunc in definitione eius deberet poni anima. Nam sicut in definitionibus earum naturalium ponitur materia & in definitione rerum diuinarum ponitur Deus vel Intelligentia. in 6. Meta. sic in definitionibus entium ab anima debet poni anima: cum cã per se proprie debeat poni in definitione causans, Item, illa passio non est ab anima nostra, cuius subiectum proprium non est ab anima nostra: hæc est manifesta. sed subiectũ proprium temporis nõ est ab anima, sed præter animam humanam: motus.n. primus, qui est subiectum temporis, scilicet primo & prius patiens dicti, non est ab anima nostra: imo sufficienter est ab intelligẽtia & ab ipso mobili primo: ergo &c.

Tex. c. 4.

Comm. 3.

Cõmẽ. 131. Oppositum arguitur auctoritate Commenta. vult enim, q̃ tempus nõ habet esse perfectum & actu nisi per animam numerãtem prius & posterius in motu. Item, discretio continui manentis eius continuitate nõ est nisi ab anima: quia, si esset extra animam, tunc vnum & idem simul esset continuum & discretum realiter: quod est absurdum, sed tempus est discretio partium motus, quæ realiter sunt ubi ad inuicem cõtinuæ: ergo &c.

CONCLVSIO.

Tempus, si pro materiali significato sui sumatur, est acto præter animam, formaliter autem non, sed ab anima est, & in potentia.

Dimissis omnibus alijs opinionibus, dico secundum intentionem Cõm. q̃ tempus est compositum ex quantitate continua & quantitate discreta: non sic intelligendo, q̃ tempus sit aliquod vouum ens per se, vnum compositum ex illis duabus quantitatibus tanquam ex partibus essentialibus & per se: hoc enim esse impossibile manifestum est cuilibet parum exercitato: quia ens per se vnum non constituitur ex diuersis speciebus eiusdem prædicamenti. sed sic est, q̃ hoc nomen tempus significat duo entia, quorum vnum est sicut materia, quæ aliquam similitudinem & conuenientiam habet cum materia, & aliud est quasi forma, quæ habet aliquam similitudinem & conuenientiam cum ipsa forma. Vnde, si quis vellet hac distinctione, q̃ tempus potest considerari quantum ad suam materiam, vel quantum ad suam formam, nc̃ est intelligendum quòd hæc sit distinctio totius essentialiter in suas partes essentiales, sed est distinctio nominis in sua significata æquiuoce, aut secundum analogiam importata. Significatum autem temporis, quod est sicut materia respectu alterius, est ipse fluxus continuus, cuius vna pars est prior & alia posterior, & per consequens vna pars non est alia, sed vna est extra aliam, & sunt aptæ natæ numerari & distingui per animam. Significatum autem temporis, quod est sicut forma, est ipsa actualis discretio huiusmodi partium seu diuisio. Si quis autem quæret, propter quid ille fluxus continuus dicitur sicut materia respectu discretionis & diuisionis actualis, causa potest esse, quia sicut materia quodammodo prior est hac forma, generationis via, sic ipse fluxus continuus est aliquo modo prior ipsa discretione & distinctione actuali, & sicut hæc materia bene potest esse sine hac forma & non è conuerso, sic fluxus continuus potest esse sine actuali discretione aut diuisione suarum partium. Sed ipsa diuisio actualis & discretio non potest esse nisi sit ipse fluxus continuus, cuius vna pars est extra aliam. propter hæc igitur & huiusmodi causas vnũ istorum entium significatorum hoc nomine tempus: & est sicut materia respectu alterius, & reliquum est sicut forma. Item, linea, quæ est continua diuidatur & hæc discreta, manifestum est tunc, quòd partes linex se habebunt sicut materia & subiectum respectu ipsius discretionis seu diuisionis: & ideo similiter, cum fluxus continuus diuiditur & discernuntur partes ipsius, ipse fluxus & partes eius se debent habere ad modum materiæ, & discretio ad modum formæ, fluxus enim continui similis est quodammodo lineæ. & discretio eius seu diuisio diuisioni lineæ. Quòd autem hoc nomen tempus ista duo entia significet, hoc probari non debet, nec potest nisi per vsum & consuetudinem illorum, exprimunt conceptum mentis hoc nomine tempus inueniuntur enim aliqui propositiones, quæ non possunt propriè esse veræ, nisi hoc nomen tempus accipiatur vno istorum modorum, & alia alio modo. Et propter inaduertentiam huius distinctionis aut debiti modi intelligendi eam inueniuntur aliqui solennes viri negasse Commenta. quia tamen in alijs dictis ipsum Commenta approbant & sequuntur melius aũt & decentius puto illo modo intelligere distinctionem prætactam, & secundum eam concordare verba Arist. & Cõment. quàm in præiudicium Arist. & Commen. vnam partem solum ponere. Vltetius accipio, q̃ omne causatũ ab aliquo agente per se est in illo agẽte per se quodammodo in potentia actiua: & hoc nihil aliud est quàm ipsum agens per se habere potentiã actiuam sui effectus. sicut formam esse in materia in potentia nihil aliud est realiter quàm ipsam materiam habere potentiam receptiuam formæ. Et propter hoc dicit Arist. in 2. de Generat. q̃ forma omnium sunt in terminis, id est in corporibus cælestibus, in quibus est terminus totius machinæ corporalis. & hoc pro tanto ve-

Tempus significatum duo alterum sicut materia alterum sicut formã.

Agẽs habet potentiam sui effectus.

Tex. c. 49

rum est, quia corpora cœlestia sunt primo agētia corpo-
Comm. 18. rea omnium istorum inferiorum Et Cōm. in 12. Metaph. dicit, q̄ omne extrahens aliquid de potētia ad actum, necesse est vt in eo sit aliquo modo illud quod agēs extrahit. agens aūt verum fm Aristo. est illud quod extrahit illud quod erat in
Cōmen. 18. potentia ad actum, vt dicit ibi Cōm. in eodem Duodecimo & propter hoc dicit idem Comm. in Duodecimo, q̄ formę istorum inferiorum habent esse in potentia in motoribus corporum cęlestium. conceptus aūt intellectuales, quos habet humana de rebus sensibilibus, eadem sunt à rebus totel ligibilibus mediantibus phantasmatibus earundem, vt patet in Tertio de Anima, & in multis aliis locis & idem sequitur, q̄ ipsi sunt in rebus quodammodo in potentia actiua. Qualiter autem & à quo alio agente fiant actu intellectæ,
Text. c 30. postquam erant in potentia, habet inquiri in Tertio de Anima. & sicut ipsi conceptus eadem sunt à rebus, sic eorum discretio & distinctio est ab ipsis rebus quodammodo.

Tunc dico ad quæstionem tria, primo q̄ tps, quantum ad illud quod significatur hoc nomine tempus, sicut materiale est actu præter animam. Secundo dico, q̄ ipsum tps, quod est formale significatum huius nominis tempus nō est actu præter animam, sed ab anima. Tertio dico, q̄ illud idem significatum est extra animam in potēria. Primum probatur faciliter: quia fluxos cōtinuus, quo mobile fluit de vna parte perfectionis ad aliam, est actu præter animam: hoc est manifestum. nam, si nullus homo intelligeret, adhuc cœlum flueret de voobi ad aliud vbi: & illud, quod calefit, flueret actu de vna parte caliditatis ad aliam. sed huiusmodi est tempus illo primo modo sumptum, i. significatum temporis, quod se habet vt materia & respectu alterius, vt dictum est: quare &c. & illud tempus est numerus, i. res numerata: quæ est prius & posterius in motu, de isto loquitur pluries Arist. in litera. Et probatur satis bene per tertiam rationem superius inductam. cum. n. subiectum proprium ipsius fluxus, i. mobile, habens in se aliquam perfectionem diminutā cuius pars generatur post partem non fit ab anima, sed præter animam: sequitur, q̄ etiam ipse fluxus non fit ab anima nostra. & sic eram non esset aliquod ens actu, quod est inconueniens: quia hic ouu esset in prædicamēto. Aut est eos actu extra animam, & hoc est quod volumus. Secundo dico, q̄ tempus secundo modo dictum, s. quod est significatum huius nominis tempus se habens admodum formæ respectu al-
Tex. c 32 t. terius, non est ens actu præter animam, sed ab anima. hr hoc aliqui probaot ratione Arist. in litera, quæ talis est secundum literam nostram. Si impossibile est esse numerans, impossibile est numerabile esse: &, si impossibile est numerabile esse, impossibile est numerans esse: quia numerus vel est quo numeramus, vel est numerabile: ergo à primo ad vltimum, si impossibilē est numeras esse, impossibile est numerum esse: sed, si impossibile est numerum esse, impossibile est esse tempus: quia tempus est numerus. vt dictum est prius. ergo, si impossibile est numerans esse, impossibile est tempus esse: sed nihil est numerus nisi anima vel animæ intellectus: ergo si impossibile est animam vel intellectum esse, impossibile est tēpus esse: & sic hoc esse tps dependet ab anima. Sed siue dubio hęc ratio non videtur esse demonstra-
Impugnatio. tiua. bene. n. sequitur, q̄, si impossibile est numerans esse impossibile est numerabile esse. sed non sequitur, si numerans non est, numerabile non est: sicut bene sequitur. si impossibile est esse videntem impossibile est esse visibile. non tamē sequitur, si non est videns non est visibile: nullo enim actu vidente, adhuc color esset visibilis: & sic, cum ipsum tempus sit numerus, ideō res numerantis, non sequitur, si anima non est: tempus non est. Item, constat, q̄, si impossibile est videntem esse, impossibile est visibile esse, & tamen non oportet, q̄ visibile sit ab ipso vidente: similiter & in proposito. Si impossibile est animam esse, impossibile est tempus esse. sed non valet, ergo tempus est ab anima. Vnde dicere tur quod Arist. non vtitur illa ratione nisi vt probabili & dispuratiua, non vt demonstratiua. Sed ratio Commēt. quæ
RESPON. AD rationes dico, q quædam bene concludunt generationem esse motū aliquo modo. f. prout motus est transmutatio successiua, nisi q tertia peccat per æquiuocationē. Cum enim dicitur, q idem est subiectum &c. Verum est de termino primo essentiali & intrinseco, sed determino mediato & non essentiali, non oportet. modo, dico, q generatio non est terminus alterationis immediatus & essentialis, sed mediatus & extra essentiam alterationis & extra genus eius. terminus autem immediatus alterationis & essentialis est qualitas, qua disponitur materia ad formam generatam, & ideo non oportet q omnino sit idem subiectum generationis & alterationis præcedentis. Quarta verò ratio videtur insolubiliter concludere, q generatio elementi est motus. idest tranſmutatio successiua, supposito eo, quod dicit Comment. f. q forma substantialis elementi recipiat magis & minus. Verum est, q aliqui dicunt, generationem substantiæ nullo modo esse motum successiuum, sed mutationem instantaneam omnino per se loquendo: & si est ibi successiua, hoc solum esset secundum qualitates præcedentes. Et q dicit Cōm. formas substantiales elementorum recipere magis & minus, Dicunt aliqui, q ipse non dicit hoc ex intentione, nec per modum determinantis, sed præter intentionem & exercitatiné. Sed salua pace eorum, hoc est falsum omnino imo Com. aperte, & ex intentione contra Aucicit, q formæ elementorum remanent in misto non quidem secundum suas vltimas perfectiones, sed refractæ & remissæ, & sicut remittuntur qualitates elementorum, sic & formæ, vt ipse ostendit ibidem. Alij verò dicunt, q Cōm. simpliciter errauit & contradixit in hoc Arist. & sibi in illo loco. Sed hoc est valde onerosum & intolerabile dicere de tāto Philosopho, præcipue, quia isti, qui hic imponnot Cōm. contradictionem, quasi in omnibus alijs ipsum approbant, & tenent ipsum tanquam meliorem Commentatorem Aristot. & subtiliorem inter omnes: & si ipsi non dicerent, hoc tamen sine dubio ita est. & hoc relinquo expertis & amatoribus philosophiæ veritatis. Ad vltimam, cum dicitur, q omnis tranſmutatio &c. Concedatur. Et, cum dicitur, q materia habet esse, & non esse in eodem instanti vel in alio &c.

Generatio alterationis est terminus extrinsecus & extraneus.

Generatio substantiæ est motus successiuus.

Tex. c.8. Arist. soluit istam dubitationem in 8. huius, & intendit ibi, q, cum aliquid generatur quacunque generatione, illud fuit non ens in tempore præcedente, & in vltimo instanti illius temporis est ens: & non est accipere vltimum, in quo illud, quod generatur, fuit non ens, sed est bene primum instans, in quo est ens. v.g. cum ex aere generatur ignis, in toto tempore præcedente, ipse ignis fuit non ens, & in vltimo instanti illius temporis fuit ens: nec est dare vltimum instans, in quo ignis sit non ens. quia, si esset dare vltimum instans, in quo ignis fuit non ens, aut in illo eodem esset ens, & sic simul esset ens & non ens: aut in alio eodem instanti esset ens, & sic erit tempus medium, in quo nec erit ens, nec non ens, quod est impossibile. & hoc intendit Aristot. in Octauo huius, manifestum est autem, q oīs aliquis faciat temporis diuidens signum &c. Similiter autem intelligendum est, q, cum aliquid corrumpitur, in aliquo tempore fuit ens, & in vltimo instanti illius temporis est non ens: nec est assignare vltimum instans, in quo sint ens propter eandem rationem: & ideo illa ratio imaginatur falsum impossibile. instans enim commune, quod copulat tempus, in quo res generatur, fuit non ens. Ad illud, in quo est ens debet esse posterioris passionis, vt dicit Arist. ibi, idest q in illo instanti res le habet sicut in tempore posterioris: ita q, si in tempore posteriori sit ens, vt contingit in generatione, tunc in illo instanti res primo erit ens: & si in tempore posteriori non ens, vt in corruptione, tunc in illo instanti primo erit non ens.

Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid quantitate, & facere. & pati necesse est tres esse motus quantitatis, & qualitatis, & secundum locum &c. Tex c.9.

QVAESTIO III.

An Motus sit in Tribus generibus, Qualitate, Quantitate, & Vbi.

COMMENTATOR mouet hic vnā dubitationem, Verum motus sit in tribus generibus f. qualitate, quantitate, & vbi. Et arguitur quòd non. quia illud, quod est in prædicamento passionis, non est in illis tribus generibus: hæc est manifesta, quia prædicamenta sunt impermista, vt patet in 1. Poste. sed motus est in genere passionis, vt allegat Comment. ex Prædicamētis, & istam obiectionem mouet etiā in Tertio huius: quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristot.

CONCLVSIO.

Motus, vt formalem receptionem importat, in genere passionis est, vt verò rationem seu perfectionem dicit, in Quantitate, Qualitate & Vbi illum esse contingit.

DE hoc autem Cōm narrat quasdam opiniones. Aliqui enim dixerunt q motus potest considerari vno modo secundum quod motus est. alio modo q ens ad eius receptionem. Et primo modo est in tribus generibus, Secundo modo est in genere passionis. Sed cōtra hoc obijcit Commentat. & dicit, quòd illi non bene dixerunt: quia receptiua rei est potentia ad rem: & potentia ad rem aliquam est de genere illius rei, sicut potentia ad formam est quoqno modo in prædicamento substantiæ similiter potentia ad quantitatem & ad alia prædicamenta. ita q potentia ad vnumquodque prædicamentum est in genere illius prædicamenti, quod est in actu: & ideo isti non bene dixerunt ponendo receptionem motus esse in prædicamento passionis, & motum in alijs generibus. Alij verò aliter dixerunt: & dixerunt præcise, q motus est in genere passionis, & non in genere qualitatis, nec quantitatis, nec vbi: quia videbant eis, quòd sola qualitas quieteens esset genus & similiter solum vbi quiescens est vnum genus & similiter sola quantitas quiescens similiter est vnum genus per se: & impossibile est, quòd motus sit species quietis, & ideo voluerunt, quòd qualitas mota, vel secundum quam est motus, non sit in genere qualitatis nec similiter quantitas, secundum quam est motus, nec vbi similiter: vnde secundum eos motus præcise est in genere passionis. Sed contra istos arguit Commentator; quia medium magis conuenit cum extremis, quàm vnum extremum cum alio. motus autem est medium inter terminum ad quem & potentiam ad ipsum terminum: & idem magis conuenit cum termino ad quem est, quàm potentia ad terminum conueniat cum ipso termino. sed potentia ad terminum ad quem est motus & in illo genere, in quo est ipse terminus. Potentia

Comment. 3. Opinio prima.

Opinio secunda.

Impugnat

tentia enim ad vnumquodq; prædicamentum est in illo genere prædicamenti, quod est in actu. vt potentia ad substantiam in quomodo in prædicamento substantiæ. & similiter potentia ad quantum & ad alia prædicamenta: ergo multo fortius motus, qui est medium inter potentiam & actum, debet esse de genere illius termini; quoniã omne medium inter potentiam & actum, quæ sunt in aliquo genere, necessario est de genere actus, qui est complementum: sed differt magis & minus. Ire n. ad calorem est calor aliquo modo: & similiter ire ad figus. Istam rationem intendit Commentator, vt paret intuenti quamuis non ponat expresse quæ hic scripsi. Istis itaque opinionibus reprobatis, Cõmentator ponit suam sententiam, & dicit, q̃ motus potest considerari quantum ad suam materiam, vel quantum ad suam formam. Et primo modo, s. quantum ad suam materiam, est de genere eius ad quod est motus, secundum autem suam formam, quę est transmutatio coniuncta cũ tempore est in prædicamento passionis, & per hoc concordarentur verba Arist. Sed in istis verbis Commentatoris sunt multæ difficultates & dubitationes, quarum declarationes non iucundo multum communes fuisse vlq; nunc. Vna quidem dubitatio est de eo, quod Commentator dicit, quod receptio rei idem est, quod potentia ad rem: hoc vtique videtur falsum: quia, si potentia ad aliquam rem esset receptio illius rei, tunc omne, quod est in potentia, vel habet potentiam ad aliquam rem, recipere illam rem, & haberet receptionem illius rei, & hoc videtur manifeste fallum. nam calefactibile, antequam calefieret, habebat potentiam ad caliditatem, & tamen non recipiebat caliditatem, & similiter materia, dum est sub forma materiæ, habet potentiam ad formam ignis, & tamẽ nondum recipit ipsam: quare &c. Alia dubitatio est de hoc q̃ dicit, q̃ potentia ad aliquid est in eodem genere cum ipso. Contra potentia materiæ ad formam substantialem est ad aliquid, vt dicit Commentator in Primo huius & ipsa forma substantialis est in genere substantiæ, vt paret ibidem: ergo male dicit Com. Alia dubitatio est de hoc, quod dicit Commentator, q̃ motus potest considerari duplici. et, scilicet quantum ad suam materiã & quantum ad formam. Contra, nullus actus videtur esse cõpositus ex materia & forma, vt capitur 7. Meta. & in Libro Sex Principiorum. quia forma est simplicis essentiæ: & forma autem & actus sunt idem: ergo nullus actus est compositus ex materia & forma. sed motus est quidam actus, vt patet per eius definitionẽ posita in Tertio huius: ergo &c. Ad primum istorum potest responderi, q̃, cum dicit Commentator, q̃ receptio rei est potentia ad rem, ipse non accipit ibi receptionem pro actu recipiendi, sicut accipiebat in obiecto one, sed pro ipso receptiuo. Istud autẽ receptiuum rei est potentia ad ipsam rem, accipiendo potentiam pro subiecto potente. Est ergo intellectus verborum Commentatoris, q̃ receptio rei est potentia ad rem. i. principium receptiuum alicuius est subiectum potens illud recipere, & hoc est manifestum per se. Et per hoc ad aliud. cum. n. dicit Commentator, q̃ potentia ad aliquid est in eodem prædicamento cum illo termino, non accipit ibi potentiam pro respectu, nec pro qualitate naturali, in qua immediatè fundatur respectus, sed pro subiecto potente. Istud autem subiectum potens est in eodem genere cum actu aliquo modo. Circa quod considerandum est, q̃ aliquid intelligitur esse in prædicamento dupliciter. vno modo sicut prædicabile, quod ordinatur secundum sub & supra, vel ad latus, sicut genus & species & differentia vel individuũ, & hoc modo subiectum potens recipere aliquem actum non est in eodem prædicamẽto, in quo est ille actus: subiectum. n. quod potest recipere caliditatem non est in genere qualitatis isto modo, vt manifestum est. Alio modo dicitur aliquid genere tanquam principium illius generis, vt materia & forma substantialis dicuntur esse in genere substantiæ: & isto modo subiectum receptiuum qualitatis potest dici esse in genere qualitatis, similiter autem & in aliis accidentibus. Constat enim, q̃ subiectum potens recipere aliquod accidens, est principium illius accidentis tanquam materia in qua, & sic intelligendum est dictum Commentatoris in hoc loco. Potest etiam dici, q̃ potentia ad aliquem actum est in illo genere, in quo est ille actus, sicut ordinatum in finem est in ipso fine. Actus enim est finis potentiæ vt paret in 9. Meta. & vnus modus essendi inest ei qui in fine, vt dicitur Quarto huius. potentia ergo ad aliquid est in eodem genere cum illo, sicut ordinatum in finem est in suo fine. hoc specialiter verum est de potentia, quæ est qualitas ordinata ad aliquid recipiendum. Est tamen aduertẽdum, q̃ aliter materia & forma sunt in genere substantiæ, sicut principia, & aliter subiectum potens recipere aliquod accidens est in genere illius accidẽtis, tanquam principium. nam materia & forma sunt in prædicamento substantiæ tanquam principia, quæ sunt partes essentiales substantiæ compositæ, sed subiectum non est pars essentialis ipsius accidentis, sed solum est materia, in qua considerandum etiam diligenter, q̃ quamuis Commentator arguat motum, qui est forma fluens esse in genere termini ad quem per hoc quòd subiectum potens recipere ipsum termium est in illo genere, vt expositum est: tamen aliter ipsum subiectum potens est in illo genere, & aliter motus ipse. Subiectum enim, quod potest recipere terminum motus sic est in illo genere, sicut in quo est tanquam principium quod est in alio genere tanquam prædicabile per se. ordinatum in illo genere, vt calefactibile, pura ligna vel lapis est per se in Prædicamento substantiæ tanquam species aut genus: sed ipsa forma fluens non est per se in aliquo genere alio ab alio, in quo est terminus motus, vt caliditas fluens, ipsa non est per se in aliquo genere alio quã qualitatis, imo est quoddam suppositum caliditatis, simile autem & in alijs suo modo. caliditas enim fluens, quæ præcedit terminum calefactionis, non differt à caliditate quæ terminat motum, nisi sicut minus perfectum & magis perfectum, vt tangit hic Commen. & Tertio huius.

Ad aliam dubitationem dico, sicut mihi videtur, q̃ non est inuentio Commentatoris, q̃ motus possit considerari quantum ad suam formam, vel quantum ad suam materiã, pro tanto, q̃ ipse motus sit quoddam ens vnum compositum ex illis duobus principijs per se, sed intelligitur, q̃ hoc nomen motus significat illa duo æquiuoce vel analogice, quorum vnum est sicut materia, vel ad modum materiæ quoquomodo. s. forma quæ fluit, & alterum ad modum formæ scilicet fluxus formę. Dicitur autem iste fluxus se habere ad modũ formæ respectu formæ fluentis, & illa forma ad modum materiæ: quia sicut hæc forma substantialis nunquam potest esse sine materia. & tamen hæc materia potest esse sine hac forma individuali, sic fluxus formæ nunquam est sine illa forma, sed forma, quæ est fluẽs, potest esse sine fluxu, vt conuenit terminato motu. cum. n. terminatus est motus cessante fluxu: & tamen remanet forma, quæ fuit fluens, sed cuius vna pars fuit generata post aliam partem. Dicerem ergo, saluo meliori iudicio, quòd, cum distinguitur de motu, q̃ potest accipi quantum ad suam materiã, vel quantum ad suam formam, illa distinctio non est totius essentialis in suas partes essentiales, sed est distinctio vocis in significata: quorum vnum est ad modum materiæ, & aliud ad modum formæ rationis prædictæ: & fortè illa est distinctio in significata analogicè importata. Si quis autem quęrat de quo istorum per prius dicitur motus, fortè dicendum est, q̃ secundum famositatem & impositionem motus per prius dicit fluxum continuum, & secundum veritatem & naturam rei per prius dicitur de forma, quæ fluit. Sed ratio huius potest esse, quia ex impositionem & consuetudinem omnem per prius dicitur de illo, quod est nobis notius, modo iste fluxus est aliquo modo nobis notior quàm ipsa forma, saltem quantum ad suam differentiam à termino ad quem. notius enim est q̃ fluxus differt à termino ad quem, quam forma fluens: quia certum est, q̃ fluxus deficit adueniente termino ad quem. Sed dubium est, vtrum forma fluens remaneat, & sic fluxus formæ notior est, saltem quantum ad terminum ad quem, quam sit forma, propter quod nomen motus, quod impositum fuit alicui, tanquam differẽti a termino ad quem, per prius impositum fuit fluxui formæ. sed secundum naturam rei est è conuerso, scilicet forma, quæ fluit, per prius est motus: quia secundum ordinem naturæ rei nomen prius debetur ei, quod est verius ens & perfectius inter significata illius nominis, vt habet videri supra 5. Meta. sed ipsa forma est verioris & perfectioris entitatis quam ut fluxus formæ: fluxus. n. est quid successiuum, & ipsa forma est res

Tex. 66. 17. Tex. c. 23. Potẽtia est in eodẽ genere cum actu.

Opinio tertia.

Subiectum est in eodẽ genere cũ termino motus.

Comm. 9. Comm. 4. Ad tertiũ.

Comm. 70.

Motus duplex significatum.

Nullus actus cõponit ex materia & forma. Tex. c. 6.

Ad secundũ

Esse in prædicamento intelligit dupliciter.

Formale motus considerari dupliciter.

est res permanens: vel saltem non est esse successiuum. quare &c. Est autem vltimus intelligendum, q formale ipsius motus, quod est transmutatio cõmincta eum tempore potest considerari quantum ad duo scilicet quantum ad ipsam transmutationem, & quantum ad tempus ipsum cum quo est cõmincta. & quantum ad primum, ei dicitur in genere passionis. nam huiusmodi transmutatio, quæ est cõmincta cum tempore, nihil est aliud quàm receptio perfectionis in ipso mobili, sicut etiam transmutari est recipere aliquam perfectionem vel actum: & hutusmodi receptio est formaliter passio. vnde & virtus passiua dicitur virtus receptiua secundum omnes, & sic intellexit Cõmentator q motus secundum suam formam est in genere passionis. sed si consideretur quatum ad ipsum tempus, cui cõmincta est receptio, sic est in genere quantitatis: & huiusmodi tempus non puto esse aliud nisi fluxus continuũ, quo ipsum mobile dicitur fluere de vno ad aliud continue, sed secundum aliam & aliam rationem vocetur tempus & motus, vt visum fuit in Quarto huius. Quare autem transmutatio ipsa cum tempore cõiuncta sit passio, hoc potest probari. quia aliud est passio, secundum quod aliquid denominatur patiens sed secundũ huiusmodi transmutationem subiecti denominatur patiens. s. transmutata, vt visum est: quare &c. Hæc igitur sint aggregata de isto dubio difficili, & de verbis Commentatoris, quæ multis sunt obscura, & à paucis declarata, vel nullis. quare &c.

Tex. c. 10. *Secundum substantiam autem non est motus, propterea quòd nullum ens actu est substantiæ contrarium.*

QVAESTIO IIII.

An in substantia sit contrarietas.

Tex. cõ 50: Vtrum hic, vtrum in substantia sit contrarietas, & hoc est quærere, vtrum vna substãtia sit contraria alteri substantiæ. Arguitur primo, q sic. Quia actiuum & passiuum sunt cõtraria. s. de Genera. & in de Sensu & Sensato. sed vna substantia est actiua, & alia passiua, vt manifestum est: ignis enim est actiuus, & multa alia elementa sunt passiua respectu ipsius. quare &c. Item, omne, quod corrumpitur habet contrarium, Primo Cœli: sed aliquæ substantiæ, eorrumpuntur, vt naturales substantiæ, vt patet ex. 1. de Generatione quare &c. Item, in vnoquoque genere est vna prima contrarietas, vt habetur in. 1. huius, & Decimo Meta. sed substantia est vnum genus, vt patet in Prædicamentis. ergo &c. Item, principia sunt contraria, vt patet ibidem. quare &c. Item, cõtrarietas effectuum videtur arguere contrarietatem causarum. sed effectus substantiarum sunt contrarij. s. qualitates actiuę & passiuę, vt calidus & frigiditas. quare &c. Item, ignis, aqua sunt contraria, 2. de Generatione: sed illa sunt substantiæ, vt manifestum est. Item, omnis forma recipiens magis & minus habet contrarium: hæc videtur habere in Quinto huius. vbi dicit Arist. q magis & minus est ea permistione contrarij: sed aliquæ substantiæ recipiunt magis & minus. s. formæ substãtiæ elementorum, secundum Commentatorem 3. Cœli & Mundi. quare &c.

Tex. cõ. 55. Tex. cõ. 42. Tex. c. 24. Tex. c. 25. Comm. 67.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in illo capitulo, & in Prædicamentis.

CONCLVSIO.

Substantiæ secundum se, non sunt inuicem contrariæ at sic secundum qualitates contrariæ sunt.

DE quæstione intelligendum, quòd sicut narrat Cõmen. Alex. posuit, q substantia composita non habet contrarium propter 8. primo, & sic intelligit Arist. hic, sed substantia simplex, quæ est forma, bene habet contrarium, & sic intelleait Arist. in 1. huius de Generatione. Sed hoc non videtur placere Cõm. quia secundum hoc ratio Arist. non probaret nisi q ad substantiã compositam nõ sit motus, sed non probaret q ad simplicem substantiam non sit motus, dicit q est forma, & sic ratio Aristo. non esset vniuersalis, sed forte hoc concederet Alea. Alij dicunt aliter, & dicunt, quòd in substantia per se non est contrarietas, quod sic probant. Si in substantia esset contrarietas, tunc ad substantiã esset motus: istã consequentiam supponunt, sed cõsequens est inconueniens, vt accipiunt pro manifesto ab Arist. in litera. Sed illud non placet Cõm. quantũ ad istam rationem: quia licet bene sequeretur, q si in substantia non est contrarietas, q in ea vel ad eam non sit motus, tamẽ non sequitur, q si substantiæ est contrarietas, q ad eam sit motus. imo dicit Com. q quamuis locutque substantiæ ponãtur fuerint contrariæ, non sequitur vt in eis sit motus: quoniam, si supponuntur contrariæ secundum formas, non erit in eis motus: quia subiectum earum est ens in potentia. Et si essent contrariæ secundum vtrunque idest secundum materiam & secundum formam, non erit in eis transmutatio nec motus. Et hoc vltimum sic apparet, quia, cum inter aliqua est transmutatio, oportet q habeant vnum subiectum commune, quod existens sub vno sit in potentia ad aliud. modo si substantiæ sunt contrariæ secundum formas, & secundum materias. nullum erit vnum subiectum commune, quia vnũ contrariorum non est subiectum alterius, nec recipit ipsum, vt manifestum est per se. & propter hoc dicit Arist. in Primo huius, q discordia non conducit concordiam, nec facta aliquid ex ea. quare &c. Et propter hoc aliqui dicunt & probabiliter, q in substantia non est contrarietas, quia contrarietas est maxima distantia, vt habetur in Decimo Meta. sed in substantijs non est maxima distantia: quia maxima distantia non est nisi respectu maioris & minoris distãtiæ. modo, in substantijs non est maior & minor distantia, saltem in eadem specie, quia substantia nõ recipit magis & minus. vt supponũr. Sed hæc ratio non est firma: quia Commentator vult, q formæ elementorum bene recipiunt magis & minus. Et forte maxima distantia quę pertinet ad cõtrarietatem propriè dictam, non exigit maximè distantiam in eadem specie, sed in diuersis speciebus: ita q forma magis & minus distans ab vno extremorum sit diuersarum specierum, & hoc bene est in substantijs. nam forma aeris minus distat a forma ignis quàm forma aquæ, & sic de alijs: quare non valet ratio. Et ideo aliter dicit Com. & videtur intelligere talem distinctionem, quòd substantiæ possunt considerari dupliciter. Vno modo secundum se, alio modo secundum earum qualitates: & primo modo dicit, q substantiæ non sunt contrariæ, scilicet per seipsas, & loquitur de contrarietate proprissimè dicta, quæ est repugnantia duarum formarum positarum sub eodem genere existentium, & in eodem subiecto vicissim existere potentium, talis enim contrarietate non sunt substantiæ sibinuicem contrariæ per se. Sed hoc ipse non multum probat, & forte ratio est ad hoc, quia tali contrarię debent sibinuicem succedere in subiecto vno & eodem secundum actum: hoc autem repugnat substantijs constat enim, quòd formæ substantiales elementorum, de quibus magis videtur, non succedunt sibinuicem in subiecto vno & eodem secundum actum: quia subiectum cuiuslibet formæ substantialis primum & principaliter, secundum quod est subiectum, non est ens actu, sed ens in potentia, vt docet Commentator 1. & 3. cum do de Anima. Quod autem contraria proprissimè dicta debeant habere subiectum vnum & idem secũdum actum, hoc potest declarari, quia certum est, quod contraria volunt habere subiectum vnum & idem: ergo proprijssimè contraria debent habere subiectum proprijssimè vnum & idem, quod non esset nisi esset vnum & idem secundum actum. Et per consimilem rationem posset probari, quòd ad substantiam non est motus proprijssimè dictus, sub quo subiectum manet idem nomine, & diffinitione. quia constat, quòd motus requirit subiectum vnum & idem sub vtroque termino: ergo motus proprijssimè dictus requirit subiectum verissimè vnum, & idem: idem est illud quod est vnum secundum vnam formam & actu individuale. subiectum enim vnum priuatiuè, sicut materia prima, non est proprissimè vnum, sicut nec est proprijssimè ens, vt patet in 2. de Anima: ergo motus proprijssimè dictos requirit subiectum vnum actu individuale. Et constat, q subiectum transmutationis substantialis, i. transmutationis, quæ est ad formam substantialem, vel ad eius priuationem, non est ens actu & vnum simpliciter, quare &c. Nec tamen negandum est propter hoc, quòd ad substantiam non sit motus, largè sumendo motum, pro quacunque transmutatione suc-

Tex. c. 51. Tex. c. 54. Comm. 4 Contraria habent idẽ subiectum.

ne successiua & continua, vt dictum fuit prius. Secundo dicit Com. q ipsę substantiæ bene sunt sibi inuicem contrariæ ſm suas qualitates: & dicit, q ipse erat lętus in hoc, ſ. q occurrit sibi dicere ſm istam distinctionem. Quòd autem substantiæ sint contrariæ ſm suas qualitates, hoc ipse non probat, quia satis est manifestum, quia cônstat q ignis est calidus & siccus, & aqua est frigida & humida, & aer est calidus & humidus, & terra frigida, & sicca, & sic inter istas substantias simplices est contrarietas ſm suas vltimas qualitates, sicut inter extrema, substantiæ autem mistæ sunt cõtrariæ ſm suas qualitates, sicut media sunt cõtraria medijs, vt ipse docet in 1. Cœli & Mundi. Notandum est ſm Commentatorem hic, q qualitates istæ tangibiles, ſm quas elementa habent contrarietatem, non sunt formæ substantiales elementorum: quia impossibile est, vt aliquid sit in vno de vno prædicamento, & in alio de alio. cum igitur calor sit in homine de prædicamento qualitatis, impossibile est q in ipso igne sit de prædicamẽto substantiæ, forma autem substantialis ignis est substantia. & ideo impossibile est, q calor sit forma substantialis ignis. Verum tñ est, q iple calor est propinquus substantiæ ignis. est.n. accidens propriè cõsequens ſm mam substantialem eius: & dico calor in summo. Et ideo accipitur loco differẽtiæ ignis, in mistis autem est remotius à substantia, vt dicit Com. Si quis autem teneret opinionem Ales. ſ. q substantiæ sunt contrariæ ſm formas substantiæ, dico, quæ sunt elementa, ſ. ignis, aqua aer & terra. Forte non esset magnum inconueniens, quia istæ fuerunt maximè distantes adinuicem in eodem genere & in subiecto aliquo modo eodem, ſ. in materia, licet non in subiecto eodem ſm actum: & cum hoc istæ formæ commiscentur adinuicem remissæ & remissæ ſm Commentatorem, quod non vr competere nisi contrarijs aliquo modo. Verum tñ est q non possunt esse ità propriè contrariæ, sicut qualitates, quia nõ habent subiectum ita propriè vnũ & idem: etiam, quia contraria proprijssime sunt actiua immediatè: modo, istæ formæ non agunt immediatè non. n. agunt nisi præcedentibus actionibus suarum qualitatum aliquo modo secundum cõem doctrinam. & ideo non sunt ita veè contrariè sicut qualitates primæ tangibiles. Quod tñ nullo modo sint contrariæ non video esse demõstratum. Et si dicatur, q ratio Arist. assumit ipsas non esse cõtrarias, posset dici ſm Commentatorem, q illa ratio est famosa solum, i. probabilis & non demõstratiua. cuius etiam signum est, quia non vr vniuersaliter verum, q motus nullo modo sit ad illud, quod non habet contrarium, quia motus circularis est vel nullus motus, vt patet in 8. huius, & tñ non est ad contrarium propriè, vt etiam vr in 8. huius. Et ideo illa ratio Arist. quæ probat ad substantiam non esse motum per hoc, q in ea nõ est contrarietas, non vr demonstratiua simpliciter, sed ratio, quam superius induxit est demõstratiua, vt dicit Com. Sed atqui obijciunt contra Alex. quia Arist. dicit de Sensu & Sensato, q ignis non agit neq; patitur ſm q ignis: neque aqua secundum q aqua, sed inquantum habent contrarietatem adinuicem: ergo vult aperte, q ignis ſm q ignis, non contrariatur aquæ, secundum q aqua, neq; è conuerso. modo, si ignis esset contrarius aquæ ſm suam formam, & è conuerso, tunc ista essent contraria ſm q huiusmodi. quod.n. debetur alicui per suam formam debetur ei ſm q huiusmodi, vt patet in 1. Poste. Ad hoc respondet Alex. multum subtiliter, vt mihi vr, & dicit, q quamus concederetur, q ignis contrariatur aquæ per suam formam, tñ adhuc non sequitur, q contrarietur ei ſm q ignis, i per se & primo omnino, quia ignis non solum includit in sua substantia ipsam formam eius, quæcunq; sit illa, sed etiam materiam, & similiter aqua: nunc autem ipsa materia nulli est contraria, & ideo ignis, ſm q ignis, i. secundum se totum, non est contrarius aquæ, ſm se totam, nec è cõuerso, vt manifestum est per se, & ideo nõ valet obiectio. Vtrum autem Alex. intelligerit qualitates primas esse formas substantiales elementorum, de hoc est alibi perscrutandum, ſ. super Librum de Sensu & Sensato, cap. de Sapore. cõiter. n. attribuitur ei quod sic. Sed ego non credo, quòd ista vnquam fuerit eius intentio, nec habetur ex verbis eius ibi, nec alibi. iple.n. sub cõditione loquens dicit sic, si igitur aquæ esse est in frigiditate, & esse ignis in caliditate, quare nõ contrarius ignis aquæ secundum q ignis &c. quasi dicat, si ponatur, q frigiditas sit forma substantialis dans esse ipsi aquæ, & caliditas sit forma substantialis dans esse igni, quare non erunt ista sibi contraria ſm quod huiusmodi, nunquam tñ absolutè asserit, q ita sit, vt manifestũ est inspicienti. Et in hac expositione Alex. lætus fuit multum. Verecundum.n. est tanto Philosopho, & sic subtili, sicut fuit Alex. attribuere talẽ errorem manifestum, q qualitas sit substantia. hæc propositio est immediata, nulla qualitas est substantia, vt patet ex 1. Poste. sed omnis caliditas est qualitas, vt manifestum est: ergo nulla caliditas est substantia. Sed omnis forma substantialis est substantia, vt manifestum est ſm Arist. in multis locis: ergo nulla forma substantialis est caliditas, nec è conuerso. & simlliter dico de frigiditate in alijs. Quòd autẽ istã rationem ignorauerit Alex. non credo: quamuis quasi omnes loquentes de ista materia vlq; nunc diaetinc tllã fuisse eius opinionem, sed non plus de hoc. Notandum autem vlterius, q contrarietas aliqñ accipitur communiter pro oppositione: quæ est inter priuationem & habitum, & pro oppositione, quæ est inter magis perfectum, & minus perfectum, & sic bene est contrarietas inter substantias & inter principia substantiarum, vt patuit in Primo huius.

Commu to. Qualitates tãgibiles nõ sunt formæ substãtiales elementorum.

Nota.

Text. c. 73.

Text. cõ. 73.

Obiectio.

Solutio.

Calio.... non est forma substantialis ignis.

RESPON.

AD primam rationem potest dici, q bene contingit substantias esse contrarias ſm suas qualitates, non autem secundum seipsas primo. Similiter ad aliam, sufficit.n. ad hoc, vt substãtia sit corruptibilis, q habeat contrarium ſm suas dispositiones proprias, ſ. ſm suas naturales qualitates, quas requirit in materia. Ad aliam, bene concludit q inter substantias est contrarietas, quæ est oppositio inter magis perfectum & minus perfectum. Ad aliam potest dici, q principia substantiæ per se, & principi. sunt substantiæ, sed principium substantiæ per accidens & dispositiuum, non oportet q sit substantia. Priuatio autem est principium substantiæ non per se & primo, sed solum dispositiuum, vel per accidens aliquo modo, vt ostensum fuit in Primo huius. Ad aliud potest dici, q ad contrarietatem effectuum non requiritur cõtrarietas causarum, sed sufficit q sint diuersæ & disparatæ, & sic est hic. Ad aliam patet ex dictis, ignis.n. & aqua sunt contraria secundum suas qualitates, sed non ſm suas essentias, saltem verissima contrarietate. Ad aliam potest negari maior, lumen enim recipit magis & minus, vt manifestum est, & tamen non habet contrarium propriè dictum, sed priuatiuè oppositum, ſ. tenebram, vt dicitur in 2. de Anima. Et, cum dicitur, quòd magis & minus prouenit ex mistione contrarij, verum est in habentibus cõtrarium, sed non est vniuersaliter verum: immo magis & minus potest esse ex maiori vel minori dispositione subiecti ad talem qualitatem vel formam, vel ex maiori aut minori virtute agentis, vel ex aliqua alia causa ideo &c.

Text. c. 70.

Neque iam est in ad aliquid, contingit enim altero mutante verum esse alterum nihil mutans, quare secundum accidens motus horum est, &c. Text. c. 10.

QVÆSTIO V.

An alicui adueniat aliqua relatio nulla in ipso facta transmutatione.

COnsequenter quæritur, Vtrum relatio possit attribui alicui de nouo nulla transmutatione facta in ipso. Arguitur primo q non. Quia sicut est de qualitate, sic videtur esse de relatione per conuenientem similitudinẽ: sed qualitas non potest attribui alicui de nouo nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso, vt manifestum est, & omnes concedunt: ergo &c. Item nullum ens reale potest attribui alicui nulla trãsmutatione in ipso facta: in hoc.n. videtur differre entia rationis & entia realia, quia entia rationis, ſ. conceptus intellectus possunt attribui aliquibus nulla transmutatione facta in ipsis, vt lapis potest esse intellectus nulla trasmutatione facta in ipso lapide. sed entia non videntur de nouo attribui aliquibus, nisi fiant aliquæ transmutationes in ipsis. Relatio autem est ens reale præter animam humanam, & dato, q nullus homo intelligeret, adhuc vnus homo esset pater alterius, & alterius filius, & non posset esse pater, nisi secundum paternitatem.

oita tem. similiter autem & in alijs multis quare &c. Item, omne quod aliter se habet nunc quàm prius, vt esse transmutatum, hæc vt manifesta in Sexto huius. sed omne illud, quod nunc refertur aliqua relatione realis & prius non referebatur se haberet aliter nunc quam prius: simpliciter & eodem modo se haberet nunc, vt prius, tunc sicut prius non erat relatum, sic nunc non est relatum. & sic esset relatum & non esset relatum simul: quod est impossibile. quare &c.

Tex. cō. 37.

Tex. cō. 10.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in illo Quinto, probat enim q ad relationem non est motus per hoc, q aliquid refertur ad alterum, ad quod prius non referebatur, refertur dico ipso non mutato, sed mutato aliquo alterio, & hoc dicit bis verbis. Contingit enim altero mutante verum esse alterum nihil mutans. Et confirmatur ratio sic secundum eapositores, in quocunq; genere est motus nihil illios generis inuenitur in aliquo de nouo absque eius mutatione: sed contingit verum esse aliquid dici relatiuè ad alterum alterato mutato, ipso tamen non mutato: quare &c.

CONCLVSIO.

Relatio realis nulli, tanqnam subiecto aduenire potest, nulla in ipso facta mutatione, tanquam termino autem sic.

Tex. c. 30. Relatio est duplex.

DE quæstione est intelligendum, sicut communiter dicitur, & accipitur ca. 5. Meta. q duplex est relatio. Quædam enim est relatio realis, & quædam est relatio secundum rationem, seu intellectum. Relatio quidem realis est illa, quæ habet esse extra animam præter operationem nostri intellectus, vt paternitas & filiatio, & aliæ huiusmodi relationes multæ. Relatio quidem rationis est, quæ non habet esse extra animam actu. sed habet esse per actum intellectus nostri, sicut communiter exemplificatur de identitate, qua aliquid dicitur idem sibiipsi, ista enim identitas non potest esse relatio realis, scilicet quæ sit extra animam realiter differens à suo fundamēto. Nam, si identitas, qua Sor. est idem sibiipsi, esset relatio realis differens essentialiter & realiter à subliantia Socratis, præter omnem actum intellectus, tunc esset processus in infinitum in entibus actu existentibus extra animam: quod reputatur impossibile. Probo cōsequentiam, quia, si illa identitas est relatio realis præter animam, cum vnumquodque sit idem sibiipsi, necesse erit quòd ipsa identitas sit eadem sibiipsi & per identitatem realem, & illa similiter identitas est eadem sibiipsi per aliam identitatem, & sic to infinitum. noo enim est aliqua ratio, quare aliqua res sit eadem sibiipsi per identitatem realiter & non alia. quare &c. Identitas ergo, qua aliquid dicitur idem sibiipsi secundum communem doctrinam, non est relatio realis existens actu extra animam & realiter diuersa à suo fundamēto, sed est relatio secundum intellectum. Nam intellectus potest intelligere aliquid non esse diuersum à seipso, & sic vtitur vno vt duobus, inquantum intelligit ipsum vt non diuersum, & vt illud à quo non est diuersum, & sic constituit relationem ideotitatis. Vtrum autem hoc sit omnino verum, scilicet q identitas, qua res extra animam existens, nullo modo sit res extra animam, bona speculatio est, sed ad præsens non dico determinando, sed narrando. Vlterius præintelligendum est, q relatiua diuersa diuersimodè referuntur admutcem. Quædam enim referuntur per diuersas relationes existentes in eis, ita quòd in substantia vtrinsq; extremi fundatur relatio. vt pater & filius, dominus & seruus, duplum & dimidium, & multa talia. Quædam verò referuntur non per diuersas relationes existentes in eis, ita quòd relatio noo fundatur in substantia vtriusque extremi, sed in vno extremorum, & aliud extremorum non refertur ad alterum, nisi quia alterum refertur ad ipsum. sicut docet Arist. in 5. Meta. de intellectu & intelligibili, & similiter de Sensu & Sensibili: sensibile enim sentatum noo refertur ad sensum actu scientem, oisi quia actu sentus seotiēs refertur ad sensatum, & sic sensatio, qua seosibile dicitur seosatum, non est alia à sensatiooe, qua sensus actu sentiens dicitur, & illa sensatio est in sensu subiectiuè, non autem in sensibili extra animam sic relatio, qua sensatum dicitur ad sentiens non est alia à relatione, qua sensus dicitur ad sensatum, & est in ipso sensu subiectiuè. noo autem in sensibili, & hanc puto esse intentionem Arist. in Quinto Meta. capitulo de ad aliquid.

Identitas, qua sibi aliquid idem dī, est relationis rōnis

Relatiua diuersimode referuntur adinuicem.

Tex. co. 10.

Vlterius considerandum est quòd relatio potest attribui alicui dupliciter. vno modo tanquam subiecto: alio modo tanquam termino non tanquam subiecto. & hoc est rationabile, quia ipsa relatio est respectus quidam ad aliud, vt ad terminum, & ideo hoc habet speciale inter accidentia, q possit attribui alicui tanquam termino, quod non est eius subiectum. Item, intelligendum est, quòd duplex est transmutatio. Quædam est transmutatio propriè dicta, scilicet transmutatio diuisibilis & successiua, alia est transmutatio indiuisibilis & instantanea, & ista dicitur impropriè dicta, vt habetur in Sexto huius.

Relatio aliquid alicui dupliciter.

Transmutatio est duplex.

Tunc dicunt aliqui ad quæstionem, quòd nulla relatio realis potest attribui alicui de nouo nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso, saltem transmutatio indiuisibilis. Secundo dic, vt quod bene potest attribui relatio realis alicui de nouo sine transmutatione propriè dicta & successiua. Primum probant ratione prius inducta, quia omne, quod se habet nunc aliter quàm prius est transmutatum: hoc est per se manifestum. sed omne, cui nunc attribuitur aliqua relatio de nouo & non prius, aliter se habet nunc quam prius, quia detur, quòd omnino eodem modo se haberet nunc vt prius, & nullo modo aliter, tunc sicut prius se non habebat ad aliud, sic nunc non se habet ad aliud, & sic sicut prius non attribuebatur ei relatio, sic nunc nuu attribuitur ei relatio. quare &c.

Tunc ostenditur secundum, quia, si Sor. nuoc est albus & eras generatur aliquis albus, tunc Sor. erit similis illi albo, cum prius non esset similis, & nulla vera transmutatio, scilicet successiua facta est in Sor. Constat autem quòd similitudo est quædam relatio. quare &c. Sed istnd nou videtur sufficere ad intentionem Arist. quia Aristo vult probare, q ad relationem per se non est motus, ex eò quòd relatio potest attribui alicui nulla transmutatione successiua facta in eo. si autem posset probari, quòd ad relationem non est motus per hoc, q relatio potest attribui alicui nulla transmutatione successiua facta in eo, similiter posset probari, q ad qualitatem non est motus, quia certum est quòd aliqua qualitas potest attribui alicui de nouo nulla mutatione diuisibili successiua facta in ipso. sicut præsente corpore luminoso aer illuminatus est de nouo nullo motu diuisibili facto in ipso, & sic concluderetur, quòd ad qualitatem non est motus, quod est omnino inconueniens. ergo vel oportet dicere, quòd vel ratio Arist. non valet, vel, quòd ad qualitatem non est motus, sicut nec ad relationem. vel, q Aristo. intelligit quòd relatio potest acquiri in aliquo de nouo nulla penitus transmutatione facta in ipso, scilicet nec transmutatione diuisibili nec indiuisibili. Et ideo dico aliquantulum aliter. & dico primo, quòd relatio realis non potest esse in aliquo de nouo tanquà in subiecto, nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. Et hoc probo ratione prius dicta, quæ videtur inlolubilis. Secundo tamen dico, quòd relatio bene potest alicui attribui tanquam termino nulla penitus transmutatione facta in ipso, & hoc potest declarari inducendo in aliquibus relationibus. quia constat q esse dextrum est esse relatum: modo, aliquid potest dici dextrum nunc quod prius non erat dextrum nulla transmutatione facta in ipso. vt, si columna nunc est ad sinistrum alicuius hominis, ipso homine mutato aliqualiter & columna penitus non mutata, verum erit dicere ipsum esse dextrum, & èconuerso. Similiter potest contingere quòd aliquis color nunc est visus ab aliquo & prius non erat visus nulla mutatione facta in ipso colore, & tamen visum & vniuersaliter esse cognitum vel est esse relatum, vel non est sine aliqua relatione. quare &c. Et est considerandum quòd in hoc differt relatio à qualitate, & quantitate, & ab alijs accidentibus absolutis, quia nunquam aliqua quantitas attribuitur alicui de nouo qualitercunque, nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. Certum enim est quòd nulla qualitas attribuitur alicui de nouo tanquam subiecto nisi aliqualiter sit transmutatum. Qualitas. o. non attribuitur alicui de nouo tanquam termino sine transmutatiooe: quia ipsa noo est accideos respectiuū per se & essentialiter. & ideo noo attribuitur alicui solum tanquam termino. Siquis autem dicat quòd relatio realis potest attribui alicui de nouo tanquam subiecto nulla penitus transmutatione facta in ipso reali,

Qualitate aduenire alicui absq; nulla eius mutatione, in illuminato aere coo spici potest.

est vt

instum est vt hoc probet, cum nō sit per se notum, & soluat rōnem in contrarium, quæ non apparens mihi ad præsens.

Ad rationes patet ea dictis.

Tex. cō. 10. *Neque agentis aut patientis. Neque omnis qui mouetur aut mouentis: quia non est motus motus, nec generationis generatio, neque omnis mutationis mutatio.*

QVAESTIO VI.

An motus suscipiat esse per se tam.

COnsequenter quæritur, Vtrum motus accipiat esse per motum. Arguitur primo quòd sic. Quia omne nouū accipit esse per motum: sed aliquis est motus nouus, vt visum est. quare &c. Maior apparet, quia constat q̄ aliqua noua accipiunt esse per motum, & non videtur esse ratio, quare aliquod nouum accipiat esse per motum, & aliud sine motu: ergo omne nouum accipit esse per motum. Item, cum aliqua sint eadem essentialiter, si vnum accipit esse per motum, & alterum: hæc videtur manifesta, sed motus & terminus motus sunt vnum & idem essentialiter, vt conceditur quasi ab omnibus, & terminus motus accipit esse per motū, vt visum est: ergo &c. Item, omne, quod dependet ab efficiente accipit esse per motum. nā efficiens est principium, vnde motus, ſm Arist.

Tex. c. 29. in secundo huius, & in 5. Meta. sed motus dependet ab aliquo

Tex. c. 5. efficiente. s. ab ipso motore: quare &c. Item, nisi motus exitet in esse per motum, tunc motus per viam naturæ posset deduci ex nihilo: quod est impossibile secūdum confessionem omnium Philosophorum.

Tex. c. 34. In hoc igitur omnes conueniunt, qui locuti fuerunt de natura, q̄ ex nihilo nihil fit, Primo huius. consequentia probatur: quia pro alio nō negatur aliquid fieri ex nihilo, nisi quia fit per motū, cui oportet aliquid subijci, vt videtur ex Primo huius. si igitur motus posset produci in esse non per motum, tunc non maneret ratio, quare non posset produci ex nihilo. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. vult enim quòd motus non est motus, nec tanquam subiecti, nec tanquam termini: omne autem quod producitur in esse per motum est terminus motus: quare &c.

CONCLVSIO.

Nullus motus per se producitur à motu, nec eius est per se terminus, at per accidens terminatur motus ad motum q̄nque.

AD quæstionem dico breuiter, q̄ motus per se non producitur per motum, ita quod sit per se terminus motus. Et hoc probat Arist. in litera multis rationibus. Sed ad præsens, quia rationes eius visæ fuerunt in litera, adiungo quasdam alias. Prima est hæc, terminus per se cuiuscunque motus debet esse aliquid permanens. s. quod possit exitere totum simul: in hoc. n. differt motus à termino motus, quia motus est aliquid successiuum, quod non potest esistere totum simul: sed vna parte esistente alia est in potentia, sed terminus motus est ens permanens. s. quod natum est exitere simul, sed nullus motus est ens permanens, imo successiuum, vt manifestum est: quare &c. Item, si motus esset per se terminus motus; sequeretur, q̄ essent infinitæ species motuum: quod videtur omnino impossibile, sicut non sunt infinitæ species entium. Et probatur consequentia, quia, si aliquis motus esset ad motum, vt ad per se terminum, aut esset ad motum eundem specie cum ipso, aut alterius speciei, non est dicendum, q̄ motus sit ad alium motum eiusdē speciei, vt ad per se terminum: ridiculum. n. esset dicere, q̄ dealbatio sit ad dealbationem. vt ad per se terminum, quia similiter illa dealbatio esset ad dealbationem & illa ad aliā, & sic in infinitum. & nunquam aliquis motus cessaret manente suo subiecto, quod incipit mouere, imo semper post motum sequeretur motus eiusdem speciei in infinitum. & hoc specialiter absurdū esset de motu magnitudinis: quia secundum hoc res naturales nunquam perducerentur ad perfectam quantitatem per augmentationem, postquam semper augmentatio esset post augmentationem in infinitum: non est ergo possibile, q̄ motus per se terminetur ad motum eiusdem speciei, quare relinquitur, q̄ terminatur ad motum alterius speciei: & tūc quæritur de illo motu terminante, Vtrum terminetur ad motum eiusdem speciei aut alterius. si eiusdem inconueniens, vt prius: si alterius reuertetur quæstio, vt prius, & sic in infinitum, & sic oportebit esse species infinitas motuū, quod est absurdum. quare &c. Item, hoc posset probari sic, si motus esset ad motum tanquam ad per se terminum, sequitur q̄ aliquid simul tenderet ad duo contraria ſm actum, quod videtur impossibile omnino: & probatur consequentia ſupponendo aliqua. Primo, q̄, si motus est ad motum, vt ad terminum per se, non esset ad quemcunq; motum, sed ad motum, quem non contingit simul esse cum eo. s. ad motum sibi oppositum, vt dealbatio, si est ad motum, vt ad per se terminum, non esset ad quemcunque motum indifferenter, sed ad denigrationem. Ridiculum. n. esset dicere, q̄ dealbatio per se esset ad calefactionem tanquam ad terminum ad quem, quia terminus ad quem non est simul cum motu, quia est ad terminum per se; modo, calefactio potest simul esse, cū dealbatione, & ideo non est rationabile, vt dealbatio sit ad calefactionem, vt ad per se terminum: & eadē ratio est de quolibet alio motu, qui non opponitur dealbationi. relinquitur, ergo, q̄ dealbatio esset ad denigrationem, vt ad terminum. similiter autē & de alijs. Secundo ſupponēdum est, q̄ per totum tempus mobile mouetur ad illud, quod per se terminus motus: & hoc etiā manifestum est per se. Tunc arguatur sic, ponatur, q̄ aliquid dealbatur, si denigratio est per se terminus dealbationis, tunc simul dum dealbatur mouetur ad denigrationem. constat autem, q̄ illud, quod dealbatur mouetur ad albedinem: ergo simul mouetur ad albedinem & denigrationem, sed illud, quod acto mouetur & tendit ad denigrationem mouetur ad nigredinem; quia denigratio est nigredo, saltem imperfecta, & tendit ad nigredinem perfectam. ergo simul illud quod dealbatur mouetur ad albedinem & ad nigredinem: quod est impossibile manifestum, similiter autem & in alijs: dlud. n. quod sanabitur, mouebitur simul ad sanitatem & ad ægritudinem modo prædicto. Item, sequitur aliud inconueniens, q̄ simul aliquid recedit ab aliquo & tendit ad illud idem. nam illud, quod dealbatur, recedit à nigredine, & tendit ad denigrationem: quia denigratio ipsa est ad nigredinem. quare simul aliquid recedit à nigredine, & tendit ad nigredinem, quod videtur inconueniens. nullus. n. motus per se est ab eodem in idem. nisi motus localis circularis, vt patet ex Octauo huius. quare &c. Est tamen intelligendum, q̄ motus potest terminari ad motum per accidens quia contingit q̄ terminato aliquo motu in subiecto in eodem instanti incipit alius motus in isto subiecto. vt aliquo sanato contingit ipsum incipere ambulare, similiter autem & in alijs: sed istud accidit, quia terminato aliquo motu potest indifferenter quicunq; alius motus incipere illo subiecto, loquendo de motibus quibus illud subiectum natum est moueri. vt terminata sanatione potest indifferēter incipi curtus aut calefactio, aut quicunq; alius terminus aut per se motus determinati debet esse aliud determinatum & vnum. quare &c. Item, conclusio probatur sic: nullus motus continuus potest deficere antequam perueniat ad suum per se terminum: quia, si deficeret, tunc nō esset continuus, tunc autem in istis inferioribus inanimatis, quilibet motus potest deficere antequam incipiat alius motus: contingit. n. subiectum quiescere sub forma, secūdum quam est motus, antequam incipiat alius motus. Verbi gratia, si aliquid dealbatur, contingit ipsum quiescere sub albedine, antequam incipiat moueri illo motu, quare &c & hæc ratio bene habetur ea verbis Arist.

RESPON. AD primam rationem in contrarium cum dicitur, omne nouum &c. Dico quòd sic est intelligendum. omne nouum accipit esse per motum præcedentē aliquo motu vel in subiecto illius noui, vel in aliquo alio, ita quòd illud nouum vel est terminus motus præcedentis per se, vel consequitur terminum per se illius motus, sed ooo oportet vniuersaliter quòd omne nouum incipiat esse per motum, cuius illud nouum sit per se terminus, quare &c. Ad aliam cum dicitur, quandocunq; aliqua sunt eadem &c. Verum est, si omnino sunt eadem. modo, motus & terminus motus, licet sint eadem essentialiter secundum speciem, loquendo de motu pro actu fluente, tamen differunt secūdum magis perfectum & minus perfectum, & ideo non sunt penitus essentialiter eadem, & forte non sunt eadem secundum nu-

merum

merum sed de hoc inquiretur post. Sufficit aũ ad præsens, quòd nõ omnino sunt essentialiter idem, & idcirco vnum eorum potest acquiri per motum, & aliud non, tanquam per se terminus motus. Aliter dicerent aliqui, q̃ motus, qui est forma fluens, bene est idem essentialiter cum termino motus, & ille motus bene accipit esse per motum, sed motus pro fluxu formæ nõ est idem essentialiter cum termino motus. quare &c. sed prima solutio melior est. Ad aliam, cum dicitur, omne, quod dependet, dicunt aliqui, q̃ verum est; si dependet ab efficiente sicut per se effectus ipius efficientis: sed per accidens, non oportet modo, dicunt, nullus motus habet efficiens per se, sed solum per accidens, inquantum per ipsum motum efficiens facit aliquid per se: sed illud est bene dubium, & fortè est impossibile; q̃ motus nullo modo fit ab agẽte per se. de hoc autem videbitur alias si Deus voluerit. Aliter tamen potest dici, cum dicitur, omne, quod est ab agente &c. Verum est, si sit principaliter intentum ab agente, sed, si est intentum secundario ab agente, & ex consequenti solum, non oportet, q̃ accipiat esse per motum, cuius sit per se terminus: modo, ipse motus nõ est aliquid per se & principaliter intentum ab agente, vt motus est, sed est intentus secundario & ex consequenti, inquantum non potest producere actum perfectum; quem principaliter intendit nisi præcedente motu aliquo modo. Et ideo non oportet, q̃ motus fiat per se ab agente tanquam eius effectus per se aliquo modo, & non purè per accidens accipiat esse per motum, vt per se terminus motus quare non valet. Ad aliam cum dicitur, q̃ tunc motus posset fieri ex nihilo & nego consequentiam. Et cum probatur, quia per aliud non coniungitur aliquid fieri ex nihilo, nisi quia fit per motũ: potest dici, q̃ verum est, quia fit per motum, vel tanquã per se terminus motus, vel ita quam concomitans motum & præsupponens ipsum aliquo modo: quamuis autem motus nouus non cõcedatur esse terminus per se motus, tamen nunquam contingit motus nouus, nisi precedente aliquo motu alio secundum Philosophum. & ideo non potest fieri ex nihilo. Aliter posset dici, q̃ non solum coniungitur aliquid fieri ex nihilo per hoc, quod fit per motum, sed per hoc q̃ oportet ipsum prius fuisse possibile fieri. Non enim fit impossibile fieri modo, non potuisset fuisse possibile fieri, nisi præcedente potentia receptiua sui esset, & illa potentia receptiua non potuit esse in non ente, neque in agente, sed solum in subiecto; & ideo impossibile est aliquid factum esse de nouo, nisi præexistente aliquo subiecto secundum Philosophum: de hoc autem habitum fuit in Primo.

QVAESTIO VII.

An in Quantitate sit Contrarietas.

CONsequenter quæritur. Vtrum in quantitate sit contrarietas. Arguitur primo quòd non. quia in quibuscunque non est maxima distantia inter illis non est contrarietas, vt patet ex 10. Met. sed in quantitatibus non est maxima distantia, quia non est in eis minimum, cum continuum sit diuisibile in infinitum, nec maximum, cum in numeris sit augmentatio in infinitũ, vt patet in Tertio huius ergo &c. Item si sic tunc quantitas reciperet magis & minus, quod est falsum, vt patet in prædicamentis. & probatur cõsequentia. quia magis & minus prouenit ex permixtione contrarij, vt patet in illo Quinto. quare &c. Item, contraria sunt ad inuicem corruptibilia, vt patet in Primo de Generatione: sed vna quantitas non est corruptiua alterius, vt manifestum est ad sensum. nam vnũ corpus potius tuxta alterum non corrumpit ipsum. & Commentator dicit in Quarto huius, quòd quantitates non sunt actiuæ neque passiuæ, saltem per se. quare &c. Item, in Prædicamentis dicit Aristo. quòd quantitati nihil est contrarium. quare &c. Item, difficilius, si in quantitate esset contrarietas, aut esset inter quantitates diuersarum specierũ, aut inter quantitates eiusdem speciei, per conuenientem, & sufficientem diuisionem. non inter quantitates diuersarum specierum, quia illæ sunt bene in eodem subiecto simul, vt linea, superficies, & corpus. Præterea Ab vna natura non fit motus ad aliam, vt manifestum est. nec est dicendum, quòd inter quantitates eiusdem speciei, quia contraria debent differre secundum speciem, vt patet ex 10. Meta. & 5. quare &c.

Tex. c. 14.

Comm. 84.

Tex. c. 6.

Tex. cõ. 14.

Tex. cõ. 16.

Oppositum vult Arist. in isto 5. Et aliter non esset motus ad quantitatem, sicut nec ad substantiam. quare &c.

CONCLVSIO.

Quantitas secundum se sumpta non inest aliqua propriissima contrarietas, sed vt sub aliqua natura formæ consideratur, aliqua illi inest contrarietas.

AD euidentiam quæstionis est intelligendũ, q̃ sicut communiter dicitur, quælibet potest considerari dupliciter. vno modo secundum se, alio modo secundum q̃ est ad cuius naturę determinatur, vt hominis, aut cuiuscunq; alterius substantiæ naturalis. Item, considerandum est, q̃ contrarietas multiplicitèr inuenitur accipi in Philosophia. vno modo accipitur communiter & quasi impropriè pro oppositione, quæ est inter priuationem & habitum. & hoc modo accipit Aristo. in Primo huius, sicut ostensum fuit ibi. Alio modo dicitur contrarietas oppositio, quæ est inter duas formas diuersas specie eiusdem generis maximè distantes sub illo genere, & quarum vna immediatè agit ad corruptionem alterius, & è conuerso vt caliditas & frigiditas, & humiditas & siccitas. & ista dicitur contrarietas propriissimè dicta. Alio modo sumitur contrarietas pro incompossibilitate duarum formarum eiusdem speciei, quarum vna est perfectior aliquo modo quam altera. vt dicimus, q̃ albedo minus intensa est contraria albedini fortiori, similiter autè & in alijs multis. Et hoc modo potest dici contrarietas minus propriè dicta, licet sit propria contrarietas respectu illius primo modo dictæ, quæ est inter priuationem & habitum. & hoc modo loquitur Aristo. de contrarietate in de Causis Longitudinis & Breuitatis vitæ. vbi dicit, q̃ superabundans contrariatur diminuto, vt maior flamma accidit minori. & hoc etiam modo loquitur Aristo. in illo Quinto in illo capitulo. quoniam autem neq; substantiæ, in illa parte illa, quæ autem in eadem specie mutatio. vbi dicit plane, q̃ magis & minus, quæ sunt in eadem specie, sunt contraria aliquo modo. vnde dicit, in minus in vacuis in contrariã dicetur mutari. Posset etiam vocari contrarietas repugnantia duarum formarum succedentium in eodem subiecto in potentia: & sic formæ substantiales possunt dici contrariæ, & hæc posset dici contrarietas magis propriè quàm prædictæ quæ est inter formas vnius speciei. Quòd autem inter formas substantiales materiales sit contrarietas aliquo modo, probatum sunt prius, & potest probari ratione probabili: quia sicut forma substantialis ignis & aquæ naturaliter sunt priores ipsis qualitatibus suis caliditate & frigiditate, vt omnes concedunt. ita rationabile videtur, q̃ repugnantia formæ substantialis ignis ad formam substantialem aquæ sit prior naturaliter quàm repugnantia calliditatis ad frigiditatem. non enim propria principaliter videntur adinuicem repugnare caliditas & frigiditas, nisi quia formæ, quas consequuntur, sibiinuicem repugnant. prior ergo est repugnantia illarum formarum substantialium quàm suarum qualitatum, dico naturaliter, & sic non est prius eadem repugnantia formarum substantialium & qualitatũ, sed alia, cum nihil sit prius naturaliter seipso. Omnis autem repugnantia eorum, quæ possunt succedere in eodem subiecto, est oppositio, & omnis oppositio vel est contrarietas, vel contradictio, vel priuatiua oppositio, vel relatiua, vt satis patet ex Prædicamentis, & ex 10 Meta. contrar autem, q̃ vna forma substantialis non opponitur alteri, vt priuatiue habitui propriè, cum priuatio sit per se non ens: nec relatiuè, cum sint entia absoluta: nec contradictoriè, cum vtraque sit res positiua, & vnum contradictoriorum est purè non ens, ergo &c. Quantitas autem secundum q̃ sumitur sub ratione quantitatis, vt sic, non habet contrarietatem. Istam autem rationem pono vt probabilem, quia non est demonstratum, q̃ repugnantia formarum inuicem succedere in vno subiecto sit oppositio. Sed fortè hoc debet recipi pro manifesto. & non est demonstratum, q̃ repugnantia formarum necessario præcedat vnumquemlibet repugnantiam qualitatum suarum, sed fortè hoc est principium bene dispositum secundum intellectum.

His visis potest respondere ad quæstionem. Primo, q̃ inter quantitates nec est contrarietas impropriè dicta quæ est inter priuationem & habitum oppositus, quia coaptat, q̃ vna quantitas non est propriè priuatio alterius. quare &c. & eundo po

Quantitas cõsideratur dupliciter, cõtrarietas capit multiplicitèr.

Tex. c. 19.

Formæ substantiales sit contrariæ.

do potest dici, quòd inter quantitates nulla est contrarietas proprijssime dicta: quia non sunt per se sectiuæ adinuicem, nec passiuæ, vt manifestum est ad sensum. nam, vt dicebatur arguendo, vnum corpus appropinquatum alteri non corrumpit ipsum, nec vna superficies alium corrumpit per se, nec linea lineam, similiter autem & in alijs. quare &c. Tertio potest dici, quòd inter quantitates bene est contrarietas minus proprie dicta, quæ est impossibilitas duarum formarum eiusdem speciei quarum vna est perfectior alia. constat enim quòd linea secundùm suam essentiam est diuisibilis in lineas minores. & linea minor est minus perfecta quàm linea maior, cuius est pars, sicut vnumquodque aliter omnis pars quantitatiua est imperfectior suo toto. & linea maior & minor non possunt simul inesse eidem subiecto secundùm idem quare &c. Quarto dicendum, quòd inter quantitates, secundùm quòd sunt alicuius naturæ, est contrarietas propinquior veræ contrarietati, quam inter quantitates ſm se, quia duę formę maximè distantes abinuicem, quarum vna succedit alteri in eodem subiecto, magis propinquæ sunt veræ contrarietati, q̃ quæ non maxime distãt: sed duæ quantitates ſm q̃ sunt in natura determinata, sunt maxime distantes, verbi gratia. aliqua est quantitas hominis, ita magna, sub qua maior non potest saluari natura hominis: & aliqua ita parua, sub qua minor non potest saluari natura hominis. & istæ duæ maxime distant ab inuicem in natura humana, & post minimam in quantitatem nata est succedere maxima. Sed inter duas quantitates secũdùm se sumptas non est maxima distantia. l. quæ sit inter maximum & minimum. verbi gratia: inter duas lineas non est maxima distantia: quia nulla est linea minima secundùm se, cum ũt diuisibilis in infinitum. similiter autem & in alijs quantitatibus continuis. Et similiter non est maxima distantia inter duos numeros. quia nullus est numerus maximus, quo non possit esse maior, cum numerus cretcat in infinitum, vt patet in Tertio huius. Et ideo ꝓinter solet dici ad quæstionem

Com. 7. istam q̃ in quantitate ſm se non est cõtrarietas, sed in quantitate ſm q̃ est cõiuncta formæ naturali, vel ſm q̃ est quantitas formæ naturalis bene est contrarietas. quod ñ credo sic esse intelligendum, vt in quantitate ſm quòd est coniuncta formis naturalibus sit contrarietas non proprijssime dicta: quia tales duæ quantitates alicuius naturę, quarum vna est maxima & alia minima non sunt sibiinuicem per se corruptiuæ: vt linea minima, sub qua nata est esse forma humana, non est per se corruptiua lineæ maximæ, nec è conuerso. similiter autem & de alijs quantitatibus & naturis. sed pro tanto dicitur esse contrarietas in quantitate, ſm q̃ est coniuncta cum formis naturalibus. quia cum ipsa vt sic, est contrarietati propinquior perfectæ contrarietati, q̃ in ipsa ſm se, & absolute, declaratum est. Nec intelligo etiam, q̃ in

In quantitate secũdum se est aliquo modo contrarietas. quantitate secundum se & ſm suam essentiam nullo modo sit contrarietas. quia circũscriptis per intellectum omnibus formis naturalibus, adhuc linea maior esset perfectior alio quo modo q̃ linea minor. sicut totum est perfectius sua parte. & sic in essentia lineæ adhuc esset contrarietas, quæ potest esse inter formam magis perfectam & minus perfectam eiusdem speciei. magnitudo ergo, q̃ circũscripta per intellectũ omnibus formis naturalibus, adhuc essentia lineę realiter esset diuisibilis in infinitum, & non esset diuisibilis nisi in lineas, vt oês cõcedunt ſm Arist. in Sexto huius & in libro de Lineis indiuisibilibus. ergo, cum vnũquodq; sit compositũ ex illis, in quæ diuiditur, sequitur, q̃ linea ſm suam essentiam sit composita ex lineis. Et cum totum sit maius sua parte, sequitur, q̃ linea ſm suam essentiam sit maior alia linea. & per consequens perfectior aliqualiter, & alia minor & minus perfecta, & hoc inter eas est contrarietas talis, quæ dicta est. Obiectio. Et si quis diceret, q̃ linea maior nullo modo est perfectior q̃ linea minor, nisi ſm q̃ est coniuncta formæ naturali, & rõne, qua est ei coniuncta: hoc non est verum. quia circumscriptis omnibus virtutibus naturalibus, adhuc linea maior haberet plures partes eiusdem quantitatis, quã linea minor, & constat, q̃ vnaquæq; illarum partium, quas haberet linea maior vltra minorem, esset quædam perfectio & forma in se. & sic linea maior circumscriptis virtutibus naturalibus haberet plures perfectiones q̃ minor. quare aliqualiter esset perfectior. & sic ide quod prius. s. q̃ in quantitate ſm se. i. ſm suam essentiam est aliqua contrarietas: bene tamen concederem, q̃ nunq̃ aliquod subiectũ transmutaretur de longitudine seu linea minori ad maiorem, nec è conuerso, nisi per virtutes naturales actiuas & passiuas, sed hoc non obstante adhuc, diuitio longitudinis. s. lineæ, naturaliter est prior ni virtute naturali aliqua modo principiatis. Quantitas. n. prior est qualitate, vt dicit Boetius in prædicamentis. & Cõmunis de Subtilitatibus Orbis, dicit, q̃ primum rerum existentium in hoc subiecto sunt tres dimensiones, quæ dñi corpus. Et sic naturaliter, ante nem virtutẽ naturalem, ipsa linea haberet partes quantitatiuas, sine quibus non esset eius essentia, & per consequens esset in linea maius & minus. siquidem nmne totum est maius sua parte: & si maius & minus. ergo perfectius & minus perfectum. quare &c.

RESPON. Ad rationes patet per distinctionem positam, & tu applica ad solutionem. Et ad vltimam credo esse dicendum, quod contrarietas, quæ est in quantitate est inter quantitates, quæ sunt eiusdem speciei modo prius dicto. Et, cum dicitur, quòd contraria differunt specie, verum est contraria prę perfectissima & perfectissima contrarietate, sed non oportet, quòd omnia talia diuersa specie. & hoc significauit Arist. in 5. Metaph. cap. de diuersa specie, vbi sic loquitur. & contraria dicuntur esse specie, aut omnia, aut dicta primum, & est verum pro vltima parte, scilicet quòd contraria dicta primum, id est principaliter, sunt diuersa specie.

QVAESTIO VIII.

An in loco sit Contrarietas.



Consequenter quæri solet, Vtrum ad quantitatem posset esse motus. Sed, quia de hoc dictũ est in tractatu de augmento, ideo hic non scribo, sed cui fuerit curæ videat illud opus. Et consequenter quæritur, vtrum in loco sit contrarietas. Arguit primo q̃ non quia tam in loco esset contrarietas maxime videretur esse inter locũ sursum & locum deorsum: hæc est manifesta, quia ista loca sunt maxime diuersa, sicut grauia & leuia. sed inter locũ sursum, & locum deorsum non est contrarietas, quod probatur dupliciter. Primo, quia contrarietas est maxima distantia, vt patet 10. Meta. sed inter locũ sursum & locum Tex. c. 24. deorsum non est maxima dillantia, quia locus sursum est ipsum concauum cœli, & locus deorsum est medium mundi, vt patet in 2 Meta. & Quarto huius mò cõcauũ cęli non maxime dillat à medio mundi, imo plus dillat vna pars concauitatis cęli à parte cęli ei diametraliter oppolita, q̃ à medio múdi, vt manifestũ est per se quare &c. Itẽ cõtraria pñt sibiinuicem succedere in eodẽ subiecto, vt patet 10. Meta. sed locus sursum & locus deorsum non pñt sibiinuicẽ succedere in eodem subiecto, locus naturalium proprie est virtus cõseruatiua lenium & locus deorsum est virtus cõseruatiua grauium, vicetus autem conseruatiua leuium non est proprie nisi in cęlo, & virtus conseruatiua grauium in cẽtro. vñ cũ centrum nunq̃ fiat cęlũ, nec è conuerso, manifestũ esse vẽ, q̃ istæ virtutes nunq̃ succedunt in vno & eodem subiecto. quare &c. Itẽ, contrariorum vnum est corruptiuum alterius, vt patet in 1. de Gene. & Secundo 1 sed locus sursum non est corruptio loci deorsum, nec è conuerso: quia locus sursum est vir- Tex. c. 8. tus cõseruatiua leuium, & est in concauo cęli, locus autem deorsũ est virtus cõseruatiua grauiũ, & est in cẽtro, vt dẽ in Quarto huius: mò, istæ virtutes nunq̃ sunt sibiinuicẽ appropinquatę, & tò vna non agit ad corruptionem alterius, cum agẽs & passũ debeant esse simul, vt patet ex Septimo huius. Tex. ca. 18.

OPPOSITVM vult Aristot. in litera.

CONCLVSIO.

In loco naturali, qui est virtus conseruatiua locati, est aliqno modo contrarietas.

Dicendum, q̃ in loco naturali, qui est virtus conseruatiua locati bene est contrarietas aliquo modo. quia omnes duæ formæ existentes sub eodem genere, & diuersæ secundũ speciem & maxime distantes sub illo genere habent aliqualiter contrarietatem: hęc videtur manifesta. sed locus sursum & locus deorsum sunt huiusmodi sunt. n. in eodem genere. s. sub loco, & differunt specie, sicut graue simpliciter & leue simpliciter differunt spẽ, & maxime distant abinuicem

Linea maior est perfectioe linea minoei.

inu cem secundum materiam & virtutem. nam lu. sum simpliciter est virtus conservativa, & deorsum simpliciter est virtus conservativa grauium, quæ est motiua secundum locum distant sic sursum simpliciter & deorsum simpliciter maxime distant in genere loci. Et est considerandum, & secundum Comm. in 8. Meraph. illo cap. est autem substantia quod subijcitur. Contrarietas primo & essentialiter inuenitur in eis, quæ nppn nuntur in loco, & ideo accepta est distantia in diffinitione contrariorum. s. quia distantia proprie dicitur de locis & ex consequenti de formis repugnantibus. Et notandum, quòd licet contrarietas primo & essentialiter inueniatur in loco, tamen secundum Commenta. in Primo Cœli & Mundi, inuenire contrarietatem in motu locali est magis occultum quàm in alteratione, & esset bene videdum qualiter hoc Commentator intelligit. Forsan intelligi de motu locali circulari.

Comm. 40.

Comm. 86.

RESPON. AD primam rationem dicendum, q̃ inter vbi sursum & vbi deorsum non est maxima distantia quantitatiua, maxima dico simpliciter & omnino, sed inter ea est maxima distantia virtutũ conseruatiuarum. plus. n. differunt virtus conseruatiua grauium, quæ est locus deorsum, a virtute conseruatiua leuium, quæ est locus sursum, q̃ distant ab inuicẽ virtutes duę in duabus partibus orbis sibi oppositis, & hoc sufficit. Ad aliam, cum dr̃ contraria possunt sibiinuicem succedere &c. posset dici, q̃ contraria possunt considerari dupliciter. vno modo sõne, qua contraria sunt, & sic non repugnat eis sibiinuicem succedere in eodem subiecto. aliquando dn̄ sic q̃ sunt in talibus naturis determinatis, & sic potest esse, q̃ non succedant sibinuicem in eodem subiecto. Aut dicatur, q̃ ibi locus sursum & locus deorsum non succedant sibi in eodem sm se, th sm suos effectus. Lvbi sursum & vbi deorsum, bene succedũt sibi in eodẽ subiecto Ad aliud pot dici, q̃ licet virtus conseruatiua leuium, q̃ est locus sursum, non agat immediate ad corruptionẽ loci deorsum, th possibile est, q̃ agat ad hoc mediate. s. mediantibus corporibus intermedijs inter ipsum cœlum & ipsum locũ grauiũ. bene tũ verum est, q̃ nunquam virtus conseruatiua grauiũ, quæ est locus deorsum, corrumpit virtutem conseruatiuam leuium existentem in concauo cœli, cum ipsum rursum non sit alterabile ab istis inferioribus, vt satis patet in Primo Cœli & Mundi. nec oportet, q̃ vniuersaliter vnum contrariorum sit corruptiuũ alterius & è cõuerso, licet hoc sit in istis inferioribus contrarijs, quæ communicant in vna materia.

Contraria non semper sibiinuicem in eodẽ subiecto succedunt.

Tex. cõ. 20.

Contrariorum vnum non semper corrumpit alterum.

Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis & minus, alteratio est.

Tex. c. 19.

QVAESTIO IX.

An Magis & Minus perfectum secundum formam ad quam est motus specie differant.

ONsequenter quæritur, Vtrum magis perfectum & minus perfectum in forma ad q̃ est motus, sint diuersa sm speciẽ. Arguitur primo q̃ sic, qa cõtraria differunt sm speciem, vt vult Aristo. in 10. Meta. sed magis perfectum & minus perfectum in talibus formis vtr esse contraria, quod probatur: qa motus non est nisi à cõtrario, in contrariũ, saltem in istis inferioribus. sed contingit aliquid moueri à minus perfecto ad magis pfectũ, vt à minus calido ad magis calidũ, & sic de cæteris. quare &c. Itẽ, extrema & media differunt sm speciẽ, vt albedo & rubedo, & sic de alijs. sed nõ differũt nisi sm magis & minus. mediũ. n. hẽt actu vtrũq; extremorũ remissum, & non in suis vltimis pfectionibus, vt dicit Cõm. in Primo huius ergo medium hẽt in se vtrũq; extremorũ remissum, & sm minorẽ perfectionẽ. quare &c. Item, illa differũt spẽ, quorũ vnũ est corruptiuũ alterius hęc vr manifesta. qua ea, quæ sunt eiusdem speciei nõ vr esse sibiinuicẽ corruptiua, mõ magis calidũ corrumpit minus calidũ, vt maior flamma corrumpit minorẽ sm Aristo. in de Causis Longitudinis & Brevitatis vitæ & in de Respiratione. quare &c. Itẽ, magis diffrũt magis album & minus albũ, q̃ duo alba æquè perfecta: hoc est manifestũ. sed duo alba æquè perfecta differunt numero, vt manifestũ est per se. ergo magis album & minus album differunt plus q̃ numero: sed non pũt plura differre

Comm. 56.

quàm numero, nisi differãt specie, vt certum est: quare &c.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. hic vult. q̃ magis & minus sunt in eadẽ specie, & hoc etiam est commune dictum, q̃ magis & minus non diuersificãt speciem.

CONCLVSIO.

Magis & minus perfectum, secundum formam, ad quam est motus, non variant speciem.

AD quæstionem potest dici vtrumlibet, q̃ magis perfectum, & minus perfectum in forma. sm quam est motus non differunt proprie sm speciem. Et hoc aliqui sic probant. sublimandi magis & minus differunt specie, nullus motus posset esse vnus numero simpliciter, quod est omnino inconueniens, & contra Arist. in isto Quinto. Et apparet consequentia, quia semper in allo & in alio instanti temporis mẽsurantis motum ad formam aliquid acquiritur illius formę perfectius & minus perfectum: motus. n. est generatio vnius partis post aliam partem illius perfectionis ad quam tendit motus: donec perficiatur & fit in actu, vt docet Cõm. in tertio huius. & esto, q̃ pars, quę acquiritur in isto instanti priori, est minus perfecta, quàm quæ acquiritur in isto instanti sequenti. vt, cum aliquid calefit, primus acquiritur caliditas minus perfecta, & postea magis perfecta. Similiter autem & in alijs motibus suo modo. si igitur huiusmodi formę differunt secundum speciem, tunc nullus motus est secũdum formam vnam specie. ad hoc aũt, q̃ motus sit vnus numero requiritur q̃ sit secundũ formam vnam specie ad minus: licet forte non sit necessarium q̃ sit secũdum formam vnam numero, ita. s. q̃ forma, secundũ quam est motus, sit vna numero, per totum tempus. De hoc autem videbitur in sequẽtibus. quare &c. Item, potest sic probari conclusio. Si albedo perfectior & minus perfecta essent diuersa secũdum speciem, tunc non magis differrẽt albedo & nigredo, quàm albedo perfectior & minus perfecta, quod videtur absurdũ. & patet consequentia, quia albedo & nigredo per se solum non differunt nisi secundum speciem. si ergo albedo perfectior & minus perfecta differunt specie, tunc non plus differrent albedo & nigredo quàm albedo pfectior & imperfectior. sed forte hæc ratio non est demonstrativa: quia dicerẽtur, q̃ nihil prohibet differentium secundum speciem quædam magis esse diuersa quam alia. vt homo & mulier differunt secundum speciem, & similiter homo & simia differunt secundum speciem, & tamen homo & mulier plus differunt quàm homo & simia: nisi quòd forte homo & mulier non plus differunt quatum ad substantias & per se. quàm homo & simia: sed quantum ad dispositionem sunt magis dissimilia, homo autem & simia, magis similia, sed non magis eadem secũdum se. Item possęs sic argoi. Si magis perfectum & minus perfectum in forma secundũ quam est motus differrent specie, tunc substantiæ similiter haberent magis & minus, sicut accidentales formæ: quod est improbabile. Et pater consequentia, quia certum est, q̃ in substantia est magis perfectũ & minus perfectum in diuersis speciebus. vna enim substantia est perfectior alia, vt patet ex tertio Generatione. si igitur forma accidentalis secundũ quam est motus non haberet magis perfectum & minus perfectũ nisi in diuersis speciebus, tunc non aliter reciperet accidens magis & minus q̃ substantia: quod, cum sit improbabile, quia substantia non recipit magis & minus saltem substantia materialis &c. Item, posset dici ad illud improbabile, q̃, si magis & minus in forma sm quam est motus, differunt secundũ speciem, tunc essent infinitæ species, saltem successiue in eodẽ subiecto: quod est absurdum. & probatur cõsequentia, quia certum est, q̃ in tempore mensurante motum proprie dictum sunt infinita instantia, & vnoquoq; illorum acquiritur alia pars illius formæ secũdum quam est motus, ita q̃ pars, quæ acquiritur in instanti posteriori, est perfectior parte, quæ fuit acquisita in instanti præcedente. verbi gratia, cum aliquid calefit in aliquo tempore, in quolibet instanti illius temporis acquiritur aliquid vel aliquis gradus caliditatis, & semper pfectior pars est illa, quæ acquiritur in instanti sequenti cum igitur sint infinita instantia in illo tpe, vt patet ex Sexto Physi. infinitæ partes caliditatis acquirerentur in subiecto in illo tempore. & sic, si magis & minus fuit diuersa sm speciẽ in tali forma, sequitur, q̃ erunt species infinitæ sm successionem: quod videtur impossibile. ontrario.

Et con-

Tex. c. 34. Mot quid est.

Comm. 4.

Tex. c. 12.

Tex. c. 15.

Et confirmatur quia secundum aliquos, omnes species, quę possunt esse in vniuerso, sunt actualiter in ipso. Et hæc videtur esse intentio Linco. super 1. Poster. vbi dicit, q̃ verisimile est omnes species vniuersi in qualibet hora manere. Aliter enim vniuersitas entium quandoque esset diminuta. Aliter etiam species illę non plus pertinerent ad perfectionem vniuersi, quã sua individua. si igitur in aliquo subiecto possent esse species infinitæ, necessario videretur, quod species infinitæ simul essent: quod est manifestum impossibile.

Species in vniuerso possunt esse actualiter in ipso.

RESPON. AD primam rationem dico, q̃ maior est vera de contrarijs contrarietate propria & perfecta, sed de contrarijs contrarietate diminuta & imperfecta, nõ est vera: & sic est hic. quare &c. Ad aliam, cũ dicitur medium & extrema &c. Intelligendum est hic, q̃ de medio sunt duæ opiniones. Vna est quod medium inter duo extrema est compositum ex essentijs extremorum remissis & refractis, vt rubedo ex essentia albedinis & nigredinis, similiter aũr & in alijs. & Inquirmur de medijs fiatis quæ, si habent esse fixa in subiectis & tũc isti dicerent, q̃ ipsum medium differt ab altero extremorũ ratione alterius quod includitur in eius essentia. verbi gratia, rubedo differt à nigredine ratione albedinis, & ab albedine ratione nigredinis. similiter autem & in alijs. & sic non differt solum secundum magis & minus. Verum est tamen, q̃ secundum istam viam, medium quantum ad id, quod includit de altero extremo, non differt a illo extremo nisi secundum magis & minus, vt rubedo, quantum ad illud quod includit de albedine non differt ab albedine, nisi secundum magis & minus, sed rõne alterius partis differt per se ab albedine, scilicet ratione nigredinis. sed illa opinio videt difficilis. quia secundum hoc medium non erit quid vnum per se, cum ex duabus formis nõ fiat vnum ens per se. Item, forma omnis est simplicis essentiæ, vt vult Auctor, Sex principiorum rubedo autem est quædã forma, & similiter de alijs huiusmodi. quare &c Et ideo dicunt alij aliter, & dicunt, q̃ medium ipsum non est essentialiter compositum ex extremis fractis, imo est forma ita simplex in essentia, sicut sunt formæ extremæ: tamen habent quodammodo virtutem vtriusque extremorum. Et sic intelligunt Comment. cum dicit, q̃ in medio sunt extrema in actu, idest in virtute quadã actiua: qua ipsum medium potest agere actionem similem actioni vtriusque extremi, vt tepidum habet aliqualiter calefacere frigidum, & aliqualiter frigefacere calidum, & sic de extremis. & sic non differt ab extremis solum secundũ magis & minus: quæ sunt perfectiones accidentales eiusdem formæ, sed differt ab eis per se secundum loam essentiam. Et forte non est temerum, quin subiectum formæ sued q̃ habeat in se formas extremas acto, non in suis vltimis perfectionibus, sed refractas & remissas: & illæ sunt sicut dispositiones subiecti ad formam mediam consequentem, quæ tamen forma media essentialiter differt ab vtroque extremorum & primo. & ideo non valet illa ratio. Ad aliam cum dicitur, illa quorum vnum non est corruptiuum alterius &c. Potest dici, quòd verum est, si vnum sit per se corruptiuum alterius sed, si per accidens, non est necesse. modo, diceretur quòd calliditas maioris flammæ non corrumpit per se calidi ditatem minoris flammæ, sed per accidens boc modo, quia flamma est spiritus siccerardentis, secundum Aristotel. in Primo Meteororum. Ille autem spiritus, cuius ardor est flamma, debet habere aliquam humiduratem aerea & subtilem & sine humiditate tali non potest conseruari talis flamma. Constat autem, cum maior flamma appropinquatur minori, quòd calliditas maioris flammæ consumit illud humidum, ex quo deberet & posset conseruari flamma minor, & sic per accidens corrumpit ipsam minorem flammam, & eius calidratem, sed non per se: ideo &c. Ad aliam dicendum, quòd albedo perfectior & minus perfecta nõ plus differunt per se & essentialiter, quam duæ albedines eiusdem gradus, sed bene sunt minus similes quadam accidentali similitudine, & duæ albedines eiusdem gradus vel æqualiter intensæ & perfectæ sunt similiores accidentali similitudine, quàm duæ albedines, quarum vna est perfectior alia sed per se non sunt magis eædem adinuicem, quàm illæ: quare non valet ratio.

Medium est compositũ ex essentijs extremorũ.

Improbõ. Opinio secunda.

Medium est forma simplex.

Magis calidũ corrumpit minus calidum.

Tex. c. 31. *Vnus autem motus dicitur multipliciter &c.*

QVAESTIO X.

An Forma, secundum quam est motus, sit vna numero à principio motus, vsque ad terminum.

QVæritur hic, Vtrum forma, secundum quam est motus, sit vna numero à principio motus vsque ad terminum. verbi gratia, cum aliquid calefit, caliditas sit vna numero à principio calefactionis vsque ad terminum, & sic de similibus. Arguitur primo q̃ non. quia, illud, quod est in continuo fluxu, non manet vnum numero: hæc videtur manifesta. sed forma, secundum quam est motus, est in continuo fluxu, vt etiam manifestum est secundum omnes: quare &c.

Oppositum arguitur. quia, si talis forma non maneret vna numero, tunc talis motus non esset vnus numero. & patet consequentia: quia motus secundum veriorem acceptionẽ est forma fluens, vt vult Cõment in Tertio huius: quare &c. Comm. 4.

CONCLVSIO.

Formam, secundum quam est motus, eandem esse à principio motus, vsque ad terminum, secundum quosdam, vel diuersam, secundum alios, probabile est. nec certum.

AD quæstionem est intelligendum, q̃ de gradibus formę secundum quam est motus, sunt diuersę opiniones. Quidam enim dicunt, q̃ illi gradus non sunt idem essentialiter cum ipsa forma, nec eiusdem speciei, imo sunt diuersi essentialiter ab ipsa forma. v. g. enim aliquid calefit gradus caliditatis succedentes in subiecto nõ sunt caliditates, sed sunt accidentia quædam a diuersa caliditate essentialiter. similiter aũr & in alijs suo modo. Et isti dicunt, q̃ essentia formæ manet eadem numero per totum tempus motus, & gradus sũr diuersi, & vno adueniente corrumpitur præcedens. & dicũt isti, q̃ ad essentiam formæ non est motus, imo essentia formæ acquiritur in primo instanti appropinquationis alterantis ad alterabile, sed gradus acquirũtur per motum vel extra subiectum gradu. v. g. essentia caliditatis in instanti primo; quo calefactiens est appropinquatum calefactibili: & deinde acquiruntur diuersi gradus caliditatis successive vnos, post alium, ita q̃ caliditas in nullo tempore manet sub eodem gradu, sed tempore acquirit alium & alium vsquequo motus terminetur: & aduenientę posteriori gradu deficit præcedens, forma tamen manet vna & eadem numero per totum tempus motus, vt dicunt. Quod aut forma, ẽm quam est motus, maneat vna numero per totum ips motus continui, hoc probat ratione prius inducta. quia aliter motus nullus esset vnus numero: quod est inconueniens. quia omne ens est vnum numero aliqualiter ẽm Boethium in de Vnitate & Vno. Apparet consequentia. quia motus vel est forma fluens ẽm veriorem opinionem, vel est fluxus formæ, ẽm falsiorem opinionem, vt dicit Cõm. in 3. huius. Et si quidẽ motus sit forma fluens, sic manifestum est, q̃, si non est forma vna numero, sic nõ erit motus vnus numero. si verò motus sit fluxus formæ, sic adhuc videtur sequi, q̃, si non est vna forma, non erit vnus motus. nam fluxus vnus numero non est nisi formæ vniua numero. Formarum enim diuersarum numero non potest esse vnus fluxus numero, vt videtur manifestum: quare &c. Quod autem gradus formæ sit alius & alius, & non idem simpliciter, probant hc. quia, si forma maneret vna numero & sub eodem gradu, tunc subiectum motus quiesceret dum moueretur: quod est impossibile. Et probatur consequentia. quia illud quiesceret, quod se habet eodem modo nunc sicut & prius, vt patet in Sexto huius. modo, illud quod mouetur, se haberet in tempore motus eodem modo nunc vt prius, postquam haberet eadem formam & sub eodem gradu: quare &c. Quod autem gradus formę sit alius ab ipsa forma, hoc probatur, quia illa nõ sunt idem numero, quorum vnum manet idem vnum in numero & aliud non: sed sic se habent gradus formæ, & forma, vt patet ea dictis. Sed sine dubio ista positio non videtur esse omnino vera quantum ad id quod ponitur de gradibus formæ, ad quam est motus, i. q̃ ipsi gradus sunt alij essentialiter ipsa forma. verbi gratia, q̃ gradus caliditatis, qui acquiruntur in diuersis instantibus temporis mensurantis motum calefactionis, sint penitus alij essentialiter ab ipsa caliditate, hoc videtur multum impossibile. quia si gradus caliditatis non esset caliditas, sed aliquid aliud essentialiter à caliditate, tunc calefactio magis deberet dici terminari.

Opinio prima.

Forma secundum quã est motus manet vna per tempus totum motus.

Comm. 4.

Gradus formæ nõ manent idem in tẽpore motus.

Tex. c. 73.

Improbatio opinionis.

Gradus formæ non distinguuntur essentialiter ab ipsa forma.

minari ad aliquid aliud quàm ad caliditatem: quod est omnino ridiculum Et probatur consequentia,quia sm illa positionem,calefactio vel terminatur ad gradum aliquem caliditatis, vel ad caliditatẽ, vt est sub tali gradu, ita,s. q talis gradus caliditatis vel est terminus calefactionis, vel est formale in termino calefactionis: omnis aũt motus magis est ad terminum suum & ad formale in suo termino quam ad aliquid aliud,vt manifestum est vnicuique sani capitis. ergo calefactio magis est ad aliquid aliud á caliditate, quàm ad caliditatẽ, & magis debet denominari aliquo alio quàm á caliditate:quod est omnino absurdum. & similiter est intelligendum de quocũq; alio motu ad formã. Item, si gradus caliditatis non est essentialiter caliditas, sed aliqd aliud sm speciẽ à caliditate,quæritur vtrum hmõi gradus sit quid absolutum,aut sit relatio,seu respectus. Si detur q est relatio vel respectus. hoc videtur esse multum irrationabile: quia sm hoc calefactio magis esset ad relationẽ quam ad caliditatem,cum terminus eius vel formale in termino esset relatio,vnumquodq; autem magis debet denominari à suo formali, quàm à suo materiali. si autẽ diceretur q ipse gradus caliditatis est ens absolutum, quæritur in quo genere sit, & non inuenitur esse rõnabile q sit in alio genere nisi in genere qualitatis,vt patet inducenti in oĩbus. si autem hmõi gradus caliditatis est qualitas, quærit in qua specie qualitatis: & non est rationabile q sit in prima specie, nec in secunda, nec in quarta, vt quibet intelligens propietates illarum specierum concederet: ergo relinquitur, q in tertia specie qualitatis.aut igitur qualitas prima,aut secunda, non est dicendum q sit qualitas secunda, quia qualitates secundæ nõ inueniunt nisi in illis,vt vult Com. in 2.de Anima.& habetur Quarto Meteororum: ergo gradus caliditatis est qualitas prima tangibilis,& cum non sit frigiditas nec humiditas,nec siccitas,vt manifestum est,relinquitur, q sit caliditas, similiter autẽ est de alijs suo modo. Item, si gradus formæ esset aliud ab ipsa forma, tunc dissimilitudo non posset fundari immediatè in duabus qualitatibus eiusdẽ speciei, vt super duas caliditates eiusdem speciei non posset fundari dissimilitudo: quod videtur inconueniens.quia proprium est qualitatis sm eam simile & dissimile dici,vt docet Arist. in Prædicamentis. & patet cõsequentia. quia dissimilitudo nõ fundatur in qualitatibus eiusdem speciei, nisi ratione diuersorum graduum. si.n. essent æquales gradus essent similes adinuicem,vt manifestum est:ergo, si gradus essent alijs essentialiter à caliditate, tunc dissimilitudo nõ fundaretur immediatè super qualitates eiusdẽ speciei: quod est inconueniens.ergo &c. Et propter ista & similia dicũt alij, q gradus formæ,ad quàm est motus, sunt idẽ essentialiter cum ipsa forma, ita q diuersi gradus caliditatis non sunt aliud essentialiter quam diuersæ caliditates: similiter aũt & in alijs. & isti sunt bipartiti quàntum ad quæstionem propositã. Quidam.ex istorum dicũt, q nullus istorum graduum manet vnus numero per totum motum,nec adueniente vltimo gradu terminante motum manent præcedentes,sed semper vno aduenĩte alter corruptus est,& adueniente vltimo,omnes præcedentes corrupti sunt.v.g.cum aliquid calefit non manet aliqua pars caliditatis eadem numero à principio vsq; ad terminum,imo aduenĩte posteriori parte,pars prior est corrupta.& similiter in alijs suo modo. Et hoc ipsi probant multipliciter. Primo sic, sicut se habet illud,quod localiter mouetur ad vbi præcedentia terminum motus localis, sic se habet illud,quod mouetur ad formam,ad partes formæ præcedentes terminum motus ad formam:hæc videtur manifesta per conuenientem similitudinem, & specialiter de motu alicrationis. sed in illo, quod localiter mouetur, non manet aliquod vbi vnum & idem numero,per totum tempus mẽsurans motum,sed semper est in alio & alio vbi, sicut semper mutat alium & alium locum, vt patet in Sexto huius: ergo similiter id,quod mouetur ad formam, non habet aliquam partem formæ secundum quam mouetur eadẽ numero,& remanente in toto tempore motus. Item, si aliqua pars formæ talis maneret eadem numero, tunc vna & eadem forma esset in eodem subiecto simul, & secundum idem,secundum esse magis perfectum & minus perfectum: quod videtur absurdum & probatur cõsequentia:quia semper pars formę posterior est perfectior præcedente,cũ subiectum sit magis dispositum posterius quam prius propter maiorem remissionem cõtrarij.si igitur pars præcedens remaneret eadem numero cum sequente, tunc sequeretur q vna forma simul esset in eodem subiecto sub esse magis perfecto & minus perfecto: quare &c. Item, si pars formæ præcedens maneret adueniente posteriori, aut illæ partes haberent vna forma numero, aut remanerent diuersæ numero. sed non est dicendum, quod fiat vna tm forma numero, quia illa non sunt vnum numero, quæ generantur diuersis generationibus: hoc videtur manifestum. sed illæ partes generantur diuersis generationibus, cum fiant in diuersis instantibus: quare &c. Si autem dicatur q illæ partes remanent diuersæ numero, hoc videtur omnino inconueniens: quia accidentia absoluta diuersa numero & eiusdem speciei non possunt simul esse in eodem subiecto & sm eandem partẽ, vt patet ex 5.Metaphy. illæ autem partes omnes erunt eiusdem speciei & in eodẽ subiecto & eadem parte quare &c. Item,si illud,quod mouetur sub aliqua forma,maneret sub aliqua parte illius formæ, eadem numero per aliquod tempus,sequitur q simul dum moueretur, quiesceret: quod est impossibile secundum idem. & probatur cõsequentia. nam illud dicimus quiescere, quod in alio & in alio instanti manet sub eadem forma numero,vt vult Arist.in 6.cato huius. quare &c. Item,si forma, sm quam est motus, maneret vna numero per totum tempus,sequeretur, q forma,quæ inuenitur in mobili terminato motu, esset vigoris infiniti,qđ videtur impossibile omnino. Et probatur cõsequentia,supponendo aliqua. Primo q in quolibet tempore sunt infinita instantia: & hoc habetur ex 6.cato huius. Secundo, q in quolibet instanti temporis mensurantis motum ad formam acquiritur aliquid illius formæ,sicut in quolibet instanti temporis mensurantis motum localem ipsum mobile acquirit & recipit aliquod vbi, patet in 6.cato huius. Tertio, q pars formæ, quæ acquiritur in instanti posteriori est perfectior quàm illa,quæ acquiritur in instanti priori,vt pars caliditatis,quæ acquiritur in posteriori instanti est perfectior & maioris vigoris,quàm pars quæ fuit acquisita in instanti præcedente: & hoc patet. quia semper in instanti posteriori plus remotum est de contrario quàm in præcedenti, & per consequens subiectum fit melius dispositum ad illam formam, quæ intenditur. & sic recipit eam perfectiorem. vt cum ignis alterat aquam corrumpendo eius frigiditatem, semper in instanti posteriori plus est debilitata frigiditas, quàm prius,& sic aqua calidior est. Illud.n. est albius quod est nigro impermistius,vt Aristo.dicit in Tertio Top. & habetur ex isto Quinto. Et similiter illud est calidius, quod est frigido impermistius. Tunc arguitur,illa forma,quę includit partes infinitas, quarum vna est maioris vigoris quam alia & perfectioris, videtur esse vigoris infiniti: hæc videtur esse manifesta.sed caliditas terminata calefactione includit partes infinitas quia qua ratione aliqua de partibus præcedentibus manet eadem numero aduenĩte termino,eãdem ratione & omnes & aliæ,sed illæ fuerunt infinitæ,cum instantia fuerunt infinita: & in quolibet instanti acquisita fuit caliditas noua & pars noua caliditatis: ergo illa caliditas est ea caliditatibus infinitis, & vna illarum est perfectior alia, vt probatum est.ergo illa caliditas erit vigoris infiniti,quod est absurdum,& contra Commen.in Octauo huius.& 2.Cęli & Mundi, & in Tractatu de Substantia Orbis, quare &c. Et idem vr lequi, si gradus posterior esset æque perfectus cum priore: quia tunc totum aggregatũ ex priore & posteriore erit perfectius & vigorosius quàm gradus præcedens. Istis rationibus & similibus mouenẽ aliqui ad credendum,q forma sm quam est motus,non manet eadem numero à principio motus vsque ad terminum. Alij verò dicunt contrarium: & dicunt aliqui, q oês partes caliditatis, quæ acquirunsur in instantibus temporis mensurãtis calefactionẽ,manent eædẽ numero aduenĩte termino calefactionis: similiter aũt & in alijs motibus sm formam, ita q pars caliditatis præcedens non corrumpit aduenĩte priori, sed manet. Et hoc ipsi probant.primo sic, partes rei permanẽtis, i. nõ successiuę p se debẽt manere pfecta illa re & existẽte in actu, vel saltẽ non oportet necessario eas corrumpi: sed partes formæ pcedentes terminũ motus,sunt partes perfectionis,ad quam tendit motus, donec perficiatur & sit in actu, secundum

Gradus caliditatis nõ distinguit essentialiter ab ipsa caliditate.

Comm.97.

Gradus motus non manet vnus p totũ motũ.

Tex.c.75.

Tex.c.15

Tex.c.47.

Albius est nigro impermistius.

Tex.c.34.

secun tum Cō in 3 huius, vbi plane dicit, q motus vno modo est generatio vnius partis post aliam partem illius perfectionis. Et constat, q perfectio, ad quam tendit motus, est res permanens, ita q non est per te & essentialiter ens successivum, vt ēt manifestum est. ergo huius partes possunt manere illa perfectione acquisita & existente in actu, & non oportet eas esse corruptas, cum hmōi perfectio est in actu. Et si quis instet contra istam rationem, q terminus debet esse indiuisibilis perfectio aūt ad q̄ tendit motus est terminus motus, ergo debet esse indiuisibilis. & ficti illæ partes non sunt partes illius perfectionis. quare non valet illa rō. Dicerei, q illa perfectio, ad quā tendit motus, non est terminus motus sm se totam, seu rone suæ partis vltimæ, & illa bene est indiuisibilis, seu sm se totam non est indiuisibilis, imo habet partes, quarum vna generatur post aliam, donec ītr eumpleta, & oēs illæ partes remanent terminato motu. quare &c. Ité alia rō est ad idem latis d facilis, supponendo, q omne corruptum, quod natum est manere aliquo toro tpe, incœpit primo non esse in aliquo instanti ante quod non erat ens talis illa non entitate, quam accipit per corruptionem: sicut ēt omne tale generatum incœpit primo esse in aliquo instanti, ante quod non fuit ens illa entitate, vt patet 8. huius. Secundo suppono, q quælibet pars illius perfectionis nata est durare aliquo toto tpe. quia oēs sunt eiusdem speciei specialissimæ, & cōstat, q vna ipsarum nata est manere, tota illa, quæ terminat motum. Et ad quamlibet ipsarum pōt terminari motus. Tunc arguitur ū pars formæ acquisita in aliquo instanti ante terminum motus est corrupta aduenientis illa parte & non manet eadem numero, aut fuit corrupta in illo eodem instanti, in quo fuit generata, aut in alio instanti non est dicendum q in eodem instanti, quia sic simul esset & non esset, quod est oppositum primę dignitatis. h dicatur, q in quodā alio in instanti incœpit non esse, tunc cum inter duo instantia sem p̄fixi tps medium, vt patet t 6. huius, & in quolibet iē pote est instans, quæritur, vtrum illa pars formæ hic ens in toto illo tpe medio, aut nō eus. si manet ens per totum illud tps medium habetur propositum: quia cum in illo tpe medio fiat motus sm formam illam, oportet, q in quolibet instanti illius temporis acquiratur aliqua pars illius formæ. & sic illa pars de qua loquimur, erit simul cum omnibus illis partibus, & eadem ratione poterit esse simul cum omnibus aliis sequentibus, si autem illa pars formæ poneret esse non ens in toto illo tempore medio, sequeretur, q illud instans, quod ponebatur primum instans non entitatis illius partis, non est primum instans suę non entitatis, quia in tempore illo medio sunt instantia præcedentia, in quorum quolibet est non ens: & sic illud, quod ponebatur instans, in quo illa pars fuit non ens, non erit primum instans vt dictum est, qđ est contradictio manifesta. quare &c. Item, si partes formæ præcedentes terminum motus non manerent aduenientē termino motus, tunc existens in subiecto termino motu nō haberet partes simul existentes, quarum vna posset corrumpi remanente alia: sed hoc est falsum. quare & primum. Et si tu ad has consequētis patet. quia ponamus, q ex aere generetur aqua, ita qđ acquiratur frigiditas aquæ in materia aeris, & iterum ignis agat in illam aquam: manifestum est, q nō corrumpet statim totam illam frigiditatem, imo corrupta vna parte frigiditatis existēte in aqua, in qua tota agit ignis, adhuc remanebit aliqua frigiditas in illa eadē parte aquæ & consequentia vī esse euidens, postquam. n. partes frigiditatis præcedentes generationem aquæ & frigiditatis aquæ nō remanerent aduenientē termino illius frigefactionis, videretur necessario, q illa frigiditas nullas partes haberet, quarum vna posset corrumpi altera remanente. Et ecōtrario, ponamus, q ignis appropinquet aquæ generatæ ex aere & accipiamus istam partem aquæ, in quam totam agit ipse ignis, quæro vtrum in primo instanti, quo ille ignis appropinquatus est illi parti aquæ, destruet tota frigiditas illius partis aquæ, aut non, sed pars aliqua alia remanente, si dicetur primo modo, hoc videtur absurdum nam, si in illo instanti destrueretur tota frigiditas illius partis, aquæ, tūc in illo eodem instanti illa pars esset calida in ultima caliditate ignis præsentē agentis in ipsam, & sic in materia illius partis aquæ nec ēt forma subiectabilis ignis non præcedente aliqua alteratione continuā: quod videt impossibile sm Cōm. in

Obiectio.

Comm. 65.

Primo huius, vbi vnit, q generatio necessario est terminus alterationis, quare &c. Si verò concedatur, q ipse ignis appropinquatus partī aquæ, in quam totam simul incipit agere, non corrumpit totam eius frigiditatem simul, scilicet in primo instanti suæ appropinquationis, sed aliquam partem corumpit alia remanente, tunc illa frigiditas habebat partes simul existentes: & illæ non videntur aliæ esse, nisi quæ fuerint acquisitæ in tempore præcedente terminum motus illius infrigidationis. Et confirmatur ratio. quia cum actio ignis in aquam sit noua, oportet q in aliquo instanti primo incœperit corrumpere frigiditatem, & inducere caliditatē & sic idem quod prius. Sed dicet cauillator, q quamuis partes formæ præcedentes terminum motus non maneant aduenientē terminō ad quem, tamen in instanti, in quo terminatur motus, acquisitæ sunt partes consimiles illis, & sic iterum ista forma potest corrumpi successiuē. Sed istud nō vī sufficiens: quia non est rō, quare oporteat partes præcedentes corrumpi, si similes in termino motus generantur. Item, eadem inconuenientia sequerentur, quæ alij dicebant sequi, si partes præcedentes remanerent, q forma illa posset esse vigoris infiniti, & q essent simul in eodem sm esse magis perfectū & minus perfectum. vt patet consideranti. & nec illæ rationes eorum nō valebant ad propositum. Si quis igit propter illas rationes & consimiles vellet renere ista viam.

Obiectio.

Soluio.

AD primam diceretur, q nō est simile de diuersis vbi & diuersis partibus formæ. nam vbi non sumū causat à motore mouente localiter, sed dependet aliqualiter à loco ei cōscribente mobile: vbi in sm auctorem Sea Principiorū, est circumscriptio corporis ex loci circumscriptione procedens: & quia non est vnus locus numero, quē occupat mobile per totum tps motus, imo in alio & in alio instāti est in alio & in alio spatio sibi æquali. vt patet ex 6. huius: ideo nō manet idem vbi per totum tempus motus, sed forma, sm quam est motus, sufficienter est ab ipso alterante, quod manet vnum idem numero, & ideo forma pōt manere vna numero per totum tps motus, quare &c. Vel dicereiur, q bō pōt manere vnum & idem vbi per aliquod tps motus locatis, tamen illud vbi, quod non habet contrarietatem ad vbi terminans motum. Et, si dicatur q mobile non est in eodem loco per aliquod tps dum mouetur localiter, cōcedo, sed non sequitur, q nō maneat in eodem vbi: quia ipsum vbi non dependet a loco nisi in fieri & non conseruari. Vnde, cū mobile recessit ab aliquo, non est remorum, quin remaneat vbi, qđ processit ex circumscriptione illius loci, dum modo nō aduenīat vbi contrarium & corruptiuum. v.g. dum aliquid mouetur in loco aeris vnum illorum vbi, quę acquiruntur. non vī esse contrarium alterī vbi: & ideo aduenīente posteriori, pōt remanere præcedente, dato q mobile sit in alio loco quam prius. Ad aliam rationem, cum dicitur, quia tunc eadem forma simul esset &c. dico, q aliquam formam esse in aliquo subiecto sub esse minus perfecto pōt intelligi dupliciter. Vno modo q ipsum esse minus perfectum ut eum priuatione esse perfectioris, & hoc bene est impossibile cū esse perfectiori: quia priuatio & habitus non sunt simul in eodem subiecto secundum idem. Alio modo potest intelligi, quod ipsum esse minus perfectum non sit cum priuatione esse perfectioris, & sic nullum est impossibile. hic autem est in proposito. quare &c. Vel dicetur, quod omnes illi gradus sunt æque perfecti comparati adinuicem licet ex eis constituatur vnum perfectius quolibet illorum secundum se. quòd autem vnus illorum graduum non sit perfectior alio, videtur, quia tunc different secundum speciem, cum differant per sermōnem dicatur, quòd illa diuersitas perfectionis est accidentalis, eò, scilicet quòd subiectum posterioris est magis dispositum quàm prioris. Ad aliam posset dici, quòd illæ partes remanerent aliquo modo diuersæ numero, ita q non sunt penitus vna forma numero. Et, cum dicitur. quod nunc duo accidentia &c. Posset dici, quòd duo accidentia absoluta eiusdem speciei & æque perfecta, vt quorum vnum non est dispositio ad alterum, non possunt simul esse in eodem subiecto, vt duæ albedines æqualiter intensæ & perfectæ, sed, si vnum ut magis perfectum & alterum minus perfectum, & vnum sit dispositio, quodammodo ad alterum, non est inconueniens talia duo simul esse in eodem subiecto, & hic est in proposito. Nam semper

Vbi qd sit.

Vbi dependēt à loco i fieri tātum.

Duo accidētia eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto.

pars formæ, quæ prius acquirit, est minus perfecta, & pars q posterius acquirit, est magis perfecta, & præcedés disponit aliqualiter ad sequentem: & ideo possunt bene esse simul in eodem subiecto. Et, si teneretur, q oēs illi gradus sunt æque perfecti comparati adinuicem, tunc posset aliter respondeti, q illud est verum de accidentibus per se inexistentibus subiecto à principio vel ab æterno, sed de accidentibus aduentiuis, quæ aduenium subiecto post suū esse completum, nullū est inconueniens, q plura talia sint simul in vno subiecto. Vel posset teneri, q oēs illæ partes constituunt vnū numero. Et, cum dr, q generanē diuersis generationibus, quia in diuersis instantibus. Dicendū, q hoc non sufficit ad diuersas generationes, sed requirit diuersitas subiecti, vel inuersio transmutationis. Ad aliā neganda est cōsequentia. Et, cū dr, q illud dr quiescere &c. Dico, q mobile manere sub eadē forma, per aliquod ips contingit dupliciter. Vno modo, q nullam aliam partem illius formę acquirat, & sic quiescet: Alio modo, q simul manens sub illa parte formæ acquirat aliam partem formæ, vel alias: & sic non oportet, q quiescat: quia non oino se habet nunc & prius eodem modo, & hic est in proposito. nam semper in alio & in alio instanti ips mensurantis motum ad formam ipsum mobile, acquirit aliam & aliam partem formæ, non in manet per aliquod ips sub aliqua parte illius formæ præcise. quare &c. Ad aliā, neganda est consequentia. Et cum dr, Illa forma, quæ habet partes infinitas &c. Dico, q verum esset, si illæ partes essent in ipso actu simpliciter, sed, si sunt in potentia, non oportet. sic aūt est in proposito. nam aduenientē termino ad quem, illæ partes non sunt in illa forma simpliciter in actu, sed in potentia aliquo modo. Et est simile sicut de linea. nam in linea sunt partes infinitæ eiusdem proportionis: & non sequitur p hoc q linea sit infinita simpliciter sm extensionē. Et intelligo illas partes nō esse in ipsa forma vel in subiecto in actu simpliciter: quia quælibet earum sic imperfecta, quod subiectum non posset esse sub aliqua ipsarū seorsum & diuisim ab alijs. vnde, sicut in corpore naturali sunt partes quatitatiuæ excellentis paruitatis quæ seorsum & diuisim nu possent existere sub forma totius, sed reloluerentur in continens, si separarentur à toto, vt dictum est in Primo, & istarū partium infinitas non arguit magnitudinem infinitam in actu, vt manifestū est, consimiliter est in ppōsito suo modo.

Ad qnartū.

Mobile dupliciter manet sub eadē forma.

Ad quintū.

RESPON. Ad rónem adductam in principio, cum dr, illud qđ constitit in continuo fluxui &c. Verum est, non est verum & idem numero ita, q nihil acquiratur in tempore illo, sed potest manere vnum & idem numero acquirendo aliud & aliud, & sic est in proposito. nā pars formæ præcedens non manet sic eadem numero, q nihil acquiratur in mobili, imo semper acquiritur aliud & aliud diuersorte motui: & ideo non valet. hæc autem ad præsens dicta sūt per modum inquisitionis, tanquam probabilia. Sed quid sit tenendum de qōne id non omino certitudinaliter mihi apparet ad præsens.

Text. c. 47. *Est autem qui quidem ex contrario ei, qui est in contrarium non contrarius &c.*

QVAESTIO XI.

An Motus ex terminis contrarijs, sint contrarij.

COnsequenter quæritur potest circa capitulū de contrarietate motuum. Et primo quæratur, Vtrum motus, qui sunt ex contrarijs terminis, sint contrarij. Arguitur primo q sic. Quia motus eaudē videntur habere habitudinem ad terminum ad quem, & ad terminum à quo, & è conuerso: sed motus, qui sunt ad contrarios terminos, sunt contrarij, secundum Arist. in litera. ergo &c. Item, illi motus, qui nō possunt esse simul in eodem subiecto, sunt contrarij: hæc videtur manifesta. sed motus, q sunt ex terminis contrarijs, non possunt esse simul in eodem subiecto, vt manifestum est. non. n. contingit aliquid simul moueri ex sanitate & ex ægritudine, similiter autem & in alijs. quare &c. Item, motus, qui sunt ad terminos contrarios sunt contrarij, secundum Aristot. in litera: sed, qui sunt ex contrarijs terminis sunt ad terminos contrarios, vt sanatio, quę est ex ægritudine, est ad sanitatem, & ægrotatio, quę est ex sanitate, est ad ægritudinem quare &c.

Text. c. 48.

Oppositum vult Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Motus quoldam a contrarijs terminis incipientes contrarios esse contingit secundum terminos ad quos, qui verò ad contraria terminantur, per se contrarij sunt.

AD quæstionem possunt breuiter dici tria. Primo, q motus, qui sunt ad terminos contrarios sunt contrarij. Secūdo, q non omnes motus, qui incipiunt a terminis contrarijs sunt contrarij. Tertio, q contingit aliquos tales motus esse contrarios. Primum ulterius patet, quia contrarietas motuum debet sumi ex contrarietate illorum, cū quibus illi motus sunt idem essentialiter: hæc est manifesta per se. sed motus, qui sunt ad terminos contrarios, sunt idem essentialiter cū illis terminis, vt patet ex Tertio huius: ergo &c. Vel potest argui sic. Illi motus sunt contrarij, qui sunt idem essentialiter cum contrarijs: hæc est manifesta. Sed motus, qui sunt ad terminos contrarios sunt idem essentialiter cum cōtrarijs, quia sunt idem essentialiter cum illis terminis, vt dictū est. ergo &c. Item, Aristot. sic probat, motus ad albedinem aut contrariatur motui ad nigredinem, aut motui, qui est à nigredine, per sufficientem diuisionem: sed non est contrarius motui, qui est à nigredine: quia sic idem esset contrarium sibi ipsi, cum idem motus, qui est ad albedinem incipiat à nigredine. quare relinquitur, q motus, qui est ad albedinem, est contrarius illi motui, qui est ad nigredinem: & simile est iudicium de alijs motibus, qui sunt ad contrarios terminos: quare &c. Secundum declaratur, quia illi motus, qui sunt ad idem sm speciem non sunt cōtrarij: hæc est manifesta. sed motus, qui incipiunt à contrarijs terminis, aliqñ terminantur ad idem sm speciem, sicut motus, qui incipit ab albo, pōt terminari ad nigredinem, ita motus, qui incipit à rubeo pōt terminari ad nigredinem. Et similiter motus, qui incipit à nigro & ab albo, pōt ēt terminari ad rubedinem. Et motus, qui incipit à calefactare pōt terminari ad tepiditatem: & motus, qui incipit a frigiditate similiter. quare &c. Tertiū apparet, quia illi motus, qui sunt ad terminos contrarios, sunt contrarij, sm q probatū est prius. sed motus qui incipiūt a contrarijs terminis aliqñ terminantur ad contrarios terminos, vt motui, qui incipit à sanitate, ægritudo terminatur ad ægritudinem, & motus, qui incipit ab ægritudine, i. sanatio terminanē ad sanitatem. quare &c. Sed notandum, q quamuis aliqñ motus, qui incipiunt à contrarijs sunt contrarij, iñ, contrarietas eorum non prouenit ex terminis à quibus, sed ex terminis ad quos, sicut prius inducta.

Text. c. 49.

RESPON. AD primam rationem dicendum, q non ch eadem habitudo motus ad terminum à quo, & ad terminum ad quē: quia motus est eiusdem essentiæ cū termino ad quem, sed non cū termino à quo, vt patet in Tertio. Ad secundam potest negari maior, quia duo individua eiusdē speciei absoluta & æqualiter perfecta non possunt simul esse, vt duæ albedines, & tamen nullam habent contrarietatem adinuicem. & ideo non valet. Ad tertiam patet ex prædictis.

Text. c. 53. *Quoniam autem motui non solum videtur esse motus contrarius, sed & quies, determinandum est simpliciter qui nam contrarius est motus motui. opponitur autem & quies. Priuatio enim est.*

QVAESTIO XII.

An Quies, motui contraria sit.

Consequenter quæritur, vtrum quies sit cōtraria motui. Videtur q non. quia tunc vnum & idem contrariaretur pluribus, qđ videtur inconueniens, vt patet ex Decimo Metaphy. Et probatur consequentia. huius vnus motus est contrarius alteri: ergo, si motus est contrarius quieti, sequitur quod dictum est. Item, vtrunque contrariorum est aliquid positiuum, vt patet ex Dec.mo Metaphy. sed quies non est aliquid positiuum: quia quies est priuatio motus, vt patet in illo Quinto. Item, si sic, tunc omne, quod quiescit, aliquando mouetur: quod videtur impossibile: quia intellectus quiescit, & tñ intellectus nunquam mouetur, quia omne quod mouetur est corpus, vt patet in Sexto huius, & intellectus nō est corpus, vt patet Tertio de Anima. Quod autem

Text. c. 17

Text. c. 14.

Text. c. 53.

Text. c. 32.

Text. c. 4.

Text. c. 32.

intellectus

intellectus quiescat, probatur. quia se habet nunc eodē modo sicut & prius: & hoc est quiescere, vt habetur ex Sexto huius. & probatur consequentia. quia contraria nata sunt heri circa idem, vt patet in Prædicamentis, si igitur motus & quies essent contraria, tunc omne quod quiesceret aliquando moueretur. quare &c.

Tex. c. 53. Oppositum vult Aristoteles.

CONCLVSIO.

Quies non proprie, sed secundum communem contrarietatis rōnem, motui contraria est, videlicet habitus & priuationis.

Contrarietas capitur dupliciter. ET intelligendum, q̄ contrarietas vno modo accipit large & improprie, pro oppositione inter priuationem & habitum. Alio modo proprie, pro repugnantia duarum formarum eiusdem generis succedentium in eodem subiecto. Primo modo, quies contrariatur motui: quia priuatio contrariatē habitui hoc modo contrarietatis: sed quies est priuatio motus, cum sit negatio motus in subiecto apto nato: quare &c. Secō modo, quies non contrariatē motui: quia, sicut dicebat, vtrunq; contrariorū debet esse aliquid positiuū, vt satis patet to. Met. sed quies nō est quid positiuū. quare &c.

Text. c. 57. RESPON. AD primam rationem dico, q̄ vnum non est contrarium nisi vni eodem modo contrarietatis, & præcipue cōtrarietate propria & perfectissima, sed diuersis modis nihil est inconueniens. vnum est contrarium multis, vt vnum extremum contrariatur alteri contrarietate perfecta & contrariatur medio contrarietate diminuta. Et similiter motus cō trariatur motui contrarietate proprie dicta, sed contrariatē quieti extenso nomine contrarietatis ad oppositionem priuationis & habitus. quare &c. Ad aliam patet ex dictis. Ad aliam potest dici, q̄ intellectus proprie non quiescit. & cum dr, q̄ illud quiescit, quod eodem modo &c. verum est, si, sit aptum natum moueri, sed si non sit aptum oarum moueri, non oportet: & sic est in proposito, quia intellectus habens scientiam aliquam per aliquod tempus bene se habet eodē modo, sicut prius, sed nō sufficit hoc ad hoc q̄ quiescat, sed requiritur q̄ sit aptus natus moueri, & sic debet intelligi, q̄ illud mobile quiescit, & eodē modo se habet nūc, vt prius. Verum est tamen, q̄ quamuis intellectus non moueat motu corporali, qui dicitur motus proprie dictus, nihilominus mouetur motu spirituali, qui est mutatio indiuisibilis, & instantanea, & hoc nullum est inconueniens, vt patet in Tertio de Anima capitulo illo, videtur autem sensibile ex potentia existente sensitiuo &c. Intellectus itaque non mouetur motu, qui est actus imperfectus, in cuius subiecto, cum vnum contrariorum acquiritur alterum abijcitur, sed bene mouetur motu, qui est actus perfecti, & est receptio perfectionis sine abiectione contrarij præsentis &c.

Vnum pōt pluribus, esse contrariū

Intellectus nō quiescit

Tex. c. 28.

QVAESTIO XIII.

An Quies in Termino motus ad quem, sit motus perfectio

COnsequenter quæri potest, Vtrum quies, quæ est in termino ad quem, sit perfectio motus. Arguitur primo q̄ non. quia priuatio motus non est eius perfectio: hæc est manifesta. sed quies in termino ad quem est priuatio motus: quare &c. Item, illud nō est perfectio motus, quo adueniente cessat motus: hęc videt manifesta. quia nihil deficit adueniēte sua perfectione, imo tunc habet esse perfectum. sed adueniente quiete in termino ad quē cessat motus, vt manifestum est: ergo sic &c Item, quod est perfectio mobilis non est perfectio motus, cum diuersarum non sit vna perfectio: sed quies in termino ad quem est perfectio mobilis: aliter enim non denominaretur quiescens à quiete in termino ad quem. quare &c.

Tex. c. 54. Oppositum arguitur auctoritate Arist. & arguitur ratione. Illud, quo adepto, motus perfectus, vt esse perfectio motus, hæc videtur manifesta, sed adepta quiete quæ est in termino ad quem, motus est cōpletus & perfectus. quare &c.

CONCLVSIO.

Quies, quam terminum motus dicit eundem cum motu perfectio motus est, vt autem terminum eius dicit, formaliter sumendo ipsum, non nisi per accidens motus perfectio est.

AD euidentiam quæstionis est intelligēdum breuiter, q̄ sicut dictum fuit prius auctoritate Cōm. motus potest considerari dupliciter. vno modo quantum ad suam materiam, & sic est de genere eius ad quod tēdit motus, s. forma imperfecta tendens ad complementum, alio modo pōt accipi motus quantum ad suam formam, & sic est transmutatio coniuncta cum tpe, i. cum fluxu continuo. Vlterius accipiendum est, q̄ quies in termino ad quem pōt considerari dupliciter. Vno modo potest accipi pro illo esse, quod datur mobili à forma ad quam est motus, prout illud esse durat per aliquod tempus. alio modo per quietem in termino ad quem pōt intelligi negatio fluxus præcedētis in ipso mobili. cum. n. terminus est motus, cōstat, q̄ amplius mobile non fluit continue ad vlteriorem partem illius formæ.

Quies in termino adquē considerat dupliciter.

Tunc potest dici ad quæstionem, q̄, si accipitur motus pro forma imperfecta, quę fluit ad complementum, & sumatur quies primo modo, scilicet pro illo esse, quod datur mobili a forma terminante motum, prout illud esse durat per aliquod tempus, sic quies est perfectio motus quia illud, ad quod aliquid naturaliter ordinatur, vt in suum finem, vē est perfectio ipsius aliquo modo hoc est euidens. sed motus qui est forma diminuta tendēs ad perfectionem ordinatur ad huiusmodi quietem, scilicet ad esse quod datur mobili per formam terminantem motum: ad hoc enim finaliter aliquid calefit, vt sit calidum per aliquod tempos, & hoc est quiescere sub caliditate, s. esse calidum per aliquod tempus & dico per aliquod tempus, quia si aliquid solum esset calidum in instanti non esset quies. Imaginabimur ergo sic, q̄, eum aliquid calefit prius recipit aliquam caliditatem diminutam & imperfectam, quæ ordinatur ad hoc q̄ recipiat caliditatem perfectam, sicut dispositio ordinatur ad complementum & ad hoc q̄ ipsum calefactibile existat calidū per aliquod tempus, & hoc est quiescere sub caliditate, similiter autem & in aliis. ergo &c. Secūdo dico, q̄ si accipiatur motus secundo modo, scilicet pro transmutatione coniuncta cum tempore, i. est cum fluxu continuo, & sumatur secundo modo quies, scilicet pro negatione talis fluxus, sic quies non est perfectio motus. Et hoc facile est videre: quia vnum oppositorum non est perfectio alterius: hæc videtur manifesta sed negatio seu defectus fluxus præcedentis opponitur ipsi fluxui vel priuatiuè vel contradictorię: quare &c.

Tertio modo potest dici, q̄ quies primo modo dicta non est proprie perfectio motus, qui est fluxus formæ: quia ista quiete adueniente cessat fluxus. cum. n. mobile existit actu per aliquod tempus sub aliqua forma terminante motum, tunc amplius non fluit, & sic tale existere non est perfectio illius fluxus. nihil. n. defuit esse s. adueniente sua perfectione, sicut ēt tangebatur arguendo. Quarto pōt dici, q̄ quies secundo modo dicta, s. quæ est negatio fluxus præcedētis terminum motus, non est per se & proprie perfectio motus, q̄ est forma fluēs: quia omnis perfectio proprie dicta, scilicet est aliquid positiuū, factus & formæ: sed hmōi quies non est quid positiuum per se, quare &c. pōt tn esse perfectio ipsius motus quodammodo per accidens inquantum est coniuncta cum ipso esse formæ immobili. Ex dictis aōt pōt haberi vna rō satis bona ad probandum, q̄ pars formæ præcedens terminum motus non est coerupta adueniente termino motus. nihil. n. est corruptum adueniente sua perfectione. cum igitur quies in termino ad quem sit perfectio motus, qui est forma fluens, videtur q̄ huiusmodi forma nō debet esse corrupta, aduenīēte termino motus, & quiete in ipso termino.

Quies est perfectio motus & mobilis.

RESPON. AD primas duas rōnes patet ex dictis per distinctionem positā. Ad tertiam dico, quod idem pōt esse perfectio diuersorū diuersimodē, & non vnico modo. Dicē ergo, q̄ quies in termino ad quē, est perfectio mobilis tanquā perfectibilis principalis, & est perfectio motus tanq̄ dispositionis, & præparationis ordinatæ ad hmōi quietem. Ad hoc. n. mobile recipit formam imperfectam ante terminū motus, vt tandem quiescat sub forma perfectiori: Et, sic quies diuersimodē est perfectio motus & mobilis, & hoc nullū est inconueniens: sicut forma subtantialis est perfectio materiæ primæ tanq̄ principalis perfectibilis, & est perfectio dimensionū, tanq̄ dispositiones ipsius materiæ ad formam. quare &c.

Habet autem dubitationem.

QVAESTIO XIIIJ.

An vnum & idem numero corruptum regenereturr.

QVæritur hic, vtrum corruptum possit regenerari vnum & idem numero. Arguitur q̃ sic, quia illa sunt vnum numero, quorum cãq; sunt eadẽ numero: sed alicuius generati & corrupti causæ sunt eædem numero, vt cœlum & materia prima, quæ sunt causæ omnium substantiarum generabilium & corruptibilium: quare &c. Item, agens omnipotẽs potest ipsum corruptum regenerare vnum & idem numero: hæc videtur manifesta, aliter enim non esset omnipotens: sed aliquod agens est omnipotens, scilicet Deus, vt dicunt omnes leges: quare &c. Item, sanitas eadem numero est in mane & in meridie: ergo corruptum redit idem numero. Antecedens est manifestum: quia possibile est quod aliquis continue sit sanus à mane vsque ad meridiem consequentia probatur: quia sanitas, quæ fuit in mane, necessario est corrupta antequam veniat meridies. si.n. sanitas, quę fuit in mane, posset manere sine corruptione vsq; ad meridiem pari ratione sanitas illa posset manere sine corruptione, vsque ad noctem, & à nocte pari ratione vsq; ad diluculũ, & sic in infinitum: quod est inconueniens. quia nihil contingit
Tex. c. 35 corruptibilium vnum numero permanere, vt dicit Arist. in
Secundo de Anima. ergo necessario oportet, quòd sanitas,
quæ est in mane, corrupta sit ante meridiem: & sic, cum sit
eadem sanitas numero in mane & in meridie, videtur q̃ cor
Tex. cõ. t. raptum posset redire vnum & idem numero.
Tex. c. 70. Oppositum videtur velle Aristotel. in litera, & in Secundo de Generatione dicit, quòd quorum substantia est corruptibilis, non redeunt eadem numero.

CONCLVSIO.

Idem numero corruptũ regenerari simpliciter, est impossibile nisi per Virtutẽ supernaturaliter & vniuersalis agentis præter oaruram agentis, vt in omni erit omnium resurrectione.

DE quæstione ista diacrunt quidam Astronomi, q̃ corroptum aliquando regenerabitur vnum & idem in numero, imo vnusquisque latter, omnia quæ nunc sunt, postquã fuerint corrupta, iterum regenerabuntur eadem numero, ita q̃ tu, qui nunc audis lectionem in hoc loco, aliquando in futuro, postquam fueris corruptus, audies eandem lectionem in hoc eodem loco, & sic de oibus alijs entibus corruptibilibus. Et hoc ipsi probauerunt supponendo aliqua. Primo, q̃ omnia, quæ fuerunt in hoc mundo reducuntur ad corpora cœlestia tanquam ad suas cãs primas corporeas, necessario producẽtes ea. Secundo, q̃ omnia corpora cœlestia sunt æterna, & similiter motus eorum. & hæc habentur ex Naturali philosophia, & præcipue in 8. huius, vnde sequit, quòd quemcunq; aspectum nunc habent corpora cœlestia adinuicem & ad locum generationis, eundem iterum habebunt
Reuolutio galis fiet i 36 millibus annorum. aliàs in futuro: & similiter causabunt illa eadem, quæ nunc causant: & conseruabunt oia illa eadem quæ nunc conseruant. Et dicunt sapientes Astronomi, q̃ talis reuolutio, per quam oia corpora cœlestia redibunt ad eosdem aspectus, quos nunc habent, completur in 36. millibus annorum. Posset ergo ratio eorum sic formari. redeuntibus omnibus eisdem causis necessarijs & per se, redeunt ijdem effectus: sed causæ, quæ nunc producunt ista inferiora & conseruant, redibunt eædem, s. corpora cœlestia & eorum aspectus ad temporem & ad locum generationis: quare &c. imo sm istam positionem non solum quodlibet individuum redibit vnũ & idem numero semel nec bis, imo infinities quia infinities redibit aspectus corporum cœlestium producentium istud individuum & eius causas proprias. Et si dicatur ad istam rationẽ, q̃ bene redibunt causæ remotæ & vniuersales istorum individuorum, sed cautæ propriæ & proximæ non redibunt eædem. Contra hoc est, quia ipsæ causæ proximæ causantur ab ipsis causis remotis. vnde, cum ipsæ causæ remotæ redibunt eadem, s. corpora cœlestia & eorum aspectus & lumina, sequitur, q̃ causæ propinquæ istorum reuertentẽ. Et, si quæratur ab illis, quare nullus nostrum memoratur se fuisse prius, cum tñ infinities fuerit prius, ipsi respondent, q̃ hoc contingit pp longitudinem tẽporis in quo fuit nõ ens: aut in quo non cunsiderauit se fuisse, & istuo bene est rationabile: quia videmus in tpe vitæ alicuius hominis, q̃ aliquã nõ recordamur eius quod prius vidit & nouit pp longitudinem temporis, in quo dimisit cõsiderare. Seu aliquis obiciunt contra istos, quia possibile est q̃ homo, dum viuit, cognoscat se fuisse in aliquo tpe præcedente. vt ego cognosco me fuisse in decimo anno ante istud instans: cum ergo oia regenerabuntur eadem numero, quæ prius, necesse est q̃ illa cognitio, qua cognoscit nunc me fuisse in anno decimo præcedente hoc instans regeneretur eadem numero in fine illius totius temporis, & sic iterũ cognoscam me fuisse in anno illo decimo. & ego debeo aliqsi cognoscere me fuisse in anno decimo præcedente instãs, à quo incipit reuolutio 36. mille annorum. Et ipsi non haberent hoc pro inconuenienti, imo concederẽt, q̃ liquis cognoscit nũc se fuisse in anno decimo præcedente hoc instans, aliàs & infinities hoc idem cognoscet. Et aliàs infinities hoc idem cognouit. Concederent ergo isti, q̃ Sor. qui fuit in instanti, à quo incœpit reuolutio 36. mille annorũ sic cognouit se fuisse in decimo anno præcedente illud instans: ipse idem completa alia reuolutione cognoscet se fuisse in illo anno decimo eodẽ, in quo prius cognouerat se fuisse. Et si dicat aliquis q̃ non cognoscit se fuisse in anno decimo præcedente instans à quo incœpit reuolutio 36. mille annorũ. Dicet ei, q̃ hoc est pro tãto, quia ipse non cognouit se fuisse in illo anno: non.n. necessarium est, q̃ homo sp cognoscat se fuisse qñ fuit. vt dormiens non cognouit se fuisse in tpe præcedente somnum, licet fuerit in illo tpe: & ideo illa instantia parum vi valere. Ista tñ positio, licet sit multum probabilis contrariatur tenentiæ Aristotelis. Principis Philosophorum & aliorum sequentium ipsum. non, sicut allegabatur arguendo, ipse dixit in 2. de Generatione in fine, q̃ illa, quorum substantia est corruptibilis non reuertant eadem numero: & in isto capitulo vi habetur pro inconuenienti, q̃ aliquid corruptum generetur iterum & idem numero. Et ideo tenendo suiam Arist. dicendũ est, q̃ nullum corruptum põt regenerari idem numero simpliciter, probatur: quia illa non sunt vnum numero simpliciter, quorum esse non est indiuisum: hoc est euidens: quia rõ vnius sumitur ab indiuisione, sm Arist. in 5. Meraph. sed Tex. cõ. 7. esse eius quod aliqñ fuit & postea est corruptũ, & esse eius qđ est generatum post corruptionẽ non est indiuisum, imo est diuisum per nõ esse intermedium. Corruptio.n. est trasmutatio de esse ad non esse, vt patet ex Quinto huius. vnde, si illud, quod nũc est ens, postea corrumpatur, oportet q̃ in materia eius sit non esse ens. Vnde, si iterum generetur aliqd ex illa materia, manifestum est, q̃ esse illius generati est diu sum ab illo esse, quod pcesit. diuisum dicu per non esse medium. quare &c. Et probatur ex alio supponendo, q̃ corruptum esse cuiuslibet substantiæ corruptę est in aliquo instanti, s. in quo primo verum est dicere illum substantiam non esse: & similiter generatum esse cuiuslibet substantiæ generatæ est in aliquo instanti, in que primo illa substantia est ens. & hæc habentur ea Octauo huius. & sunt quasi manifesta per se hominibus parum exercitatis in Scientia Naturali. si tgitur aliqua substantia, quæ prius fuit ens, & postea corrupta regeneret eadem numero, accipiatur instans, in quo primo est non ens, & quæratur, vtrum in illo eodem instanti re generata sit, aut in alio & alio instanti. si in eodem instanti, in quo primo est nõ ens, ipsa sit generata, tunc, cum generatum sit ens, sequitur, q̃ in eodem instanti sit ens & non ens, & per cõsequens idem numero simul est ens & non ens, qđ est contra primam dignitatem. Si verò instans, in quo est generata, sit aliud ab illo, in quo primo fuit non ens, tunc inter illa duo instantia est tps medius, vt patet ex 6. huius. & tunc Tex. c. 1. quæratur, vtrum illa substantia in toto illo tpe sit ens aut in toto non ens, aut in toto sit ens & non ens, aut in vna parte illius tpis sit ens & in alia non ens, non põt pluribus modis imaginari: sed quocunq; illorum dato sequitur contradictio. nam, si in toto tpe isto medio sit ens, ergo in quolibet instanti illius temporis est ens, & sic illud instans sequens illud tempus non erat primum instans, in quo fuit ens: cuius oppositum ponebatur. si in tpe illo toto est non ens, & in postea regeneratur, tunc iterum poterit esse corruptum. sicut prius, & esse non ens in aliquo tpe sequente. Omnis autem corruptio est aliquod instans primum sui non esse, & sic illud regeneratum post sui regenerationem iterum incipit non

Improbo opinionis. Tex. c. 18.

cipit non esse in aliquo primo instãti: vnde illud instans, in quo ponebatur primo nõ esse: non erit primum instans, in quo fuit non ens: quod est contradictio. Si autem dicatur, ꝙ in vna parte illius medij temporis est eos, & in alia non ens, adhuc redit idem quod prius: quia quælibet pars illius tẽporis est post illud instans, in quo ponebaꝫ primo non esse: & præcedit illud instans, in quo primo ponebaꝫ esse. & sic, si in aliqua parte illius temporis est non ens, tunc in illo instanti non erat primo non ens, quod præcedebat illud tempus. Et si in aliqua parte illius temporis est ens, tũc instans, sequens illud tempus fuit primum instans sui esse: cuius oppositum ponebaꝫ. Sed aliquis cauillatet, ꝙ illud corruptum quòd in aliquo instanti primo fuit non eus, in toto tempore sequente est non ens, ſin tempore medio inter istãs primũ fuit non esse, & istãs primum fui esse, & non sequiꝫ ex hoc, quin in illo instanti primo fuerit non ens. Contra hoc obijciendum est, ꝙ postquam illud corruptum iterum generatum est, possibile est ipsum iterum corrumpi, & sic erit aliquod primum instans fui non esse: & tñ illud generatũ positum idem numero cum illo corrupto. & sic illud instans, quod ponebatur primum instans fui nou esse, non erit primum instans fui non esse: quia, ſerit aliquod istãs fui non esse sequens quod erit primum instans fui non esse. Et confirmaꝫ, q ia, ſi sic, postquam corruptus est & postquam factus est non eus in aliquo primo instanti iterum generatur idem numero, eadem ratione ipse alias fuit prius generatus, postqua ipse corruptus, & sic nunquam est dare primum istãs fui non esse, nec primum instans fui esse, quia quocunq; instanti dato, in quo est homõi ens, fuit aliquod instans prius, in quo fuit. primum aũt est, ante quod nihil est: & similiter quocunq; instanti dato in quo ſt nõ ens, prius fuit ad instans, in quo fuit nou ens, vt patet consideranti. quare &c. Iterum probatur alia ratione principali, quia ſi corruptum posset regenerari idem numero, tunc vnius, & eiusdem numero possent esse plures & diuersæ geoetationes: quod est impossibile, & probatur consequentia. quia cõstat, ꝙ omino corruptum aliqñ prius fuit generatum, aotequam corrumpereinr, vel saltem aliquod corruptum aliqñ prius fuit generatum antequam corrumperetur. Si ergo aliquod corruptum aliqñ generetur idem numero post ſni corruptionem, rũc vnius rei ſm numerum erunt plures generatioues. nam generationes illæ suot diuersæ, quæ fiunt in diuersis instantibus, vt manifestum est per se. istæ aũt fiunt in dioersis istantibus, vna quidem ante lui corruptionem, & alia post corruptionem. Sed dicet cauillator ꝙ vnius rei bene possunt esse plures generationes non simul, ſed succesiue & sic contingeret hic. Contra hoc est: quia per generationem res primo accipit esse, vt manifestum est per se. ſi ergo vnius rei plures sunt generationes succesiue, tunc voa res pluries accipit primo esse: ꝙ est impossibile. quia quod per superabundantiam dicitur vni soli competit. Ex omnibus his manifestum vi, ꝙ impossibile est aliquid corruptum regenerari idem in numero & prima ratio forte est efficaciot inter omnes.

Vnius rei nõ possunt esse plures generationes.

Considerandum tamen, quòd licet sic dicerent Philosophi, tamen secũdum ndem nostram debemus dicere, & ita cooſiteor & affero simplicite, quòd homo, pollquam fuerit corruptus vel mortuus iterum redibit idem numero simpliciter, led hoc non erit per regenerationem & per agens naturale, & sicut procedũt rationes Philolophorũ, ſed per resurrectionem aot per iterationem vel per aliquam huiusmodi viam præternaturalem, & ab agente vniuerſali, quod est causator omnium nullo præsupposito subiecto: & hoc non improbant rationes adductæ.

Homo idẽ numero resurget.

AD rationem Astronomorum dicendum breuiter, ꝙ licet corpora cœlestia secundũ suas substantias redeant eadem numero, tamen aſpectus ipsorum nõ redeunt idem numero, sed diuerſi numero. & lumina, quæ faciunt in istis inferioribus io diuerſis temporibus, non sunt eadem numero: lumen.n. quod heri fuit generatum in aere a Sole, nõ est idem numero cum lumine, quod hodie generatur. & sic de exteris. Cũ ergo corpora cœlestia non agant in ista inferiora niſi per sua lumina: lumen.n cœleste diuerſimode figuratum vehit ad nos omnes virtutes orbis, vt dicit Albertus lu per de Somno, & ideo ista gẽnerabilia non redeunt eadem numero omino simpliciter. Benc tñ concederet Philoſophus, vt credo, ꝙ in fine illius magnæ reuolutionis, ſcũ oia corpora cœlestia redierint ad eoldem aſpectus, quos nunc habent adiouicem, & ad terram, tunc generabuntur indiui dua valde similia indiuiduis, quæ nunc sunt intantum forte similia, ꝙ, ſi indiuidua, quæ nuoc sunt, essent tũc simul cum illis quæ tunc erunt, ſenſus nõ posset, aut non facile esset diſtinguere inter illa. vt, ſi nunc generator homo magis claudus, crilpus, niger, longus, in fine illius reuolutionis generabitur homo magis claudus, & longus, & crilpus, & sic de cęteris luo modo. Et est recte simile, sicut quolibet anno ſola rigeminaoſ herbæ seꝛ consimiles illis, quæ fuerũt in anno præcedente, & flores, & ſolia plantarum, & similiter de multis animalibus habentibus tempus determinatu ab vna generatione ad aliam: & ad hoc nullum video sequi inconueniens ſoppositis principijs Philoſophorum, ꝙ ista ioferiora ſaltem naturalia entia, qnę non fiunt à volutate humana cauleatur a corporibus cœlestibus, & ꝙ corpora cœlestia ſiut xteroa & motus eorum & fuite illa fuit intentio illorum Astrologorũ, quibus attribuitur opinio pięnarrata.

Nota ſimile ad nouã anũ regenerationem.

RESPON.

AD rationes. Ad primam, cum dr, quorum cauſæ &c. Aliqui dicunt, ꝙ verum est, n eauſæ propinquæ ſint omnino eadem numero, ſed, ſi cauſę remotę & cões, non oporet, & sic est hic. Nam materia prima noo est cauſa propria & propinqua alicuius ſubſtantiæ compoſitæ, ſed materia diſpoſita, & ipsum cœlum non est cauſa propria alicoins illorum, ſed generatom aliquod determinatum. Vnde in Secũdo huius dictum eſt, ꝙ homo generat hominem ex materia & Sole. Sed illud non videtur ſufficere, quia possibile est quòd cauſæ propriæ & immediatæ alicuius cautati redeant eædem numero, & tñ illud non regenerabitur idem numero. Verbi gratia, ponamus, ꝙ aliquis lapis ſrigidus frigefaciat aliquid, vt manum vel lignũ, & remoueatur manus ab illo lapide, quouſque corrupta ſrilla frigiditas: deinde ille lapis oumeto appropinquetur manui, & eam frigefaciat, tibi redibuot cauſæ eædem numero propinquæ & immediatæ, & tñ frigiditas non erit eadem oumero, niſi concedatur, ꝙ generatum & corruptum ſunt vnum numero. Et ideo dicẽdum eſt, ꝙ ad identitatem uumeralem alicuius generati cũ aliquo non ſufficit ꝙ cauſæ redeant eædem numero, ſed requiritur, ꝙ tẽpus vel inſtans generationis ſit vnum & idem, & ꝙ eſſe vnu n uon ſit diuiſum ab alio per oõ eſſe medium, & sic non est in propoſito. inſtans.n. non eſt vnquam vnum & idem in alia & alia parte tem, poris: inſtans dico ſm eſſe, ſi eet inſtans ſm ſubſtantiam ſit vnum numero, vt vilum fuit in Quarto. Ad alia cum dr. & ageotis &c. põt negari, quia agens omnipotens non põt niſi poſſibilia, non.n. potest impoſſibile fieri ſed corruptum regenerari idem numero non eſt poſſibile, vt patuit, & ideo non ſequiꝫ, ꝙ agens omnipotẽs hoc poſſet facere. Aliter põt dici, ꝙ aliquid agens eſſe omnipotens intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ poſſit oino tã poſſibila q̃ impoſſibilia, & sic maior eſſet vera, & minor falſa. Alio modo, ꝙ poſſit oia poſſibilia ſolũ, & sic maior eſt falſa, & minor vera: quare &c. Ad alia põt cooceti aotecedẽs: & negãda eſt conſequẽtia. Et cum probaꝫ: quia ſanitas, quę fuit in mane &c. iſta oeg. Et, cum probaꝫ vlterius, ꝙa ſi ſanitas, quæ fuit in mane duret vlq; ad meridiẽ, eadem rõne poterit durare vſq; ad noctem, & sic in ſuſinitũ, dico, ꝙ non ſequitur quia poſſibile eſt, ꝙ agens corruptuum ſanitatis ſit nõ appropiuquatũ à mane vlq; ad meridiem, & nõ erit non appropinquatum per totum tẽps infinitum, ſed aliqñ eſt proximũ & corrumperet ſanitatem q̃ prius oon corrumpebat. ſicut licet Sol in aliquo tpe noctis non ſit appropinquatum ad illuminandum hemiſphęrium, non tñ ſequitur, ꝙ ſit oon appropinquatum per totum tempus ſequens, & ſimiliter in pronoſito luu modo. dicemus ergo, ꝙ ſanitas poteſt maoe re ſaltem ſecundum aliquam partem ſui vel ſuarum diſpoſitionum, eadem numero, per aliquod totum tempus, non tñ ſequitur ex hoc, ꝙ poſſit manere in æternum, ſicut lapis poteſt manere neque durior neque mollior, ſed habens duriem eandem & eodem gradu, vt dicit Philoſophus io 8. huiui & tamen non ſequitur, ꝙ eius durities eadem numero permaneat in æternum: quatuuis hoc agere poſſet Deus ſupremus, qui eſt bcuedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Idẽtitas numeralis generati exigit ideatitatẽ tẽporis.

Omnipotens non potest omnia facere.

Text. 56.

Text. c. 53.

Cœlestia agunt in inferiora per lumina sua tantum.

Quæstionum ſuper Quintum lib. de Phyſic. Auditu, finis.

QVAESTIONES LIBRI SEXTI.

DE PHYSICO AVDITV.

Tex. cō.1. *Si autem continuum est & quod tangitur, & consequenter, sicut definitum est prius: unitatum quidem, quæ sunt ultima sunt unum, quæ verò Tanguntur, quorum ultima sunt simul: Consequenter autem, quorum nihil est medium proximi generis: impossibile est ex indivisibilibus esse aliquid continuum, vt lineam esse ex punctis &c.*

QVAESTIO I.

An Continuum ex indivisibilibus sit compositum.

IRCA illum Sextum librum pōt quæri, Vtrum continuum sit compositū ex indivisibilibus. Arguitur primo q̄ sic, quia sicut se habet vnitas ad numerum, sic punctus ad lineam, per cōuenientem similitudinem: sed numerus est compositus ex vnitatibus, vt manifestum est per definitionem numeri: quia numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata, vt hī in Arithmetica Boetij, & Aristot. dicit in 10. Metaph. q̄ numerus est multitudo mensurata vno, non aut mensurat̄ vnc nisi quia vnitas est eius principium intrinseum: quare &c. Item, vnumquodq; componitur ex illis quę ponunt in sua definitione: hæc vt manifesta. quia definitio est sermo quidditatis & essentiæ, vt dicit Cō. in 7. Metaph. Sed punctus ponitur in definitione linex: vt patet in 1. Geometriæ. Linea n. est longitudo sine latitudine cuius extremitates sunt duo puncta. quare &c. Item, vnumquodq; compositum est ex illis, ex quibus est sua substantia: hæc est manifesta. sed substantia linex est ex prædicta, vt dicit Arist. in 1. Poster c. de per se: quare &c. Item, vnumquodq; compositum est ex illis in quæ resolvit: hoc hī in 1. huius, & in 1. de Gener. sed linea resolvit in puncta. probatio: quia possibile est lineam esse vndiq; divisam. nam qua ratione potest esse divisa ſm vnum signum, eadem ratione ſm aliud, & sic de singulis. ergo potest esse divisa vndiq;. Ponatur ergo q̄ sit divisa vndiq;, aut post aliam divisionem nihil remanebit aut remanebit punctus, aut linea, aut superficies, aut corpus sed non est dicendum q̄ post illam divisionem remaneat linea, nec superficies, nec corpus, quia sic non esset vndiq; divisa, & ponebatur vndiq; divisa. nec est dicendum q̄ remaneat nihil, quia sic linea esset composita ex nihilo: quod est impossibile: quare &c. Item, aliqui sic arguunt, & supponunt q̄ sicut virtus naturalis determinata est ad maximū, in quod pōt, sic est determinata ad minimum in quod non pōt. & hoc allegāt ex 1 Cœli & Mundi. Verbi gratia, virtus, per quam quis potest leuare pondera, sicut determinata est ad maximum in quod potest, sic ēt ad minimum in quod nō potest. Ponatur ergo q̄ virtus alicuius, per quam potest leuare pondera, sit determinata ad centum libras tanquam ad maximum in quod potest, tunc ad minimum in quod nō potest vel est minus ipso centum vel æquale vel maius. non est dicendum q̄ sit minus: quia quicunq; pōt leuare centū libras pōt leuare omne illud quod includit in centum, vt dicit Arist. in 1. Cœli & Mundi. Nec est dicendum quod illud sit æquale ipsi centum: quia tunc qua ratione illa virtus potest super centum eadem ratione pōt super illud æquale. si verò dicatur, q̄ illud minimum, in quod non potest illa virtus sit maius quam centum, vel quam centum libræ, tūc aut excedit in aliquo indivisibili, aut in aliquo divisibili. Si in aliquo indivisibili habetur propositum, scilicet quod illud quantum est compositum ex illo indivisibili. nam vnumquodq; compositum est ex illo, per quod excedit alterū ſm quantitatem. si dicatur q̄ excedit in aliquo divisibili: tūc ab illo divisibili removeatur aliqua pars, & quæratur, an illa virtus possit in residuum, aut nō. si sic, ergo centū non erat maximum, in quo poterat illa virtus: quia conflat q̄ totum aggregatum ex centum & ex illo superaddito est maius q̄ centum, cum omne totum sit maius sua parte. si dicatur q̄ non pōt in illud residuum ergo illud quod ponebatur minimū, in quod non poterat illa virtus, non erat minimū: quia illud residuum est minus qua erat totum compositū ex centū, & ex illo toto divisibili. Verbi gratia, ponamus, sicut iā cebatur, q̄ Socr. possit leuare centū & non vltra, & tunc accipiatur illud minimum quod non potest leuare, & sit centum & vna libra: tunc q̄ excedat in illa libra tūc, si ipsa libra est quid indivisibile, sequitur propositum, vt dicebat. quare omne quod reddit aliquid maius alio: est pars quantitativa totius: & sic indivisibile est pars quantitativa alicuius totius continui. Si verò libra sit aliquid divisibile, tunc, si ab ipsa removeat̄ vna pars, adhuc illud, quod remanebit, erit maius quām centum libræ: & voce illud remanens cē trum & dimidia libra. tunc quæritur, vtrum Soc. pōt leuare illud residuum, i. centum & dimidiam libram, aut nō. si sic, ergo, cum centum & dimidia libra sit maius quām centum libræ, sequitur, q̄ centum libræ nō erat maximum in quod poterat̄ cuius oppositū ponebatur. Si dicat̄ q̄ non pōt, tūc, cum centū & dimidia libra sit minus q̄ centum & vna libra: sequitur, q̄ centum & vna libra nō erat minimum, in quod non pōt ipse Socra. cuius oppositum ponebatur: quare &c.

Oppositum Arguitur auctoritate Aristotel. hic, vbi demonstrat quòd continuum non est compositum ex indivisibilibus, & idem vult Commentator.

CONCLVSIO.

Lineam ex punctis essentialiter componi, siue vt ex partibus quantitativis esse, impossibile est, ex illis tamen vt quoddam essentiale terminatum consurgere dicitur.

Cōpositio est duplex.

Tex. c.33

Partes essentiales, & q̄titativæ differunt.

Tex. c.7.

Linex absolutæ & terminatæ differunt.

A D evidentiam quæstionis considerādum est, q̄ duplex est compositio, quātum ad propositum spectat. Vna est ex partibus essentialibus, & hæc dicitur compositio essentialis: Alia est ex partibus quantitativis, & hæc dī compositio quantitativa. & illas duas Aristo. tetigit in 1. Physic. vbi dixit ad cognitionem perfectam compositi oportet cognoscere ex quibus, & quantis sit compositum. & est in illo c. sicut aūt Philosophi dicunt. Differunt aūt partes essentiales à partibus quantitativis, quantū spectat ad præsens, multipliciter. Primo, quia partes essentiales non sunt eiusdem rationis inter se, nec cum toto penitus: quia vna pars essentialis est potentia, vel ens in potentia aliquo modo, & alia est actus: vt manifestum est de materia & forma, quæ sunt propriæ partes essentiales substantiæ cōpositæ, vt patet ex 7 Metaph. partes verò quantitativæ sunt eiusdē rationis, tam in aliquibus cōpositis, ita q̄ vna earū non est proprie actus, nec perfectio alterius, sed ambæ sunt in toto in potentia sicut partes quantitativæ aquæ sunt eiusdem naturæ: q̄ quælibet est aqua similiter autem & in alijs homogeneis. Iterū est alia differentia & communior. quia partes quantitativæ non sunt in eodem loco, sed in diversis locis aliquo modo: ita, i. q̄ vna est extra aliam, vt caput & manus & huiusmodi partes. sed partes essentiales proprie sunt in eodē loco, vel saltem non in alio loco, nec vna est extra aliam ſm situm, vt materia & forma sunt in simul in eodē loco, vel non in alio & alio loco. Iterum ex hoc sequitur alia differentia, q̄ totū compositū ex diversis partibus quantitativis est in maiori loco, quam sua pars, vt totum corpus hominis est in maiori loco quam caput, similiter aūt & in alijs. sed totū compositum ex diversis partibus essentialibus non est in maiori loco, quām vna suarum partium. Iterum alia differentia est, quia vna pars quantitativa in aliquibus compositis bene potest remanere corrupta alia, & e conuerso, vt vna pars quantitativa aquæ pōt remanere corrupta alia. sed in compositione essentiali propria non quælibet pars potest remanere separata ab alia. nam separatio totius materialis à materia est sua corruptio, vt dicitur in Primo Physic. & Cōm. tangit in de Substantia Orbis. Vlterius considerandum q̄ differt linea ſm suam essentiam absolutam, & linea terminata. nam essentia linex absolutæ, est dimētio, qua aliquid extenditur ſm longum, & non ſm latum, nec profundum. vnde dī, q̄ linea est longitudo sine latitudine, non secundum substantiam, quia semper linea est coniuncta secundum esse substantiæ cum latitudine, scilicet in eodē subiecto, sed secundu essentiam. q̄d essentia linex est alia ab essentia, superficiei seu latitudinis. Linea

dinis. Linea vero terminata est quoddam aggregatum, ex ea lentia linex & terminis, sicut homo albus est quoddam aggregatum ex essentia hominis & albedine.

Vlterius supponendum est, q punctus est quid indiuisibile secundum quantitatem. & hoc habetur in Primo Euclidis, vbi dicitur, q punctus est cuius pars non est.

Tùc ad quæstionem p ssunt dici tria. Primo, q linea oul lo modo est composita es punctis, ranquàes partib. quantitatiuis. Secundo q essentia linex secundum se non est composita ex punctis tanquam ex partib. essentialibus, seu compositione essentiali. Tertiò q linea terminata est composita es punctis quada n compositione simili compositioni es sentiali. Primum demonstrat Aristin litera supponendo, q

Tex.ca. omnes partes quantitatiux, es quibus constituitur magnitudo alicuius continui, aut sunt sibi inuicem continux, aut contigux, aut conlequenter se habeotes. plutibus o. modis oon potest contingere q ex aliquibus partibus constituatur aliquod totum maioris quantitatis continux. Et hoc aliqui

Ró prima. confirmoot sic, omnis estensio vel est sine intertuptione & discretioone partium, & sic est continuatio: vel est cum interoptione, seu discretioone aliqua partiũ, & hoc dupliciter. aut inter illas partes nullum est medium, & sic est cootigua tio, seu contactus: aut non est medium eiusdem generis, sed alterius generis, sic est consequentia siue conlequenter se habere. Sed linea non potest esse composita ex punctis, vt ex partibus quantitatiuis, ita q ipsa puncta sint cotinua vel contigua, nec consequenter se habentia. primo, q oon pnlsunt esse continoua, facile est videre: quia continua sunt illa, quorum vltimum est vnum, vt dicitur in Prædicamentis: sed duoruoi punctorum vltimum non est vnum: quia habens vltimum est diuisibile in vltimum, & id, cuius est vltimum. si ergo punctus haberet vltimum, tunc punctus esset diuisibilis secundum quantitatem, quod est contra suppositionem. nec possuot esse coontigua: quia contigua tuoi illa, quorum vltima suot vnum: punctorum autem vltima nmul este oon possunt, quia non habent vltima tatione prædicta, s quia habens vltimum diuisibile est in vltimum, & magnitudinem. cuius est vltimum: punctus autem nullam habet magnitudinem. Item confirmatur, quia omoia contigua tunt se tangentia si igitur punctus esset contiguus puncto in cõpositione linex continux, aut totus punctus tangeret totum punctum, aut pars tangeret partem, aut pars totũ. uuo duobus modis vltimis: quia punctus non habet partem. nec primo modo: quia, cum totum tangit totum, non resultat aliquod maius vtio illorum tangentium, cum sint tx æquali loco, sed totum quantitatiuum debet esse maius qualibet sua parte quantitatiua per se sumpta: quare &c. Nec potest conlequenter se habere: quia inter conlequeoter se habentia nullum est medium eiusdem generis. sed inter quæcunq; duo puncta est medium, & oportet q inter ea sit medium eiusdem generis. Nam, si inter aliqua duo pũcta est aliquod medium, quo distaot abinuicem, necesse est q inter ea sit linea media, cum nulla distantia sit sine linea: & in qualibet linea suor pũcta, aliter oon esset continua: & sic semper inter duo puncta distantia est aliquod medium eiusdem generis, s. punctum. Sed aliquis cauillaret hic: quia ad hoc vt aliqua sint coolequenter se habentia bene oportet q inter ea non sit medium eiusdem generis in actu, sed non requiritur q non sit medium in potentia, imo potest esse medium eiusdem generis in potentia, sicut duæ domus, inter quas non est domus media actu, bene sunt conlequenter se habentes, non obstante q inter eas sit domus in potentia. modo, verum est q inter quælibet duo puncta distantia est aliquod medium etosdem generis, s. punctum, sed illud est punctum in potentia non in actu, & hoc nó videtur impedire ipla cõsequenter se habentia. Ad hoc diceodum, q aliquid dupliciter est in potentia inter aliqua, vt ad propositum spectat.

Respoosio. Vno modo in potentia remota, alio modo in potentia propinqua actui. modo, beoe verum est, q inter coosequenter se habentia potest esse medium eiusdem generis in potentia remota, & præcipue in potentia passiua materiæ. sed inter consequenter se haoentia oon debet esse medium eiusdem generis in potentia propioqua, & per modum habetus propinqui ad actum: hc autem est de punctis in linea. sunt enim in linea in potentia propinqua actui & per solã diuisionem fiunt in actu terminantia lineam & distinguentia. Vel dicatur, q inter duo puncta linex distantia abinuicem non suot puncta in actu terminantia, sed bene sunt: ibi puncta actu continua: quia linea est actu continua. Et illud sufficit ad impediendum consequẽter se habere: quare &c. & sic patet prima conclusio. Tunc ostenditur secunda con- Ratio secũ dæ conclusionis. clusio & probatur ab aliquibus sic, oul a forma est vna cõpolita ex partibus diuersarum rationum: hæc allegatur es Septimo Meta. & es libro Sex principiorum: sed essentia linex est quædam vna forma. est. n. vna species specialissima quantitatis, s. longitudo. ergo non est compolita es partib. diuersarum rationum, nec per conlequens compositione essentiali. Sed aliqui dubitant hic. pooatur q linea diuidat Dubitatio. in puoctos, manifestum est, q statim post diuisionem linex erunt duo puncta. aut ergo illa duo pũcta primo essebãt ante diuisionem linex, aut non: si præsillebant, ergo punctus erat immediatus puncto. Et cõfirmatur per quoddam verbum Cõm. super Primum de Generatione. vbi dicit, q Comm.8. diuisio facta in vno signo tollit potentiam ad diuisionem in signo propinquo: ergo vult, q signum est propinquũ & immediatum signo. aliter enim diuisio facta super aliquod signum non tolleret potentiam ad diuisionem in signo propinquo. Et, si dicatur q illa duo puncta non præsillebant: ergo puncti, super quem fit diuisio, diuiditur in illa duo puncta oous: quod est absurdum. Dicendum breuiter, q illa duo puncta non præsillebant in actu, sed fiunt per diuisionem: & puoctus præsistens continuans corrumpitur, & nó dioiditur in illa duo puncta. Et quod dicit Cõm. intel Respoosio. ligendum est in signo propinquo, verum ex geoerato per diuisionem: super illud enim signum, cum sit terminans, non fit diuisio: & illud vocat signum propinquum, quia propinquum est alteri signo terminanti.

Tuoc procedatur vlterius, si linea esset composita ex pũctis tãquam ex partib. essentialibus, oporteret q in compositioue lineæ esset aliquid alterius rationis ab ipsis punctis, s. longitudo, quæ est quid diuisibile, vel illud quo aliquid est diuisibile. punctus. n. nec est diuisibilis nec id quo aliquid est diuisibile, & sic linea esset composita ex partib. diuersarũ rationũ, quod est impossibile, vt dictum est, quare &c. Item, potest sic argui, si essentia lineæ haberet partes essentiales, quælibet illarum partiũ deberet esse id, quo aliquid est diuisibile. oam linea primo est id, quo aliquid est longum: sed punctus oon est aliquid quo aliquid sit diuisibile formaliter, vt manifestum est vnicuiq: quare &c. Tunc Ratio tertię conclusionis. pòt ostendi tertio, quia illud, quod est compositum ex aliquibus diuersarum rationum, est compositum ex illis compositioue essen tali: hæc videtur manifesta ex dictis. sed linea terminata est composita ex essentia lineæ & punctis tãquam ex aliquibus aduersarum rationũ. constat. n. q linea terminata est quoddã aggregatum ex essentia linex & terminis terminantibus ipsam, & ipsi terminl noo sunt aliud, nisi puncta: & sic est composita es essentia linex, & pũctis: & manifestum est q essentia linex est alterius rationis a pũctis. & è conuerso Nam essentia lineæ vel diuisibilis est, vel est id quo aliquid est diuisibile, & puoctus, nec est diuisibilis, nec in quo aliquid est diuisibile: quare &c. Et est notandum, q ista compositio noo est proprijssime compositio essentialis: quia vnum compositum compositioone essentiali non dẽt hre, nisi vnam formam vltimam. & ipla linea terminata habet plura terminantia, quæ se habent aliqualiter ad modum formæ. sicut enim per formam compositum distinguitur ab alio, sic per punctum terminãtem linea distinguitur ab alia: & sicut extra formam specificam rei non est aliquid de essentia propria & illius rei, sic extra puncta terminantia nihil est de illa linea terminata, imo tota quantitas linex est infra puncta terminantia: quare &c. Dissimile tamen est in alio: quia forma substantialis inhærens est extensa per accideos ex teotioo oe linex, cui inhæret, & cuius est forma: sed punctus terminoans nullo modo est extensus extensione lineę, & sic noo est vere & proprijssime forma, sed se habet ad modum formæ, ut dictum est. Notandũ est propter cauillationes, q linea terminata non dicit mihi aliquã formam per se & simpliciter vnam. Secut. n: superficies terminatur per lioeam, & superficies terminata non est quid vnum simpliciter, sic linea terminatur per punctum. vode

linea

linea termina:a non est ens ita perfecte vnum per se sicut est sent a linea secundum se, quæ solum est longitudo, qua aliquid est e. e. sed secundum longum: linea. terminata in quantum terminata, habet in se aliquid quod non habet linea inquantum longitudo absolute. Et quamuis non solliti intelligi linea sine terminu, vt dicit Aristot. Secundum Meta. secundam communem allegationem, non oportet tamen a quo aliquantes ut punctus ab ipsa linea hoc longitudine, sicut materia prima non intelligitur sine forma, vt dicitur in Primo Phy. & Septimo Metaphysic. & tamen materia prima realiter est ab ipsa natura à forma, vt patet ibidem.

Tex. com.

Tex. c 69. Text. 31.

RESPON.

AD rationes. Ad primam cum dicitur, sicut se habet vnitas &c. potest dici q̃ vnum est in hoc, q̃ sicut vnitas est principium numeri, sic punctus est principium linex quoquo modo. Sed in alio est dissimile: quia vnitas potest se habere ad vnitatem aliquo modo conuenientem ad constituendum numerum, consequenter. vt vnitas Secundi potest se habere consequenter ad vnitatem Platonis, & sic de aliis similibus. sed punctus non potest sic se habere consequenter ad punctum, vt dictum est: quare &c. Sed istud non videtur sufficere: quia inter duas quantitates continuas distantes adinuicem necesse est esse quantitatem mediam. & sic, duæ quantitates continuæ distantes adinuicem per aliquod medium non possunt esse consequenter se habentes, nec tres vnitates aliarum possunt esse consequenter se habentes, quia semper inter tales duas vnitates diuersas distantes adinuicem est vnitas media. & sic vnus numerus quantitatum continuarum non potest constitui ex vnitatibus se habentibus consequenter, vt videtur. Et ideo aliter dicunt aliqui, q̃ numerus non est compositus ex vnitatib. nec tanquam ex partibus quantitatiuis, nec tanquam ex partibus essentialibus, sed vnitates sunt principium materiale dispositiuum totale respectu numeri, & quælibet vnitas est dispositiuo partialis ad numerum recipiendum. Aliter potest dici, q̃ differentia est inter quantitatem discretam & continuam: quia subiectum quantitatis continuæ non dicit esse actu diuisum & diuersum, & ideo oportet q̃ partes eius vel sint continuæ, vel contiguæ, vel consequenter se habentes, sed subiectum quantitatis discretæ debet esse actu diuisum, & non oportet q̃ vnitates sint continuæ, nec contiguæ, nec consequenter se habentes ad constitutionem numeri. Ad aliam, potest negari maior: quia definitio bene accepti principia extrinseca, scilicet, & efficiens sicut per sectissima definitio. & ideo non oportet, q̃ omnia, quæ ponuntur in definitione rei sint partes eius ex quibus componitur. Vel dico, q̃ vera est maior de definitione propria, sed definitione large dicta, qua est descriptio, non oportet, & sic est hic. Nam est descriptio linex, & non vera definitio. Vel dico q̃ bene est definitio lineæ terminatæ, & hæc est composita ex punctis, vt concessum est. Quia vero autem hæc definitio est communis linex circulari, quæ non habet puncta terminantia distincta, videndum est a Mathematicis. Ad aliam patet idem. Vel dicatur, q̃ Aristo. non dicit subiectam linex esse ex punctis, nisi exemplificando. de exemplis autem non sequitur veritas, sed oratio falsa, vt dicit Commentator Secundo de Anima. Ad aliam nego antecedens. & ad probationem, cum dicitur, quod linea est vndique diuisibilis &c. Dico, q̃ nec potentialiter intelligi duplicuet, vt habet videri super Primum de Generatione. Vno modo q̃ linea habet potentiam ad diuisionem vnitatis & infinitum, tanquam ad actum perfectum, qui potest exire totus simul, & non est admittus potentia ad vltimorem partem eius, & sic est falsum. alio modo, q̃ habeat potentiam ad diuisionem infinitam, vt ad actum imperfectum & permittuor potentiæ, qui non potest exire totus simul: sed vna parte existente, est potentia ad aliam, sicut dies & annus, vt exemplificat Arist. in Tertio huius: & sic linea bene est diuisibilis in infinitum. Et, cum dicitur, ponatur ergo q̃ sit vndiq; diuisa &c. Dico, q̃ non est possibile q̃ sit vndiq; diuisa adinuicem completa & terminata, sed diuisione successiua, ita q̃ vna diuisione facta, alia sit in potentia & sic in infinitum: & sic semper remanet aliquid dividendum. propter q̃ vnum perueniret ad indiuisibilia. ad aliam dicunt breuiter aliqui, q̃ illa ratio supponit vnum implicite falsum & impossibile, scilicet q̃ virtus naturalis sit determinata ad minimum in quod non potest: hoc enim falsum est. quia quamuis sit determinata ad maximum quod potest, & hoc bene dicit Arist. in 1. de Cælo & Mundo, tamen non est dare minimum quod non potest: nec hoc dicit Arist ibi, nec Comm. sit patet inspicienti. vnde illa ratio licet ab aliquibus reputetur difficilis & valde sophistica, tamen non est verum hoc, quia ipsa est peccans in materia manifeste. Et si quis arguat, q̃ quælibet virtus naturalis est determinata ad minimum, potest dici, q̃ verum est ad minimum in quo potest subsistere secundum, sed ad minimum, in quo non potest agere, non oportet q̃ sit determinata, toto quocunque paruo dato, in quod non potest, est dare minus. Aliter potest dici: q̃ illud, minimum in quod non potest excedi maximum in quod non potest, bene est diuisibile hic, quòd habet partem extra partem. sed non est diuisibile quantum ad auferibilitatem, ita, scilicet q̃ vna pars eius possit auferri alia remanente, imo, si auferetur, necessario simul tota simul, ita quòd ipsa auferibilitas siue potentia suscipiendi auferibilitatem est determinata ad minimum, quod diuisum possit auferri, & in illo minimo est excessus quem quæris.

Text. c. 60.

Virtus naturalis non est determinata ad minimum.

QVAESTIO II.

An Punctum sit in ipsa Linea.

CONsequenter potest quæri, vtrum punctum sit in linea. Arguitur q̃ non, quia vnum oppositorum non est in alio. sed punctum est oppositum lineæ, quia punctum est indiuisibile, & linea est diuisibilis: quare &c. Item, si punctum esset in linea, aut esset in ea sicut pars in suo toto, aut sicut accidens in suo subiecto, aut sicut forma in materia: sed nullo modo videtur rationabiliter punctum posse esse in ea. non. n. est in ea sicut in suo efficiente, nec sicut in suo fine, imo magis punctum est finis lineæ, vt videtur, cum sit eius terminus. nec est in ea sicut in tuo loco. q̃ locus est æqualis locato, Quarto huius. nec sicut genus in specie, nec e conuerso, cum punctus non prædicetur essentialiter de linea, nec è conuerso: nec sicut pars in toto: quia sic linea componeretur ex punctis. nec sicut totum in parte: quia omne totum est magis sua parte & diuisibile in suas partes: nec sicut accidens in subiecto: quia vnum accidens non est subiectum alterius: & linea est accidens sicut & punctus nec sicut forma in materia: q̃ forma diuiditur diuisione illius, cuius est forma. præcipue forma inhærens, sicut est punctus: quare videtur modo videtur q̃ punctus sit in linea. Et confirmatur q̃ punctus non sit in linea sicut forma lineæ quia unius rei debet esse vna forma propria & specifica. & unius lineæ sunt plures puncti, vt manifestum est: quia plures terminantes: quare &c. Item sicut se habet linea ad superficiem, sic punctus ad lineam, per conuenientem similitudinem: sed linea non est in superficie, cùm sint diuersæ species quantitatis, vt patet in Prædicamentis, & una species alicuius generis non est in alia specie eiusdem generis, vt patet in Secundo: ergo &c

Tex. c. 49.

Oppositum arguitur per Arist. in isto Sexto. vnde igitur q̃ punctus est ultimum lineæ: vltimum autem est in illo cuius est vltimum: quare &c.

Tex. c. 1. Comm. 2.

CONCLVSIO.

In Linea aliquo modo est punctus, vt ipsius Terminus, vel ad modum formæ.

Exemplis audiri oportet quam fidem habeant. Comm. 6.

AD quæstionem potest dici breuiter, q̃ in omni linea est aliquo modo punctus. quod potest probari. quia in omni terminato est terminus terminans illum: sed omnis linea est terminata: ergo &c. Maior apparet: quia sicut nihil est album, nisi per albedinem existentem in illo, sic nihil est terminatum, nisi per terminum existentem in eo. Et confirmatur: quia terminus, quo terminatur aliquod quantum, aut est in ipso quanto, aut in alio: si in illo, habetur propositum, si in alio quæritur de illo alio, vtrum sit terminatum aut interminatum. non est dicendum q̃ sit interminatum, quia nullum quantum est interminatum, vt patet ex Primo Cœli. si est terminatum, aut eius terminus est in ipso, aut in alio. si in ipso eadem ratione standum sunt in Primo: si in alio, quæritur de illo alio, sicut prius. & sic procederetur in infinitum. aut oportet concedere, q̃ ultimo terminatum habet in se aliquo modo terminum terminantem ipsum, & hoc patet Maior: & Minor: apparet, quia nulla est magnitudo sui,

Conclusio respondu.

Tex. c. 36.

plicitter

Linea quo terminatur per punctū.

pliciter infinita, i. privata, vel carens terminis, vt demonstratum est in 1. Cę & Mun. quare &c. Sed est considerandum, ꝙ cum quædam sit linea recta, & quædam circularis, vt patet in primo Euclidis: aliter linea recta terminatur per punctum, & aliter linea circularis. Nam linea recta sic terminatur per punctum, ꝙ est aliquod punctū in ea, quod non continuat partem eius cum aliqua alia parte eiusdem lineæ rectæ, vt manifestum est quasi ad sensum: sed quodlibet punctum lineæ circularis continuat vnam partem lineæ circularis cum alia parte eiusdem lineæ: & sic quodlibet punctū existens in ea est principium vnius partis, & terminus alterius, vnum & idem subiecto, differens ratione, seu mō. Dicitur tamen linea circularis terminata pro tanto, quia in vltima superficie corporis circularis est signare lineā, in qua est punctus non continuans eam cum alia linea superiori. sicut in vltimo & maximo orbe linea existens in vltima superficie convexa est terminata propter hoc, ꝙ in ipsa pūcta existentia non continuant eam cum alia linea superiori. & per oppositum de linea, quæ continuat partes superficiei concauæ. Vel pro alia intelligitur linea circularis esse terminata per punctum, quia quælibet distātia ab vno puncto lineę circularis ad alium punctum, est finita: quod non esset, si linea circularis esse infinita, vt patet in 3. Cę. & Mun.

RESPON. Ad primam rationem cum dī, vnum oppositorum &c. verum est vt opposita sunt. Et cum dicitur ꝙ punctum & linea sunt opposita, falsum est. Et ad probationem cum dicitur &c. Dicendum est, ꝙ licet diuisibilitas & indiuisibilitas opponantur, tamen illud, quod est diuisibile, & id qđ est indiuisibile non opponuntur, sicut licet albedo & nigredo sint contraria, tñ non oportet ꝙ illud, quod subijcitur albedini, sit contrarium ei quod subijcitur nigredini. Sed aliquis instaret, quia certum est, ꝙ punctum habet in se indiuisibilitatem tunc arguitur, in quocunque est punctus in illo existit illud, quod existit in puncto: sicut in quocunq; est superficies in illo est illud, quod existit in superficie. & pūctus per se est in linea & in ipso puncto est indiuisibilitas: ergo in linea est indiuisibilitas: sed linea est diuisibilis: ergo diuisibilitas & indiuisibilitas. sunt simul in linea: quod vī impossibile. Posset hic dici, ꝙ nihil est inconueniēs, ꝙ in linea sit diuisibilitas & indiuisibilitas simul secundū diuersa. In ipsa ergo est indiuisibilitas ratione termini, cū terminus necessario sit indiuisibilis: sed diuisibilitas est in ea ratione lineæ quantitatis. Vel dicatur, ꝙ punctus non est in linea sicut accidens in subiecto proprie, nec sicut vera forma in materia sed solum ad modum & similitudinem formę, vt prius declaratū est. Et ideo non oportet ꝙ illud quod est in puncto sit in linea: quare nō valet Ad aliam patet ex dictis. punctus enim est in linea non sicut accidens in suo per se subiecto, nec sicut propria forma in informato, sed secūdum quandam similitudinē ad formam, vt ostensum est prius.

Obiectio.

Responsio

Subiectum puncti.

Sed quæres, quid est subiectum proprium ipsius? pōt dici, ꝙ est inhabilantia, quæ est subiecta lineæ, non quidem ratione qua est quanta linea, sed ratione qua est nata terminari. Ad aliam potest dici, ꝙ linea non est in superficie sicut forma essentialis ipsius & specifica, sicut bene probat argumentum, sed tamen est in ea ad modum formæ, inquantum terminat eam, & hoc sufficiat ad propositum. Qualiter autem puncta sint vbique in linea, & quomodo non, declarandum est super Primum de Generatione.

QVAESTIO III.

An Punctum sit aliquod ens positiuum.

Tex. c. 37.

COnsequenter potest quæri, Vtrum punctus sit aliquid ens positiuum. Arguitur primo ꝙ non, quia omne ens positiuum vel est sensibile, vel intelligibile, vt patet in 3. de Anima: sed punctus non est quid sensibile, quia indiuisibile non sentitur, vt probat Arist. in de Sensu & Sensato in fine, punctus autem est indiuisibile: nec intelligibile, quia intellectus noster nihil intelligit eorum, quæ exterius, nisi cum sensu, vt dicit Arillo. in de Sensu & Sensato. Et confirmatur, quia intellectus nihil intelligit sine phantasmate, Tertio de Anima punctus autem non habet phantasma, cum sit indiuisibilis, & per consequens insensibilis: phantasma autem est similitudo rei sensibilis, vt patet Tertio de Anima, & in Secundo: quare &c. Item, quod intelligitur per priuationem non videtur esse quid positiuum: eius enim positiuum non debet cognosci per priuationem, sed per seipsum. nunc autem ipse punctus intelligitur per priuationem, vt dicit Aristl. in 3. de Anim. c. Indiuisibilem quidem igitur intelligēti. vbi sic dicit, Punctus autem & omnis diuisio, & sic indiuisibile priuatione monstrarur: quare &c. Item, sicut est de vnitate, ita est de puncto, per conuenientem similitudinem cum vtrunque sit quid indiuisibile simpliciter. sed ipsa vnitas nō est aliquid positiuum, cu sit quædam indiuisio. vnum enim est ens indiuisum, vt habetur ex Quinto Meta. & per consequens vnitas est indiuisio, per locum a coniugatis. Item, si punctus esset aliquid positiuum, aut est aliquid prius quam linea, aut posterius, per sufficientem diuisionem. non est dicendum ꝙ sit aliquid prius q̄ linea, vel q̄ corporeitas, quia hoc contradiceret Comm. in tuo tractatu de Substantia Orbis: vbi dicit, ꝙ dimensio est prima res existēs in prima materia. hæc sunt eius verba. primum. n. rerum existentium in hoc subiecto, & loquitur de prima materia: sunt tres dimēsiones, quæ dicuntur corpus: quare non est dicendum, ꝙ punctus sit aliquid positiuum, quod prius sit in materia: q̄ dimensio. nec potest esse posterius: quia, cum punctus sit principium lineæ, necesse est ꝙ sit prius ipsa linea, & cum ipsa linea sit prius alijs dimensionibus: quare simpliciter sequetur, ꝙ punctus sit prius omni dimensione: quare &c.

Tex. c. 103.

Tex. c. 15.

Tex. c. 11

Oppositum arguitur: quia nihil pure priuatiuum ponitur in definitione eius positiui: Punctus autem ponitur in definitione lineæ, vt dicit Arist. in 1 Poster. ergo &c.

CONCLVSIO.

Opinio 1.

Punctus vt Terminus lineę significat, positiuum quidem est, at vt lineam continuam cum priuatione intelligitur.

ALiqui viri fuit intelligere, ꝙ punctus & vnitas non sunt entia positiua, sed solum sunt quædā priuationes. punctus. n. terminatus est priuatio continuationis lineæ terminatæ cum alia linea, & punctus continuans est priuatio diuisionis lineæ. tandiu. n linea est continua quāmdiu est indiuisa, & cum est diuisa corrumpitur punctus continuans: qđ non videtur esse, nisi quia punctus continuans est priuatio diuisionis actualis. Similiter dicunt, quod vnitas nihil aliud est nisi priuatio diuisionis non habens positionem in continuo. Sed illa non videntur bene dicta. Primo de vnitate, quia mensura alicuius positiui non videtur esse pura priuatio: hoc videtur satis manifestum. sed vnitas est mēsura numeri intrinseca, vt vult Arist. in 10. Meta. & numerus est quid positivum, cum sit species quantitatis, vt patet in Prædicamentis, quare &c. De puncto similiter non bene dicūt: quia illud, quod habet positionem in continuo videtur esse quid positiuum, & non pura priuatio: hæc recipitur pro manifesta: sed punctus est huiusmodi. in hoc enim differt punctus ab vnitate. Item, illud quod est terminus & principium entis positiui non est pura priuatio: sed punctus est huiusmodi, vt omnes conceduot: quare &c. Sed qualiter punctus habet positionem in continuo non est satis manifestum. Ad cuius euidetiam considerandum ꝙ positiō q̄tum spectat ad propositū, multipliciter accipitur. vno modo accipitur positio pro ordine partium in toto in habitudine ad locum, vel pro quo āmodo essendi fundato in isto ordine, & hoc modo positio est vnum prædicamentū, vt habet videri in Prædicamentis. alio modo accipitur positio pro significabilitate, seu sensibilitate partium quantitatiuarum in suo toto, & hoc modo pertinent ad quantitatē continuam: & istis duobus modis punctus non habet positionem, cum nullas partes habeat secundum quantitatem. Alio mō dī positio ipsa essentia alicuius indiuisibilis inter duas lineas contiguas, vel inter duas partes lineæ determinatæ, & sic punctus habet positionem. Nam punctus continuans duas partes lineæ, est inter illas duas lineas sine medio & non alibi: punctus autem terminans est inter duas lineas contiguas adinuicem & non alibi, & hoc in illis corporibus, quæ habent aliquid extra se. Et sic patet, qualiter punctus habet positionem in continuo. & in hoc differt pūctus ab unitate, quia ipsa vnitas, a qua aliquid dicitur vnum non est determinate inter duas partes huiusmodi quæcunq; sint,

Improbatio

Tex. c. 2.

Positio capitur multipliciter.

dico

Punctus est duplex.

dico secundum q̃ vnitas. Dicendũ est igitor ad q̃onem f̃m viam cõtineri, q̃ punctus est aliquid positiuũ aliquo modo. Ad quod considerandum est, q̃ duplex est punctus, sicut dicitor cõter, s. punctus terminans & punctus continuans. Punctus terminans est quo dant indiuisibile, vltra quod nihil est de illa linea, & extra quod est totum quicquid est de illa linea: & super illud indiuisibile fundatur relatio quædã ternitatis ad terminatum, vt cõter dicitur. Et ad illius termini actualem existentiam necessario requiritur priuatio continuationis lineæ cum alia linea, & huic illa priuatione non bene potest intelligi ille terminus actu: quamuis enim habitus sit notior ipsa priuatione opposita, tamen nihil prohibet priuationem vnius habitus, s. habitus multo notioris esse notiorem, saltẽ quo ad nos quodam alio habitu, vel ente positiuo, vt Cõmentator in Octauo huius super illo c. Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur, & sic contingit in proposito. Continuitas igitur vel quantitas continua est aliquid notius & manifestius q̃ sit illud indiuisibile, quod dicitur punctus: & priuationem ipsius continuitatis necessario concomitatur huiusmodi punctus terminãs, & ideo punctus notificatur per priuationem continuitatis, & hoc bene docuit Arist. in 3. de Anima illo c. Indiuisibilium quidem igitur &c. vbi sic loquitur, punctus autem & omnis diuisio, & substantiæ indiuisibile per priuationem monstratur &c. imaginabimur ergo f̃m illam viam, q̃ hoc nomen punctus significat aliquod ens positiuum, quod est termius linex. Ratio tñ intelligendi & significandi huiusmodi termini sumitur a quadam priuatione, s. priuatione continuitatis lineæ terminatæ cum alia linea. Punctus verò continuans est quoddam indiuisibile existens inter duas partes lineæ sibimuicẽ continuas sine distantia medij: & ad huiusmodi punctum necessario requiritur priuatio diuisionis actualis ipsius linex. s. n. linea, quæ nunc est continua diuidatur actualiter, tunc corrũpitur punctus continuans. & fiunt loco eius duo puncta terminantia: & huiusmodi punctus licet f̃m se sit aliquid positiuum, vt dicitur, tamen notificatur & intelligitur per priuationem diuisionis lineæ, quæ quodãmodo notior est ipso. & iste punctus cõter dr esse punctus in potentia: quia non terminat actu lineam, sed ipse existente linea, quã continuat cum alia linea, non est actu terminata & diuisa ab alia linea, sed solum in potentia. De vnitate autem quid ipsa essentialiter sit magis inquirendum est super 4. Metha.

Comm. 57.

Tex. co. 25.

Punctus cõtinuans.

RESPON.

Punctus nõ sibilis est nõ sa interiori virtute cognitiua.

ADrationes. Ad primam potest dici, q̃ punctus bene est aliquid sensibile, non quidem sensu exteriori per se, sed sensu interiori, s. virtute cogitatiua. Ista. n. virtus bñ cognoscit aliquas intentiones non sensatas, s. proprietates indiuiduales, quas non cognoscit sensus particularis & exterior, vt habet videri super 3 & 2. de Ani. & ipse aliter à Coõ. & hoc sufficit ad hoc q̃ sit intelligibile. Vnde Comẽ. dicit in Tertio de Ani. q̃ comprehensibilia humana diuiduntur in comprehensibilia, quorum principium est sensus, & comprehensibilia, quorum principium est cogitatiua, s. comprehensibilia, quæ cognoscuntur sensu particulari, & ea, quæ cognoscuntur virtute cogitatiua. Vel pòt dici, q̃ punctus est aliquid sensibile per accidens sensu particulari: quia accidẽtaliter coniunctus est alicui per se sensibili, & statim cognoscitur sine magno discursu cogitata linea diuisa ab alia linea, & hoc sufficit. Et cum dicitur indiuisibile non est sensibile, potest dici, quod verum est de se sensibili per subsistẽte, & de isto probat Arist. in de Sensu. sed indiuisibile inhærens alicui & existens in aliquo subiecto, pòt tenitari vel per se, sicut vnitas est per se sensibilis aliquo modo, vt vult Ari. in 2. de Anima, vel per accidens, sicut punctus, vt dicitur.

Text. c. 24.

Et forte non esset magnum inconueniens, dicere, q̃ sicut vnitas, quæ est principium numeri, dicitur esse sensibilis aliquo modo, sicut terminũ cõe, sic erit punctus, cum sit principium lineæ, sit per se sensibilis aliquo modo. Ad alia cum dicitur, illud, quod intelligitur &c. ista potest negari. quia quamuis priuatio alicuius habitus non sit notior illo habitu, nec ducat in eius cognitionem, sed è conuerso, tamen priuatio alicuius habitus bene est prius nota aliquo alio positiuo: & sic ducit aliqualiter in eius habitus notitiam, vel illius habitus, vel positiui. & isto modo continentur nobis substantiæ separatæ, s. per abnegationem materiæ, quæ est in eis tanquam subiectum: & per abnegationes conditionum consequentium materiam, s. generationis, & corruptionis & extensionis, & huiusmodi, vt scitur ex Octauo huius, & duodecimo Metaph. Ad aliam potest dici, q̃ imo vnitas est quid positiuum secundum se, tamen significatum & intellectum sub priuatione, & differrã puncto modo prædicto. nec sequitor, si vnum est ens indiuisum, vnitas sit sola indiuisio, sed q̃ sit vnitas indiuisa. Qualiter autem differt unitas numeralis ab vnitate specifica & essentiali, alibi dictum est. Et si inquires, vnum dicitur ab indiuisione: sed vnum dicitur ab vnitate: ergo vnitas est indiuisio. Dico, q̃ vnum nõ solum dicitur vnum ab indiuisione, licet indiuisio sit modus a quo sumitur intellectus vnius sed cum hoc dicitur vnum ab aliquo positiuo subtracto illi indiuisioni. hoc autem alibi magis declaratum est. Ad aliam potest dici, q̃ punctus est aliquid modo prior quãm linea, saltem ordine generationis, vel ordine simili: quia imperfectior est quãm linea, sicut linea quãm superficies. Et quod Commen. dicit, q̃ primum &c. potest dici, q̃ ipse intelligit de formis diuisibilib. & extensibilib. omnium enim illarum prima est dimensio, ita q̃ dimensiones, quæ dicuntur corpos Comm. comparas ad alias formas natas extendi in materia, & respectu istarũ ipsa corporeitas prior est quoquo modo: punctus autem non est aliqua forma extensa, nec extensibilis, nec per se nec per accidens, sic q̃ habeat vnam partem extra aliam, vt albedo existens in superficie. si autem dicatur diuisibilis per accidens, quia est coniunctus cum aliquo diuisibili aliquo modo coniunctionis, vt videtur iouuere Com. io 3. de Ani. c. Indiuisibilium quidem igitur intelligentia: hoc est multum improprie, & nihil ad propositum.

Com. 21:

QVAESTIO IIII.

An Duo corpora secundum Totum sese tangere possint.

COnsequenter quæri potest, vtrum duo corpora possint se tangere secundum totum. Arguitur primo q̃ sic, quia in vero misto quælibet pars est mista, Primo de Generatione. sed hoc non contingeret, nisi vnum corpus totum posset tangi ab alio & è conuerso. Nam recipitur aliqua pars terræ coocurrens ad mistionem, aut illa tota tanguur à parte ignis, aut non tota. si sic, habetur propositum, si non, ergo non quælibet pars misti erit mista ex omnibus elementis: quare &c.

Tex. c. 89.

Oppositum arguitur breuiter auctoritate Arist.

Tex. com. 2.

CONCLVSIO.

Duo corpora sese secundum se tota tangere impossibile est quæ si tangerentur, ex eis vnum alio maius corpus nequaquam constituerentur.

DIcendum primo, q̃ impossibile est vnum totum corpus tangere aliud totum corpus. quod faciliter probatur: quia, si hoc cõtingeret, tũc duo corpora essent simul in eodem loco: quod est impossibile, vt patet Quarto huius. & patet consequentia: quia, si duo corpora se contingunt secundum se tota, aut ipsorum in vno & eodẽ loco, & sic habetur propositum, aut in diuersis, ita q̃ vnum illorum est in vno loco, & alterum in altero, & sic sequitur, q̃ inter partes exteriores vnius, & partes alterius est spatium medium, & sic illæ partes non se tanguont & per consequens totum nõ tangit totũ. Et hoc facile est videre descriptis ad sensum duobus corporibus, quorum unum sit in alio loco ab altero. Iterum ad hoc q̃ aliqua corpora sint duo, necesse est q̃ claudantur & terminentur diuersis superficiebus: quia quodlibet illorum debet esse vnum in se, vnum autem est in se indiuisum & diuisum ab alio. Et constat q̃ aliqd̃ corpus non potest esse diuisum actu ab alio, nisi superficies eius sit distincta à superficie alterius. sed, si aliquod totum corpus tãgeret aliud totum, tunc non essent clausa uel terminata diuersis superficiebus, sed vna sola superficie, ita q̃ vnica superficies includeret ambo illa tota detur. n. q̃ extra superficiem unius esset aliquid de altero, tunc certum est, q̃ illud extra existens non tangeret partes exteriores, inter quas & ipsum esset distantia media. Vltima. n. tangentium debent esse simul, ita q̃ inter ea nullum sit medium, nec plenũ, nec vacuum: ut manifestum est in 5. huius: quare &c. Secundo dico breuiter, q̃, si duo corpora se tangerent secundum totum non constituerentur ex eis aliquid maius vno illorum:

Tex. com. 47.

Tex. com. 22.

& hoc

& hoc patet ex dictis. quia illud, quod est maius altero, est in maiori loco: siquidem locus proprius est æqualis locato
Tex. c. 49. 4. huius: sed totum constitutum ex duobus corporibus se tangentibus secundum totum non est in maiori loco quam alterum illorū, vt patet ex dictis: quare &c. Item, ad hoc ꝙ ex aliquibus partibus constituatur aliquod maius secundū quātitatem, oportet, ꝙ vnum illorum sit extra alterum. hoc enim est de ratione partium quantitatiuarum ꝙ vna sit extra aliam. sed, si duo corpora se tangerent secūdum totum, vnum illorum non esset extra alterum, imo nihil vnius illorum esset extra alterum: quia quicquid esset extra vnum illorum illud non esset immediatum, cuilibet partis alterius, & sic non totum tangeret totum: quare &c.

Responsio. Quō elemē ti fiunt in mi sto.

RAtio in oppositum rangit vnam bonam difficultatem, quæ magis debet discuti super 1. de Generatione. Et alii qui dicunt ad illam dubitationem, ꝙ cum particulæ elementorum sint sibiinuicem appropinquatæ ad generationem misti, vna illarum rangit aliam transmutando ipsam & coeum pendo excellentias, & in illo rempore alterationis illæ particulæ habent dimensiones distantes se tangentes secundum vltima. Et, cum materia fuerit sufficienter disposita ad formam misti recipiendam, tunc corrumpentur formæ elementorum & dimensiones eorum, & generabuntur nouæ dimensiones simul cum forma misti proportionales præcedentibus: & sic non oportebit, ꝙ dimensio vnius penetret dimensionem alterius. Sed sine dubio istud nullo modo sufficit. Primo, quia isti supponunt duo multum dubia, & forte impossibilia, i. ꝙ essentiæ dimensiones præsentes in partibus elementorum corrūpuntur, cum forma misti generatur. Secundum est, ꝙ etiam formæ substantiales elementorum corrumpuntur totaliter, quorum vtrumq; vt detur esse contra Cōm. plane. Vult. n. Cōm. in Tractatu de Substantia Orbis, ꝙ dimensio interminata, i. essentia dimensionis est coæterna materiæ primæ & in 3. Cœli & Mundi vult, ꝙ formæ substantiales elementorum remaneant in misto, licet remissæ, seu remixtæ, sicut & eorū qualitates, & de hoc alias inquiret, si Deus voluerit. Et ideo dico aliter ad præsens, cū dicitur, ꝙ quælibet pars misti est mista. dico ꝙ hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ quælibet pars quantitatiua misti sit mista ex elementis præexistentib. leor sum & diuisim: & hoc nō concederem. Alio modo, ꝙ quælibet sit mista, vel ex elementis præexistentibus, vel ex elementis de nouo generatis per actiones ipsorum elementorum præexistentium, & sic est secundū veritatem. Nam particula ignis appropinquata particulæ terræ transmutat eā calefaciendo & rarificando, & quantum dat ei de caliditate, dat & tantum de forma substantiali ignis. & sic dico de particula aeris & aquæ & è conuerso. Ita quod quælibet particula cuiuslibet elementi conueniens ad commistionē transmutatur ab aliqua particula cuiuslibet alterius elementi recipiendo formam substantialem ab ea, & sic quælibet pars misti est mista. Et ex hoc non sequitur ꝙ aliquod totum corpus tangit aliud totum corpus.

Impugnatio. Responsio. Com. 67. Quælibet pars misti est mista.

Tex. c. 4. *Eiusdem autem rationis est & magnitudinem & tempus & motum ex indiuisibilibus componi &c.*

QVAESTIO V.

Componi vel non componi ex indiuisibilibus, an eadem ratione magnitudini & motui conueniat.

COnsequenter quæritur, Vtrum magnitudo & motus sint eiusdem rationis quantum ad componi, vel non componi ex indiuisibilibus. Arguitur primo, ꝙ non. Quia illa, quorum vnum est permanens, & aliud successiuum non sunt eiusdem rationis: hæc est manifesta. Sed magnitudo est ens permanens: & motus est quid successiuum, vt manifestum est, quare &c. Item, illa non tunt eiusdem rationis quorum vnum diuersificatur altero nō diuersificato: hęc est manifesta. Sed motus & magnitudo sunt huiusmodi: quia super eandem magnitudinē contingit velocius & tardius moueri, vt manifestum est ad sensum: quare &c. Et si dicas ad ista duo, ꝙ magnitudo & motus secundum se non sunt eiusdem rationis, sed quatenus ad hoc ꝙ est componi vel non componi ex indiuisibilibus. Contrà proprietates sequuntur naturas ut manifestū est; modo, componi, vel non componi ex indiuisibilibus sunt quædam proprietates magnitudinis & motus. Si ergo magnitudo & motus secundum suas essentias non sunt eiusdē rationis t videtur quòd non sunt eiusdem rationis quo ad istas proprietates: quare &c.

Oppositum demonstrat Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Componi vel non componi ex Indiuisibilib. secundum eandem rationem proportionis, vel consequentiæ, motui, ac magnitudini conuenit.

DIcendum ꝙ magnitudo & motus sunt eiusdem rationis quantum ad componi, vel non componi ex indiuisibilibus, sic intelligendo, ꝙ, si vnum est compositum ex indiuisibilibus, & alterum, &, si vnum non est compositum ex indiuisibilibus, nec alterum, its ꝙ sunt eiusdem rationis secundum quandam proportionem & consequentiam. vt, sit magnitudo, super quam est motus, composita ex indiuisibilibus æqualibus numero illis, ex quibus componitur motus. Verbi gratia. si sit magnitudo, super quam est motus A B C, composita ex trib. indiuisibilibus, & motus, qui pertransit hanc magnitudinem sit D C E, ita, ꝙ D correspōdet ipsi A, & sic de alijs. tunc arguitur, pars motus correspondens parti magnitudinis indiuisibili, aut est motus, aut mometū, i. indiuisibile esistēs in mobili, si dicatur ꝙ sit motus, sequitur, ꝙ super indiuisibile aliquid mouetur. nam omne illud mouetur, in quo est motus: hoc est manifestum. si igitur pars motus, per quam mobile pertransit, sit motus, tūc sequitur ꝙ indiuisibile pertransit per motum, ita ꝙ mobile pertransit indiuisibile: quod est impossibile, vt demonstratum est prius. Si autem illa pars motus sit momentum siue motum esse, eadem ratione pars motus correspondens alteri parti magnitudinis erit momentum & nō motus, & sic motus erit compositus ex momentis, quæ sunt indiuisibilia motus, sicut pūctus est indiuisibile linex: quare &c. Et confirmatur ratio: quia sicut per totum motum pertransitur tota magnitudo, ita pars magnitudinis pertransitur per partem motus, & sic quæratur de illa parte motus, quæ correspondet indiuisibili parti magnitudinis, vt prius. Notandū tñ, ꝙ magnitudo & motus non sunt eiusdem rationis ſm speciem specialissimam quantum ad componi vel non cōponi ex indiuisibilibus: sicut non sunt eiusdem rationis ſm speciem specialissimam quantum ad componi ex indiuisibilibus, quia compositiones diuersificātur ſm diuersitatem partium, ex quibus sunt. constat autem ꝙ partes magnitudinis sunt alterius rationis ſm speciem specialissima a pertib. motus: ergo compositio hęc & illa est alterius rationis, & similiter compositio & non compositio ex indiuisibilib. est alterius rōnis ſm speciem specialissimam. sed pro tanto dicitur ꝙ sunt eiusdem rationis, quantum ad hoc, quia ex vno istorum ratione necessaria connincitur alterum, vt patet ex dictis. Et per hoc ad rationes patet solutio.

Partes motus, & magnitudinis non sunt eiusdem rationis.

Tex. c. 5. *Si igitur præsentis motus necesse est moueri per aliquam partem &c.*

QVAESTIO VI.

An super Indiuisibile Motum fieri contingat.

COnsequenter quæri potest, vtrum super indiuisibile possit fieri motus. Arguitur ꝙ sic. Quia super illud potest fieri motus, cui potest aliquid applicari successiue: hoc videtur manifestum per se. sed ipsi indiuisibili potest aliquod applicari mobile successiue, ut signato aliquo puncto in linea ipsum mobile potest ei applicari successiue, ita ꝙ vna pars prius ei applicabitur quam alia, vt manifestum est ad sensum: ergo &c.

Oppositum vult Arist.

CONCLVSIO.

Motum per se fieri super indiuisibile est impossibile, at per accidens fieri motum super indiuisibile contingit.

DIcendum breuiter, ꝙ super indiuisibile per se omnino non pōt fieri motus proprie dictus. Et hoc demonstrat Arist. in litera sufficienter. quia, si aliquid moueretur super indiuisibile p se, sequeretur vel ꝙ simul esset moueri & motum esse, vel ꝙ indiuisibile esset diuisibile: quæ sunt impossibilia. & probat consequentia: quia ponatur ꝙ aliquid moueat super indiuisibile, t A, oportet necessario ꝙ illud mobile Tex. c. 7.

bile habeat in se motum: sicut enim nihil est album nisi albedine, sic nihil mouetur nisi motu, ergo igitur simul mouentur per A & motum est, aut non simul. si non simul, est posterius motum est quàm moueabatur, sequitur q̃ A sit diuisibile: quia dum erat in ipso mouebatur, non quiescebat in A. & quiete precedente motum: hoc est manifestum. occupauerat enim totum ipsum A, quia iam non mouebatur per A, nihil enim mouetur per spatium, per quod iam pertransiuit: oportet igitur q̃ medio modo se habeat, s. q̃ cũ mouetur per A, partem eius pertransiuit, & in parte eius adhuc insequitur, ergo q̃ A sit diuisibile. Si vero dicatur q̃ simul mouetur, & motum est: hoc est impossibile, quia manifestum est ex successione temporis, q̃ nulla duo nunc tantia temporis possunt simul esse, sicut tempus cum instanti est omnino simul quare &c. Intelligendum tamen q̃ supra indiuisibile potest heri motus per accidens inquantum ipsum indiuisibile aliqualiter est coniunctũ diuisibili super quod hi motus per se: & hoc modo procedebat ratio, quæ adducebatur: non enim partes mobilis applicantur indiuisibili per se, sed per accidens, inquantum est coniunctum magnitudini, cui applicantur partes mobilis.

Motus pũ fieri per accidens sup indiuisibile.

Si igitur necesse est quod moueatur vnde & vbi non simul moueri & motum esse &c. Tex. co 7.

QVAESTIO VII.

An Moueri & Motum esse simul esse valeant.

CO sequenter potest quæri, Vtrum moueri & motum esse possunt esse simul. Arguitur primo hic, Quia motus potest esse totus simul ergo mouetur & motum esse possunt esse simul. Antecedens probatur auctoritate Arist. in de Sensu & Sensato, vbi dicit q̃ contingit aliquid totum simul alterari. constat aũt q̃ alterari est quidam motus: & consequentia vẽ latis manifesta. nã quia ratione totus motus potest esse simul, & motus cũ mutatione potest esse simul? Item, illuminatio est quidam motus, & illuminatum esse est motum esse: sed illuminatio est simul cum illuminato esse, vt manifestum est: quare &c.

Oppositum supponit Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Moueri & motum esse simul esse, id est in eodem instanti, est impossibile.

Dicendum, q̃ moueri proprie non est simul cum motum esse intelligendo per esse simul esse in eodem instanti, & hoc probatur sic. Quia, si ita esset, sequeretur q̃ aliquid simul moueret & nõ moueretur, q̃d est cõtra primã dignitatẽ. consequentia probatur: quia dũ aliquid mutatum est ad aliquod, non mouetur ad aliud, quia iam hẽt illud: & ad habitũ non est motus, habitibus. n. præsentib. in materia cessat motus: modo, dum in aliquo est moueri, illud mouetur. si ergo simul esset moueri & motum esse, tunc simul aliquid moueretur & non moueretur secundum idem: quare &c. Item, illud, quod mouetur, dum mouetur, non habet perfecte illud, ad quod mouetur, quia sic frustra moueret. & motus est actus entis in potentia secundum q̃ huiusmodi. Sed dum aliquid mutatum est, tũc habet perfecte, i. actu, illud quod mutatum est, & modo sic mutatum mutato esse terminante motum: ergo, si aliquid simul moueretur ad aliquid & motum esset ad illud, tunc haberet perfecte & in actu, & non haberet vnum & idem: quod est impossibile: quare &c. Item, illa non sunt simul, quorum vnũ est in tempore, & aliud in instanti: hoc est manifestũ: quia tempus & instans non sunt simul: sed moueri est in tempore, & motũ esse est in instanti, vt manifestum est: quare &c. Sed aduertendum, q̃ quamuis moueri & motum esse non sunt positiue simul & in eodẽ instanti, tñ bene sunt simul primat ue, s. per priuationẽ medij: quia inter moueri & motum esse non est aliquod medium, sicut inter tẽpus & instans terminans nõ est aliquod medium, sed hoc non est proprie esse simul.

Conclusio. Rat. conclus.

Moueri & motum esse sunt bene simul priuatiue.

RESPON. AD primum nego antecedens. Et ad probationem, cum dicitur, q̃ contingit aliquod totum &c. Dicendum, q̃ hoc dictum, potest dupliciter intelligi. Vno modo relatẽdo ly simul, ad qualitatem, ẽm quã aliquid alteratur: vt sit sensus, q̃ contingit aliquod totum alterabile simul alterari, i. non prius tempore acquiri vnam partem qualitatis q̃ aliam, sed omnea simul & hoc est impossibile in omnib. alterationibus, quibus acquiritur qualitas habens contrarium & sustinens magis, imo semper vna pars talis qualitatis, prius tempore acquiritur q̃ alia. alio modo potest intelligi referendo ly simul ad partes quantitatiuas ipsius alterabilis: vt sit sensus, q̃ contingit aliquod totum simul alterari, i. contingit aliquod totum quantum ad omnes suas partes quantitatiuas simul recipere qualitatem abagente, ita q̃ vna non incipiat prius tempore q̃ alia, & hoc modo est verum, & intellectus Arist. v. g. cum ignis est approximatus aquæ, licet aqua sit diuisibilis in infinitum, & quacunq; parte data sit dare minorem, tamen non oportet q̃ pars minor per prius tempore incipiat alterari ab alia q̃ alia. & adhuc alia minor prius tempore quam alia, & sic in infinitum. quia tunc nunq̃ incepisset alteratio de nouo, imo semper fuisset, sed est deuenire ad aliqua partem aquæ, ita paruam, q̃ ignis obtinet lupra eam totam, & illa tota simul quantum ad nes suas partes quantitatiuas incipit alterari ab igne, ita q̃ in eodem instanti, in quo vna illarum incipit, & alia. Et hoc significat Arist. ibidem, vbi dicit, q̃ contingit aliquod totum simul alterari, & non dimidium prius. velut aquam totam simul congelari. & in hoc differt alteratio propria a motu locali, quantum ad spatium, quod pertransitur: quia semper mobile, quod mouetur localiter, prius tempore pertransiit spatiũ minus q̃ maius. Vnde & Arist. dicit ibi, q̃ loci mutationes rationabiliter ad medium prius attingunt, & hæc est expositio Alex. ibidem. vt patet inspicienti. Sic igitur alterari nõ est motus totus simul quantum ad oẽs partes formæ, quæ acquiruntur. licet simul incipiant in omnib. partibus alicuius alterabilis: quare &c. Ad aliam dicitur communiter, q̃ illuminatio non est motus proprie dictus, sed solum secundum modum tãgendi, nec realiter differt ab illuminato esse: ideo potest esse simul cum illuminato esse: qua. &c.

Illuminatio non est motus.

Quoniam autem omnis motus in tempore est & in omni tempore possibile est moueri: omne autem quod mouetur contingit & velocius moueri & tardius &c. Tex. co. 15.

QVAESTIO VIII.

An Omne, quod mouetur, contingat velocius, vel tardius moueri.

QVæritur hic, Vtrum omne, quod mouetur contingat velocius & tardius moueri. Et arguitur primo q̃ non. Quia quod mouetur maxima velocitate, non contingit velocius moueri, quia sic maximo esset maius in eodem genere: quod est impossibile. sed aliquod mobile mouetur maxima velocitate, s. primum mobile, vt patet in Quarto huius, & Octauo & propter hoc primus motus est mensura omnium aliorum: quare &c. Item, illud mobile, quod nõ contingit magis & minus esse dispositum, & quod mouetur à motore intransmutabili, non contingit velocius & tardius moueri: hoc videtur manifestum q̃ enim aliquid velocius & tardius moueatur quàm prius hoc non est, nisi quia ipsum mobile magis est dispositum ad ipsum motum q̃ prius, vel quia mouens est fortificatum plus quam prius per aliquam transmutationem. sed aliquod mobile est, quod quandoq; est magis dispositum ad motum q̃ prius, frequenter, & mouetur à motore non transmutabili, nec per se, nec per accidens, vt patet ex Octauo huius, & Primo, & Secundo Cæli & Mundi: quare &c. Item si omne quod mouetur contingeret velocius & tardius moueri: tunc oporteret motorem esse vigoris infiniti: quod videtur impossibile secundum Comment. in Octauo huius, & 2. Cæ & Mundi. & probatur consequentia: quia, si omne mobile contingit velocius moueri, sequitur q̃ mobile potest velocitare in infinitum: hoc est manifestum. & si mobile potest velocitari in infinitum, sequitur q̃ motor potest velocitare in infinitũ. Talis autem motor videtur esse vigoris infiniti, vt manifestum est: quia motor finitus non velocitat nec potest velocitare in infinitum: quare &c.

Text. c. 73. Text. c. 75.

8 Phys. text. c. 45.

Comm. 79.

Oppositum dicit Arist. in litera. omne autem, quod mouetur, contingit velocius moueri, aut tardius. Et propter hoc intendit probare, quòd tempus diuiditur in infinitum, sicut & magnitudo, vt patet inspicienti literam.

CON-

CONCLVSIO.

Mobile vt Mobile velocius aut Tardius moueri potest, mobile vero, vt tale mobile, vt à tali motore motum non potest velocius moueri.

Comm. 25. Mobile considerat dupliciter.

AD quæstionem potest dici per quandam distinctionem, quam innuit Com hic ꝙ mobile potest considerari dupliciter. vno modo mobile ſm ꝙ est mobile. alio modo secundum ꝙ est tale mobile naturæ determinatæ: vt cœlum vel ignis & huiusmodi: similiter motus potest considerari ratione qua motus absolutè & rône qua talis motus determinatus: puta primi mobilis & circularis & huiusmodi.

Tunc dicetetur ad quæstionem, ꝙ omne mobile, ſm ꝙ est mobile, potest velocius moueri aut tardius Secundo, ꝙ aliquod mobile, vt tale mobile, & vt mouetur à tali motore, non potest velocius moueri, & hoc signat Comm. in his verbis. Sed quæratur de hac propositione dicente, ꝙ omne motum potest moueri motu velociori suo motu Nam declaratum est ꝙ motus corporum naturalium determinatus est in velocitate & tarditate, & cœlum impossibile est vt sit velocius: ergo propositio, quæ ponitur hic possibilis, est impossibilis Ad hoc autem dicatur ꝙ omne motum secundum motum est possibile vt moueatur motu velociori suo motu ſm ꝙ est motus: Quod sic intelligo, ꝙ omni mobili, ratione qua mobile est, non repugnat moueri motu velociori suo motu. Et hoc probat Com. statim dicens sic. Et causa est in hoc qm̃ motus est de continuo & velocitas in motu est similis diuisibilitati in cõtinuo. Quemadmodum diuisibilitas procedit in infinitum in continuo, sic velocitas in motu: quoniam si velocitas sumeretur in motu, ſm ꝙ est motus, esset possibile ꝙ motus fieret in instanti. Et hæc vltima consequentia non est omnino clara, sed forte declarabitur post. sic igitur patet primum. ſ. ꝙ mobili vt mobile est, non repugnat velocius moueri quàm moueatur. Secundum patet ex rationibus inductis to principio ſpecialiter, quia primum mobile, ratione qua tale mobile, habet maximam velocitatem, & maximo non potest esse maius in illo genere: quare &c. Sed aliqui dubitant latis rationabiliter contra istam determinationem & arguunt sic. Omne quod est impossibile mobili, vnde mobile repugnat ei: hæc vẽ ſatis manifesta. sed omni mobili vnde mobile, est impossibile moueri motu velociori motu primo: ergo omni mobili ſm ꝙ mobile repugnat moueri velociori motu primo. Probatio minoris, accipiatur mobile quodcunq; tu volueris, aut illi mobili, ſm ꝙ est mobile, possibile est moueri motu velociori quàm sit motus primus, aut non est ei possibile ſm ꝙ mobile. si ooo est ei possibile ſm ꝙ mobile, ergo est ei impossibile ſm ꝙ mobile: per regulam modalium. si est ei possibile rône qua mobile moueri motu velociori motu primo, aut aliqñ mouebitur illo motu velociori, aut nunquam, si nunquam, ergo illa potentia, quàm habet ad illum motum velociorem, erit ociosa per totum tempus æterni in tota natura mobilis, vt mobile; qđ videtur absurdum. Si aliquando mouebitur motu velocior quàm sit motus primi mobilis, hoc similiter est absurdum: quia velocitas primi motus est perfectissima velocitas, qua nunquam erit perfectior. Et præterea quis motor faciet illam velocitatẽ. Item, illud est impossibile, quod nunquam est, nec fuit, nec erit: sicut illud est necessarium quod semper fuit, & est, & erit sem, er, vt habetur latis ex 1. Cœli & Mundi. Sed hoc nunquam fuit, nec est, nec erit in aliquo mobili, ꝙ moueatur motu velociori motu primi mobilis, vt omnes concedunt. quare &c. Item, dubitatur sic, omne quod non repugnat mobili, vnde mobile, inest alicui mobili. sicut omne quod nõ repugnat homini, vnde animal, inest & inuenitur in aliquo animali: si ergo moueri velocius primo mobili nõ repugnat mobili, vnde mobile, hoc debet inesse alicui mobili: hoc autem falsum est. ergo &c primum. Item, sic intelligeretur propositio Arist. tunc Aristo. non sufficienter demonstrasset totentum. vult n. ostendere, ꝙ tempus est diuisibile in infinitum sicut & magnitudo, ita ꝙ quocunq; tempore dato, est dare aliquod tempus minus. & hoc sic: to omni tempore contingit aliquid moueri, & omne quod mouetur contingit velocius moueri: ergo to quocunq; tempore aliquid moueatur in illo contingit velocius moueri. Velocius autem in minori tempore pertranſit æquale ſpatium: ergo quocunque tempore dato, est aliquod tempus minus. Modo diceret aduersarius, qui sustineret esse aliquod tempus indiuisibile, ꝙ in tempore illo bene potest moueri aliquid, sed non est possibile ꝙ aliquid moueatur velocius illo mobili, quod mouetur in tempore illo quia hoc repugnat mobili vnde tale, sed non repugnat mobile vnde mobile. nec potest poni inesse aliquod mobile moueri velocius illo mobili: sicut non repugnat homini vnde animal ꝙ sit huiusmodi, & tamen non debet poni inesse, ꝙ homo sit hinnibilis ſm ꝙ est animal: & sic videtur ꝙ demonstratio Aristo. non valeret. Ad primum posset dici negando primam propositionem. non n. oportet, ꝙ omne, quod est impossibile mobile ſm ꝙ mobile, repugnet ei ſm ꝙ mobile: quia ad hoc ꝙ aliquid sit impossibile alicui sufficit ꝙ nullam habet pertinentiam ad illud. Sed ad hoc quod aliquid repugnet alicui non sufficit quod nullam habet potentiã ad illud, sed oportet ꝙ habeat aliquam oppositionem ad illud. Repugnantia enim aliquorum adinuicem non vẽ esse nisi ratione alicuius oppositionis: modo, possibile est ꝙ aliquid nullam habet potentiam ad alterum, & tamen non habet oppositionem ad ipsum: sicut intelligentia nullam habet potentiã ad magnitudinem, & tñ nullam habet oppositionem ad eam, sicut patet inducendo in omnibus ſpeciebus oppositionis. non. n. oppoitur ei contrariè, nec contradictoriè, nec priuatiuè, nec relatiuè: & sic possibile est ꝙ aliquid sit impossibile alicui, & tamen propriè non repugnat ei. Sic ergo licet mobili vnde mobile non sit possibile moueri motu velociori quàm est motus primi mobilis, tñ non repugnat ei: quia nullam oppositionem habet ad ipsum, vt manifestum est inducendo in ſpeciebus oppositionis. Sed istud non vẽ sufficere ad intentionem Aristo. quia, sicut iam dictum est, ipse intendit probare, ꝙ omoi rempore est tempus minus: quia in quocunq; tempore aliquid mouetur contingit aliquid velocius moueri, & per consequens to minori tempore: modo, ad hoc non sufficeret accipere ꝙ mobili non repugnat velocius moueri modo prædicto: quia diceret aduersarius, quòd, quamuis mobili non repugnet ratione alicuius oppositionis moueri velocius, tamen est ei impossibile propter defectum potentiæ, & sic nunquam mouebitur in minori tempore quam sit illud tempus, nec sequitur si sit aliquod tempus minimum, ꝙ mobile, vnde mobile est repugnet velocius moueri, ita. l. ꝙ habet aliquam oppositionem ad motum velociorem, vel, si sequitur, non apparet quomodo sequitur: quare &c. Item, si hic intelligeretur, ꝙ mobili vnde mobile est, non repugnat velocius moueri ſ. quia non habet aliquam oppositionem ad motum velociorem. similiter posset dici, ꝙ mobile vnde tale mobile determinatum non repugnat moueri velocius. ſ. quia mobile vnde tale nullam habet oppositionem ad motum ipſum velocem, & sic, vel oportet dicere ꝙ omne, quod est impossibile mobili repugnat ei, ita ꝙ idem sit aliquid repugnare alicui & esse et impossibile. Aut oportet dicere ꝙ mobili vnde tale non repugnat moueri velocius suo motu, aut oportet assignare aliã differentiam inter impossibilitatem & non repugnantiam. Et vtinam ego scirem quid est hic dicendum: hic. n. deficit mihi doctor & totrinsecus & extrinsecus, & fortassis alibi apparebit. Posset aliter dici ad principale, ꝙ non intendit Arist. ꝙ omne motum possit velociut moueri realiter & secundum naturam, sed ſm intellectum & imaginationem. & hoc ſpecialiter verum est de mobili ratione qua mobile. nã quãtumcunq; mobile primum moueatur velociter, tamen ego possum imaginari ipsum moueri velocius. nec Arist. ad probandum conclusionem quam intendit indiget ponere, ꝙ omne quod mouetur in aliquo tempore possit velocius moueri, vel ꝙ aliquid aliud possit velocius moueri, aut ꝙ actu moueatur velocius. sed sufficit ei ista conditionalis vera, ꝙ in quocunque tempore aliquid moueatur quantumcunq: paruo, si aliquid aliud, aut illud idem moueretur velocius, sicut imaginari potest, oporteret illud moueri in minori tempore: hoc. n. est de ratione velocioris, quod in minori tempore æqualem magnitudinem pertranseat. & sic conditionalis est necessaria, in quantocunque tempore aliquid moueatur, velocius per eandem magnitudinem moueretur in minori tempore: hoc autem non esset, si aliquod tempus esset minimũ & indiuisibile omnino, quia tempore indiui-

Dubitatio.

Responsio ad dubitationem primam.

Impossibilẽ est aliquid alicui quod ei non repugnat.

Improbatio

Alia ratio.

Tex. c 255.

indiuiſibile ſi nõ eſt aliquod tempus minꝰ. & ſic Ariſt. habet intentum ſuum ibidem. Conſiderandum.n.eſt diligenter, ſicut dicitur in 7. huius. ꝙ affirmatiua propoſitio conditionalis poteſt eſſe vera, licet antecedens ſit impoſsibile. vt hic ſi aſinus volat aſinus habet alas. Et, cum aliqua conditionalis eſt vera & neceſſaria, quamuis antecedens eius ſit impoſsibile, omne illud ex quo ſequitur illam eſſe falſam, debet iudicari impoſsibile, vt dicit ibi Com. & hoc ſciunt Logici. modo, ſi aliquod tempus eſſet omnino minimum indiuiſibile, & in illo aliquid moueretur, iſta conditionalis non eſſet vera ſimpliciter, ꝙ, ſi aliquid moueretur velocius quàm illud quod mouetur in tempore illo illud moueretur in minori tempore. Poſſet ergo ratio Ariſt. ſic formari contra ponentem tẽpus indiuiſibile in quo aliquid mouetur: & ſi aliquid moueretur velocius moueretur in minori tempore. Dico tale tempus eſt indiuiſibile, ſed hoc tempus indiuiſibile tale eſt. ꝙ in ipſo aliquid mouetur. vt tu ponis, & ſi aliquid moueretur velocius moueretur in minori tempore: hæc.n.eſt vera conditionalis. in quantocunq; tempore aliquid moueretur velocius moueretur in minori tempore per eandem magnitudinem: ergo hoc tempus indiuiſibile non eſt indiuiſibile: quod eſt impoſsibile. Et ſi quis dicat, ꝙ non fuit intentio Ariſto. ſic argumentari, quia diceret aduerſarius, ꝙ iſta non eſt vera conditionalis. Dicam, ꝙ multo magis poſſet aduerſarius dicere, ꝙ iſta categorica non eſt vera, quia omne eo, quod mouetur in aliquo tempore, poſſet aliquid mouci velocius. Et ſi aduerſarius concedat categoricam illam ipſe concedet hypotheticam, & ſortè non è conuerſo. Si quis melius noſcat dicat. ſed mihi non apparet plus in hoc Fortè Ariſt. accepit illam propoſitionem tanquam cõceſſam ab illis, qui ponebant minimum tempus. ipſi.n. concedebant, ꝙ omne quod monetur contingit velocius moueri Vel pollet ſic intelligi, quod omne totum contingit velocius moueri, ſi eſſet mouens fortius: & hoc non eſſet, ſi eſſet aliquod tempus minimũ: hoc n. poſito non poſſet motor fortior moueri in minori tpe, cum non ſit minimus minimo. Vel dicatur ꝙ omne qđ mouetur per aliquod ſpatium, contingit moueri per minus ſpatium, & hoc vocatur velociꝰ moueri. hoc autem non eſſet, ſi eſſet tempus minimum ſimpliciter, in quo aliquid moueretur: quia non eſſet tempus minus eo, & non poſſet illud mobile moueri p minus ſpatium. cum per minus ſpatiũ idem mobile moueatur in minori tpe. Poteſt ſuſtineri Com. quia licet nulli mobili conueniat moueri velocius primo mobili, tamen, ſi eſſet aliquod mobile minus primo mobili, moueretur velocius ipſo: quod non eſſet, ſi eſſet tempus omnino indiuiſibile.

RESPON. Ad rationes priores. Ad primam, & ſecundam patet ex dictis. Ad tertiam fortè dicendum breuiter. ꝙ bene cõcludit, ꝙ omne quod mouetur contingit velocius moueri realiter & ſm naturam rei, nec illo inſiget Ariſt. ad propoſitum, vt patet ex dictis. Et, ſi bene videremus qualiter aliquid non repugnat mobili, vnde mobile eſt, iñ eſt ei impoſsibile ſimpliciter aliud eſſe. verum eſt quod aliqui volunt exponere iſtam auctoritatem Ariſt. omne qđ mouetur contingit velocius & tardius moueri, non quod quacunq; velocitate data ſit dare perfectionem & ſic infinitum ſm intenſionẽ velocitatis, ſed quia mobile, vnde mobile eſt, non determinat ſibi hanc ſpeciẽ velocitatis vel illam, ſed indeterminatum eſt ad quamcunq; quarum eſt de ſe. ſicut animal ſm ꝙ animal non determinat ſibi hanc ſpeciem vel illam, ſed eſt determinatum ad omnes ſuas ſpecies: ſed hoc nõ eſſet ad propoſitum Ariſto. nec ſic intelleait Ariſt. nunquam enim per hoc probaret ꝙ tempus ſit diuiſibile in infinitum & ꝙ quocunq; tempore dato in aliquod tempus minus, vt Comm. 51. manifeſtum eſt inſpicienti. Verum eſt quod Alex. vt Com. recitat; poſuit duas reſponſiones ad iſtam rationem de motibus corporum cœleſtium. nam ſicut corpora cœleſtia, ſm ꝙ motus eorum ſunt voluntarij, poſſunt moueri velocius, & ſi non moueantur quemadmodum boni poſſunt mouere ad non bonum, licet non moueantur. ſed illud non ſatisfacit, quia differentia eſt inter voluntatem humanam & voluntatem motoris cœleſtis. Voluntas.n. humana eſt variabilis, ita ꝙ quandoque vult bonum ſimpliciter. ſ. cum intellectus iudicat & cognoſcit bonum ſimpliciter, quandoque autem vult bonum, vt nunc, cum bonum vt nunc videatur

Voluntas humana eſt variabilis voluntas motoris cœleſtis non variatur.

bonum ſimpliciter. Et ſimiliter quandoque vult vnum bonum ſimpliciter, quandoq; aliud ſecundum ꝙ diuerſa offeruntur ſibi ab intellectu humano, qui eſt variabilis ab vna comprehenſione ad aliam, quemadmodum & phantaſia ſeu cogitatiua humana. Sed voluntas motoris cœleſtis eſt intranſmutabilis ſimpliciter & ſemper & neceſſario vult vnũ & idem & eodem modo, cum ſemper intelligat vnum & idem in eodem modo: & ideo non poteſt aliter mouere quàm mouet, licet voluntas humana poſſet aliter mouere quam mouet: quia aliter & aliter vellet & aliud & aliud. Secunda reſponſio Alexandri, vt dicit Com. eſt, ꝙ iſta poſsibilitas non pendet a motu, ſed à motu. Omnis enim motus poſitus in aliquo motu, poſsibile eſt vt imaginetur in alio motu velocior aut tardior, & hoc impoſsibile eſt in eodem motu, cum motus omnis motu ſit terminatus. Sed nec iſtã ſolutionem intelligo, non enim eſt manifeſtum, quòd, ſi aliquod aliud mobile moueretur motu, quod mouetur primum mobile, quòd moueretur velocius primo mobili, ſimiliter autem & in alijs: quare &c.

Et ſi quodcunq; infinitũ eſt, & alterum: & ſicut alterũ & alterum eſt vt ſi quidẽ in vltimis infinitum ſit tempus. Tex. c. 1.

QVAESTIO IX.

An Magnitudo & Tempus concomitentur ſe ſecundum infinitum.

QVæritur Vtrum magnitudo & tempus concomitentur ſe ſecundum finitum. Arguitur primo quod non. Quia motus cœli infinitum eſt, vt patet Octauo huius, & tamen nulla magnitudo eſt infinita, vt patet ex 3. huius, & 1. Cœl. & Mund. q. 2. cc. Item aliquis poteſt moueri bis ſuper eandem magnitudinem, & eadem ratione infinities, quia magnitudo nulli motui repugnat: & tamen nulla magnitudo eſt infinita, quare &c. Item, illa non ſequuntur le adinuicẽ quãtum ad finitum & infinitum, quorum vnum poteſt eſſe infinitum ſine alio vel finitum: ſed magnitudo poteſt eſſe finita ſine motu, quia contingit aliquam magnitudinem quieſcere, vt patet ad ſenſum: quare &c.

Tex. c. 81. Tex. c. 75. Text. c. 46.

Oppoſitum vult Ariſto. in litera.

CONCLVSIO.

Magnitudo & tempus ſefe concomitantur quantum ad finitatem vel infinitatem.

INtelligendum, ꝙ magnitudo poteſt intelligi eſſe infinita dupliciter. Vno modo infinita vltimis, aliò modo infinita ſecundum diuiſionem. ſ. quòd ſit diuiſibilis in infinitum: & ſimiliter intelligo de motu & tempore. Tunc dicenda ſunt duo ad quæſtionem breuiter. Primo, ꝙ tempus eſt finitum, ſi magnitudo eſt finita, ſic intelligendo, quòd, ſi magnitudo eſt finita tempus in quo mobile pertranſit iſtam magnitudinem ſemel non poteſt eſſe infinitum. Secundo, quòd ſi magnitudo ſit infinita, tempus non poteſt eſſe finitum: & ſic habetur quòd magnitudo & tempus ſe conſequuntur quantum ad finitatem & infinitatem. Sed probationes iſtarum duarum concluſionum prætermitto: quia Ariſto. euidenter eas demonſtrat in litera.

Magnitudo infinita.

RESPON. Ad primam rõnem dicendum. ꝙ motus cœli, per quem ſemel aliquid pertranſit magnitudinem finitam, nõ eſt infinitus, ſed finitus. ſ. vna ſola circulatio: ſed bene verum eſt, ꝙ totus motus, quo infinities pertranſitur magnitudo finita eſt infinitus. & hoc non eſt contra Ariſt. Qualiter autem, & quare ſuper magnitudinem finitam reuertatur motus infinitus, videndum eſt in 8. huius. hoc.n. pro tanto contingit, quia in magnitudine circulari nullus eſt terminus actu. ſ. qui ſic ſit terminus, ꝙ non ſit principium, imo quilibet punctus in linea circulari, ſic eſt terminus vnius partis huius quòd eſt initium alterius ſequentis: & ſimiliter debet contingere, ꝙ in motu circulari quo aliquid naturaliter mouetur quodlibet vbi ſit terminus circulationis precedentis, & initium alterius ſequentis: non.n. eſſet aliqua ratio, quare motus circularis terminaretur ad vnum vbi plus quã ad alterum. Ad aliam dico, quòd ſuper magnitudinem infinitam non contingit bis moueri motu continuo & infinito, quia oportet ſicut reflexionẽ ſi mobile debet redire ab eodem in idem: & hoc non contingit ſine quiete media, vt demonſtra-

monstrabitur in 8.huius.& sic talis motus non est motus & continuus.& sic intelligitur:quare &c.Ad aliâ dico,ꝙ proceditea malo intellectu: debet.n.hic intelligi,ꝙ, si aliquid moueretur super magnitudinẽ finitam,ꝙ tps mensurans illum motũ,quo illa magnitudo semel pertransitur semel sit finitus & è conuerso.Sed non oportet ꝙ super q̃libet magnitudinẽ finitam fiat actu motus localis finitus,& hoc significauit Arist.in litera eũ dixit. Et si quodcunq; infinitũ &c.

QVAESTIO X.

An Infinita Tempore finito pertransiri possint.

COnsequenter quæritur, vtrũ infinita possint pertransiri in tempore finito.Arguitur primo ꝙ nõ. Quia illud quod pertransitur, est finitum, vt vẽ manifestum est: sed infinitum nõ est finitum, vt manifestum est: quare &c.Itẽ,omne qđ pertransitur,habet extremum. nã pertransitum est perfectus transitus & nõ potest esse perfectus transitus nisi deueniatur ad vltimum seu extremum. sed infinitum non habet extremum: ergo &c. Item, tps & magnitudo sunt eiusdem rationis quantum ad infinitatem,vt vult Arist.hic: sed hoc non contingeret,si in tempore finito pertransiret infinita magnitudo: quare &c.

Oppositum arguitur,quia in quolibet spatio, super quod pertransitur,sunt partes infinitæ,cum sit continuum,& continuum est diuisibile in infinitum: sed spatium aliquod pertransitur in tpe finito,vt patet ad sensum, non autem potest pertransiri spatium aliquod in magnitudine finita, nisi omnes eius partes pertranseantur,vt euidens est: ergo &c.

CONCLVSIO.

Mobile aliquod actu vel potentia infinita tempore finito pertransire non potest, sed forte per accidens Tempore finito infinita in potentia pertransibit.

Tex. c.68. AD quæstionem est intelligendum,ꝙ sicut Arist.determinat in Octauo huius,ꝙ aliquod mobile pertranseat infinita in tpe finito potest dupliciter intelligi. Vno modo infinita ſm actum. Alio modo infinita ſm potentiam. Item, ꝙ pertranseat in tempore finito infinita potentia potest intelligi dupliciter.Vno modo per ſe,Alio modo per accidens.

Tunc dicendum est ad quæstionem, ꝙ infinita actu non possunt pertransire in tpe finito. Secundo dico,ꝙ etiam mobile non potest pertransire per ſe infinita ſm potentiam in tpe finito. Tertio ꝙ infinita in potẽtia per accidens possunt pertransiri in tempore finito. Primũ patet ex ratione Arist. in litera. Nam,si tempus,in quo mobile pertransit actu infinitum sit finitum, accipiatur aliqua pars illius temporis,in qua transit aliquam partem illius actu infiniti, vel aliquod illorum infinitorum actu: constat,ꝙ illa pars aliquoties sumpta mensurabit totum illud tempus finitum,vel reddet aliquod maius: ergo similiter pars infiniti,quam pertransit in illa parte temporis, reddet totum præcise infinitum & mensurabit ipsum vel aliquod maius, quorum vtrumq; est impossibile. nam infinitum actu non potest mensurari aliquo finito finities sumpto nec excedi ab eo, vt manifestum est cuilibet intelligenti,quare &c. Secundum declarati potest: quia propriè loquendo pertransitus est perfectus transitus de extremo ad extremum: modo infinita secundum ꝙ sunt infinita, qualitercunq; sint infinita non est eatenus, quia sic essent terminata & finita: ergo infinita, secundum ꝙ infinita sunt etiam in potentia, propriè & per ſe non possunt pertransiri. Tertium apparet: quia illud, quod pertransit aliquod finitum, in quo sunt infinita, aliquo modo pertransit infinita,saltem per accidens: sed mobile,quod continuè mouetur,pertransit aliquod in quo sunt infinita,ſ.spatium continuũ finitum,de cuius extremo pertinent ad aliud extremum: quare &c. Et illa videtur esse intentio Arist.in Octauo huius,vt manifestũ est intuenti: quare &c. Qualiter autem continuum habet partes infinitas in potentia, & quomodo non vltra fiat in Tertio huius.

RESPON. EX his patet ad rationes, bene.n.probant, ꝙ infinita ſm quòd infinita & per ſe non possunt pertransiri,sed quin possint pertransiri per accidens, ratione qua pertransitur continuum finitum in quo includuntur,non remouent.Ad tertiam dico, quòd tempus & magnitudo se consequũtur quantum ad finitatem & infinitatem secundum actum, similiter quantum ad finitatem & infinitatem potentialem: ita sequitur, quòd sicut vnum potest diuidi in infinitum in partes eiusdem proportionis, sic & reliquum, & sic intelligit Arist.tamen hoc non obstante in tempore finito possunt pertransiri infinita existentia in potentia, saltem per accidens. & ea consequenti: & sic est hic.

Necesse est autem & ipsum nunc, quod non secundum alterum sed per se & primũ dictum tantumsibile & in omni tempore huiusmodi esse.est n. aliquid vltimum eius &c.

QVAESTIO XI.

An Nunc sit in Tempore.

COnsequenter solet quæri,Vtrum nunc sit in tempore Arguitur ꝙ non. Quia si nunc esset in tempore,sequeretur quod nũc esset diuisibile: quod est impossibile, & probatur consequentia: quia illud,quod est in aliquo,est in illo per modum illius, in quo est: sicut illud quod recipitur in aliquo per modum rei recipientis recipitur, vt habetur in Libro de causis. cum ergo tempus sit diuisibile, vt habetur in Sexto, sequitur ꝙ dictũ est.Item,si nunc esset in tempore,esset in eo aut sicut pars in toto, quod non est: quia tempus non componitur ex nũc, vt demonstratum est hic: aut sicut totum in parte: hoc est ridiculum tempus.n.non est pars ipsius nunc: aut sicut species in genere, aut sicut genus in specie: & hæc ambo sunt impossibilia quia genus prædicatur essentialiter de specie: nunc autem non prædicatur essentialiter de tempore,nec è conuerso prædicatione dicẽte, hoc est hnc,aut sicut forma in subiecto: & hoc est impossibile: quia forma debet diuidi secundum diuisionem eius, cuius est forma. & nunc est indiuisibile simpliciter.aut sicut in efficiente,& hoc impossibile: quia constat ꝙ tempus non efficit ipsum nunc, cum quantitates non sint actiuæ nec passiuæ, vt patet per Com. in Quarto huius: aut sicut locatum in suo loco, & hoc est impossibile: quia locus est æqualis loeato & tempus nõ est æquale ipsi nunc. aut in suo fine, quod non videtur rationabile: quia tempus non est finis ipsius nunc.finis.n.est terminus 2 Meta.& tempus non est terminus ipsius nunc, nec è conuerso: ergo nunc nullo modo est in tempore. Illa.n. & non plures sunt modi,quibus aliquid est in aliquo, vt habetur ex Quarto huius: quare &c.Item,si nunc esset in tẽpore aut esset in eo actu,aut in potentia,per sufficientem diuisionem.non in actu: quia sicut linea se habet ad punctum, sic tempus ad nunc. secundum Arist.hic, sed, si linea esset finita, non esset in ea punctus in actu: cum ergo tempus sit infinitum, non videtur ꝙ nunc sit in eo actu. Et confirmatur: quia nunc se habet ad tempus,sicut punctus ad lineam circularem,vt patet in Octauo huius: ergo &c.sed in linea circulari non est punctus in actu, vt patet in 8 huius: ergo &c. Si autem dicatur, quod nunc est in tempore solum in potentia. Contra.potentia est frustra,quæ nunquam reducitur ad actum: illud.n.frustra est, quod ordinatur ad aliquod, & nunquam attingit illud, vt patet in Cœlo huius. Actus autem est finis potentiæ.ꝙ Meta.ergo potentia est frustra,quæ nõ reducitur ad actum.si ergo nunc est in tempore solum in potentia,sequitur ꝙ illa potentia est otiosa: quod videtur esse contra dignitatem naturæ,quæ est,ꝙ in natura nihil est frustra, vt habetur ex 8.de Cœl.& in 3.de Anima. & à Com.2 Meta & in multis locis: ergo &c.

Comm. 84. Tex. c.33. Tex. cc. 11. Tex. co.76. Tex.c.62. Tex. c.15. Tex. c.32. Text. c.45.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. qui accipit nunc esse in tempore. Et ratione, quia sic nunc se habet ad tempus, vt punctus ad lineam: & conflat quod punctus est in linea: quare &c. Comm 1.

CONCLVSIO.

Totius temporis non est accipere nunc vt terminum terminati, sed vt continuans continuati,at Temporis Terminati seu partis,est aliquod nunc, sicut terminus terminati.

AD qõnem est intelligendum, ꝙ tps potest considerari ſm se totum,vel quatum ad aliquam sui partem, quacunq; illa,sicut est dies aut hora. Tunc diceretur ad qõnem ſm Arist.& Com.ꝙ nunc non est in toto tempore, sicut terminus in terminato. Secundo,quòd in qualibet parte temporis bene est nũc, vt terminus in terminato. Tertium

potest dici, ꝙ nunc est in toto tempore, sicut continuans in continuato. Primum probaretur sic. Illud, extra quod est aliquid temporis, non est in toto tempore sicut terminus in
Tex. cō. 52. terminato: & hoc patet ex 5. Meta. quia extra terminum rei nihil est de illa re: sed extra quodlibet nunc est aliquid de tempore. sicut. n. in circulo quilibet punctus sic est terminus vnius partis lineæ ꝙ est etiam initium alterius, sic in motu circulari quodlibet mutatum esse sic est terminus vnius circulationis, ꝙ est initium alterius: & similiter in tempore. ꝙ sequitur motum circularem, primo & principaliter quodlibet diuisibile sic terminat vnam partem tpis, ꝙ etiam est initium alterius ſm intentionem Arist. vnde in toto tempore aliquod nunc, vltra quod nihil fit de tpe: quare &c. Secundum patet faciliter, quia illud indiuisibile, extra quod nihil est de aliqua parte temporis, & citra quod est ipsa tota pars tpis est in parte temporis, vt terminus in terminato aliquo modo: sed nunc temporis est tale indiuisibile, vltra quod nihil est de aliqua parte tpis, vt de die, aut hora, & citra quod est tota illa pars: ergo &c. Et notandum ꝙ ille modus essendi, quo instans est in parte temporis, vt terminus in terminato, reduci potest ad illum modum essendi, ſm quem forma propria rei est in sua materia ſm similitudinem quãdam. nam sicut extra formam proprium alicuius nihil est de his, quæ pertinent ad quidditatem illius rei proprie & præcise, & sic hic. Nam extra instans vltimum alicuius partis tpis nihil est illius partis. & fortè sunt aliæ similitudines, quas tu cõsiderabis per te. Tertium probatur, quia illud, per quod copulantur & vniuntur partes temporis, est in tempore sicut continuans in continuato: hæc est manifesta. sed partes tpis copulantur & vniuntur ad instas, sicut partes lineæ ad punctum. vnde sicut punctus est quoddam indiuisibile, cui quo est priuatio diuisionis accidentalis partium lineæ continuæ, & priuatio distantiæ mediæ inter eas, sic ipsum nunc est quoddam indiuisibile, cum quo est priuatio durationis mediæ inter partes temporis, ita ꝙ quacunq; parte temporis data est aliqua alia pars, inter quam & præcedentem nulla est duratio media, & illa priuatio successionis medij est ipsa continuatio temporis, vel eam concomitatur. Et est aduertendum circa secundam conclusionem, ꝙ alio modo punctus terminans partem lineæ rectæ est in linea terminata recta, & alio modo instans terminans partem temporis est in parte temporis: quia punctus terminãs lineam rectam sic est vltimum ipsius lineæ rectæ, ꝙ cum lineam rectam non continuat cum alia parte eiusdem lineæ rectæ: instans autem terminans aliquam partem temporis
Tempus habet principium & finem. continuat illam cum alia sequente, aut præcedente. Considerandum etiam, ꝙ licet Arist. ita diceret, vt præmissum est, tamen dico ſm fidem & veritatem, ꝙ totum tempus est terminatum a parte ante, ita ꝙ aliquod instans sic fuit initium temporis, quod non fuit terminus alterius & terminabitur a parte post, ita ꝙ erit aliquod instans, ꝙ sic erit vltimum temporis præcedentis, ꝙ non erit initium alterius temporis sequentis. hoc autem, quamuis non sit per se notum tñ non est demonstrabile aliqua demonstratione ab homine, sed sic esse credimus sola auctoritate diuina & scriptura Sãcta totum. Et ad huiusmodi & similium credulitatẽ multum facit consuetudo audiendi a puericia huiusmodi dicta. quæ
Tex. co. 14. enim consueuimus dignamus diei Secundo Metaphysicæ.
RESPON. AD rationes. Ad primam potest dici negando consequentiam. Et ad probationem dico, ꝙ illud, quod est in aliquo sicut forma propria inhærens subiecto, est in eo ſm modum illius: sed quod est in aliquo solum ad modum & similitudinem lineæ, non oportet ꝙ penitus sit in eo ſm modum omnem essendi illius in quo est, sed sufficit ꝙ aliqualiter sit secundum modum illius, & sic est hic. nam sicut tempus non est aliquod ens permanens & fixum, sic ipsum instans secundum esse, non manet vnum & idem numero
Tex. c. 104. simpliciter, vt patet in Quarto huius. Ad aliam patet ex dictis. Instans. n. est in tempore quodam modo ad similitudinem formæ, & ideo ad illum modum essendi reducitur. Ad aliam potest dici ſm præmissa, ꝙ instans terminãs esse actu in tempore potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ sic terminet, quòd non imitiet tempus: & hoc non potest esse secundum Aristo. Alio modo, quòd extra ipsum nihil sit de hac parte temporis, & infra ipsum sit hæc tota pars: & hoc est bene verum, & sic est actu terminans & non primo modo, & sic procedebat argumentum: quare &c.

Quòd autem nihil in ipso nunc moueatur ex his manifestum est, &c.

QVAESTIO XII.

An in Nunc temporis aliquid moueri possit.

COnsequenter potest quæri, Vtrum, in nunc temporis possit aliquid moueri. Arguit ꝙ sic. Quia illud, quod est simul est in instanti, vt satis patet in Quarto: sed aliquod moueri est simul ſcundum Arist. de Sensu. vbi dicit, ꝙ contingit aliquod totum simul alterari. Alterari autem est moueri, sicut alteratio est motus: quare &c. Item, generatio est motus, vt videtur velle Arist. in 3. huius vbi post definitionem motus exemplificat de generatione, ꝙ ipsa est actus generabilis secundum ꝙ generabile. sed generatio est in instanti, vt accipitur in Quinto huius, & Octauo: quare &c. Item, in quocunq; potest esse mouens, & mobile, & terminus motus in illo potest esse motus: hæc. n. videntur sufficere ad esse motus. sed in instanti potest esse mouẽs, & mobile, & terminus motus. nam terminus à quo potest esse in instanti, & similiter terminus ad quem, scilicet mutatum esse: quare &c.

Tex. c. 92.

Tex. c. 6.

Tex. c. 59 Text co. 62.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. hic.

CONCLVSIO.

Aliquid propriè moueri in instanti est impossibile, at aliquid mouerisid est mutatum esse in eodem, possibile est.

DIcendum breuiter ꝙ accipiendo moueri propriè prout distinguitur contra mutari esse, & accipiendo propriè ipsum instans hoc nunc pro indiuisibili simpliciter ipsius temporis, sic in instanti non contingit moueri. Quod probatur sic. Si in instanti aliquid moueretur, tunc, si esset aliquod mobile velocius illo non moueretur in minori tpe pet æquale spatium: sed hoc est inconueniens: quare &c falsitas consequentis est manifesta: quia quantũcunq; aliquod mobile velociter moueatur, tñ si esset aliquod velocius illo, illud moueretur in minori mensura: hoc. n. est de ratione velocioris, vt dictum est prius. Sed consequentia apparet: quia nulla mensura potest esse minor ipso nunc, cum sit simpliciter indiuisibile: ergo quantocunque esset aliquod mobile velocius illo mobili, quod ponitur moueri in instanti, non moueretur in minori mensura: quare &c. Item, si sic, tunc aliquid moueretur & mutatum esset: quod est impossibile, vt prius apparuit: quare &c.

AD primam rõnem dicunt aliqui Arist accipit ibi alterari pro altero esse, & istud non est moueri, sed mutatum esse. Sed illud non sufficit, quia Arist ponit ibi differentiam inter alterationem & motum localem. modo, si aciperet alterari pro alterato esse, hic nulla esset dicta: quia sicut contingit aliquod totum simul alteratum esse, sic & localiter motũ esse. Et ideo aliter, sicut prius dictũ fuit, ꝙ aliquod totum simul alterari, pòt intelligi dupliciter. Vno modo referendo ly simul, ad partes & gradus qualitatis, quæ acquiritur: & sic lẽsus, ꝙ contingit aliquid simul acquirere oẽs gradus alicuius qualitatis, ad ꝙ est alteratio, & hoc est impossibile, nec sic intelligit Arist. Alio modo pòt intelligi referendo ly simul, ad partes quantitatiuas mobilis, vt sit sensus, ꝙ contingit oẽs partes mobilis recipere aliquid ab agente, ita ꝙ vna non recipiat prius tpe quàm alia, sed in eodem instanti in quo vna incipit recipere & alia: & hoc est manifestum, v. g. cũ ignis appropinquatur aquæ, est aliqua pars aquæ ita parua, ꝙ tota simul & non prius tpe vna pars quam alia incipit recipere aliquam partem qualitatis. similiter aũt & in alijs hmõi. Et in hoc bene differt alteratio à motu locali: quia non contingit aliquod mobile totũ simul incipere esse in aliquo loco, sed tempet vna pars quantitatiua mobilis prius intrat vnum aliquem locum ꝙ alia, vt prius tpe pertransit pars minor spatium sibi æquale ꝙ maior. Verum est, tñ, ꝙ mobile, dum mouetur localiter, in nullo tpe est in vno & eodem loco penitus, nec aliqua pars eius manet per aliquod totum tps in spatio sibi æquali. Ad aliam dicendum. ꝙ, si accipiatur generatio pro transmutatione præcedente ipsum ġnatum esse, est motus, & verum est quod dr, & hoc non tñ in instanti, sed in tempore. Sed, si accipiatur generatio pro ipso generato esse, sic nõ est motus, sed mutatum esse, & sic est nu

Totũ simul alterari cõtingit dupliciter.

Ġnatiõ accipitur dupliciter.

est in instanti. Vtrum autem generatio. qoz est trāsmutatio præcedens generatum esse sit alia transmutatio ab alteratione præcedēte ipsum generatum esse, bona inquisitio est, & tactum fuit in Quinto. Ad alia dico, ꝙ illa ratio est quasi tentativa. nam ad motum plus requiritur quam mobile & movens & termini motus, s. fluxus formæ, & forma fluens, & ista non est in instanti. Verum est tamen, quod posito motore & mobili sufficienter dispositis & appropinquatis, statim sequitur motus non in instanti primo appropinquationis, sed in tempore sequente: quare non valet.

Text. c. 32. *Quod autem mutatur omne, divisibile esse necesse est &c.*

QVAESTIO XIII.

An omne, quod mutatur, sit divisibile.

QVæritur hic, Vtrum omne quod mutatur sit divisibile. Arguitor primo quod non. Quia omne, quod est in aliquo motu, movetur: sed aliquod impartibile seu indivisibile est in aliquo motu, sicut punctus est in corpore, qđ movetur, ergo &c. Item, intellectus possibilis est impartibilis, vt patet in 3. de Anima, & tamen intellectus possibilis movetur, quia virtus passiua movetur ab obiecto, vt Com. dicit in 3. de Anima, & hoc probat Com. ꝙ intellectus materialis habet virtutem passiuam, quia movetur ab intelligibili. ergo &c. Item, quod est in alio loco nunc quam prius est motum: hæc est euidens. sed indivisibile nunc est in alio loco quam prius, in quo erat. in quo enim loco est corpus in eodem est punctus continuus partes lineæ: quare &c.

Text. c. 6.

Comm. 8.

Oppositum vult Aristoteles in littera.

CONCLVSIO.

Omne motum partibile esse necessarium est, nullum enim indivisibile moueri per se potest.

AD quæstionem dr̄ breuiter, ꝙ omne, quod movetur, per se est partibile: ita quod nullū simpliciter indivisibile per se movetur, & intelligitur de indivisibili s̄m magnitudinem. Hoc autem Arist. sic vr̄ demonstrare in isto c. omne, quod transmutatur, partim est sub termino à quo, & partim sub termino ad quem: sed non potest esse sub vtroque s̄m idem lui & s̄m se totum: quia sic esset subopposituris simul, cum terminus à quo & terminus ad quem sint oppositi: ergo oportet quod s̄m aliud & aliud sui sit sub vtroq; termino: quod non contingeret si esset penitus indivisibile: quia indivisibile non habet partem aliam & aliam: quare &c.

Dubitatio Comm. 23. Sed contra illa dicta Arist. Com. mouet vnā dubitationem valde difficilem. quia aut Arist. intelligit illam cōclusionem solum de eo quod transmutatur transmutatione, quæ est in tribus generibus, s. quātitate, qualitate, & vbi, quæ quidem transmutatio est divisibilis, aut intelligit generaliter de eo quod transmutatur quacunq; trāsmutatione sive divisibili, sive indivisibili. Si intelligerer solum de illo, quod transmutatur transmutatione divisibili, tunc conclusio, quam ponit, non est vera de primo: quia esse divisibile non solum competit ei quod transmutatur transmutatione divisibili, sed etiam ei, quod transmutatur transmutatione indivisibili, s. subiecto generationis & corruptionis, & similiter ei qđ illuminat. Si aurē dicatur, ꝙ ipse intelligit de omni eo quod transmutatur sive transmutatione divisibili sive indivisibili, tunc illud, quod accipit in demonstratione, nō est verum vniuersaliter, i. ꝙ omne quod transmutatur dum transmutatur habeat partem de termino ad quem, & partē de termino à quo: quia possibile est ꝙ ipse terminus ad quem sit forma indivisibilis, sicut est forma substantialis, aut huiusmodi forma: vnde illud, quod subijcitur generationi, oportet dum est generatio, ꝙ habeat partem de priuatione, & partem de forma, quæ generatur. vt, cum generatur ignis, non oportet ꝙ illud, quod subijcitur generationi, habeat partem de forma ignis & partem de priuatione ignis. Similiter dum aer illuminatur, non oportet ꝙ pars habeat de lumine, & partem de tenebra: ideo non vr̄ ꝙ demonstratio Arist. sit bona. Et recitat Com. responsione Alexandri, qui dicit, ꝙ nulla transmutatio est simpliciter indivisibilis, imo omnis transmutatio est in tpe aliquo: sed hoc latet in aliquibus propter paruitatem temporis, intantum, ꝙ putatur esse in indivisibili, cum th̄ sit in tempore. Contra hoc loquitur Com. dicens etiam, ꝙ istud contradicit cuidam famoso apud Peripateticos, qui volunt, ꝙ aliquæ sunt transmutationes simpliciter indivisibiles & instantaneæ, sicut illuminatio & generatio substantialis supplesubstantiæ mistæ, & ideo dicit, ꝙ nihil est ponere oēs tranmutationes esse divisibiles. Themistius autem concesit ꝙ aliquæ sunt tranmutationes in non tpe & indivisibiles, sed istæ sunt latentes & ignotæ: & ideo Arist. prætermisit eas, & locutus est de trāsmutationibus divisibilibus. Sed tunc illud nō sufficit, vt arguit Com. quia ista videntur esse ita in eodem ordine, i. remotæ a cognitione. cognoscere qūo habent se ea, quæ subijciuntur talibus transmutationibus, & tranmutationes ipsæ, ira, ꝙ. si ignotum sit, vtrum in transmutatione divisibili & indivisibili subiectum partim sit sub termino à quo, & partim sub termino ad quē, sequitur, ꝙ ignotum est, an huiusmodi subiectum sit divisibile aut indivisibile: & rursum vr̄, ꝙ sicut transmutatio divisibilis se habet ad subiectum divisibile, sic etiā transmutatio indivisibilis se habet ad subiectum indivisibile transmutabile. Et sic Arist. fuisset omnino insufficiens in hac doctrina. Item, objcit Com. contra Themistium valde subtiliter, licet verba eius sint breuia & obscura: & vr̄ sic arguere, Si Arist. intelligit istam tuam propositionem de eo, quod transmutatur transmutatione divisibili, s. propositionem, quæ dicit, ꝙ omne quod trāsmutatur habet partem de termino ad quem, & partem de termino à quo tunc medium, quod habet ad conclusionē demonstrationem, non est ea per se, i. propria, nec causa propria essendi seu cognoscendi: quia certum est, ꝙ hr̄e partem de termino ad quem, & habere partem de termino à quo, non competit omni transmutabili, quacunq; transmutatione transmutatur. Vnde similis est demonstratio Arist. vt si quis probaret, ꝙ hō est ambulans, quia est rationale: rationale. n. non est ea ambulationis nisi per accidens, ita ꝙ sicut rōnale non est medium proprium ad probandum ꝙ hō sit ambulans, sic hr̄e partem de termino ad quē, & partem de termino a quo, non est medium proprium ad probādum, ꝙ omne qđ transmutatur sit divisibile. quia non cōperit omni transmutabili sicut nec rōnale omni ambulanti. Auemp. aūt dixit, ꝙ illud dictū Aristo. debet referri ad partes terminorum motus, ita, i. ꝙ oē quod transmutatur, divisibile est in partem termini à quo, & partem termini ad quem, sicut dividitur subiectum in accidentia contraria: & istam expositionem diu luctatur Com. vr dicit. sed non est ad intentionē Arist. quia ipse Aristo. intelligit de divisibilitate subiecti in partes quantitatiuas: qđ manifeste apparet de verbis eius. dicit. n. sic, necesse igitur hic, quod aliquid in hoc, aliud verò alterò mutationes, i. eius ꝙ mutatur. loquit ergo de partibus mobilis & non de partibus terminorum motus, ita ꝙ intendit eapresse probare, ꝙ mobile est divisibile in partes quantitatiuas, sicut & alia continua: & hoc supponet in sequentibus demonstrationibus tanquam probatum hic. Alij verò posteriores dixerunt aliter, & dixerunt ꝙ conclusio Aristo. est intelligenda virtualiter de omni eo qđ transmutatur siue transmutetur transmutatione divisibili siue indivisibili, i. ꝙ illud, quod est divisibile s̄m quantitatem. & ꝙ ista propositio, quam accipit in demōstratione sua est vniuersaliter vera, dummodo bene intelligatur, s. propositio dicens, omne quod trāsmutatur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. Sed hoc potest intelligi dupliciter, vt dicunt. Vno modo ꝙ ipsum, quod movetur, partem habet de ipso termino a quo s̄m se, & partem de termino ad quem: & hoc est verum in transmutationibus per se divisibilibus. Alio modo potest intelligi, ꝙ illud, ꝙ movetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem s̄m dispositiones illorum terminorum, ita quod habet partē de dispositione termini ad quem, & partem de dispositione termini à quo: & hoc contingit in transmutatione indivisibili, i. in generatione & corruptione. quamuis. n. forma substantialis, quæ generatur, sit indivisibilis, tamen dispositiones ad eam ordinatæ recipiunt magis & minus, & hic mobile sub tali mutatione partim sit sub termino ad quem s̄m eius dispositiones, similiter etiam partim est sub termino à quo. v. g. cum ea aqua generatur ignis, licet generatio formæ substantialis ignis non sit divisibilis secundum se, nec mobile habeat partem de forma ignis, & partem de for-

Respon. Themistij.

Impbatio.

Respon. Alexandri.

Impbatio.

Respon. Auempac.

Impbatio.

Opinio aliorum.

ma aquæ, tamẽ habet partem de dispositionibus vtriusq; s. partem caliditatis & partem frigiditatis. Et vt hic ad vnum dicere, omne, quod trãsmutatur partem habet de termino à quo, & partem de termino ad quem, vel ẽm ipsa extrema, vel ẽm dispositiones cõiunctas. Et ideo dicunt, q̃ omis transmutatio vel est diuisibilis ẽm se, vel ẽm aliquid aliud adhuc fluor: & vtrunq; sufficit ad propositum ostendendum, vt dicunt. Sed adhuc illud noo vr̃ esse sufficiens: quia licet illud, quod mutatur mutatione indiuisibili, quẽ est generatio sub stantialis & corruptio, aut instans generationis quod á mudo habet partem de dispositionibus vtriusq; termini, tñ in instanti generationis, dum, s. aliquid generatur nou habet partes tales, sed solum habet formã, quæ acquiritur & eius dispositiooes. v. g. si ex aqua habet generari ignis, verum est, q̃ antequam generetur ignis, oportet q̃ materia partem habeat de dispositione ignis, & partẽ de dispositione aquæ. Et in tpe alterationis præcedentis. sed in instanti in quo generatur forma substantialis ignis, non habet nisi dispositiones ignis, & nullam partem dispositioois aquæ. Arist. aũ intelligit, q̃ illud, quod mutatur, habet partẽ de termino à quo, & partem de termino ad quem, & non solum ante: & sic rema net dubium, qũo hæc propositio est vera de eo quod muta tur mutatione indiuisibili, & dum mutatur. Item, trãsmutationes aliquæ sunt ad formas vel ẽm formas, quæ oon solũ sunt indiuisibiles ẽm se, sed quæ non præsupponunt dispositiones diuisibiles io eis, quæ recipiunt eas, sicut sunt illumi natiooes & immutatiooes sensuũ à sensibilibus. Ad hoc n. q̃ aer illuminetur à corpore luminoso nõ est necesse in ipso aere successiuè acquiri aliquam dispositioõe. Et similiter, ad hoc q̃ sensus immutetur à sensibili, nõ oportet aliquam dispositionem prius generari in sensu successiuè & aliam abiici. ergo io istis transmutationibus ipsoi qđ transmuta tur, dũ transmutatur, non oportet esse partim sub termino à quo, & partim sub termino ad quem, nec ẽm ipsa extrema, nec ẽm aliquod adiunctum: quia illud non vr̃ sufficere. Com. autẽ aliter solut & dicit, q̃ transmutatio est duplex: quædam est per se, & quædam est per accidẽs. Arist. autem loquitur de omni eo, quod trãsmutatur transmutatiooe per se, & de isto verum est medium demonstrationis, s. q̃ illud est partim &c. & etiam concluso demonstrata, s. q̃ omne ta le est diuisibile. De eo autem, quod transmutatur transmutatione per accidens, non loquitur. oec debet propter hoc accusari, quia de his, quæ sunt per accidens non debet fieri demonstratio ẽm quod sunt per accidens. Vocat autem Com. transmutationes per accidens illas transmutationes, quę sunt termini aliarum transmutationum p̃cedentium, hicut est illuminatio domus quæ sequitur motum candelæ, & mutatio columnæ de dextro in sinistrum, quæ euenit à motu columnæ, & similiter generatio substantialis, quæ est terminus alterationis. Et dicit Com. q̃ huiusmodi transmutationes quæ sunt termini aliarum transmutationum suot indiuisibiles & non in tpe quia terminus necessario noo vult esse indiuisibilis. Quod autem istæ transmutationes indiuisibiles nõ sunt transmutationes nisi per accidens, i. impropriè vel secundario, vt credo, hoc ipse declarat: quia finis, t. terminus alicuius rei non est in illa re. Vnde tales transmutationes, quæ sunt termini transmutationum noo sunt proprie transmutationes nisi æquiuoce. Et ideo Arist. ooo pecauit in hoc, quod non accipit propositionem continentẽ, quod transmutatur tali transmutatiooe. Considerandum tñ est, vt docet Com. q̃ omnia transmutabilia transmutationibus per accidens sunt aliquo mõ transmutabilia transmutationibus per se. & intelligit vt puto de transmutatioobus existentibus extra aiam & sensibus: cum ergo notificatum sit, q̃ omne transmutabile transmutatione per se est di uisibile & omne transmutabile transmutatione per accidẽs est transmutabile transmutatione p se vel localiter vel alio modo sequitur q̃ omne transmutabile est diuisibile. Quod autem omne transmutabile transmutatione per accidens sit transmutabile transmutatione per se, hoc vr̃ inducendo. Aer. o. qui est illuminabilis est mobilis localiter & calefactibilis similiter materia rei generatæ, quæ subijcitur generationi indiuisibili, quæ aliquo modo alterabili saltem vna cum forma præcedente: & hoc sufficit. sic igitur Arist. bene demonstrauit conclusiooem quam intendit. Sed hic remanent duæ difficultates. Vna est, quare istæ transmutationes, quæ sunt termini transmutationum, s. transmutationes indiuisibiles, dicuntur transmutatiooes per accidens, tantum q̃ non oportet propositiooem demonstratiuam continere illud, quod transmutatur transmutationibus, vt dicit Com. hoc. n. non videtur manifestum. Alia dubitatio est multum difficilis contra demonstrationem Arist. Quæ dũ. n. concederetur, q̃ omoe, quod transmutatur habet partem de termino à quo, & partem de termino ad quem, tamen videtur q̃ illa propositio assumpta in demonstratione non est vera, s. q̃ ipsum mobile non potest habere istas partes ẽm ideam sui. imo videtur, q̃ aliquod alterabile simul & secundum eandem sui partem habet terminũ à quo & terminum ad quem. v. g. cum ignis calefacit aquã, est aliqua pars aquæ, quæ tota simul calefit, & non est aliqua pars prius calefacta prius tempore quam alia, vt docet Aristo. in de Sensu: & prius dictum est, q̃ illa pars simul secundum quam libet sui partem habet partem de termino à quo, & partem de termino ad quem: & sic per illam demonstrationem non conuincitur de omni eo quod alteratur, quod necessario habet partem & partem, eo q̃ potest secundum idem sui simul habere aliquid de termino a quo, & aliquid de termino ad quem: nec est inconueniens, q̃ contraria sint simul in eodem secundum idem sui, remissa tamen & refracta, & sic erit in illo alterabili quod totum simul alterabitur. illa. n. pars aquæ, quæ tota simul calefit, potest habere simul, & secundum idem caliditatem remissam & frigiditatem remissam, & sic non valebit ibi ratio Aristo. vt videtur.

Ad primam fortè dicendum, q̃ per transmutationẽ per se intelligitur transmutatio successiua & continua: & ideo ista transmutatio dr̃ per se transmutatio, quæ per se habet successionem continuam, & talis est transmutatio, quæ est ẽm formam habentem latitudinem. dico habere latitudinem, quæ habet multitudinem suppositorum vel graduum eiusdem speciei specialissimæ differentium ẽm magis perfectum & minus perfectum, vt caliditas & frigiditas & huiusmodi qualitates, quæ intenduntur & remittuntur. Sed transmutatio illa, quæ non habet per se talem successionem continuam, sed solum per accidens ratione transmutatioois præcedentis. dicitur transmutatio per accidens: & talis est transmutatio, quæ est ẽm formam non habentem latitudinem. & vniuersaliter omnis transmutatio, inter cuius termi nos ooo est aliquod medium, sicut est gõatio & corruptio & illuminatio & huiusmodi, vt cõiter alleguit: & sic intelligitur dictum Com. Ad ẽm dubium dicunt aliqui, q̃ impossibile est ab quod alterabile simul & ẽm idem sui hre aliquid de termino à quo & aliquid de termino ad quem ipsius alterationis, sed hoc necessario est ẽm diuersa sui. Et hoc vr̃ intelligere Arist. hic, & illud vr̃ velle Com. plane. in 8 huius in illo c. Rationabiliter aũt intendentibus. vbi sic loquitur illud, ex quo transmutatur, & ad qđ transmutatur, sunt opposita necessario, & vtrunq; eorum est io parte transmutabilis alia ab illa in qua est reliquũ, & hoc est cõe omoi transmutationi. Vult ergo Com. quòd terminus à quo est in vna parte transmutati: & terminus ad quem est in alia. Sed mihi vr̃: q̃ hoc non est omnino clarum, imo in alteratione vr̃ possibile esse, q̃ terminus à quo, & terminus ad quem sint simul io alterabili & ẽm idem sui, sicut dicebatur io dubitatione, cum ignis calefacit aqua. Conflat o. q̃ ignis dominatur & obtinet super aliquam partem aquæ, tñ & illam totã simul calefacit, i. non prius tpe vnam partem quam aliam, imo in eodem instanti, in quo vna incipit calefieri & alia, & in eodem tpe, io quo vna calefit & alia. sicut in eodem tempore in quo mouetur vna pars cõtinua motu localis, & alia. Intelligamus ergo illam partem aquæ, quæ simul tota calefit igne præsente: & accipiatur aliqua pars illius partis aut in illa est sola caliditas, aut sola frigiditas, aut ibi est simul caliditas & frigiditas ẽm esse remissa. si diceretur, q̃ in illa parte esset frigiditas & nihil caliditatis, tuc illa pars est sub termino à quo ipsius calefactionis, & per consequens illa no calefit in tpe illo: sed ponebatur q̃ tota aqua cuius est illa pars, simul calefiebat modo præsicto: & sic sequitur contradictio, & sequitur, q̃ aliquod totũ moueretur simul ẽm omnes suas partes, & tamen ẽm aliquam sui partem quiescit. Illud cmoi dicimus quiescere, quodam aliquo tempore est sub

Impõbatio.

Transmutatio est duplex.

Transmutabile per accidens est trãsmutabile per se.

Dubitatio.

Impugnatio.

Transmutatio per accidens.

Ad secundũ Relponsio.

est sub aliqua forma non accipiens aliquam aliam partem.

Obiectio. Si autem dicatur, ꝙ illa pars sit solum sub caliditate, & nihil penitus habet de frigiditate, tunc ipsa solum est sub termino ad quem, & sic non mouetur: cuius oppositum ponebator. Sed aliquis posset hic cauillare dicendo, ꝙ, cum ignis appropinquatus est alicui parti aquę, in quam totam potest simul agere, ista tota pars per aliquod tempus est frigida solum, & nullo modo calida: sed frigiditas eius in tpe aliquo post primum instans appropinquationis remittitur & corrumpitur coctinuè: & cum frigiditas tota fueris corrupta, tunc statim inducitur caliditas in subiecto priuato frigiditate. sed tunc in tpe sequente, illa pars aquæ est solum calida nihil habens frigiditatis, & continuè acquiritur aliqua pars caliditatis post partem, quousq; fit perfecta caliditas: & in toto illo tpe quædam alia pars habet terminū à quo, ſ. frigiditatem.

Responsio. Sed ista cauillatio concederet propositum. nam ℔ si ista pars aquæ, in quam totam ponitur simul agere ignis in quodam tempore, dum ignis eā transmutat & conceditur habere solam frigiditatem, ergo non habet partem de termino à quo, & partem de termino ad quem: & sic illa non concluderetur esse diuisibilis per illud medium, & hoc

Alia rñsio. Ad secundū est quod volumus. Propter quod dico aliter ad præsens, saluo meliori iudicio: & concedo, ꝙ illa propositio, mobile non potest simul esse sub termino à quo & sub termino ad quem ſm idem sui, non est vera nisi in motu localis: sed trāsmutabile, dum alteratur, simul habet aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quem ſm idem sui, vt probatum est. Vade puto, ꝙ ratio Aristl. directè & immediatè non

Quod mouetur localiter est diuisibile. probat hic nisi illud, quod mouetur localiter sit diuisibile: de isto. n. verum est, ꝙ dum mouetur non habet simul ſm idem sui aliquid de loco à quo mouetur, & aliquid de loco ad quem mouetur: quia in intelligibile est ꝙ aliquod vnum & idem & ſm idem simul sit in diuersis locis. Vade oportet, ꝙ ſm aliquid sui sit in parte loci à quo mouetur, & ſm aliud sit in parte loci ad quem mouetur: proximum. n. est assignare mobili locum proximū illi loco in quo erat antequam moueretur: locum dico proximū, qui non est aliquid illius loci in quo prius erat, licet non sit aliquis locus proximus, qui sit aliquid illius loci in quo erat: quia diuisibilis est in infinitum. Sic igitur demōstratio Arist. directè & immediatè ostendit illud, quod localiter mouetur esse diuisibile non indiuisibile. Sed quia omne quod mouetur aliquo alio motu propriè dicto est mobile localiter, vt latis manifestum est ex 8. huius: quia motus localis est primus motuum, ideo ea consequenti hȝ ea illa demonstratione, quòd omne quod mouetur ꝓpriè est diuisibile. Et vlterius, quia omne, qđ transmutatur transmutatione per accidens, trāsmutatur transmutatione per ſe, ideo ex hoc vlterius scitur, ꝙ vniuersaliter se habet de eo qđ tranlmutatur qualicunq; transmutatiooe. Et loquuntur Arist. & Com. de transmutationibus, & transmotabilibus ea existentibus extra animā sensibilibus aliquo modo. Ad aliam auctoritatem Com. in 8. huius, cum ipse dicit, ꝙ illud, ea quo transmutatur aliquid est in parte tranlmutati alia ab illa, in qua est aliud quod sranſmutatur, potest dici, ꝙ verum est in illis transmutationibus, in quibus ipsum tranlmutans oō obtinet simul supra totum alterabile. v. g. cum vous paruus ignis appropinquatus est alicui magnæ aquæ, tunc caliditas recipitur in vna parte aquæ alia ab alia, in qua est frigiditas. prius. n. alterat vnam partem, in quam agit: &, eum illa alteratur, aliæ magis distantes nondum alteraotur: sed cum perfecta est alteratio prioris & generata est caliditas sufficientis vigoris, tunc illa pars alterata alterat aliam partē, & sic consequenter quidin durat virtus. sed, cum ipsum alterans obtinet & dominator ſnper totum alterabile, tunc simul & ſm idem sui ipsum alterabile habet terminum à qoo & terminum ad quem: remisse tamen & imperfectè: qm̄ sic non videtur inconueoiens contraria simul esse, qnare noo est contra dicta. Aliter possem exponere illam auctoritatem. Ad cuius euidentiam est intelligendum, ꝙ quantumcunque aliquod alterabile simul tempore alteretur ab alterāte, tamen, quia quodlibet alterabile est diuisibile, oportet ꝙ vna pars eius sit appropinquior alteranti quàm alia: & licet in tali alterabili toto sit vterque terminus aliquo modo, tō in parte propinquiori ipsi alteranti est perfectior forma alteratis quàm in parte remotiori: & in parte remotiori est fortior qualitas alterantis quam in alia. V. g. Accipiatur aqua, qua simul alteratur ab igne, quamuis in parte eius qualibet simul sint caliditas & frigiditas remisse dum alteratur, tamen in parte propioquiori ipsi igni est caliditas perfectior quam in remotiori. Agens. n. cuiporcum fortius agit in illud quod est sibi propinquius, vt manifestum est ad sensum, & in parte remotiori fortior & nō minus remissa est frigiditas. Et hic intelligendum est dictum Commentatoris, ꝙ terminus a quo, quantum ad gradum suum perfectiorem, est in parte transmutati alia ab illa in qua est terminus ad quem, quantum ad gradum suum perfectiorem. Terminus. n ad quem, quantum ad gradum suum perfectiorem, est in parte transmutati quæ propinquior est alteranti. Sed terminus a quo quantum ad suum gradum perfectiorem, est in parte remotiori ab alterante. Et in hac expositione lætatus sum cum laude Dei. hic dictum sit ad quæstionem, de qua pauca mihi oies ab aliis ordinatum: sed hoc erit initium inquisitionis. Et est adhuc tenendum, ꝙ quamuis indiuisibile non possit moueri per se subiectē, vt bene probat Arillo. tamen bene potest moueri per accidens, cuiquantum est in aliquo subiecto quod mouetur, vt punctus in linea aut vnitas in vno.

Indiuisibile potest moueri per accidens.

RESPON.

ET sic procedit primum argumentum. Ad aliud dicendum breuiter, vt mihi videtur, quod Aristo. hic loquitur de transmutationibus & transmutabilibus realibus & sensibilibus, non autem de spiritualibus & indiuisibilibus. Intellectus aūt & eius transmutationes vel mutationes non sunt sensibiles, nec per se, nec per accidentia inhærentia eis. Intellectus. n. nec est calidus, nec frigidus, nec humidus, nec siccus, nec per se nec per accidens: nec aliqua alia sensibili qualitate inlotmatus nec in aliquo sensibili per se, vt scitur ea 3. de Anima: quare &c. Ad aliam dicendum, quòd bene contingit in diuisibile moueri per accidens: quia per accidens competit ei ꝙ sit in alio & in alio loco, ſ. inquantum illud, in quo ea sistit est in alio & in alio loco: sed non sequitur, quòd moueretur per se & secundum se: quare &c.

Tex. c. 6.

In quo autem primo mutatum est quod mutatum est necesse est atomum esse; dico autem primum &c. Tex. c. 44.

QVAESTIO XIIII.

An id in quo primo aliquid mutatum est, sit indiuisibile.

QVærimr hic, Vtrum illud, in quo aliquid primo mutatum est sit indiuisibile. Arguitur primo quod non. Quia illud, quod est mensura alicuius diuisibilis, non debet esse quid indiuisibile, præcipuè si sit mensura alicuius diuisibilis continui. nullum enim continuum componitur ex indiuisibilibus, nec mensuratur indiuisibilibus, vt vult Aristoteles in isto Sexto: sed illud, in quo aliquid primo mutatum est, est mensura alicuius diuisibilis continui. probatio huius. nam illud, in quo aliquid primo mutatum est, est mensura illius ad quod aliquid primo mutatum est, vt manifestum est ex Isto Sexto: modo, illud, ad quod aliquid primo mutatum est: bene est diuisibile: contingit enim aliquid primo mutatum esse ad quaotitatē continuam, aliter nullus esset motus ad quantitatem cōtinuam. omnis autem quantitas continua est diuisibilis, vt patet in Isto Sexto: quare &c.

Tex. c. 5.

Tex. c. 44.

Tex. c. 22.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Tempus, in quo aliquid primo mutatum est, indiuisibile esse oportet.

DIcendum breuiter, ꝙ illud tempus, in quo aliquid primo mutatū est, est indiuisibile. Et intelligitur illud, in quo aliquid primo mutatum est, in quo non est mutatum ratione vnius partis solum: & hoc probat Arist. in litera hic illud, in quo aliquid primo mutatū est, est diuisibile & habet partes: tunc, aut in qualibet parte mobile tranlmutatur, aut in vtraq; mobile transmutatum est, aut in vna transmutatur & in alia trāsmutatum est. si dicatur ꝙ in vtraq; parte transmutatur in toto, & ponebatur mutatum esse in alio, ergo simul mutatur & mutatum est. si aūt dicatur ꝙ in vtraque

Forma alterātis perfectior est in proxima alteranti parte quam remota.

parte mutatum est, sequitur, q̃ non primo mutabatur in toto: quia pars est prior toto. vnde quod mutatum est in parte alicuius prius mutatum est quàm quod mutatũ est in toto: & sic esset aliquid prius ipso primo: quod est impossibile. si autem dicatur q̃ in vna parte mutatur & in alia mutatum est, tunc nun mutatum est primo in toto, vt supponebatur: quare &c. Ex hoc autem Arist concludit, q̃ omne q̃ generatum est, in instanti generatum est, & similiter quod corruptum est: quia generatum esse est terminus alterationis præcedentis: idem autem est terminare motum & mutatum esse. & ideo oportet q̃ sit in instanti, & similiter corruptum esse: & hoc verum est de corruptio esse rei, quæ habet esse diuisibile, q̃ eius corruptum esse debet esse indiuisibile: sed instans secundum esse, non oportet: fortè, quod eius corruptiũ esse sit in instanti primo, vt dicebatur in 4. huius.

RESPON. ADrationem in contrarium ẽ̃cedo maiorem, si ly mensura diuisibilis ſm quod diuisibile est mensura alicuius continui, non ſm q̃ est diuisibile non oportet: & sic est hic. nam quantitas ſm se non terminat motũ, sed ſm q̃ est coniuncta formæ naturali, & quantum ad aliquod esse perfectum vel imperfectum, & illud est diuisibile, vt cõmuniter dicitur. Vel dicatur, q̃ licet quantitas quæ est terminus motus, sit diuisibilis secundum se, tamen quantum ad sui receptionem immobili est diuisibilis ita, q̃ non prius tempore recipitur vna pars quam alia, sed tota simul: & ideo receptio ista est in indiuisibili, scilicet in instanti: quare &c.

Tex. c. 46. *Secundum igitur finem mutationis quod primum dicitur exiſſit & est: contingit enim perfici mutationem & esse mutationis fieri, quod ostensum est indiuisibile esse propterea quod finis est: quod secundum principium omnino non est. non enim principium est mutationis &c.*

QVAESTIO XV.

An in motu sit Primum Mutatum esse à parte ante.

COnsequenter quæritur, Vtrũ in motu sit primum mutatum esse à parte ante. Arguitur q̃ sic. Quia cuilibet continui finiti oportet esse duo vltima, sicut est in linea, & superficie & huiusmodi. sed aliquis motus est quoddam continuum finitum, vt manifestum est in illis inferioribus motibus, qui incipiũt postquam mobile quieuerat & terminãtur, ita q̃ mobile quiescit: ergo &c. Item, sicut se habet tempus finitum ad instãs, sic motus finitus ad mutatum esse, per conuenientem similitudinem: sed cuiuslibet temporis finiti sunt duo instãtia, s. primum & vltimum, vt patet in Quarto huius: ergo cuiuslibet motus finiti debẽt esse duo mutata esse, vnum primum, & aliud vltimum: quare &c. Tex. cõ. 19. Item, si motus non haberet primum mutatum esse a parte ante, sequeretur q̃ esset interminatus à parte ante, & per consequens infinitus: quod est impossibile, vt patet ad sensum. Et patet consequentia, quia motus non terminatur à parte ante nisi p primum mutatum esse, sicut tempus non terminatur nisi per instans.

Oppositum determinat, Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Non est in motu accipere primum mutatum esse, suscipiendo partem motus secundum quam aliquid mouetur, tameo si quod indiuisibile, à quo motus initiatur, accipitur, non inconuenit aliquod primum mutatum esse in eo sumi posse, quod pars motus minime est.

ISta quæstio est bene dubitabilis, sed dimissis verbis aliorum. quæ non euacuari difficultatẽ quæstionis, dicendo præmittendo quasdam distinctiones prius positas. Vna est distinctio famosa. quia potest motus accipi p perfectione diminuta, quæ fluit, & hoc modo est in tribus generibus, vt vilum fuit prius. Alio modo accipitur pro fluxu cõtinuo, quo mobile de fluere de vna parte pfectionis ad aliam, & sic est de genere quantitatis per se, vt puto. Alio modo accipitur motus pro receptione huius perfectionis continuata cũ illo fluxu, & sic est de genere passionis. De primis duobus figuratis est magis dubitatio: & viso de eis satis apparebit de tertio, quia receptio perfectionis currit cursu illorum quantum ad propositum. Alia distinctio est, q̃ motus aliquis accipitur ꝓprie pro mutatione diuisibili & talis: & de hoc quæritur hic. Aliquis sumitur improprie p mutatione indiuisibili, vt cũ dicimus, q̃ sensus est motus à sensibili & hmõi.

Motus capitur triplicitèr.

Tunc dico ad quæstionem. Primo, q̃, si accipiatur motus pro fluxu continuo, sic non est in ipso primum mutatũ esse, intelligendo per primum mutatum esse primam partem illius fluxus continui, sicut vult Arist. intelligere: & hoc est facile videre, quia in illo, quod est diuisibile in infinitum, non est pars prima: hæc manifesta. sed quodlibet cõtinuum est diuisibile in infinitum. vnde ille fluxus continuus, qui dicitur motus ſm famosiorem acceptionem, est diuisibilis in infinitum, sicut & tempus mensurans ipsum, vt patet in isto Sexto quare &c. Secundo dico, q̃, si accipiatur motus pro perfectione diminuta, quæ fluit, sic est distinguendum: quia illa perfectio vel est quantitas, sicut in motu augmẽtationes, & tunc non est dubium, q̃ non est ibi prima pars: quia quantitas continua est diuisibilis in infinitas partes eiusdem proportionis, vt probatum fuit prius: & in infinitis non est aliquod primum vt manifestum est, & habetur 2. Metz. Vel illa perfectio est ipsum vbi, sine loeus, & non est ibi accipere primum, vt cõter dicitur: quia ipsum vbi est diuisibile in infinitum, sicut & locus, s. superficies. vode mobile, qd̃ mouetur per aliquod spatium semper prius pertransit ipatium minus q̃ maius, & prius tpe est in loco minori quam in maiori. Considerandum tñ, q̃, dum aliquod mobile mouetur, quod prius quiescebat, bene est assignare primum locum, in quem mouetur: loquendo de primo loco, qui non est aliqua pars illius loci, in quo quiescebat, sed non est dare primam partem loci, in quo separatur, imo quacunque parte illius loci data, est dare priorem, à qua recedit mobile dum mouetur: & similiter in illo loco primo, qui nõ est aliquid illius loci prioris, in quo quiescebat non est assignare primã partem, in qua primo recipitur vel ingrediatur prima pars mobilis: quia tales partes sunt infinitæ: & hoc potest manifestari de letipsi ooe sensibili. tii. n. A mobile, qd̃ locatur, & B sit locus, in quo quiescit. Dico, q̃ est beoe accipere aliquem locum immediatum ipsi B: qui quidem loeus nõ est aliquid ipsius B, & sit ille loeus C, vt hic B C. tũc, cum A mouebitur de B in C, noo erit accipere primam partem ipsius B, quam primo dimittetat ipsum mobile, nec erit accipere primam partem ipsius C. quam primo intret ipsum mobile vel pars eius: quia huiusmodi vel partes sunt infinitæ, & in motu loeali oon est accipere primam partem ipsius vbi a parte priocipij. Si autem pfectio diminuta, quæ fluit, sit aliqua qualitas sensibilis, vt caliditas aut huiusmodi, tunc est magna difficultas: an sit aliqua prima pars illius, quàm recipiat primo mobile, & loquor de parte qualitatis, quæ dicitur gradus eius: noo. o. de parte qualitatiua, quam habet ſm extensionem subiecti. quia de illa non est dubiũ, q̃ non est dare primam, cum qualitas sit diuisibilis in infinitum, sicut & magnitudo quæ informat. De parte ergo, quæ est gradus qualitatis, & forte est suppositum eius, vt prius tangebatur, est dubium difficile, vtrum sit aliqua prima in mobili. v. g. cum aliquid ealebit, vtrũ fuerit aliquis primus gradus caliditatis receptus in mobili. qui quidem gradus sit perfectissimus & post ipsum sequuntur alij perfectiores. Et dicitur communiter, q̃ non est aliquis gradus huius qualitatis imperfectissimus, imo est processus in infinitum in talibus gradibus. Cuius ratio potest esse, quia quantumcunque sit aliqua pars ipsius alterabilis, quæ tota simul incipit recipere caliditatẽ, tamen vna pars illius partis est propinquior ipsi alterãti quam alia, q̃ hoc in infinitum. medietas. o. illius partis est propinquior alterãti quã ipsa tota, & adhuc medietas propinquior quam tota medietas, & sic in infinitum. nunc autem agens corporeum perfectius agit in illud, quod est sibi propinquius quã in remotius, vt videmus quia quãto corpus luminosum ita simul illuminoans omnes partes medij alicuius, si in primo instanti suæ appropinquationis, tñ hoc dubio perfectius illuminatur pars propinquior quam remotior. Similiter, cum ignis appropinquatur aquę, agit in aquam calefaciendo, quãto in illo instanti, quo sufficienter est appropinquatus alicui parti aquæ, incipiat quælibet pars recipere caliditatem, & habet aliquem gradum caliditatis: tñ pars propinquior ipsi igni perfectiorem caliditatem habet, quã pars remotior, & pars remotior habet minus perfectam: & sic est ibi infinitas quædam graduum simol existentium in diuersis partibus quantitatiuis illius aquæ.

Tex. c. 33.

Tex. c. 5.

Non datur prima pars loci à quo.

Agẽs perfectius agit in passum propinquius.

Lumen & qualitates sẽsibiles differenter agunt.

æquæ. Considerandum tñ, ꝙ in hoc est differentia quædam inter lumen & alias qualitates sensibiles, ſm quas est alteratio: quia pars propinquior corpori luminoso, vt candelæ & huiusmodi, postquam in instanti recipit lumen, nõ magis fit luminosa in processu tpis quàm prius: dummodo maneat inæquali distantia ad corpus luminosum, & luminosum corpus maneat æqualiter luminosum, vt sic cãdela manens æque luminosa stet iuxta aliquã partem aeris per vnã horam in eadem propinquitate: illa pars non erit magis illuminata in fine horæ q̃ fuit in principio: sed in alijs qualitatibus est è contrario. Nam eadem pars ipsius alterabilis, cum est æquè propinqua alteranti, inuenitur calidior in fine alicuius tpis, quàm prius in principio, dato ꝙ alterans maneat æque forte, vel fortè minus forte: ita ꝙ in illa parte generetur vnus gradus illius qualitatis postalium. Et huius diuersitatis fortè ratio est, quia lumini non est aliquod contrarium, & positiuum. caliditati autem bene est contrarium, & similiter in similibus. Et est notandum, ꝙ ſm istam positionem quodammodo est simile de qualitate ſm quam est alteratio, & quantitate continua. Nam sicut cuiuslibet speciei quantitatis continuæ permanentis est aliquod indiuiduum maximum, quo non est aliquod maius, nec pòt esse ex parte naturæ. vel aliqua superficies est ita magna, ꝙ non potest esse maior, sicut vltima superficies conuexa cœli, & similiter de linea & corporeitate, vt tactum fuit in Tertio, & ita nulla istarum est determinata ad vltimum totaliter, imo qualibet quantitate continua data in existente, minor pòt dari: similiter caliditas est determinata ad gradũ perfectissimum simpliciter, quo non pòt esse perfectior ex parte naturæ, sicut est caliditas ignis puri, & non est determinata ad gradum imperfectissimũ simpliciter: imo quocũq; gradu caliditatis dato imperfecto est dare imperfectiorẽ, saltem in toto dum aliquid præcisè calefit accidentaliter, vt dictum est: & similiter est de alijs qualitatibus ſm quas est alteratio propriè dicta: & hac opinio cõis bene est apparens, nec dico ad præsens aliquid contra eam. Sed aduertendum est vlterius, ꝙ licet in motu non fit dare primum mutatum esse à parte ante, intelligendo per primum mutatum esse partem motus ſm quam aliquid mouetur, ista tñ per primum mutatum esse intelligatur indiuisibile à quo initiatur motus, sic non est inconueniens in motu, qui est fluxus formæ, esse primum mutatum esse. aliter. nam iste fluxus nõ posset intelligi motus & terminatus à parte ante, nisi fuisset aliquod indiuisibile, ante quod nihil fuit de illo, & post quod est totus ille fluxus, & illud indiuisibile correspondet primo instanti tpis mensurantis illum fluxum finitum: sed non potest propriè esse mutatum esse illius motus, qui ante ipsum nihil fuit ipsius motus, quod non est in mutato esse, nihilominus tñ illud est primũ mobile, a quo initiatur motus. Et puto ꝙ hoc intelligit Com. in 8 huius super illud c. Principiũ asit consideration is. vbi dicit hic. Sed prima pars in actu motuum qui fiunt siue fuerit transmutatio in loco aut in qualitate aut in quantitate fit subito, in instanti non in tpe. & si non, tunc ante transmutationem inueniretur transmutatio, & non esset transmutatio noua oino. Vult ergo plane Com. quod in motu nouo fuit prima pars, & illa fit in instanti. sed non intelligit primam partem quantitatiuam ipsius fluxus: quia hoc expresse contradiceret Arist. & veritati. Nec pòt intelligere primam partẽ illius perfectionis, qua generatur pars post partem: quia sine dubio hoc non posset esse verum in augmentatione per quã acquiritur aliqua quantitas continua: & tñ ipse vult ꝙ hoc est in omni noua transmutatione. Vnde non vꝫ reliqui ꝙ ipse intelligat aliud per illam primam partem nisi primũ indiuisibile à quo initiatur motus: & huiusmodi indiuisibile potest vocari pars prima inquantum se habet quodammodo ad motum formæ: & hoc fortè innuit Com. in suis verbis, vbi dicit, prima pars in actu, id est prima pars, quæ se habet ad motum actus & formæ. sicut. n. res non est antequam forma fit, & statim forma adueniente res habet esse, sic ante illud indiuisibile non erat ille motus, sic statim post illud indiuisibile sequitur motus. Quod si quis melius intelligat placet mihi.

Lumini nõ est aliquid cõtrarũ positiue.

Qualitas ẽ determinata.

Caliditas ẽ determinati gradus.

In motu inuenitur primum mutatum esse.

Comm. 21.

RESPON. Ad rationes patet ex dictis. Oẽs. n. includunt, ꝙ in motibus aliquibus est primã indiuisibile à quo initiatur motus, & illud non est pars motus, sicut instans nõ est pars temporis. Et quod accipitur in tertia ratione, ꝙ motus non terminatur nisi per mutatum esse, dicẽdum, ꝙ verũ est à parte post, sed à parte ante bñ terminatur per aliquid, qđ non est mutatũ esse propriè respectu illius motus, sed est in diuisibile ante quod nihil erat actu de illo motu sed tenaner hoc dubium, ꝙ sicut fluxus formæ substernitur formę, sic fluxui à quo initiat motus sub ieiunitibili. in. mx. lũe gradu perfectiori. Fortè dicendum, ꝙ verũ est de indiuisibili formæ, quod posset per se subsistere, sed in isto continentur infinita, quæ sic possent per se esistere sine alijs, quemadmodum de partibus quantitatiuis dicebatur.

Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur ex quodam in quiddam. Tex. co. 74.

QVAESTIO XVI.

An Localiter motum sit in aliquo eodem loco per totum aliquod tempus.

QVæritur hic, Vtrum illud, quod mouetur localiter dum mouetur, sit in aliquo loco eodem per aliquod totum tempus. Et arguitur quod sic. Quia illud, quod in aliquo toto tpe non mutat locum, vꝫ in tempore illo esse in eodem loco: hoc vꝫ est idem. sed aliquid dum mouetur non mutat locum totum, sicut quod mouetur localiter circulariter, vt dꝫ in 8 huius: quare &c. Item, sicut illud quod alteratur se habet ad qualitatem, sic illud quod mouetur localiter se habet ad locum, per conuenientem similitudinem: sed illud qđ alteratur, dum alteratur, est in eodem tpe sub eadem qualitate. v. g. dum aliquid calefit p totum tempus calefactionis manet sub gradu vel parte caliditatis qua habuit in primo instanti tpis mensurantis illam alterationem. si. n. ille gradus corrumperetur, aut esset corruptus in aduentu termini ad quem, quod est falsum, quia esset vel fuisset corrumpens, quod non est, nec ipsum alterabile, quia calefit. nec ipsum calefactiẽs, quia istud generauit illum gradum: & sic idem & ſm idem esset causa contrariorum, i. generationis & corruptionis eiusdem. nec est dicẽdum quod ille gradus corrumpat seipsum, hoc. n. fatuum esset ridiculũ. quare &c. Præterea, in motu augmentationis mobile dum augmentatur in aliquo toto tempore maoet sub eadẽ quantitate: ridiculum. n. esset dicere, qđ dum aliquod augetur quantitas quæ præexistebat in ipso corrumpatur: vel quantitas quam acquisiuit in tempore augmentationis corrumpatur aduenientę termino augmentationis. quare similiter in motu locali debet contingere, quia mobile per aliquod tempus maneat in eodem loco dum mouetur.

Oppositum vult Arist. hic. Tex. co. 76.

CONCLVSIO.

Motum localiter non est in aliquo eodem loco per aliquod totum tempus.

Dicendum primo, ꝙ illud, quod mouetur localiter dum mouetur, non habet esse in aliquo loco per aliquod totum tps, sed in quocunq; spatio sibi æquali est solum in instanti dum mouetur continuè. Et hoc bñ probatur ratione Arist. in litera quia si hoc esset, sequeretur ꝙ simul quiesceret & moueretur: quod est impossibile. Et probatur consequentia, quia illud dꝫ quiescere, quod eodem modo se habet nunc vt prius. modo in quolibet tpe est prius & posterius, vt patuit: ergo in tpe isto eodem modo se habebit q̃tum ad locum nunc sicut prius, & sic quiesceret, & ponitur moueri in tempore isto continuè. & per consequens in qualibet eiusdem partę: ergo simul mouebitur & quiescet. Et eadem ratione dicendum, ꝙ illud, quod alteratur, dum alteratur, non habet aliquam partem qualitatis, quæ acquiritur in aliquo tẽpore sine acquisitione alicuius alterius partis, imo in quolibet instanti acquirit aliam & aliam partem. sed vtrum prima pars remaneat aduenientę secunda, bene est dubium, & de hoc fuit prius aliquid tactum. Similiter autem intelligo de motu ad quantitatem suo modo.

RESPON. Ad primam rationem cum dicitur, illud, quod non mutat locum &c. Verum est, si totum nullo modo mutat locum, &, cum dicitur, ꝙ corpus circulare quod mouetur localiter totum non mutat locum. Dico, ꝙ verum est, ꝙ ipsum totum non mutat locum secundum subiectum: sed bene mutat locum ſm formam. & partes eius mutant locum

& secundū subiectum & ſm formam. Et potest intelligi mobile totum mutare locum ſm ſubiectum, quando ipſum totum mobile in vno tempore vel in vno inſtanti est in aliquo loco totaliter diuerſo ab illo in quo prius erat, ita quod nihil illius mobilis prius erat in illo loco. ſicut cum fit alteratio localiter, manifeſtū est q̄ mensuratiue motus est in alt quo loco, in quo nihil eius erat ante ipſum motum, ſed erat totaliter diuerſus locus. mobile aūt quod mouetur circulariter non inuenitur in vno tempore, vel in vno inſtanti in aliquo loco, in quo nihil erat prius de ipſo, imo in quocunque loco inuenitur in aliquo tpe in illo eodē prius erat aliquid ipſius. Sed tamē mutat locum ſm formam, quia partes eius mutant locum ſm ſubiectum & ſm formam, & hoc est ipſum totum mutare locum ſm formam. Quod autem partes eius mutent locum ſm ſubiectum, patet: quia pars in vno tempore inuenitur in vno loco, in quo prius non erat, nec ſm ſe totum nec ſm aliquid ſui. ſicut Sol, eum est in oriente, ſupponitur tali parti terræ, cui non ſupponebatur cum erat in occidente & huiuſmodi. Et fortè hoc est ipſam partem, mutare locum ſm ſubiectum, mutare aūt locum ſm formam est habere aliquā proprietatem & diſtantiā reſpectu alicuius partis, circa quod reuoluitur mobile. Ad aliam rationem dico q̄ alterabile bene habet eandem qualitatem in aliquo tempore dum alteratur, ſed nō habet eam præciſe & ſine acquiſitione alterius, quia ſic quieſceret: ſed continuè acquirit aliā, & aliam, & acquiſita poſteriori remanet prior, vt cōiter imaginantur plures. Vel ſi dicatur q̄ aduenientе parte poſteriori deficit prior, tunc dicerentur q̄ prior corrumpitur ab illa, quæ aduenit in tpe ſequente illud inſtans in quo ghabebat. illa. n. est perfectior quām præcedens, & habet quandam contrarietatem ad eam, ſicut excellens ad diminutum. Sed de quantitate non est bene manifeſtum qualiter corrumpatur. ſed de hoc non plus ad præſens.

Mutare locum ſecundum formā

Mutare locum ſecundum ſubiectum.

Quæſtionum ſuper Sextum de Phyſico Auditu finis.

QVAESTIO. LIBRI SEPTIMI.

DE PHYSICO AVDITV.

Tex. c.1. *Omne quod mouetur neceſſe est ab aliquo moueri. Si quidem igitur in ſeipſo non habet principium motus, manifeſtum eſt quod ab altero mouetur, &c.*

QVAESTIO I.

An aliquid moueatur à ſeipſo.

VAERITVR hic primo. Vtrum quid moueatur à ſeipſo. Arguitur primo quod ſic. Quia qđ mouetur à principio intrinſeco mouetur à ſe ipſo: hæc videtur manifeſta. ſed aliquid mouetur à principio intrinſeco, quia natura est principium intrinſecum, multa aūt mouentur naturaliter, vt pater in iſta ſcientia. ergo &c. Item, quod intelligit ſeipſum mouetur à ſeipſo: quia intelligere est moueri ab intelligibi, vt paret 3. de Anima. ſed aliquid intelligit ſeipſum, ſ. quælibet ſubſtantia immaterialis & præcipuè prima, quia, vt habetur ea 3 de Anima, in ſe paratis à materia idem est intelligens, & quod intelligitur, quare &c. Item, omne quod mouetur, & non mouetur ab alio, mouetur à ſeipſo: ſed primum moueos mouetur, & nō mouetur ab alio: hæc probatur primo, quia primū mouens mouetur: quia quod est intrinſecum mobili mouetur: hoc est manifeſtū. Vnde motis nobis mouentur omnia, quę ſunt in nobis. ſed motor primus est intrinſecus primo mobili. alter. n. primus motus non eſſet naturalis, quia hæc est diſpoſitio cauſæ agentis in rebus naturalibus, ſ. quod est in re, vt Com. dicit ſuper Quintum Meta. c. de principio. ergo primus motor, cuoi fit agens motum. in ſeparatis. n. à materia idem est moues ſecundum finem & ſecuodū agens, vt vult Com. in 12. ergo ipſe primus motor est intrinſecus mobili, & he monetur ad motum mobilis. Quod aūtem non moueatur ab alio, manifeſtum est: quia ſic nō eſſet primus motor, & ſic eſſet primus motor & nō primus motor. ergo &c.

Tex. c.2.

Tex. c.15.

Comm.1.

Com. 33.

Oppoſitum Ariſt. vult in ſitera & ſimiliter Com. volunt enim quòd omne quod mouetur ab alio moueatur, quod autem mouetur ab alio non mouetur à ſeipſo, niſi diceretur, quòd aliquid eſt aliud a ſeipſo, quod est impoſsibile.

CONCLVSIO.

Per ſe non Primo aliquid à ſeipſo moueri poteſt, ar per ſe primo impoſsibile eſt.

AD euidentiam quæſtionis est intelligendum primo, qđ aliquid moueri à ſeipſo poteſt intelligi dupliciter. Vno modo per ſe primo. Alio modo per ſe non primo. Tunc dico ad quęſtionem duo. Primo, q̄ nihil mouetur à ſeipſo per ſe primo, Secundo q̄ aliquid bene mouetur à ſeipſo, licet non primo. Primum oſtenditur per demōſtrationem Ariſt. in litera. Ad cuius intellectum præſupponenda ſunt aliqua. Primo, q̄ omne quod mouetur eſt diuiſibile: & loquimur de motu proprie dicto, qui eſt actus impeſectus cū potentia, & fluxus continuè ad complementum: & hoc patet ea 6. huius, vbi demonſtratum eſt, q̄ omoe quod monetur eſt corpus. Illam aūt demonſtrationem ad præſens non reſumo propter breuitatem. Secundo ſuppono, q̄ nihil prohibet conditionalem ſeu propoſitionem hypotheticā eſſe veram, cuius antecedens eſt ſimpliciter impoſsibile. vt ſi aſinus volat, aſinus habet alas, & hoc est manifeſtum cuilibet ſani capitis. Et addo hoc ſm Com. Cum aliqua conditionalis ſeu hypothetica eſt vera, quantumcunq; eius antecedens ſit impoſsibile, omoe illud eſt falſum, ex quibus ſequitur deſtructio & falſificatio illius hypotheticæ. Verbi gratia, Si diceremus q̄ aliquod volatile eſt per ſe retentibile in aere, ea hoc ſequeretur iam eſſe falſam, ſi aſinus volat aſinus habet alas, vt exemplificat Com. Vnde oportet iudicare illud eſſe falſum, ſ. q̄ aliquod volatile ſit per ſe retentibile in aere. Similiter ligs poneret, q̄ omne animal est quadrupes naturaliter, ex hoc ſequitur q̄ hæc ſit falſa. ſi aliquis eſt homo naturaliter ſolum habet duos pedes: & iſi hæc conditionalis est vera & neceſſaria. Et ideo iudicādum eſſet illud eſſe ſimpliciter falſum, ſ. q̄ omne aial eſt quadrupes. ſimiliter aūt & in alijs. Tertio accipio, q̄, cum aliqua diſpoſitio debetur alicui ſubiecto per ſe primo, non oportet eam remouere ab ipſo, ſi remoueatur à quncunq; alio. v. g. riſibilitas ineſt homioi primo, & conſtat q̄ non remouetur ab homine, pet hoc q̄ remouetur ab aſino. ſimiliter aūt & in alijs. Quarto accipio, quòd, ſi pars alicuius mobilis quieſceret, quodcunq; ſit illud, ipſum torum non moueretur per ſe primo. ita, q̄ licet in aliquibus mobilibus impoſsibile ſit partem quieſcere, ſicut in corpore cœleſti, tñ hæc conditionalis eſt vera. ſi alicuius mobilis pars quieſcat, illud mobile non mouetur à ſeipſo primo. & hoc probatur: quia, ſi pars alicuius mobilis quieſceret, & illud mobile moueretur, rūe nō moueretur niſi ratione partis, ſ. ratione illius partis quæ non quieſceret: quod autem ineſt alicui rōne vnius partis, & non alterius non ineſt ei primo, vt patet ea 1. Poſte. & manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. Et poteſt confirmari: quia nihil poteſt alicui perfectius ineſſe quām per ſe & primo. ſi igitur aliquid inexiſtens alicui ratione partis vnius & non ratione alterius ineſſet per ſe & primo, tunc ita perfectè ineſſet ei, ſicut ſi ineſſet ſm omnes partes: quod eſt abſurdū. His præintellectis demonſtratio Ariſt. poteſt dupliciter formari. primo oſtenſiuè ſic, omne illud, quod quieſceret, ſi aliquod alterum quieſceret, mouetur ab alio vel non mouetur à ſeipſo per ſe & primo: hæc patet ex tertia ſuppoſitione. ſed omne quod mouetur quieſceret ſi quoddam aliud quieſceret, ita, ſ. q̄ non moueretur per ſe & primo: hoc patet ea alijs tribus ſuppoſitionibus præmiſsis. ergo &c. Item, poteſt formari inducendo ad impoſsibile, ſi aliquid moueretur à ſeipſo per ſe & primo, tunc non oporteret, q̄, ſi pars eius quieſceret & ipſum quieſceret, id eſt non moueri per ſe & primo: ſed hoc eſt falſum; ergo & primum. falſitas conſequentis eſt manifeſta ex ſuppoſitione quarta, & conſequentia manifeſta eſt ex tertia: quia, cum aliqua diſpoſitio &c. Item, poteſt formari oſtenſiuè ſic, illud eſt falſum & impoſsibile, ex quo ſequeretur deſtructio hypotheticæ veræ & neceſſariæ: hoc patet ex adductio in ſecunda ſuppoſitione, ſed, ſi aliquid moueretur à ſeipſo primo, ſequeretur ex

Omne qđ mouetur eſt diuiſibile.

Text. c.33.

Cōditionalis eſt q̄n ; vera cuius antecedens eſt falſum.

tur ex hoc fal sitas conditionalis, quæ simpliciter est necessaria & vera. huius conditionalis, si cuiuscunq; mobilis pars quiescat illud mobile non mouetur per se & primo. Quod autem hæc sit vera probatū est ſm quartā hypothesim: sed q̄ sequitur eius destructio oia mi sellum est ea tertia suppositione. His autem suppositionibus intellectis & sic formata demonstratione Arist. facilr soluuntur quædam obiectiones, quas aliqui in dnaerunt contra verba Arist. dicit. n. Aristo. q̄ parte quiescente quiescit totum. cui obijcit Galenus, vt recitat Cōm. qui dicit, impossibile est totum moueri per le, dato q̄ voa eius pars quiescat. nā vna parte mobilis quiescente, adhuc alię possunt moueri: & sic illud mobile dicitur moueri ratione partis & per se. Item, videtur Arist. supponere vnū falsum. ſ. q̄ cuiuslibet mobilis pars posset quiescere. Hoc autem est falsum pro corporibus cœlestibus, quę necessario mouentur & secundum se totum & secundū partes. Ad primum patet ea dictis. Nam per se accipitur dupliciter. Vno modo prout distinguitur contra pure per accidens, & sic illud quod inest ratione partis bene inest per se. Alio modo accipitur per se proprie, pro eo q̄ est primo: & sic illud quod inest vni parti & non alteri uu inest ei primo. sic autem intellexit Arist. q̄ si alicuius mobilis pars quiescat totum quiescit. i. non mouetur primo, & sic ille non intellexit sermonem Arist. Ad aliud etiam solutum est. Nam & licet o aliquibus mobilibus partes noo possint quiescere. i. in perpetuus, tñ hæc conditioonalis est vera, si talis mobilis pars quiesceret, totum non moueretur primo, vt dictū est, & sic sine dubio intellexit Arist. non. n. dixit ponaē pars illius mobilis quiescere, sed dixit parte quiescente quiescit totum, & hic sermo habet vim conditionalis. nam vt dicunt Grammatici ablatiuus absolutus pōt exponi per si, vel dum, vel quia. ita q̄ sensus est, si pars quiesceret, in quocunq; mobili, quiesceret totum modo prædicto. quare &c. Item, Cōmentator ponit aliam solutioom ad illa rationem, q̄ pars corporis cœlestis potest considerari dupliciter. vno modo inquantū est corpus, & sic non est ei impossibile, nec repugnat ei quiescere: quia tunc omni corpori repugnaret quiescere. alio modo potest considerari inquantum est corpus, id est uec graue, oec leoe. & sic impossibile, est ipsū quiescere. & ideo Arist. ponit illud, quod est possibile ſm q̄ est possibile non ſm q̄ impossibile: quia constat de corpore ſm q̄ est corpus, q̄ est mobile, & non de corpore ſm q̄ est talis naturæ determinatæ. Sed contra hæc, est dubitatio formalis. quia propositio redditur impossibilis simpliciter non solum, qñ prædicatum repugnat subiecto ratioone generis, sed cum repugnat ratiooe dfiæ specificæ. vt illa est simpliciter impossibilis, homo est irrationalis, quia irrationale repugnat homini ratione differentiæ specificæ, licet non repugnat ratione qua animal. Et si poneretur q̄ homo esset irrationalis, sequitur inconueniens. ſ. q̄ opposita simul erunt in eodem. Et sic diceretur in proposito, q̄ parti corporis cœlestis repugnat quiescere ratiooe differentiæ propriæ, & ideo est impossibile simpliciter ipsam quiescere, & non debet poni in esse. Et forte adhuc potest saluari illa solutio Cōm. non. n. intendit Cōm. q̄, cum aliquid est impossibile ratione differētiæ specificæ, & possibile ratione generis, q̄ illud deberet poni in esse sine omni inconueniente consequente, sed intendit, q̄, si ponitur in esse ex eo solo pnſio io esse, non sequitur impossibile. vt, si ponaē q̄ sit ti rationalis ione qua animal, ex hoc solo oon seq̄ aliquod impossibile, sed si sequeretur, erit propter quoddam aliud. Similiter, cum in omni mobili sit partem quiescere idem q̄ corpus, ea hoc q̄ poneretur quiescere ratione qua corpus, non sequitur aliquod poaibile. Vnde relinquitur, q̄ impossibile sequens. ſ. q̄ illud non sit primo motum ea se, & hc primo motum, sequitur ex eo q̄ ponitur moueri per se, & primo ea se, cū eo q̄ pars eius possit quiescere, & sic sequitur, q̄ adhuc sunt in compossibilia. Sed si illud non est niu siga tenea tur prima solutio quæ est verissima. Obiecerunt tamen quidam posteriores ea positores satis subtiliter, vt mihi videtur. Nam si per illam rationem probaretur non solum q̄ nihil moueretur à se primo, sed q̄ nihil potest moueri primo, arguendo sic. illud, quod quiesceret, si aliquod alterum quiesceret non moueretur per se & primo: sed oiooe quod mouetur quiesceret, si quoddam alterum non moueretur: quare &c. Maior patet per illa suppositioom cum aliqua dispositio &c. Et minor apparet. Nam omne quod mouetur habet partes, & si pars quiesceret, totum quiesceret. ergo &c. Item, per tertiam suppositionem probaretur q̄ triangulus non haberet tres. Primo, qa, si non habet tres, remoueretur à triangulo si remouearur à quodam altero, scilicet à figura, vt dē 1. Poste. Similiter probaretur, q̄ risibilitas non inest homini primo, quia remoueretur ab homine, si remoueretur ab aliquo alio. ſ. si remoueretur ab animali: quæ omnia sunt ioconuenientia manifesta. quare &c. Ad illa & ad omnia igitur est respondendum consimiliter. Ad quod est considerandum, q̄ illa tertia suppositio sic debet intelligi. Cum aliqua dispositio inest alicui subiecto primo, non sequitur eam remoueri ab illo per remotionem ab alio: dum modo illud aliud sit extraoeum & diuersum ab alio respectu illius dispositioois. vt homini respectu risibilitatis est extraneus asious. Et ideo, si risibilitas remouetur ab asino non sequitur eam ab homine remoueri, sed, si illud aliud nō sit extraneum subiecto respectu illius dispositioois, tunc per remotionem ab illo alio remouetur à subiecto primo, sicut patet io exemplis obiectioom. Modo dico, q̄ ei, quod mouetur absolutē, nō est extraneum habere partes respectu huius, quod est moueri: imo hoc est ei necessarium, cum omne quod mouetur sit diuisibile, sed ei, quod ponitur moueri per se & primo à seipso, extraneum est omnino habere partes. Quod sic patet quia, si aliquid habens partes moueat seipsum per se & primo, tunc qualibet pars seipsam mouebit per se, & sic vnum & idem simul & secundum idem erit mouens & motum secundū eundem motum: & vlterius erit in actu & in potentia simul & secundum idem & respectu eiusdem, vt deducit Arist. in 8. huius: quæ omnino sunt impossibilia manifeste. Vode manifestum est, q̄ pars est quoddam extraoeum ei quod mouetur per se & primo à seipso. Propter q̄, si aliquid moueretur à seipso & per se primo, non deberet remoueri ab eo per remotionem eius à parte. sed vt dicebatur, pars oon est quid extraoeum ab eo quod mouetur respectu huius quod est moueri, immo est ei necessarium & per se. Et propter hoc, si moueri poncret remoueri à parte eius, quod primo mouetur, bene sequeretur illud oon moueri primo, & ideo non valet illa obiectio. Per idem ad alias duas instantias. Aliquibus tamen oon placet ista responsio: quia secundum hoc melius & breuius probasset Arist. oihil moueri a seipso primo, per hoc ſ. q̄ idem & secundum idem esset in actu & in potētia. Et forte concedendum est hoc, sed illam demonstrationem posuit in 8. huius. Vel dicatur, q̄, si risibile remueretur ab animali, oon remoueretur secundum q̄ est aliud ab homine, sed secuodum q̄ idem. Sciendum tamen, q̄ non est aliquid primom motum per negationē cuiuslibet prioris moti, sed primum per se & seorsum subsistens bene est. Et est aduertendum, quòd, si bene consideretur aliquid moueri à se primo, implicat contradictionem: quia es hoc ipso q̄ ponitur moueri, sequitur tpsum habere partes, vt patet ex Sexto huius: & ea hnc, quòd ponitur ipsum mouert à seipso per se & primo, sequitur ipsum non habere partes, vt ostensum est: & sic includit contradictoria. Vtium autem demoostratio Aristoteles, sit deoioostratio propter quid, vel quia, dubitatio est, & videbitur ilatim posit.

Obiectio prima.

Commē. 1.

Obiectio secunda.

Ad primū.

Ad secūdū.

Ablatious absolut' aliqua cooiunctione expoitur.

Corporis cęlestis pars cōsiderarur dupliciter.

Dubitatio

Obiectio.

Solutio.

Text. c. 35.

AD primam ratioocm, com dr, illud quod mouet à principio iotrinseco &c. potest dici, q̄ tale bene mouetur à se oō primo, sed ratione partium, ita q̄ voa pars eius est mouens, & alia est mota, & hoc beoe est possibile. Et ista potest esse secunda conclusio politioois cum eius ratiooe, vt sic arguatur, illud, cuius vna pars mouet & alia mouetur, mouet seipsum per se ratione partium per se nō primo: hæc est manifesta. sed in aliquo mobili, ita est, q̄ vna pars eius est per se mouens, & alia per se mota, vt in animali anima est per se mouens, & corpus est per se motum. ergo &c. Ad aliam dico, q̄ oon est ad propositum. quia oos loquimur de motu, qui differt realiter à subsiantia mobilis, & de motu, qui est à corpore vel à virtute in corpore, vt Cōment. dicit in 8. huius. in omni eoim tali motu mouens & motum sunt diuersa vel secuodum esse. ſ. q̄ esse vnius oon est esse alterius, vel secūdum diffioitionem quidditatiuam, vt io animalibus, quæ sunt hic, vt dicit Cōmenta. 8. huius: modo, intelligere, quo substantia separata ens actu de se intelligis seipsam non est

huiusmodi

huiusmodi motus continuus, quæ est actus imperfectus. cũ tendentis ad vlterius complementum nec rst motus essentiali ei distinctus à subsantia mobilis, sed solum est motus aquinocè quantum ad modum nostrum significãdi aut intelligẽdi. Ad aliam cum dr, omne quod mouetur &c. Idsm concedo, & nego minorem, quantum ad primam partem eius. Et, cum probatur, qa primus motus est intrinsecus primo mobili: dico, q̃ non est ei intrinsecus sm subsantiam & esse, ita. s. q̃ esse eius sit idem quod esse mobilis, sed solum est intrinsecus ei sm appropinquationem naturæ. i. q̃ natus est mouere tale mobile immediatè & non aliud. & tali velocitate & non alia, & vno motu continuo non pluribus, & tale intrinsecum potest esse sm se. quare nõ valet ratio &c.

QVAESTIO II.

An ad Hoc Aristot. demonstratio sit Demonstratio Quia, vel Propter Quid.

Comm. 2.

NVnc quæro, Vtrum illa demonstratio Aristo. sit demonstratio propter quid, vel quia. Arguitur primo q̃ demonstratio p̃p quid auctorit. S. Th. Oppositum arguitur auctoritate Cõm. Auer roi, qui dicit, q̃ hæc demonstratio est de genere demonstrationum, quæ dũr signa, & tales fuut demonstrationes Quia.

CONCLVSIO.

Aristotelis demonstratio, qua nihil a seipso moueri probat non propter quid, sed quia demoostratio est.

AD quæstionem est intelligendum, q̃ S. Th. qui in omnibus aut pluribus in quibus potuit conatus fuit contradicere Cõm. dicit, q̃ illa demonstratio Aristo. est p̃p quid demonstratio. Ad cuius euidẽtiam est intelligendum, q̃ mouere seipsum nihil aliud est quàm sibijpsi esse cã motus. Et vt melius sit ad propositum & euidentius, mouert à seipso primo nihil est aliud quàm sibijpsi esse causam eius, quod est moueri. Et quo sequitur, q̃ illud idem, quod est cã, quare aliquod mobile noo est sibijpsi causa motus est causa q̃ non mouetur à seipso: modo vlterius accipit, q̃ illud, quod est sibijpsi cã alcuius, debet esse primo tale, vel oportet, q̃ illud ei primo conueniat. vt ignis, qui primo, est calidus, est sibijpsi cã caliditatis. Ea quo vult habere vt puto, q̃ illud, quod est cã, quare alicui mobili non insit primo moueri, est etiam causa, quare illud mobile non sit sibijpsi cã motus, & per consequens quare non moueatur à seipso primo, eo q̃ ista duo vltima eadem sint realiter, vt supponitur est Modo vlterius ipse supponit, q̃ omne mobile habet partes: & hoc hr̃ ea Sexto huius, & semper motus totius dependet ex motibus partium, & diuiditur in eas, vt patet ex 6. huius. Hoc aut vltimum. s. q̃ motus totius dependet ex motibus partium est causa, quare motus non debetur ipsi mobili primo & per consequens hæc est causa, quare ipsum mobile oõ est sibi causa motus, & vlterius est cã. quare non mouetur à seipso primo per suppositionem premissam. Concludit igitur iste homo, q̃ Aristo. ostendit causam, quare oullum mobile mouet seipsum, vel non mouetur à seipso. quia non potest esse mobile, cuius motus non dependeat ex motibus suarum partium. vnde ista esset demonstratiõ propter quid secundum eum, illud, cuius motus dependet ex motibus suarum partium, nõ mouetur à seipso. sed omnis mobilis motus dependet ex motibus suarum partium, ergo &c. Et hoc quod est motus totius dependet ex motibus partium erit medium causale demonstrationis huius accidentis, quod est non moueri à seipso primo. Et dicit, q̃ est simile, vt si ostenderetur, q̃ nullum diuisibile est primum ens, per hoc, q̃ esse cuiuslibet diuisibilis dependet ex partibus. Vnde inuit q̃ esse rei diuisibilis dependet ex partibus est cã & huius. s. q̃ non sit primum eos. Sed re vera salua reuerentia huius hominis, ipse nuantur laborat cõtra Cõm. sicut & in omnibus aliis philosophicis, in quibus ei obijcit. Quamuis enim ista esset demonstratio propter quid, quam ipse inducit, tñ Arist. in litera non vtitur illa demonstratione, sed longe alia. Ad probãdum. n. q̃ omoe quod mouetur ab alio mouetur, aut q̃ nihil mouetur à seipso primo, quod tdem est. oõ institutur huic medio. q̃ motus cu ullibet totios depẽdet ex motibus suarum partium, vt maoisestum est in toenti literam per totum sed institutur huic medio, q̃ parte quiescente scilicet si quid quiesceret totum non moueretur primo, & sic non bene se habet ille homo in hoc. Et si quis dicat, quòd motum totius depẽdere ex motibus partium est causa in hoc quòd si pars quiesceret totum quiesceret, ea hoc habeo propositum licet q̃ ista sunt diuersa, & q̃ non est eadem demonstratio quæ constituit & fundatur super ambo hęc. Et ideo dico breuiter secundum Commen. q̃ illa demonstratio non est demonstratio propter quid, quia otunis demõstratio propter quid est per causam eius, quod cõcluditur 1 Poster. sed illa demonstratio non procedit per causam eius, quod demonstratur in ea, vt patet inspicenti. demonstrat enim Arist. q̃ omne, quod mouetur ab alio monetur per hoc, q̃, si para quiesceret, totum quiesceret, hoc autẽ scilicet quod si pars quiesceret, totum quiesceret nõ est causa quare aliquid mouetur ab alio, nec etiam est. causa propria quare nihil mouetur à seipso primo. vnde manifestũ est, q̃ illa non est demonstratio propter quid. Ex hac relinquitur q̃ sit demonstratio quia cum omnis demonstratio sit propter quid, vel quia Primo Poster. tales autem demonstrationes vocat Commentator demonstrationes per signa. quare &c.

Moueri a seipso.

Tex. c. 32.

Tex. c. 32.

Notãdum.

Perspicuũ quidem est quam efficaciter beati Th. in materia dicta Auerroys impugnat.

AD auctoritatem sancti Thomæ. dico, q̃ ipse forte nõ intellexit demonstrationem Arist. esse demonstrationem propter quid, prout Arist. eam formatin litera. Sed, quia ea dictis Arist. potest accipi causa illius accidentis modo prędicto, motus enim partium est causa motus totius & cã quare toti inest moueri à seipso primo. Sed Commentator intelligit illam esse demonstrationem à signo secundum illũ modum, secundum quem Arist. ponit eam in litera. Et si dicas, q̃ imo intentio Thomæ est, q̃ illa demonstratio prout iacet to litera est demonstratio propter quid. dico, q̃ ego nõ etedo in hoc, sicut nec in aljs concludentibus philosophicis in quibus contradicit Commentatori, sed magis credendum est Cõm. in illis quę debent probari demoostratione, & hoc dictum sit. Quòd autem hæc demonstratio nõ sit demõstratio propter, quid, sic est videre. Cum enim aliqua affirmatio est causa alicuius negationis, non oportet vniuersaliter q̃ affirmatio opposita illi negationi sit causa negationis illius affirmationis, v. g. aliquid esse rationale bene est causa quare non sit hinnibile, sed esse hinnibile non est causa huius negationis. s. nõ esse rationale. Vnde si arguetur sic, omoe quod rationale noo est est hinnibile, sed nis homo est rationalis: ergo nullus homo est hinnibilis. esset demoostratio per causam. Sed si argueretur sic Nullum hinnibile est rationabile: sed omnis equus est hinnibilis: ergo nullus equus est rationalis, non esset demonstratio per causam, sed per signum: similiter est io proposito. Quòd enim aliqua passio iosit alicui subiecto primo, hoc est bene causa, quare noo remouere tur ab eo per remotionem á quocunq; alio, sed nõ oportet q̃ è conuerso, affirmatio sit causa negationis. s. passioem remoueri ab ipso subiecto per remotionem ab alio, sit causa quare non insit illi subiecto primo. Vode, si argueretur sic, homo est risibilis primo: ergo ab homine non remoueretur risibile per remotionem ab alio. hæc esset demonstratio per causam: sed si diceretur è conuerso, risibile mouetur à Socrate per remotionem ab aliquo alio, ergo risibile nõ est primo, Socrati non esset per causam, sed per signum. Et sic est in terminis Arist. q̃. u. moueri remoueretur à toto si remoueretur á parte, hoc non est verè causa, quare moueri non insit primo ipsi toti, quamuis si primo inesset toti hoc bene esset causa, quare non remoueretur ab eo per remotionem ab ipsa parte, & sic non est demoostratio p̃p quid.

RESPON. Vide Gratia Deũ in præsenti lo co. q. 4.

Sed si quod mouetur primum secundum locum & corporalem motum est necesse tangi & continuum esse mouentem, sicut videmus in omnibus hoc contingere: erit enim ex omnibus vnum ipsum omne aut continuum esse &c. Tex. c. 8.

QVAESTIO III.

An ex Omnibus Mobilibus fieri possit vnum Continuum.

QVæritur hic, Vtrum ea omnibus mobilibus possit fieri voum continuum. Arguitur primo q̃ noo. Quia ex illis non potest fieri vnum continuum, quo ium vnum est corruptibile, & aliud est æternum: hæc est manifesta. sed aliqua mobilia sunt corruptibilia, vt illa inferiora, quia habẽt materiam

teriam qua aliquid potest esse & non esse, aliqua verò sunt perpetua, vt corpora cœlestia, vt patet in Comen. 1. Cœli & Mundi: quare &c. Item ex contrarijs non fit vnum continuum: vt ex albo & nigro non fit vnum. Sed aliqua mobilia sunt contraria adinuicem: vt ignis: aqua: aer: & terra. ergo &c. Item continuum est cuius motus est vnus 5. Metaphys. Sed ex omnibus mobilibus non potest fieri vnum habens vnum morum: quia vel ille motus esset circularis, & sic periret motus rectus: quod est inconueniens. vel esset motus rectus: & sic nihil moueretur circulariter. ergo &c. Hæc illud est impossibile quod nunquam fuit nec est nec erit. hæc est euidens, sicut necessarium est quod semper fuit & est & erit semper. Sed nunquam hoc fuit nec est nec erit quòd ex omnibus mobilibus fiat continuum. quia tunc aliquando moueretur vno motu: quod est ridiculum quare &c.

Comm. 8.

Oppositum videtur velle Arist. in litera loquens enim de mobilibus corporalibus dicit sic. Erit enim ex oibus illis tot vnum aut continuum. hic igitur cõtingens accipiat &c.

CONCLVSIO.

Ex omnibus mouentibus & mobilibus vnum fieri continuum impossibile est.

AD quæstionem est considerandum, q intentio Arist in cap. præsenti est demonstrare q est aliquis primus motor ita q non est processus in infinitum in ipsis mouẽtibus. Et potest ratio sic abbreuiari, si procederetur in infinitum in mouentibus, ita q hoc mobile moueretur ab aliquo motore, & ille motor ab alio mouente, & sic in infinitum, sequeretur q motus infinitus posset esse in tpe finito: sed hoc est impossibile manifestum & probatur consequentia, supponendo duo per se manifesta. Primo, q possibile est aliquod mobile moueri in tẽpore finito, vt A mobile potest moueri in vna hora. Secundo supponendum est, q, cum aliquod mobile mouetur à motore, simul mouetur motor & mobile. vt, si baculus mouetur à manu, simul mouetur manus & baculus: similiter autem & in alijs. Si ergo aliquod mobile moueatur ab aliquo motore in determinato tempore, & motor eius mouetur in eodem tempore, similiter motor illius mobilis in eodem tempore mouebitur. & similiter de omnibus illis motoribus & mobilibus. ita q A mouebitur ab ipso, B, & B à C, & C à D. & hoc in illo tempore in quo mouetur A, & ille motus omnium illorum mobilũ est infinitus, cum illa mobilia & mouentia ponantur infinita. & sic sequitur inconueniens prædictum, i. q motus infinitus est in tempore finito, quod est impossibile. Sed aliquis posset respõdere huic rationi, q motum infinitum alterius & alterius mobilis esse in vno tpe finito nõ est inconueniẽs & hoc bene sequitur ex illa positione: esset autem inconueniens motum infinitum vnius & eiusdem mobilis esse in tẽpore finito: & hoc non sequitur ex isto posito. Et Aristote. fortificando rationem dicit, quòd accipiatur ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri vnum continuum: tunc habebitur inconueniens manifestum, scilicet quod motus infinitus vnius & eiusdem mobilis erit in tempore finito.

Opinio prima.

Contra hoc igitur iurgit quæstio proposita. Vtrum ex omnibus mouentibus & mobilibus possit fieri vnum continuum, & est multũ dubitabile & difficile, quid de hoc sit assentendum. Dixerunt aũt quidam q non fuit intentio Arist. ex omnibus mouentibus & mobilibus posse fieri vnum secundum naturam & veritatem, ita, s. q aliquũ sit factum aliquod vnum cõtinuum ex omnibus eis, sed intelligit, q hoc est minus impossibile quàm motum infinitum esse in tempore finito, ita q motum infinitum esse in tempore finito est maius impossibile quàm ex omnibus illis fieri vnum continuum, q motus mensuratur tpe, & sic fieri motus infinitus, fieret in tempore finito. sequit, q motus infinitus esset finitus, & sic vlterius sequitur, q esset finitus & non finitus: quod est manifestius impossibile quàm ex oibus mouentibus & mobilibus fieri vnũ. Modo, regula est, q ex minus impossibili non sequit maius impossibile, & ideo illud impossibile non videtur: sequitur ea hoc q ponitur ex omnibus illis fieri vnum, sed sequitur ex hoc q ponitur esse processum infinitũ in mouentibus & mobilibus, vel saltem principalius sequit ex hoc quàm ex illo. Sed istud, licet ut subtiliter dictum tamen non placet alijs, & forte non sufficit, quia in syllogismo ducente ad impossibile debet accipi falsum, q ponitur ab aduersario cum aliquo vero manifesto & concesso, vel saltẽ demonstrato vel demonstrando, vt patet in 1. Prio. Cũ igitur in illo syllogismo Arist. ducente ad impossibile accipiatur vnum falsum ab aduersario. s. q nullum ut primum mouens, & sit processus in infinitum, reliquum quod assumitur debet esse verum, & non impossibile, vt videtur. Et ideo dicunt alij aliter, & dicunt, q Arist. accipit ibi continuum pro contiguo, sicut & in 1. Meteor. accipit cum dicit, est autem ex necessitate continuus iste mundus lationibus superioribus, vt omnis virtus gubernetur inde. Hoc autem manifestum est nõ esse ad propositum. quia, si poneretur solum ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri vnum cõtiguum, & non vnum continuum, tunc cum hoc staret q illa mouentia & mobilia essent plura & diuersa, & sic totus ille motus esset alterius & alterius mobilis. Et non est inconueniens motum infinitum esse in tpe finito, dummodo sit alterius & alterius mobilis. vnde & in litera dicit Arist. q sic quidem videtur demonstrari propositum, non autem demonstratur scilicet nisi ponatur q sit motus infinitus vnus in tempore finito. Et ideo alij dicunt aliter, quòd ista mobilia & mouentia possunt considerari dupliciter. Vno modo secundum qd sunt quanta & continua. Alio modo quantum ad proprias naturas & determinatas sibi, quibus sunt talia. Primo quidẽ modo est possibile ea omnibus mobilibus fieri vnum continuum, & non repugnat eis inquantum sunt quanta, quod bene sunt vel fiant vnum continuum: quia tunc repugnat omnibus quantis seu corporeis, vt intellexit Aristoteles. Secundo tamen modo scilicet ratione naturarum specialium non est possibile: & hoc modo probant rationes inductæ.

Alia opinio.

Reproba.

Opinio tertia.

Et illam solutionem ponit sanctus Thomas in illis verbis. Sed dicendum quod alio modo accipitur contingens, & possibile cum demonstratur aliquid de genere. & cũ demonstratur de specie. quia cum agitur de specie, oportet accipi vt impossibile omne illud cui repugnat vel genus vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. cum verò agitur de genere, accipitur vt contingens omne illud cui non repugnat ratio generis, licet ei non repugnet differentia constituens speciẽ. sicut si loqueretur de animali possem accipere vt contingens, q omne animal est alatum, & si descenderem ad considerationem hominis, impossibile esset hoc animal esse alatum. Quia igitur Aristo. loquitur hic de mobilibus & mouentibus nondum applicando ad determinata mobilia, omne autem contiuuum vel contiguum, indifferenter se habet ad rationem mouẽtis & mobilis: ideo accipit vt contingens, q omnia mobilia sint continua adinuicem: q tamen impossibile est si mobilia considerentur secundum suas naturas determinatas. Consimilem solutionẽ autem dabat Comment. in præcedenti cap. contra obiectionem, qua dicebatur q in aliquibus mobilibus pars non potest quiescere. Ad hoc enim dicit Commenta. q pars alicuius mobilis potest cõsiderari dupliciter. Vno modo inquantum est corpus, alio modo inquantum ad naturam determinatam talis immobilis, vt cœli aut ignis. Et primo modo potest pars cuiuslibet mobilis quiescere, vel ei non repugnat. Secundo autem modo bene repugnat ei. Contra hanc autem solutionem obijcit ille expositor auctoritatem Auic. quia proposito est simpliciter impossibilis, quando prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ specificæ, licet non repugnet ei ratione generis. v. g. hæc est simpliciter impossibilis, homo est irrationalis, quia repugnat homini ratione formæ propriæ, licet non repugnet ei ratione qua animal. modo, ergo cum pars alicuius mobilis repugnet quiescere ratione propriæ naturæ est ei impossibile simpliciter, quamuis ex natura communi generis ei non est impossibile & non repugnet. Et illam obiectionem ipse expositor non soluit. hæc autem obiectio est similiter contra eum, quia ipsis mobilibus repugnat ratione naturarum propriarum fieri vnum continuum, quamuis ex parte qua mobilia sunt, vel corpora vel quanta non repugnat eis, & sic propositio est simpliciter impossibilis dicẽs q ex omnibus mobilibus fiat vnum. Et sic ex eius dictis destruitur illa responsio, quam assignat, & est mirabile quare ille homo non soluit illam dubitationem, cum sit contra eius responsionem manifestè: & forte magis placuit ei apparenter contradicere & obijcere Commentato. quam soluere dubitationem, quæ est contra suam

Obiectio.

Improbõ.

Ex minus impossibili nõ sequitur maius impossibile.

Improbõ.

Friuola est assimulatio

suam positionem quam soluendo sustinerēt dictum Cōmē. Item illa responsio non est sufficiens. quia, si omnia mobilia possent fieri vnum continuum in ratione qua quanta, vel corpora, vel mobilia, ita ꝙ ratione, qua corpora sunt haberent potentiam ad hoc ꝙ ex ipsis fieret vnum continuum, tunc illa potentia esset otiosa per totum tempus æternum: quia nunquam ex his fieret vnum continuum, & sic nunqoam ex ipsis reduceretur ad actum illa potentia. quasi esset otiosa in æternum ꝙ est impossibile, sicut hē ex multis locis in Philosophia Arist. quarē &c. Et confirm. tur. quia potentia ad cōtinuitatem quam tu ponis in omnibus mobilibus; aut est apta nata attingere suum finem. s. ipsam continuitatem in omnibus mobilibus, aut non. si sic, ergo illa potentia est inaniter. quia nunquam attingit illum finem in omnibus mobilibus, cum nunquam omnia mobilia sint vel fiant continua siue vnum. si non est nata attingere illum finem in omnibus mobilibus: ergo non debet poni in esse, ꝙ omnia mobilia sint vnum continuum, vt manifestum est, & sic semper sequitur inconueniens, vt vī. Bene tū verum est, ꝙ mobilibus, vnde mobilia sunt, velut corpora sunt, non repugnat fieri vnū continuum: quia omnis repugnantia proprie est ratione alicuius oppositionis: nunc autem mobilitas & corporeitas nullam habet oppositionem ad continuitatem, vt manifestum est: & ideo ipsis mobilibus vnde mobilia sunt, vel vnde sunt corpora, nō repugnat per se fieri vnum continuum.

Hæc est intētio: B. I. h. vnde patet qđ hic author inaniter contra eū nititur.

Sed non sequitur ea hoc, ꝙ habeant aliquam potentiam positiuam ſm ꝙ mobilia sunt vel corpora ad hoc ꝙ hant aliquod vnum cōtinuum. Et est simile, constat. n. ꝙ materia prima nullam habet potentiam ad quantitatem infinitam, vt demonstratum fuit in 3 huius. & tñ ipsi composito materiali ratione materiæ & per materiam non repugnat habere magnitudinem infinitam: quia ipsa materia de se nullā habet oppositionem ad magnitudinem infinitam. vnde cū omnis repugnantia directè & per se sit ratione alicuius oppositionis, vt suppono, vī, ꝙ ipsi composito ratione materiæ nō repugnat magnitudo infinita: similiter est in proposito. quare &c.

Tex. cō. 60.

Verum est, ꝙ aliqui nituntur soluere illam obiectionem. cum dī, qñ prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ propriæ, Propositio est simpliciter impossibilis, dicunt, ꝙ verū est sic simpliciter intelligendo. i. ratione principaliorꝫ partis quia ipsa dīa est principaliꝫ genere. sed nō est simpliciter impossibilis. i. vniuersaliter ratione omnium quę sunt in ipso subiecto, imo potest remanere possibilis ratione alicuius alterius, hominem igitur esse irrationalem, hoc simpliciter impossibile. i. ratione principalioris, ꝙ est in ipso homine, sed nō simpliciter. i. totaliter, & ratione omnium. quæ sunt in homine, imo est possibile ratione qua animal: Sed illud nō vī secundum. quia, si homo ratione qua animal habet potentiam ad essendum irrationale, vt hinnibile, sequitur, ꝙ illa potentia sit otiosa per totum tps æternum, quia nūquam homo est hinnibilis ratione qua animal, & sic illa potentia erit frustra, quia frustra est ꝙ est aptum natum attingere aliquem finem, & non attingit 2. Physi. actus autē est finis potentiæ. Item, si homo in eo ꝙ animal habet potē tiam ad esse hinnibile vel irrationale, tunc, si poneretur irrationalis inquantum animal, nullum sequitur inconueniens: possibile. r. positio, in esse nullum sequit impossibile, r. Prio. sed illud est falsum. quia, si homo in eo ꝙ animal esset irrationalis, cum homo in eo quod homo sit rationalis, tunc simul in eadem materia. Cin corpore hominis esset anima rationalis & anima irrationalis, & hmōi talia, ꝙ repugnant impossibile, vel in eodem corpore. C humano esset anima, quā consequitur risibile, & anima quam consequitur hinnibile, ꝙ quidē est impossibile s. si poneretur ꝙ homo in eo ꝙ animal esset hinnibilis. Et pp hæc oīa in hī vī dubium dictum Arist, in hac parte. pōt tñ exponi ſm duos modos. Vnus modus est ꝙ ipse non dicat hoc ſm opinionem & intentionem propria. quia hoc est impossibile ſm naturā rei, sed ipse accipit hoc ſm opinionē & expositionem illorū, cum quibus ipse arguit ibidē. s. qui dicerent, ꝙ nō sit aliqđ primum movens.

Solutio obiectionis.

Reprobō. Non habet potentiā positiuam ad h. vide thomistas.

Tex. c. 62.

Ad hanc positionem sequitur necessario, ꝙ ex omnibus mobilibus posset fieri vnum cōtinuum, quod sic est videre. Si procederet in infinitum in mouentibus & mobilibus, ita quod omne moueus moueretur ab alio in infinitum, mouēs nullum esset immobile: hoc est manifestum. & si nullū esset mouens immobile, nullum esset mobile perpetuum. Detur enim ꝙ sit mobile perpetuum, oportet ꝙ moueatur à motore immobili. cum motor qui mouetur, non moueat mobile perpetuum, vt patet in 8 huius: si igitur nullum esset mouens immobile, & si nullum esset mobile perpetuum, tūc ipsum cœlum esset eiusdem naturæ cum aliquo istorum inferiorum, cum omne corruptibile sit de natura alicuius istorum inferiorum: modo, si cœlum esset eiusdem naturæ cū aliquo istorum inferiorum, multo fortius ista elementa inferiora essent eiusdem naturæ adinuicem: quia magis differt cœlum ab istis inferioribus elementis, quam elementa adinuicem, sicut motus circularis perpetuus existens magis differt a motu recto quàm duo motus recti. quorum nullus est perpetuus, differūt ab inuicem. ergo ista inferiora essent eiusdem naturę adinuicem cum cœlo. Ea talibus aūt potest fieri vnum continuum, vt manifestum est, sicut ex duabus aquis & hmōi. ergo ad illam positionem. s. ꝙ in infinitū procedatur in mouentibus & mobilibus, necessario sequitur ꝙ ea omnibus illis potest fieri voum continuum. Et ideo Aristot. arguens contra illam positionem accipit illud tanquam concessum: & ex hoc cum aliquo assumpto deduxit ad impossibile manifestum. i. ad hoc ꝙ motus infinitus vnius & eiusdem mobilis possit esse in tempore finito, & hoc est bene conueniens. ꝙ cum aliquis arguit contra aliquam positionē ad destruendum eam accipiat illa quæ oportet concedi, tenendo illam positionem, secūdum hoc igitur contradictio erit disputatiua non demonstratiua simpliciter, & hic est vnus modus. Alius modus est, Ad cuius euidentiam considerandum, quòd cum aliqua propositio hypothetica est vera & necessaria, licet eius antecedens sit impossibile, oportet concedere illud esse falsum, ex quo sequitur destructio illius cōditionalis, vt declaratum fuit prius, & sic etiam cum aliqua conditionalis sit impossibilis, oportet illud iudicare esse falsum ea quo sequitur illam hypotheticam esse veram verbi gratia, ista hypothetica est falsa impossibilis, cū hoc ꝙ suum antecedens est impossibile, si homo est asinus homo est risibilis. vnde omne illud, ad ꝙ sequitur esse eam veram debet iudicari esse impossibile, sicut si diceretur. ꝙ omne animal est risibile, tunc sequitur quòd si homo esset asinus ꝙ ipse esset risibilis, & ideo oportet illud esse impossibile. s. quod omne animal sit risibile. modo, illa hypothetica est falsa & impossibilis, cum hoc, ꝙ suum antecedens est impossibile, scilicet si ea omnibus mobilibus fieret vnum continuum, tunc motus infinitus fieret in tempore finito: hoc. n. non sequitur, sicut non sequitur, si homo esset asinus, ꝙ ipse esset risibilis: & hoc manifestum est parum etiam exercitatis in Philosophia Aristo & ideo oportet illud iudicare esse falsum & impossibile. ea quo sequitur huiusmodi conditionalem esse veram: modo, sine dubio, si esset processus in infinitum in mouentibus & mobilibus, necessario sequitur illā esse veram, ꝙ si ea omnibus mobilibus fieret vnum continuum, tunc motus infinitus fieret in tempore finito vt manifestum est consideranti prædictam deductionem Aristo. Dicemus igitur non esse intentionem Aristo. ꝙ ex omnibus mobilibus possit fieri vnum continuum, nec contingit hoc ponere in esse simpliciter & absolutè, sed, ꝙ si hoc poneretur, adhuc ea eo non sequitur quòd motus infinitus fieret in tempore finito, sed sequitur ea alio posito ab aduersario scilicet ea eo quòd ponitur esse infinita mouentia & mobilia. Argueretur ergo quasi sic colligendo demonstrationem Aristotel. Si procederetur in infinitum in mobilibus & mouentibus, tūc sequitur, quod, si omnia essent continua, quòd motus infinitus posset fieri in tempore finito, ita quod sequitur illam hypotheticam esse veram, si ex omnibus mobilibus fiat vnum continuum, tunc motus infinitus fiet in tempore finito: sed hoc est falsum impossibile. Nam quantumcunque poneretur per impossibile, ꝙ ea omnibus mobilibus fieret vnum, non deberet inde sequi quòd motus infinitus fieret in tempore finito. ergo & illud est impossibile scilicet quod mouentia & mobilia procedant in infinitum. ergo. &c. Et istos duos modos exponendi litteram Aristotel. in hac parte considera diligenter: & si sint sufficientes, redde gratias Deo tuo supremo. si non, inquire meliores: quia mihi non appārent meliores ad præsens. Rationes, procedunt vijs & viis prædictis, & tu considera per te.

Conditionalem veram vel falsam quid sequit

Primum

Tex. c6.9. *Primum aũt mouens non sicut quod est cuius causa, sed vnde est principiũ motus est simul cum eo quod mouetur. Si mul autem dico, quia nihil ipsorum medium est motus &c.*

QVAESTIO IIII.

An in motu Locali mouens & motum simul sint.

HIc quæritur primo, Vtrum in motu locali mouens sit simul cũ moto. Arguitur primo ꝙ non. quia remouens prohibens mouet graue in actu, vt vult hic Arist. sed ipsum remouens prohibẽs non est simul cum graui per totum motum, vt manifestum est ad sensum. cum enim aliquis remouet columnam detinentem lapidem sursum, & graue mouetur deorsum, illud remouens non est simul cum graui per totum motum. ergo &c. Item motores corporum cęlestium mouent ipsa corpora cœlestia. sed illi non sunt simul cum corporibus cœlestibus. quia illa dicuntur esse simul, quæ sunt in eodem loco Quinto huius. Intelligentia autem mouens cœlum non est in loco, cum sit sine magnitudine, vt patet ex illo Octauo: quare &c. Item, cœlum mouet omnia illa inferiora, quę mouentur localiter, vt patet ex isto Octauo: & ipsum non est simul cum eis, cum elementa sint intermedia. ergo &c.

Tex. c. 22 Tex. c. 79 Tex. c. 76 Tex. c. 37. Tex. c. 3:

Oppositum arguitur auctoritate Arist. Item ratione quia causa & causatum sunt simul, Secundo huius, & Quinto Metaphysi. sed mouens est causa motꝰ. ergo &c.

CONCLVSIO.

Mouens actu & mobile actu simul sunt tempore, vt mouens propinquum & mobile non sunt simul in eodem loco primo sed simul in eodem loco, quasi posiuue, id est sicut forma suo inhærens subiecto.

Aliqua mouentur localiter duobꝰ modis.

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ sicut dicit Arist. in litera, Eorum, quæ mouentur localiter quædam mouentur à se, sic intelligendo ꝙ habent vnam partem mouẽtem, & aliam motam, vt animalia animam & corpus sm Cõmentatorem hic: alia verò mouentur ab alio, ita. s. ꝙ motor nõ est intrinsecus moto, vt forma subiecto, & hæc est quatuor modis, sm ꝙ sunt quatuor motus locales ab extrinseco motore vnus est Pulsio, alius Tractus, alius Vectio, & alius Vertigo. Pulsio quidem est motus, quo aliquod corpus mouet aliud corpus a se ad aliud, ita ꝙ ibi ipsum mouens. s. pellens est sicut terminus à quo habet duas species, sm Arist. in litera. s. impulsionem & expulsionem. Impulsio quidem est cũ mouens ꝙ mouet non deficit. i. cum ipsum mouens, ꝙ incipit talem motum, concomitatur mobile per totum tempus motus: sicut aliquis manu sua elongat aliquid à se semper tangendo ipsum. Expulsio verò proprie dr, cum expellens deficit, id est cum expellens non concomitatur mobile siue expulsum per totum tempus motus, ita ꝙ moueatur cum eo, vt cum aliquis projiciat lapidem vel emittit sputum vel aerem quẽ inspiraverat, ita ꝙ sputio & expiratio sunt quædam expulsiones. Tractus verò est motus, quo aliquod corpus mouet aliud corpus ad se, vel ad alterum quasi ad terminum ꝙ in tali motu mouens est quasi terminus ad quem, inquantum appropinquat mobile ad seipsum, vel ad alterum quasi ad se. Trahens enim aliquando est naturale, ita ꝙ non voluntarium, & hoc semper mouet ad se cum trahit: aliquando verò est voluntarium, & tunc aliquando mouet ad se, & aliquando vtitur alio tanquam seipso, & sic trahit ad ipsum, vt inuit Cõm. Vertigo autem est motus compositus ex expulsione & tractu. illud enim, quod mouet motu illius vertigmis, pellit aliquid ipsius mobilis & aliquod trahit, vt forte cum aliquis vertit rotam, qua trahitur aqua de puteo, ibi enim pars superior roræ trahitur & alia pars inferior ad malos pellitur. Sed vectio est proprie cũ aliquid mouetur ad motum alterius, quod quidem alterum pellitur vel trahitur vel vertigine ducitur, vt cum quis trahat nauem, & aliquid sit conteutum in illa naui, tunc illud dicitur vehi: & si quis projceret vas, in quo contineretur vinum, tunc illud vinum vehitur: & siquis verti rotam & homo insideret super illã, tunc ille vehitur. vnde Arist. dicit, ꝙ illud, quod vehitur, nõ mouetur sm se, sed sm accidens. In eo enim quod est in eo quod mouetur, aut super illud quod mouetur, mouetur ipsum quod vehitur, & subdit, ꝙ vehens mouetur, aut pulsum aut tractum aut vertigine ductum. Sed hic est vnum dubiũ. quia, si aliquod animal mouet seipsum, vt equus, vel asinus, aut huiusmodi quodcunq;, illud, quo ledet super ipsum vehitur, vt si homo sedens super equum ambulat autem vehitur ab ipso equo, & tamen equus non pellitur neque trahit nec vertigine ducitur, cum omnes isti motus sint motus ab alio, vt dicit in litera. & animal mouetur à se, vt etiam patet in 8. ergo falsum videtur dicere Arist. quando dicit, ꝙ vehens mouetur. Forte dicendum, ꝙ licet animal vehens secundum se totum nõ moueatur pulsu nec tractu, tamen aliqua pars ipsius, vel aliquæ partes mouentur pulsu aut tractu. vnde in Tertio de Anima dicit, ꝙ omnia pulsu & tractu mouentur sup. animalia vel ordinatiua motus processus. vnde vna pars est pellens & alia pellitur, & vna trahens & alia trahitur aliquo modo, vt habet videri ibidem. Motus enim cordis est compositus ex motu dilatationis & motu cõstrictionis, & in motu dilatationis aliqua pars pellitur & elongat à media parte cordis, in motu constrictionis illæ partes exteriores attrahuntur ad ipsum medium partetem cordis. Et sic intelligendi sunt illi motus. Vlterius considerandum, ꝙ mouens est duplex. s. mouens remotum, & mouens propinquum. Mouens propinquum est inter quod & mobile, nullum est aliud mouens, vt manus mouens baculum lapidem, vel aerem sine motore intermedio. Mouens verò remotum est inter ꝙ & ipsum mobile est aliud mouens propinquius mobili, vt cum manus mouet baculum, & baculus lapidem & manus est mouens remotum. similiter autem & in alijs huiusmodi. Item intelligendum, ꝙ aliqua intelliguntur esse simul dupliciter. Vno modo simul tempore, alio modo simul secundum locum. Et adhuc simul secundum locum potest intelligi dupliciter. Vno modo ponitur scilicet quod sit simul in eodẽ loco propinquo, vt anima simul est cum corpore, & vniuersaliter forma inhærens cum suo subiecto. Alio modo quasi priuatiue, & hic dicitur esse simul est cum alio quod est ei contiguum, ita quòd inter ipsa non est medium aliquod neque plenum neque vacuum.

Motus cordis est cõpositus ex motu dilatationis & cõstrictionis. Mouens est duplex. Esse simul quo intelligitur.

Tex. c. 39. Tex. c. 55. Dubitatio.

Tex. cõ. 18

Tunc dico ad quæstionem ita. Primo, quod mouẽs actu & motum actu sunt simul tẽpore. Quod sic probatur, illa, quorum est vnus actus, qui non potest esse nisi es illente vtroq; illorum, sunt simul tempore, sed mouentis actu & moti est vnus actus, qui non potest esse nisi sit mouens & mobile: ergo &c. Maior est manifesta. postquam enim aliquorum est vnus actus in vno tempore existens vel in instanti, & ille nõ potest esse nisi sit vtrunq; illorum, oportet ꝙ vtrunque illorum sit in eodem tempore cum alio, vel in eodem instanti, & sic sunt simul. & Minor apparet. Nam mouentis actu & moti est vnus actus. s. motus, vt patet in 3. Phys. & ille actus siue actio in tempore, vt motus continuus, siue sit in instanti, vt indiuisibilis mutatio, non potest esse nisi sit mouens actu & motum actu, vt manifestum est cuilibet intelligenti: motus enim non habet esse nisi a motore & conseruatur, sed similiter motus est actus mobilis: ideo non potest esse nisi sit mouens & motum. ergo mouens & motum sunt in illo tempore vel in instanti, in quo est motus: ergo sunt simul tempore. Vel formetur ratio sic & melius. Illa, quæ sunt in eodem tempore vel in instanti, sunt simul tempore: hæc est manifesta. sed mouens & motum secundum actum sunt huiusmodi. cum enim motus vnus sit in vno tẽpore, vel in instanti, & motus nõ potest esse nisi sit mouens & mobile: manifestum, est, ꝙ in eodem tempore vel in instanti in quo est motus, & mouens & mobile. ergo &c. Item, aut mouens & mobile sunt simul, aut mouẽs est in aliquo tempore, in quo non est mobile, aut è conuerso. Si primo modo dicatur, hoc est quod volo. si dicatur secundo modo. s. ꝙ mouens actu est in aliquo tempore, in quo nõ est mobile, sequitur, ꝙ motus sit sine mobili: quod est impossibile, quia non potest esse mouens actu nisi sit motus: & sequitur necessario, ꝙ motus esset hoc mobile: quod est impossibile, quia motus est actus mobilis, inquantum mobile & huiusmodi. ergo &c. Secundo dico, ꝙ mouens & mobile propinquum non vniuersaliter sunt simul, secundum locum, secundo modo essendi simul. s. ꝙ sint in vno loco proprio, quia duo corpora no possunt simul esse in eodẽ loco, Quarto huius. sed mouens propinquum & motum aliquando sunt duo corpora, vt manifestum est ad sensu: quare &c. Tertio dico, ꝙ omne mouens

Conclusio secunda.

Conclusio tertia.

propin-

propinquum est simul cum mobili tertio modo simoltatis. Dico io motu locali, quia omne, quod mouet localiter, vel mouetur ab alio vel a seipso: sed in mobilibus talibus mouens propinquum est simul cum muto illo modo: ergo &c. Maior patet per diuisionem sufficientem. Et minor apparet primo quidē, qm in motu quo aliquid mouetur à seipso mouens sit simul cum mnto manifestum est, quia ibi tale mouens est anima. & motum est corpus sm Cōm. anima aūt si mul est io corpore, ita q oullum eū medium inter ipsa neq; plenum neq; vacuum. Et vt magis vniuersaliter dicamus, in omni moto ex se mouens est immisceū aliquo modo. quod non esset si inter ipsa esset aliquod medium sioe plenum siue vacuum. In illis autem motibus mouens est simul cum moto. d. in pulsione & tractioone &c. nō. n. aliquid impelleret aliud à se ad aliud, nisi esset ei appropinquatum & tangens ipsum aliquo modo. dico tanq̄ pelleos propioquum. Similiter in tractu, nūquam. n. aliquid mouetet aliud ad se vel ad aliud quasi ad se tanquā mouens propinquū nisi esset contiguum. homo per manum suam non traheret aliquid ad se nisi manus aliquo modo tāgeret ipsum, & sic in motu pollionis & tractionis mouens propinquum simul est cum moto. Vertigo aūt composita est ex istis duobus: vnde idem iudicium est de ea & de istis quantum ad hoc. Vectio aūt est motus, quo aliquid mouetur per accidēs. s. ad motum alterius: quod quidem alterum mouet vel pulsione, vel tractione, vel vertigine. Vñ, si in illis motum est simul cū mouente & è cōuerso, & in isto. quare &c. De mouente autem remoto dicuot aliqui, q vniuersaliter nō est simul cum moto: quia inter ipsum & motum est aliquod medium. & si hoc intelligē de mouente remoto corpore, tunc est verum q ioter ipsum & suum mobile bene est cnrpus medium, vt inter cęlum & terram & huiusmodi. Si verò intelligitur de mouente remoto incorporeum & suum motum est alius motor medius, qui est propinquior in natura ipsa mobili quàm sit mouens remotum. Circa dicta sunt dubitationes quædam. Prima est de motu proiectionis, quæ est quædam species pulsioois. s. expulsio, quia ibi manifeste videtur q mouens & motū non sunt simul. quia cū homo proijcit lapidem manu sua, vel cū aliquo instrumento, vt, cum arcu proijcit sagittam, aut alio huiusmodi, manifestum est, q ipsum proijciens nō est simul cum mobili proiecto, nisi solum ante principium mōtus. nō enim sequitur ipsum vsq; ad finem motus, vt patet ad sensum. quare &c. Item, sensibiliter apparet, q quidam lapis, q dicitur magnes attrahit ferrum de longuisqua distantia, & nō est ibi simul lapis cum ferro. quare &c. Item, aliud est dubium. quia Arist. in Secundo de Anima in capitulo de Tangibili, ostendit, quod inter duo corpora solida, id est firma, & hxa existentia io aere vel in aqua oportet esse necessario aerem medium, aut aquam. Ponamus igitur, quod homo manibus suis attrahit ad se aliquod aliud corpus, vt lapidē aut nauem, oportet inter illa corpora esse aerem medium, & tuc non sunt simul, cum ista solum dicantur simul esse, quorum nullum est medium, nec plenum, nec vacuum, vt dictū est. Nec est dicendum, q ille aer interceptus inter manus & nauem vel lapidem vel lignum sit trahens propinquum ipsius lapidis aut ligni. Ridiculum enim videtetur esse: q ita paruum corpus & insensibile, vel quasi traheret vnum ita magnum corpus & tam graue sicut est lapis aut ferrum, aut lignum. ergo videtur quōd in motu tractus mouēs non est simul cum moto.

Dubitatio prima.

Tex. c. 1 t 3.

Ad primum istorum dico breuiter, q in motu proiectionis, licet primum proijciens, vt manus aut arcus nō sit simul cum moto proiecto, tñ mouens propinquum semper est ibi simul: quia motus proiectionis sm Aristot. 8. huius, fit hoc modo q ipsum primum proijciens, vt arcus aut manus mouet ipsum proiectum, & simul cum eo mouet aliquam partem medij. d. aeris vel aquæ, & illa sic mota tenet virtutē mouendi cessante primo proijciente. Io corporibus. n. talibus interminatis. l. in aere & aqua pñt contiogere q recipiunt virtutem mouendi postquā fuerint mota cessante motu primo, vt dicit ibi Arist. & Commentator: & tunc illa pars sic habens virtutem mouendi adhuc mouet lapidem. & quandam aliam partem, cum hoc dando illi alteri parti virtutem mouendi, & illa mouet lapidem, & cum hoc quandā aliam partem, & sic consequenter. Et ember pars posterior recipit virtutem mouendi debiliorem quàm prior: & hc tandē peruenit ad partem aeris, quæ mouetur à precedente, sed nullam habet virtutem mouendi proiectum, nō alium partem, & tuc cessat motus proiectionis, & lapis secundum naturam suam descendit deorsum. & hc patet, quod in motu proiectionis mouens propinquum est simul cum moto. Mouens verò primum, scilicet primum proijciens non est simul per totum illum motum, & de illo dicit Commentator, qd ipsum mouens mouet proiectum, non quia tangit, sed quia tetigit. Et quamuis aer sit vnigeneum corpus, & similiter aqua, tamen non est impossibile q vna pars recipiat prius alij quam, virtutem mouendi quam alia, & per illam virtutem sic receptam mouebit aliam. & sic semper vsq; ad aliquam partem, quæ recipiet virtutem ita debilem, quòd non dabit alteri virtutem mouēdi, sed solum mouebit illam. Virum autem ille motus proiectionis sit continuus, bona difficultas est, sed habet locum io Octauo huius, & hic nō. Et etiam bene est difficile, quid sit illa virtus motiua, quam recipit pars aeris cessante primo, proijciente, & sic de alijs, & de hoc alibi. Ad aliud dicit Commentator, quòd attractio dicitur duplicitet. Quædam enim est attractio, in qua trahens mouetur cum ipso tracto, & hæc est attractio vera, de qua Arist. hic loquit. & in ista semper oportet, q trahens propinquum sit simul cum tracto. Alia est attractio æquiuocè vel impropriè dicta, in qua ipsum trahens cum trahit non mouetur motu locali, sed quiescit, vt magnes attrahit ferrum, & hæc quidem attractio non est proprie attractio, de qua Arist. loquitur. nam attractio est motus ab alio & non a se. motio, cum magnes trahit ferrum ipsum ferrum quodammodo mouet seipsum ad magnetem, vt dicit Commentat. quòd ipse declarat. quia ferrum non mouetur ad magnetem nisi ac quisuerit ab ipla aliquam qualitatem, quam non habebat prius. & huius signum est: quia, cum magnes sistatur ab alio non mouetur ferrum ad ipsum: per hoc non videtur esse propter aliud, nisi quia per ipsam fricationem impeditur ab alteratione aeris. Et signum est, quia ferrum non mouetur ad magnetem, nisi fuerit in aliquā debita distantia non nimis magna. Et hæc omnia significant, quòd lapis confert virtutem ferro aliquam, qua mouet seipsum ad magnetem: & sic ille motus non proprie est ab alio corpore localiter moueote ipsum immediatè, & idem refutat Commēt. in Octauo huius: quare non valet illa instantia. Tertium verò est mihi difficile aliquantulum, sed mihi ferè sufficit id mouisse. posteriores inquisitiones inuenant. Diceret aliquis, quando ille aer, qui est medius inter duo corpora solida, quorum vnum trahit alterum vel pellit, ille dico est aer trahens propinquum illius corporis, aut etiam pellens ipsum. Et tu dicis, hoc est ridiculum, quòd tam paruum corpus moueat ita magnum corpus, sicut est ferrum, aut lignū, diceretur, quod huiusmodi corpus, quamuis sit paruū quantitate, tamen est magnum secundum virtutem, cum motum est ab alio fortis virtutis. Et hoc est videre in motu terræ vbi secundum Aristotelem, in Tertio Meteor. spiritus inter ceptus infra terram partius existens respectu terræ vnam magnam partem terræ & multum graué mouet & sic de alijs corporibus subtilibus. Aliter dicunt aliqui, quòd intentio Arist. fuit inter mouens & mobile non esse aliquod medium notabilis & manifestæ quantitatis, tamen bene concederet ibi esse medium immediatum & insensibile, quasi propter paruitatem aut cum difficultate sensibile. Aliter dicit potest, & forte melius, quòd inter mouens propinquum & ipsum motum non est medium per se & necessario requisitum ad motum, sed tamen potest ibi esse medium, quod nō est necessario requisitum ea parte motus, sed concurrit propter alia causam, scilicet quia duo corpora in aere & aqua non possunt non esse humectata in suis extremitatibus humiditate aerea aut aquea. & sic necessario intercipitur inter ea aliqua portio aeris aut aquæ, vt ibi dicit Aristotel. sed hoc non exigitur per se ad motum, ita, scilicet quòd sine ipsa non fieret motus, imo sine tali medio æque bene fieret motus localis. Et forte ista est vera solutio.

Tex. c. 85

Responsio. Ad primū.

Ad secūdū. Attractio ē duplex.

Ferrum mouet seipsum ad magnetē

Commē. 5.

Ad pri-

RESPON. AD primam rationem dico, ꝙ remouens prohibens nõ est causa propinqua motus totius grauis aut lenis, sed, cum prohibens est remotum, tunc ipsum graue diuidit medium & mouet, & ipsum medium motum mouet graue, & illud simul est eum graui. similiter autem in leui. Verum autem graue moueat seipsum pure per accidens, & nullo modo per se, inquirendum est in Octauo huius. Ad aliam dico, ꝙ motores corporum cœlestium non sunt simul cum ipsis corporibus cœlestibus isto modo simultatis scilicet ꝙ sint in eodem loco proprio cum eis, sicut bene argnebatur. sed sunt simul sic, quòd inter eos & corpora cœlestia non est aliquod medium, quo distent ab eis nec plenum nec vacuum, & sic intelligitur. Ad aliam dico, quòd cœlum non mouet ista inferiora nisi sicut mouens remotum, & non vt propinquum & proprium: ideo non est contra dicta.

Tex. c. 11. Tex. c. 11. *At verò neque alterati neque alterantis nullum est medium: hoc autem ex inductione manifestum. in omnibus enim accidit simul esse alterans quod vltimum est, & primum quod alteratur &c.*

QVAESTIO V.

An Alterans & alteratum sint simul.

Tex. c. 37. & 51. COnsequenter quæritur, Vtrum alterãs sit simul cũ alterato. Arguitur primo ꝙ non. quia Sol alterat illa inferiora ad caliditatem & siccitatem, vt manifestum est, & tñ ille Sol non est simul eum ipsis inferioribus quæ &c. Item, sensibile alterat sensum, vt patet Secundo de Anima. sensibile enim mouet sensum & non mouet ipsum motu locali, neque motu augmentationis, aut diminutionis, neque motu generationis & corruptionis, ergo relinquitur ꝙ motu alterationis. sed sensibile non est simul cum sensu, vt manifestum est: color enim, cum videtur non est simul cum visu, nec tangibile cum tactu, cum semper sit ibi medium extrancum inter tangibile & tactum, secundum Arist. in Secundo de Anima. ergo &c. Item, imagi-

Text. c. 11. nario vnius hominis alterat corpus alterius, vt videtur manifestum per fascinationes, quibus vnus homo alterat corpus alterius & trãsmutat imaginationem suam ad aliquam malam dispositionem, vt dicitur de quibusdam vetulis maleficis, sed imaginatio vnius non est simul cum corpore alterius, vt manifestum est. ergo &c.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotelis, in litera.

CONCLVSIO.

Alterans propinquum simul est cum alterato, non autem alterans primum seu remotum.

INtelligendum breuiter, ꝙ de alterante distinguẽdum est, quemadmodum distinguitur de mouente localiter. s. ꝙ est alterans propinquum, inter quod & ipsum alterabile nõ est aliquid aliud alterans, & est alterans remotum, inter ꝙ & luum alterabile est aliquod alterans. Intelligendum est etiã ꝙ duplex est alteratio. vna est, quæ est permutatio de vna qualitate ad aliam qualitatem contrariam, ita ꝙ non solum acquiritur aliqua qualitas in alterabili, sed etiam remouet vel abijcitur qualitas contraria inexistens in eo, vt cũ ignis calefacit aquam, & sic in similibus. & hæc vocatur alteratio proprie dicta: alia est, quæ est mutatio ad aliquam qualitatẽ sine abiectione contrarij præexistentis in passo. vt corpus luminosum præsente diaphano ipsum alterat illuminando, nõ tamen abijcit aliquam qualitatem præexistentem contrariã quia lumini nihil est contrarium proprie. & consimilis alteratio contingit in omnibus virtutibus animæ cognoscitiuis animæ dico humanæ, sicut patet ex 2. & 3. de Anima, & dr

Tex. c. 52. alteratio improprie dicta, quæ est salus & perfectio. Primã

Tex. c. 27. etiam vocant aliqui alterationem corruptiuam, Secundam verò perfectiuam, & bene. Tunc dicẽdum ꝙ alterans remotum nõ est simul cum alterato, quia inter ea est aliquod medium, ꝙ patet cum ignis calefacit parietem mediante aere. Secundo dico, ꝙ alterans propinquum est simul cum alterato primo modo simultatis, ꝙ inter ea non est medium aliquod nec plenum nec vacuum. Et hoc probat Arist. in litera hac ratione. Omnis alteratio vel est alteratio sensus, vel alteratio alicuius rei alterius, quæ nõ habet sensum, alteratio autem, quæ fit in alijs rebus, est similis alterationi sensus, cum omnis alteratio fiat secundum qualitates sensibiles, vt ipse supponit, & post declarabitur. Sed alterans propinquũ in alteratione sensus est simul cũ alterato. quòd patet, quia sensibile immutat medium, & medium immutatum immutat sensum. vnde, cum ipsum sit simul cum sensu ideſt contiguum ei, sequitur inteutum. verbi gratia color immutat aerem, & aer immutatus immutat oculum similiter autem, & in alijs. sit ergo ratio talis, Omnis alteratio vel est alteratio sensus, vel alicuius alterius rei carentis sensu. Sed in alteratione sensus, & in alteratione alterius rei, alterans propinquum est simul cum alterato. In alteratione quidem secundum sensum. quia sensibile alterat medium & ipsum medium alterarum alterat sensum, in alijs alterationibus similiter: quia omnis alteratio est similis alterationi sensus, cũ omnis alteratio fiat secũdum qualitates sensibiles, à quibus sensus alteratur. Sic potest ordinari ratio Aristot. Item, hoc potest probari aliter. Ponamus, ꝙ iguis alterer aquam, ita quòd, ipsa aqua sit immediatum alteratum, inter quod & ignem non sit aliquod medium alterabile ab igne, nec aliquid aliud alterans: tunc quæro, vtrum ignis sit simul cum aqua, ita ꝙ inter vltimam superficiem aquæ, & vltimam superficiem ignis non sit aliquod medium, aut sit ibi aliquod medium. si primo modo, habetur propositum: quia idem debet esse iudicium de quocunque alterante propinquo & alterabili. si sit aliquod medium, aut illud est plenum aut vacuum, nõ est dicendum, ꝙ sit vacuum, quia impossibile est esse vacuum, vt demonstratum est in Quarto Physicorum. si dicatur, ꝙ illud medium est plenũ aliquo corpore sensibili. aut illud mediũ est de natura ignis, aut aquæ, aut de natura alicuius alterius corporis naturalis. non est de natura ignis, quia tunc esset propinquius alterans quàm ille ignis, qui ponebatur alterans propinquum, & sic esset alterans propinquum & nõ propinquum. nec de natura aquæ, quia sic illa aqua intermedia esset propinquius alterarum quam illa, quæ ponebatur propinqua. Si vero diceretur, ꝙ illud corpus intermedium esset aliquod aliud corpus naturale, aut esset corpus simplex, aut mistum, & quodcunq; illorum demõstretur, oporteret quòd illud prius pateretur ab igne quàm ipsa aqua, quæ distaret ab igne: & sic ista non esset propinquum alteratum ab igne, cuius oppositum ponebatur. Et, si quis diceret ꝙ illud intermedium nihil omnino pateretur ab igne, & tamen ignis agit in aquam illo existente intermedio, tunc quantumcunq; ignis distaret ab aqua per aliquod medium posset agere in ipsam cuius oppositum patet ad sensum. non esset enim aliqua ratio, quare ignis posset agere in aquam existente tali medio nihil passo: quin eadem ratione posset agere in ipsam existente quantumcunque magno corpore inter ignem & aquam. Causa enim, propter quam ignis potest agere in aquam mediãte aliquo corpore paruo, & non mediante magno, non est nisi, quia illud paruum corpus potest pati ab igne & nõ magnum corpus, vnde, si posset ignis agere in aquam mediante paruo corpore penitus nihil passo ab igne, eadem ratione posset agere in aquam mediante corpore magno penitus nihil passo: & hoc est manifestum impossibile.

RESPON. AD primum dicendum, ꝙ Sol non est propinquum alterans ista inferrora, sed alterat ea mediantibus orbibus inferioribus & elementis inferioribus, nec oporter ꝙ orbes intermedij calefiant à Sole, vt dicit Alesand. super Primum Meteororum, sed sufficit quòd aliter tranlmutentur ab ipso. s. ꝙ recipiant lumen ab ipso: & hæc non est alteratio eorruptiua, quia talem non recipiunt corpora cœlestia, Primo Cœlt & Mundi, sed solum alterationẽ perfectiuam. Nec est necessarium ꝙ semper medium inter mouens & motũ moueatur illo eodem motu, quo mouetur vltimum motum, vt videmus, quòd, cum vrinale nouum & clarum exponitur radijs Solis, & ponitur ilnpa ad partem posteriorem incenditur stupa & inflammatur mediante vrinali, & tamen ipsum vrinale non inflammatur, sed aliter tranlmutatur. s. quia illuminatur & reflectitur ibi lumen: & sic in multis alijs. Ad alia dico, ꝙ sensibile non alterat sensum sicut alterans propinquum. sed alterans propinquum est ipsum medium alteratum. Ad aliam de imaginatione, considerandum, quòd imaginatio in actu aliquando facit aliquam alterationem in

Mediũ non semper mouetur motu vltimi moti

corpore

corpore ipsius imaginantis. sicut sensibiliter apparet, cum aliquis fortiter imaginatur venerea, fit quædam calefactio circa inembres genitalia maxime autem ꝙ aliqit mouetur membrum virile, & erigitur sine imperio rationis, vt etiam tangit Arist. in 3. de Anima rapide mouente aut, & hoc est pro tanto, quia species rei delectabilis quodammodo habet virtutem rei delectabilis. & similiter de intellabili, vt Arist. docet in de Causis motus animalium. Imaginatio igitur facta in actu per speciem rei delectabilis præcipue, si sit fortis imaginatio & diu continuata, & corpus sit dispositum sufficienter, inducit aliquam dispositionem in ipso corpore imaginantis puta caliditatem, vel frigiditatem, vel hmói, & tbi alteratis bene est simul cum alterato propinquo. quia puto, ꝙ talis alteratio fit per hunc modum, quia spiritus existentes in organo imaginatiuæ virtutis alterantur ab actu ipsius imaginationis habente quodammodo virtutem ipsius rei, quæ imaginatur, & illi spiritus calefacti calefaciut alios vel alias partes corporis quoulq; peruenitur ad illa membra. Et sore per consimilem modum contingit, ꝙ mulier imaginans leprosum actu cottus concipit leprosum, quia tunc ipsa fortiter timet concipere leprosum, & spiritus retrahuntur ad interius, & congregantur, & caliditate sua excessiua calefaciunt semen, & sic dispositur ad lepram. Sic igit aut simili modo contingit ꝙ imaginatio alicuius facti aliquam alterationē in corpore imaginantis. Sed vtrum imaginatio vnius habet tranimutare & alterare corpus alterius difficile est. Dicunt tamen aliqui ꝙ sic, & attribuitur Auicen ꝙ probat experimento sic, quia quædam mulier imaginabatur camelum cadere in foueam, & ipse cecidit in illam. & ita dicunt contingere in multis aliis. vnde dicunt de quibuldam veteribus maleficis, ꝙ respicientes pueros & imaginantes ipsum interficere, interficiunt, aut faciūt infirmari manifeste. Sed hoc non bene videtur posibile. quia, si imaginatio alicuius transmutaret corpus alterius, aut ipse aliquid ageret in medium, quod est inter corpus imaginātis, & alterium corpus, aut nihil. si diceretur ꝙ ageret aliquid in ipsum medium extrinsecum, hoc non videtur esse, nisi per spiritus emissos ab organo imaginationis ad exterius, non est autem verisimile bene, ꝙ spiritus deseruientes imaginationi, vel etiam alij spiritus existentes in corpore imaginantis, possint protendi & diffundi per tantum spatium & habere tantam virtutem alteratiuam, vt obtineant supra corpus alterius animalis. Si autem diceretur, ꝙ ipsa imaginatio agit in corpus alicuius, nihil agendo prius penitus in medium, tunc quantumcunque distet illud aliud corpus, imaginatio poterit agere in ipsum. vt si quis imaginaretur aliquid existens Romæ, posset agere in illud, ꝙ videtur absurdum. Et adhuc dato ꝙ imaginatio vnius ageret in corpus alterius per spiritus emissos & transmutantes aerem interinedium, non habetur ex hoc, ꝙ alterans non sit simul cum alterato, imo cōtrarium. De hoc autem non multum certus sum, quid est tenendum. Quod autem dicitur de experimento illo potest dici, ꝙ, si hoc contingit, hoc fuit a casu, & non per se caulatum ab imaginatione, & est simile sicut aliquo imaginante corruscationem, vel tonitruum, & ipse putaret hoc esse caulatum ab imaginatione sua: hoc enim ridiculum videretur. Quod autem dicitur de vetulis fascinantibus infantes, potest dici, ꝙ, si hoc est, nō est propter imaginationem proprie & per se, sed hoc forte contingit per istum modum: quia in corporibus talium verularum sunt quidam humores corrupti & venenosi, a quibus retolnuntur quidam fumi subtiles quam per totum corpus. sed quia oculus est pars corporis multum porosa, vt dicitur in anatomia, ideo specialiter illi fumi exeunt per oculos magis. vnde, cum illa vetula diu & fortiter aspicit faciem pueri, illi fumi subtiles perueniunt ad faciem ipsam pueri, & ad pueruin mediante aere, & attrahuntur a puero per inspirationem cum aere, & illi peruenientes ad interiora inducunt aliquam malam qualitatem, & sic interficiunt vel infirmant puerum pastibilem existentem. Diceretur ergo, ꝙ hoc non facit imaginatio per se & proprie, sed forte concomitatur per accidens actus imaginandi. ꝙ si imaginatio per se conc̄deretur hoc facere modo prædicto, adhuc alterans propinquum simul esset cum alterato, & sic nihil cōtrapositum. Quod tamen imaginatio sit causa multarum alterationum in corpore imaginantis, hoc non est impossibile, vt tactum est. Et huius rō pōt capi ex illis, qui vocant Amorchetos. Adeo it. fortiter & continue imaginant rem amatam & concupiscūt, ꝙ ipsi incidunt in agritudines magnas, & cum difficultate sanari possunt, nisi habeant qd concupiscunt. ꝙ non contingeret, nisi in eorum corporibus alterario fieret ab imaginatione in actu. De hoc ego bene posset narrare aliquas historias de illa materia, sed eas dimitto ꝓp breuitatem, & quia non sum hic Poeta. & hic de isto.

Imaginatio fortis alterat corpus. Modus alterationis per imaginationem. Imaginatio mulieris cāmalum conceptum. Opinio. Improbō. Responsio ad rōnes opinionis. Pro fascinatione pueroruin vide Albertū Magnum 1 lib. apprehēsionum. cap. 3. tract. 1. & in alijs locis.

Quoniam autem quæ alterantur &c. Tex. c. 14.

Aliorum enim maxime si aliquis intelligat in figuris & in formis & habitudinibus & horum remotionibus & acceptationibus videtur quòd ist alterationis vtique est autem neque in his &c. Tex. cō. 55.

QVAESTIO VI.

An Circa Quartę Speciei Qualitates ipsa fiat alteratio.

QVæritur hic primo, Vtrum alteratio fit ad qualitates de quarta specie qualitatis. Arguitur primo ꝙ sic. quia ad quamcunq; qualitatē est transmutatio: ad illam est alteratio. Nam alteratio non est aliud nisi tranimutatio ad qualitatem Quinto huius; & in prædicamentis. Sed ad qualitatem de quarta specie est tranimutatio vt patet ad sensum. Cera enim figuræ circularis transit ad figuram quadrangularem, & è conuerso. Item omnis transmutatio aut est generatio vel corruptio vel augmentatio vel diminutio vel motus localis vel alteratio. hæc est sufficiens diuisio secundum Arist. sed tranimutatio ad qualitatem de quarta specie qualitatis nō est generatio nec corruptio vt manifestum est nec augmentatio nec diminutio: quia istæ sunt ad quantitatē. Quantitas autem non est quantas nec è conuerso, nec motus localis: quia istę est ad vbi: & qualitas non est vbi: vt manifestum est. ergo relinquitur ꝙ est alteratio. Item transmutatio ad qualitates sensibiles est alteratio secundum Arist. hic. Sed qualitas de quarta specie qualitatis est qualitas sensibilis. figura enim est in quarta specie qualitatis: & figura est vnum de per se sensibilibus. vt patet in 2. de Aia. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. & Com. in litera.

CONCLVSIO.

Non est proprie & per se ad tales qualitates alteratio, sed per accidens & impropie.

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ quarta species qualitatis est figura, & circa hoc aliquid conuenit figura secundum Aristot. in prædicamentis. sed hæc duo, prout sunt quarta species qualitatis, non differunt adinuicem essentialiter & quidditatiue, sed secundum rationem & modum. Nā vna & eadem qualitas scilicet circulatio vel triangulatetas dicitur forma per cōparationem ad interiora, præcipue per comparationem ad formam rei subiunctalem, quam conte quitur, & dicitur figura per comparationem ad exteriora sicut cōiter dicitur. Istam differentiam assignat Robertus lo per Prædicamenta. Ad cuius intellectum est considerandū, ꝙ quarta species qualitatis in hoc differt ab omnibus alijs speciebus: quia ipsa fundat per se & immediatè super quantitatem. Vnde & Comment. vocat eam qualitatem in quantitate. Aliæ verò qualitates vel non necessario fundantur super quantitatem, vel non directe & per se respiciunt quantitatem. Prima enim species qualitatis pōt esse in aliquo non quanto. sicut omnes habitus totellectuales, qui ponuntur in prima specie qualitatis, sunt in intellectu, qui est sine magnitudine, vt patet in 3. tertio de Anima. Secundo verò species qualitatis scilicet naturalis potentia & impotentia consequitur formam substantialem rei naturalis, vel ipsam materiam. Tertia autem species scilicet qualitatis leohbilis, quæ est proprium sensibile alicuius sensus, vt calor, aut frigus & huiusmodi, licet non sint nisi in subtilantijs corporalibus & magnitudinem habentibus, vt latis patet ex libro de Sensu & Sealato, tamen non ita directè & per se respiciuot ipsam quantitatem sicut figuræ, quæ sunt in quarta specie. Cuius signum est, quia istæ qualitates caliditas & frigiditas & huiusmodi magis possunt intelligi sine quantitate quàm circulatio

Quarta spes qualitatis. Species qualitatis i quo fundantur. Tex. cō. 60.

culatio & triangulatio & rectitudo & circuitas & huiusmodi. Dicit ergo ille Robertus, q̄ aliqua qualitas fundatur in quantitate dupliciter. Vno modo in ipsa tota substantia quantitatis. Alio modo in terminis ipsius vel in quantitate satione suæ terminationis. Primo modo est forma: sicut rectitudo curuitas & huiusmodi: quæ fiunt in tota substantia quantitatis. secundo verò modo magis est figura, & ideo dicitur, quòd figura est, quæ termino vel terminis clauditur, sicut circulatio fundatur in corpore terminato vna superficie, vel linea, & triangularitas in corpore sic terminato, vel superficie sic terminata. & similiter in alijs.

Qualitas fundatur in quantitate.

His visis dicendum ad quæstionem duo. Primo, quòd ad qualitates, quæ sunt in quarta specie qualitatis, non est alteratio per se & proprie dicta. Secundo dicitur, quòd ad eas est alteratio per accidens & improprie dicta. Primum probatur primo rationibus Arist. in litera, Prima ratio eius est. omnis qualitas ad quā est alteratio denominat totum subiectum: sed qualitates de quarta specie nō denominat subiectum. ergo &c. maior patet inducendo. caliditas. n. ad q̄ est alteratio, i. calefactio denominat ipsum calidum: & frigiditas frigidum, & albedo albū & similiter de alijs. Et minor apparet. as enim vel aurum non dr figura puta triangulus vel quadrangulus vel circulus, & hoc ne caeteris. ergo &c.

Obiectio. Sed contra istam rationem est dubium: quia licet illę qualitates de quarta specie in abstracto nō denominent sua subiecta: tamen in concreto bene denominant ea, quamuis nō dicatur est figura tamen dicitur figuratum vt triangulatum vel quadrangulatum similiter autem & in alijs. Modo ad hoc q̄ ad aliquam qualitatem fit alteratio, duo requiruntur nec consequitur q̄ ipsa denominet subiectum in abstracto: sed in concreto: non. n. bene diceremus lignum est caliditas sed calidum vel frigidum. Diceretur ergo ad rationem Aristotelis cum dicitur. omnis qualitas &c. Verum est in abstracto: sed in concreto vt dictum est: & hoc bene sufficit.

Solutio. Aliqui volunt soluere efficaciam huius rationis per istū modum: dicunt. n. q̄ aliqua qualitas pōt denominare subiectum dupliciter, vno modo per modum passionis dependentis ab agente, vt eum dr as est calefactum vel frigefactum. idly frigefactum. dicit frigiditatem vt est recepta in subiecto ab agente frigefaciente. Alio modo qualitas pōt denominare subiectum. magis absolutè & per modum qualitatis & non vt ab agēte inducta, vt calidum & album & huiusmodi quæ dicunt qualitates per modum informantis, & qualificantis sua subiecta absolutè, idest, non per modum passionis, nec vt suos inductæ ab agente: & primo modo qualitates de quarta specie denominant sua subiecta, vt cum dicimus as est figuratum vel triangulatum aut huiusmodi & non secundo modo. Diceretur ergo q̄ qualitas ad quam est alteratio debet denominare subiectum, non solū per modum passionis inductæ ab agēte: sed absolutè per modū qualificantis.

Improbō: Qualitas autem de quarta specie non sic denominat suā subiectam, sed sub modo passionis vt ab agente est vt dictum est. Hoc autem non videtur omnino sufficiens: quia illæ qualitates de quarta specie nō solum denominant subiecta isto modo quo isti dicunt: sed modum vel sub modo passionis vt inducta ab agente: sed & alio modo. s. absolutè per modum qualificantis & informantis subiectum: ita bene licet & alia qualitates. Non. n. solum as dicitur triangulatum. sed dicitur triangulare: & non solum dicitur circulatum sed circulare, & similiter linea non solum dicitur curuata sed curua, & non solum dicitur rectificata sed recta, similiter autem, & in alijs. Et hæc nō dubitanter sunt denominationes quibus subiecta denominantur ab istis qualitatibus, non per modum passionis inductæ ab agente, sed absolute & per modum qualificantis, sicut & in alijs contingit. Et hoc nō videtur sufficere mihi forte diceretur quòd licet in lingua latina, sint huiusmodi denominationes vsitatæ: tamen in idiomate graeco forte non sunt vsitatæ: nec est remotum aliquem modum loquendi esse famosum & consuetum in vno idiomate & non in alio, vt patet per Commentatorem in principio huius capituli, hic igitur nos dicamus. Et hoc forte significauit Commen. cum dixit istam rationem esse probabilem, quia tantum modo denominationis, & significationis istarum qualitatum. Item probat Aristotel. alia ratione: quia nihil alteratur, cū accipit suam perfectionem propriam: alteratio enim præsupponit quòd ipsum alterabile sit ens actu & perfectum in sua natura: & in hoc alteratio differt ab ipsa generatione. Sed, cum aliquid accipit figuram propriam in rebus habentibus formas proprias accipit suam perfectionem propriam simul, vt dum animal accipit suam formam substantialem accipit suam propriam figuram, & similiter planta. cuius ratio est: quia inter omnia accidentia propria figura maximè & proprijssimè videtur conferre formam substantialem in animalibus & plantis: & ideo diuersitas specifica in ipsis nullo certiori iudicio per posteriora accipitur quàm per figurarum diuersitatem. In rebus autem artificialibus similiter nulla figura propria est eorū essentialis perfectio secundum quòd fiunt in talibus speciebus: ideo nihil proprie alteratur accipiendo figuram propriam. ergo &c. & ista ratio videtur specialiter concludere de illis qualitatibus, quæ sunt proprię figuræ aliquarum specierum. Sic autem non est de qualitatibus sensibilibus proprijs, vt est calor & frigor & huiusmodi: non enim simul, dum aliquid accipit perfectionem propriam, totum, tūc accepit caliditatem, aut frigiditatem, aut huiusmodi imo potest aliquid accipere caliditatem antequam accipiat formā ignis. similiter autem & in alijs. simul autem dum accipiat formam substantialē hominis accipit figuram, & non prius nec posterius figuram dicendo propriam. Sed est intendendū, quòd in rebus habentibus figuras proprias, sicut sunt animalia & plantæ, simul dum aliquid accipit formam substantialem proprium accipit & figuram propriā illius speciei: sed in aliquibus rebus inanimatis, quæ non habent figuras proprias, nō oportet quòd dum accipit figuram propriam aliquam, quòd accipiat formam substantialem nouam. pōt enim aqua manens aqua accipere aliquam figuram, quam prius non habebat, & similiter aer, illa enim corpora figurantur secundum figuram cōmeoris, vt satis patet in Quarto Meteororum: & ideo dicuntur interminata, & similiter cera & huiusmodi mollia multa: & ideo ratio videtur esse quasi particularis, nisi vlterius adiungatur quòd simile est iudicium de vna figura & de alijs. Tunc ostenditur secundum. ad illud enim est alteratio per accidēs, cuius acceptio & remotio consequitur alterationem proprie dictam: hæc videtur manifesta: sed acceptio figuræ & remotio consequitur alterationem proprie dictam: cum enim calent & rarefiunt contingit, quòd accipit aliam figuram quàm prius, sicut sensibiliter videmus, cum aliquod lignum prius existens rectum, si ponatur ad ignem, contingit quòd torquatur, & maximè manifestum est in pergameno, quod cum supercalefit, incurvatur: similiter autem & in alijs multis. & cum aliquid infrigidatur inspissatur & ingrossatur & accipit aliam figuram & minorem. quare &c.

Suscipiētia propriam figuram siue artificialia sive naturalia fiunt, secundum quæ alterantur.

Et est intelligendum propter obiectiones, quòd duplex est alteratio quantum spectat ad propositum. Quædam est alteratio proprie: & est, cum aliquod subiectum continue acquirit partem post partem, vel gradum post gradum alicuius qualitatis: & hæc secundum modum communem loquendi dicitur alteratio proprie dicta pro tanto, quia magis consuevimus est & vsitatum hoc nomen alteratio accipi pro tali tranmutatione, cō quòd frequentius contingit rebus & est notior contingit enim frequentius res permutari de calido in frigidum, & è conuerso, & de humido in siccum quam accipere de nouo figuram propriam nomen autem dicitur accipi proprie cum sumitur pro illo quod est magis notum & consuetum, vt dicebatur in Quarto huius & talis alteratio non est ad qualitates de quarta specie qualitatis tanquam ad terminos proprios & per se, & si fuerit, hoc est per accidēs. Alia est alteratio magis largè dicta, quæ est acquisitio cuiuscunque qualitatis de nouo, quæ ooerat in subiecto, & hæc alteratio bene est ad quarta speciem qualitatis, & hoc probant rationes in principio quæstionis inductæ. Ad rertium dico, quòd alteratio proprie non est ni si ad qualitates sensibiles. quæ sunt sensibilia propria. Quantitas autem non est sensibile proprium. nec commune, vt habet videri in Secundo de Anima. Et quod Aristoteles, dicit in Primo de Generatione, quòd alteratio est permutatio de vna qualitate ad aliam remanente eodem subiecto, verum est per se vel per accidens, vel proprie, vel impropriè.

Pro Relpōsionibus uora.

Tex.c.17. *Manifestum est autem, quia quod est alterationis non est in his quæ sunt, neque enim habitibus, habitus enim &c.*

QVÆSTIO VII.

An ad Qualitates Primæ Speciei contingat alteratio.

Tractat⁹ de Pluralitate formarum.

COnsequenter quæritur, Vtrum ad qualitates de prima specie qualitatis fit alteratio. Arguitur primo ꝙ sic, quia ad quamcunq; qualitatem est trãsmutatio ad illam est alteratio, cum alteratio sit transmutatio de vna qualitate ad aliam, vt patet in quinto huius, & 10 Primo de Generatione, sed ad qualitates de prima specie est transmutatio, vt manifestum est: & probatur, quia contingit aliquam qualitatem de prima specie qualitatis fieri in subiecto de nouo, sicut sanitatem in corpore, & scientiam in anima: hoc autem non potest contingere sine transmutatione. ergo &c. Item, ad omnem illã qualitatem est alteratio, quæ acquiritur in aliquo cum abiectione contrarij: hæc recipitur pro manifesta, sed qualitas de prima specie qualitatis acquiritur cum abiectione contrarij, quia contingit ꝙ aliquis habes habitum falsum & erroneum reducitur ad scientiam, quæ est veros habitus, & tũc ibi oportet ipsum habitum falsum corrumpi, vt manifestum est. Similiter contingit, ꝙ aliquis habens habitum vitiosum reducatur ad virtuosum. sicut aliquis illiberalis reducitur ad liberalem, vel è conuerso, & ibi oportet illum malum habitum corrumpi. ergo &c. Item, si in anima intellectiua est alteratio necesse est esse ad primam speciem qualitatis; sed in anima intellectiua est alteratio: ergo &c. Maior probatur. quia, si intellectus alteratur non videtur alterari, nisi ad habitum intellectualem, vt patet conlibet intelligentia habitus autem intellectualis est in prima specie qualitatis, vt etiam concessum, & habetur ex Prædicamentis. & Minor probatur, quia constat, quòd intellectus mouatur ab intelligibili mediante phantasmate, vt habetur in Tertio de Anima. aut ergo mouetur motu locali, quod est impossibile: quia tali motu non mouetur nisi corpus vel res in corpore: intellectus autem non est corpus nec res in corpore, vt patet ex Tertio de Anima. aut mouetur motu generationis & corruptionis, quod est impossibile: quia intellectus est perpetuus, vt patet in Secundo de Anima. aut motu augmentationis & diminutionis, quod est impossibile: quia nihil augmentatur aut diminuitur nisi corpus aut res in corpore: ergo relinquitur ꝙ intellectus mouetur à phantasmatibus motu alterationis: quare &c. Item, ad albedinem & nigredinem est alteratio, vt manifestum est; sed albedo & nigredo sunt de prima specie qualitatis: quare &c.

Tex. c.30. Tex. cõ.6 Tex. c.21.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotel. & Commentator. in illo capitulo.

CONCLVSIO.

Ad habitus, qui sunt in parte hominis corporalis & sensitiua & appetitiua, seu intellectiua non contingit proprie & per se alterationem esse, sed per accidens.

Prima species qualitatis.

AD Quæstionem est intelligendum, ꝙ qualitates de prima specie qualitatis sunt habitus & dispositiones, Habitus autem quidam sunt corporis, vt sanitas, & ægritudo, & pulchritudo, & turpitudo, & huiusmodi. Et quidam sunt habitus animæ & isti suot duplices; quia quidam sunt in parte animæ intellectiue & isti dicuntur habitus intellectuales, & sunt quinque sm Arist. in Sexto Ethic. scilicet intellectus sapientia, scientia, prudentia, & Ars. Alij autem sunt habitus in parte opposita, siue in appetitu, & isti dicuntur morales, & sunt omnes virtutes morales, sicut fortitudo, magnanimitas, liberalitas, magnificentia, mansuetudo, & aliæ virtutes, de quibus tractat Aristot. in lib. Ethico. Vlterius memorandum est, quod duplex est alteratio, vt prius dictum est.

Tex. c.10.

Tunc dico ad quæstionem. Primò, ꝙ ad habitus corporis non est alteratio proprie dicta per se & proprie: Quod sic probat Arist. Nam ad illa, quæ sunt ad aliquid, non est alteratio proprie & per se, vt patet ex Quinto huius. sed isti habitus corporis sunt ad aliquid, sicut sanitas, & ægritudo, & pulchritudo &c. Sed contra istam rationem illaum posset dubitari: quia ellentiæ prædicamentorum sunt imperfectæ, vt dicitur in Primo Posteriorum. cum igitur istæ qualitates sint in prima specie qualitatis, quomodo suot ad aliquid? Ad hoc dicitur cõmuniter, ꝙ istæ qualitates possunt considerari dupliciter, vno modo quantum ad suas effectus, & sic sunt in genere qualitatis, non relationis: alio modo possunt considerari quantum ad aliquas proprietates cõsequentes eas, & sic sunt ad aliquid: sicut ipsam sanitatem consequitur quidam respectus ad bene operandum opera naturalia, & similiter de alijs suo modo. Sed istud non sufficit. quia, si istæ qualitates pro tanto essent ad aliquid, & ad eas nõ esset motus, quia in ipsis fundatur quædam relationes, & sic sunt ad aliquid quantum ad proprietates consequentes eas, tunc similiter ad qualitates de tertia specie qualitatis non esset alteratio, sicut ad caliditatem, frigiditatem, & huiusmodi. Nam vnaquæque istarum qualitatum est principium actiuum vel passiuum, & hoc est esse ad aliquid sm proprietatem eorũ quocunq; etiam qualibet talium est contraria alteri, & contrarietas est quædam relatio, vt manifestum est. ergo &c. Eadem dicendum est aliter. Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ illi habitus corporis, quamuis sm effectus suos sint entia absoluta & non ad aliquid, tamen consequuntur immediate qualdam relationes & fundantur in ipsis relationibus, sicut in dispositionibus & preparationibus sine quibus non possunt esse. Verbi gratia. sanitas cõsequitur immediate commensurationem seu proportionem debitam caliduorum, frigidorum, humidorum, & siccorum adinuicem & ad continens. scilicet sm Cõm. vel totum corpus sm alios & fundatur in ea tanquam in dispositione seu præparatione corporis, sine qua nõ pot esse sanum. Similiter pulchritudo in quadam proportione membrorum adinuicem cum debita colore conspicuente & habitudine ad dispositionõ laudabilissimam animalis. sicut autẽ & in alijs suo modo. &, quia istæ qualitates immediatè consequuntur hmõi relationes, ideo ad eas nõ est alteratio proprie dicta & per se, sicut nec ad relationes illas. Erunt ergo ibi assignanda ad illud, quod est ad aliquid vel sm essentiam vel sm consecutionem & inuolucra & necessitatem, non est motus proprie dictus & per se: sed isti habitus corporis sunt hmõi, vt manifestum est ex dictis. ergo &c. Ista ſt attendendo dom, ꝙ licet alteratio proprie dicta nõ sit per se ad illas qualitates. s. ad habitus corporis, est tñ ad eas alteratio quodam modo per accidens. Nam acceptio & remotio sanitatis consequitur alteratiõnem proprie dictam, v.g. calefactionem, aut frigefactionem, & alias hmõi, vt manifestum est per experientiam, vt sciunt Medici. Secundo dicendum, ꝙ ad habitus qui sunt in parte appetitiua. s. ad virtutes morales non est alteratio proprie dicta per se primo. Quia nihil alteratur dum accipit perfectionem propriam: sed virtus propria est perfectio propria ergo nihil alteratur dum accipit propriam virtutem: & sic sm virtutem propriam non est alteratio. Maior probatur, quia motus non est ad illud vel sm illud, quod est indiuisibile: & dico motus proprie dictus, qui est continuus. sed ois propria perfectio inquantum huiusmodi est indiuisibilis, sicut caliditas in summo sm quod est propria perfectio ignis. s. quatum ad gradum perfectissimum, est indiuisibilis. sicut aũs & in alijs. & Minorem declarat Philosophus in littera, quia vnumquodq; tunc maxime perfectum est cum attingit propriam virtutem: hoc manifestum est. hoc aũt non esset nisi virtus propria vnuscuiusq; esset perfectio propria ipsius. ex quo apparet, ꝙ virtus moralis est propria perfectio ipsius appetitus. Item, vnumquodq; tũc est maxime sm naturam, cũ habet propriam virtutem: hoc est manifestum, hoc aũt non esset nisi virtus esset propria perfectio illius. cuius est propria virtus. ergo &c. Sed aliquis dubitaret hic contra illam propositionem Arist. vnumquodque tunc maxime perfectum est cum attingit propriam virtutẽ. quia, si hoc esset verum sequitur, ꝙ virtus esset maxima perfectio illius cuius est virtus. nihil enim est maxime perfectum sm aliter nisi per maximam perfectionem sed tunc cõsequens est falsum, quia tunc virtus humana esset fœlicitas humana, cum nihil sit maxima perfectio & nobilissima hominis, nisi fœlicitas, vt in Primo Ethico quæritur &c. Ad hoc potest responderi, ꝙ aliquod esse maximè perfectum potest intelligi dupliciter. vno modo secundum actum. alio modo sm potentiam propinquissimam. Primo modo non est verum quia vnumquodq; &c. sed secundo modo bene. Cum enim aliquid habet

Alteratio ẽ ad habitus corporis ꝑ accidens.

Tex. cõ.18.

Dubitatio.

habet virtutem propriam est in potētia propinquissima ad actum, qui est eius maxima perfectio, & hoc sufficit. Et est

Alteratio ē ad virtutes morales p accidens.

aduertendum, ꝙ licet ad ipsas virtutes morales non fit per se alteratio proprie dicta, tamen ad eas est alteratio quodāmodo per accidens. Nam ad acceptionem virtutis moralis in appetitu sensitiuo requiritur aut totalis remotio passionum secundum Stoicos, aut saltem moderatio, seu modificatio earum secundum Arist. Hoc autem declarandum est in scientia morali. s. in Secundo Ethic. Modo dicunt aliqui, ꝙ ista remotio passionum vel earum modificatio est quædam alteratio: ad ipsas u passiones, cum sint in appetitu sensitiuo qui est in organo corporali, est alteratio, vt dicunt. Sed sine dubio, si intelligatur, ꝙ in appetitu sensitiuo fit alteratio proprie dicta & per se ad passiones illas, hoc est falsum: quia sicut sensus mouetur à sensibili in instanti, & non motu proprie dicto, vt patet in 2. de Anima, & omnes concedunt, sic appetitus in instanti mouetur ab appetibili cognito sub ratione boni vel mali: & talis mutatio appetitus à bono vel malo cognito vocatur passio, vt habetur ab Eustratio in Secundo Ethico. vbi dicit, ꝙ passio est motus in appetitu partibili sub phantasia boni vel mali: & ideo non credo, ꝙ remotio passionum aut modificatio earū, quę requiritur, ad acceptionem virtutis sit alteratio proprie dicta, sed improprie, sicut & aliæ immutationes potentiarum animæ à suis obiectis. bene tamen verum est, ꝙ ista moderatio passionum potest bene consequi aliquā alterationem corporis

Cur aliqui moderatè vel immoderatè irascuntur.

proprie dictam. cum enim aliquis moderatè calidus est & non excessiue, præcisè in corde & circa cor, tunc ipse magis moderatè irascitur, & si quis est multum eacellenter supercalefactus à corde, aut à sanguine, difficile aut impossibile est ipsum moderari tam. vnde hominis cholerici sunt magis irascibiles. & iracundi cæteris. Vnde, si in homine cholerico debet retrenari & moderari ita, necesse est eius corpus fieri, s. minus calidum aliqualiter, & propter hoc bonum est cholericis abstinere à cibatijs acutæ caliditatis, ex quibus generatur sanguis multum calidus, & spiritus. Similiter, si quis habet corpus multum exiccatum interius, difficile est ipsum moderatè appetere potum, & fieri temperatum seu lobrium. Vnde, si ista passio debet moderari necesse est corpus fieri minus siccum, & similiter in cæteris: Moderatio igitur passionum (quæ si frequenter, fiat consequitur acceptionem virtutum) requirit & præsupponit aliquam alterationem propriam. Propter quod possumus dicere, ꝙ acceptio virtutis quodammodo consequitur alterationem corporis mediatè, vt dictum est. Tertiò dicendum, ꝙ ad habitus intellectuales non est alteratio per se, & proprie. quod

Tex. cō. 19.

Arist. dupliciter ostendit in litera. Primo, quia ad illud, qđ est ad aliquid, non est per se alteratio, & vniuersaliter neq; motus, vt patet ex Quinto huius. nunc autem scientia est ad aliquid, & hoc ipse accipit in litera dicens, Sciens enim ad aliquid maximè dicitur. Et tunc dubitatur, sicut prius, quomodo scientia, cum sit in genere qualitatis, posset esse ad aliquid, cum coordinationes prædicamentorum non sint permixtæ, secundum Arist. Et dicunt aliqui, ꝙ scientia secundū suam essentiam non est ad aliquid, sed secundum suam proprietatem consequētem, quæ est conformitas. Scientia enim

Responsio.

est habitus verus, idest conformis scibili, & vniuersaliter habitus intellectualis est conformis intelligibili. sed hoc non sufficit, sicut arguebatur prius, & ideo dicendum, ꝙ licet scientia secundum suam essentiam sit ens absolutum & in genere qualitatis, tamen consequitur & præsupponit relationem quandam, sine qua non potest accipi nec conseruari in intellectu. s. habitudinem phantasmatis, seu cognitionis ad intellectum possibilem, ita ꝙ habitus intellectualis alicuius rei non potest esse in intellectu, nisi præsente eius phantasmate & intellectu agente: & statim cum phantasma terminatum rei intelligibilis est in virtute phantastica. i. in virtute cogitatiua propria hominis, fit in instanti sine omni motu continuo habitus intellectualis in intellectu. Et hoc significauit Arist. in litera, vbi dicit, secundum nullam enim potentiam motus supple, motu cōtinuo & temporali factum est in nobis, ꝙ scientiæ scilicet intellectualis habitus rei scibilis, sed cum extiterit idest præsens fuerit quoddam, scilicet phantasma, seu cognitio phantastica ipsius rei scibilis & hoc est quod simul cum subdit, ex ea enim, quæ secundum

parrem, experientia accipimus vniuersalem scientiam. Experientiam autem quæ secundum partem vocat cognitionem indiuisibilem seu particularem ipsius rei scibilis: qua habita statim si in intellectu habitus vniuersaliter cognitans ipsam rem scibilem; quia igitur scientia consequitur immediatè talem habitudinem phantasmatis ad intellectū: ideo non est ad eam alteratio propriè dicta: sicut ad habitudinem nō est motus proprie dictus per se & proprie immediatè, sic nec ad illud, quod consequitur habitudinem.

Tex. cō. 20.

Aliam rationem ponit Arist. talem. anima intellectiua humana accipit scientiam seu sapientiam & prudentiam quietatione & residentia: hoc autem non esset si ad motos habitus esset motus vel alteratio proprie dicta. ergo &c. Maiorem propositionem ponit. Animo. mistis verbis, ut quietari enim & residentia fit sapiens & prudens. Et ad huius maioris intellectum, considerandum est ꝙ à principio naturali-

Passiones impediunt cognitionem.

tis hominis vsque ad aliquod tempus posterius, sunt in humano corpore multi motus corporales scilicet fluxus humorum & spirituum, & ē multæ passiones. i. inclinationes appetitus sentiunt ad quædam delectabilia prosequenda, sicut ad cibos & venerea: & isti motus cōrporales excessiui, quibus humiditates fluunt in organis virtutum sensitiuarum, impediunt verum iudicium de sensibilibus & rectam speciem. Similiter autem vehementes passiones, vt ira & cōcupiscentia & huiusmodi inclinationes, quibus inclinatur homo ad opera inhonesta impe dint verum iudicium, tam de agibilibus quàm de speculabilibus, ita ꝙ corpore sic disposito, anima intellectiua non bene potest iudicare de speculabilibus, neque de agibilibus. Si ista perturbatio motuum corporalium & passionum aliquando in posterum sedatur, vel per naturam, vel per bonam consuetudinem per naturam quidem, quia humidum superfluum paulatim resoluitur à calore naturali corporis continentis. & sic remittitur motus & fluxus humoris, qui impediebat ordinata cogitationem & terminationem imaginum. Per laudabilem autem consuetudinem, qua homo frequētat bonas electiones, sequendo doctrinam bonam & rationem bonorum, mitigantur passionum vehementiæ & moderantur, & hoc voluit Arist. ingoare in isto tuo verbo breui, cum dixit in quietari enim à motibus corporalibus, & residentia à vehementijs passionum fit anima sapiens & prudens. & Commentat. dicit ibi bona expōendo illud verbum Arist. Statur autem & pausatur &c. Dicit ibi. Commen. ꝙ Arist. intendit per naturam ætatem, & per alias res, cuiuetudinem & exercitiū.

Exercitium quomodo ad virtutes conferat.

Exercitium enim largitur naturæ hominis præparationem, quæ non esset ante, & non esset temotum, vt virtus moralis operetur in hoc & maxime caltitas: & sic patet maior. s. ꝙ anima accipit &c. & Minor apparet. Si. scientia acquireret per alterationem proprie dictam & temporalem, tunc non statim esset in intellectu remotis impedimentis scilicet motibus corporalibus & passionibus, imo necesse esset tempore ad eius generationem sicut remotis impedimentis quæ impediunt ignem à calefaciendo aquam nō statim fit aqua perfectè calida, sed indiget tempore, eò quòd caliditas per alterationem nata est acquiri: similiter autem & in alijs

An sedatis Passionibus minus nec sapiens ac prudens.

Sed aliquis posset hic dubitare rationabiliter contra maiorem propositionem Nun enim videtur verum, ꝙ intellectus statim accipiat prudentiam & sapientiam quietatis motibus corporalibus & sedatis passionibus, imo possibile est & frequentet contingit, ꝙ homo est bene dispositus secundum corpus, nec habet in tuo corpore motus excessiuos, neq; etiam passiones nimium vehementes, & tamen nō est sciens neq; prudens, vt patet in multis popularibus hominibus, & in literatis. Ad hoc potest dici hic, sicut innuit Cōm. ꝙ ista ratio non est nisi probabilis, & non omnino necessaria. Videtur autem hæc ratio procedere suppohia opinione Platonis, qui posuit, quòd anima à principio semper habet scientiam rerum secundum habitum, ita quòd creator creat eam perfectam ojous haoitibus scientiarum: sed pueritia impeditur à recta considera tione per multiplices & excessiuos motus & vehementes passiones, quæ cum ledantur & quietantur, considerat anima ea, de quibus habet habitus à principio: & sic sequitur, ꝙ ad scientiam non est alteratio: cum ipla præexistat in anima ante sedationem passionum & quietationem motuum. sicut etiam, si aliquis

Cōmen. 20.

habens scientiam dormiat & per vaporem somni impediatur a consideratione, iterum postea consideret, nõ dicimus ipsum alterari ad scientiam, vt Arist. exemplificat. Et illud significant Cõmentatores ibidem, cum dixit, & intendit q̃ scientia est à pueritia in actu, scilicet sm Platonem. Sed accidentia partibilia & vniuersaliter humor, vt dixit Plato impediunt pueros: & ideo assimulauit ipsum dormienti & infirmo & ebrio. Est igitur hæc ratio probabilis eò q̃ procedit ex aliquo dicto Platonis & auctoritate, licet non omnino sit necessaria. Ille enim fuit modus Arist. q̃ ipse vsus fuit aliquando opinionibus aliorum ad probandum suam intentionem antequam eas improbasset, sicut patet scientibus libros eius. Vel posset maior probationis Arist. concitionari & glossari sic: anima humana præsentibus ei phantasmatibus & facta quietatione & residentia, fit sapiens & prudens in instanti: qđ non esset &c. Et sic ratio esset quasi demonstrativa. Nam, si scientia fieret per alterationem proprie dictam & continuam, tunc ledentis passionibus & quietantis motibus corporalib. & phantasmatib. præsentib. non statim & in instanti acciperet scientia, sed successiuè & continuè pars post partẽ. sicut igne existẽte calefactibili, & remotis alienis impedimẽtis, calefactibile nõ statim accipit completã caliditatem, sed successiue & cõtinoe partẽ caliditatis post partẽ. sic aũt & in alijs.

RESPON. AD primam rationem patet ex dictis. concidit. n. q̃ ad huiusmodi qualitates est alteratio aliquo modo, sed oõ per se & proprie. Similiter ad secundã dico, q̃ ad alterationem proprie dictam non sufficit acceptio vel acquisitio vnius qualitatis cum abiectione contrarij, sed requiritur q̃ illa qualitas sit partibilis, ita q̃ vna pars eius continue posset acquiri post aliam donec perficiatur & sit in actu, q̃, si deficiat, non est alteratio proprie dicta, de qua loquimur. Qualiter autem virtus motalis generetur in appetitu sensitiuo, vtrum tota simul, aut pars post partem, bona inquisitio est, sed magis habet locum in Secundo Ethico. Ex his tamen quæ dicta sunt hic videtur consequi, q̃ non acquiritur cõtinue pars virtutis post partem, quia sic esset vera & propria alteratio, nisi quod aliqui dicunt, q̃ ad hoc requiritur aliud scilicet q̃ qualitas sit sensibilis, quæ acquiritur, & subiectum sit per eam sensibile. Sed puto, q̃ ad alterationem proprie dictam bene sufficeret continua acquisitio vnius partis post aliam partem illius qualitatis ad quam est alteratio: tbi enim esset verus motus. Ad aliam dico, quòd intellectus bene alteratur ab intelligibilibus, sed non alteratione proprie dicta, scilicet continua & successiua, sed improprie alteratione, quæ est indiuisibilis numeratio ad perfectionem quàm erat in potentia: quam quidem perfectionem accipit totam simul & non cõtinue vnam partem post aliam partem: & ideo non est contra dicta. quare &c.

Tex. c. 19. *Sic & circa motum.*

QVAESTIO VIII.

An Genus sit in Vna Natura si an Generis forma, eadem sit cum forma specifica secundum substantiam.

QVæritur circa istud capitulum. Vtrum genus sit in vna natura. Et quia difficultas huius quæstionis specialiter prouenit ex identitate vel diuersitate formę generis ad formam speciei, ideo quæramus sub ista forma. Vtrum forma generis sit eadem essentialiter secundum suam substãtiam cum forma speciei, aut diuersa, & præcipuè in generibus aut speciebus de prædicamento substantiæ. V.g. Vtrum Sor. per eandem formam substantialem sit homo & animal, aut per aliã & aliam realiter & sm se. similiter aũt & in alijs. In antiquis codicibus sic legit, hanc autem qõnem quæramus inter sophismata, & sic ista qõ solum hic annectitur gratia doctrinæ. Vt primo q̃ sit eadem: quia, si forma substantialis generis esset alia realiter à forma substantiali speciei, sequit q̃ genus non prædicatur essentialiter de specie prædicatione dicẽte, hoc est hoc: sed hoc est falsum sm omnes: dicimus. n. homo est animal & corpus & substantia & probat consequentia, quia pars essentialis non prædicatur de suo toto prædicatione di-

Comm. 21. cente, hoc est hoc. vnde & Cõm. dicit in 7. Metaph. q̃ dicere, quod animal est anima, est falsum, & ipsum esse animatũ est verum modo, si forma generis est diuersa à forma speciei, tunc genus erit pars speciei, cũ ipsum pertineat ad substãtia & essentia speciei, & nõ erit tota eius essentia. eigo &c.

Oppositum arguitur. Illæ formæ sunt diuersæ, in quarum vna est realiter prior alia. idem. n. non est realiter prius seipso, vt manifestum est. sed forma generis est prior realiter forma speciei: nam dicit Arist. in de Generatione Animalũ, q̃ embryò prius viuit vita plantæ quam vita animalis, & vita animalis prius quàm vita hominis. ergo, cum non viuat nisi habeat animam, prius habet animam vegetatiuam quà sensitiuam, & sensitiuam prius quàm intellectiuam.

CONCLVSIO.

Non est vna secundum substantiam ac rationem Generis ac speciei natura, siue forma.

DE illa qõne fuerunt, & sunt opiniones multum diuersæ. Sed ad præsens pp breuitatem sic procedam. Primo probabo illam partem, quæ est mihi probabilior, Secundo congregabo difficultates, quæ sunt contra illam, quarum quædam sunt demõstrationes aliorum. Tertio soluam illas difficultates sm posse meum. Primo quidem probo rationibus & auctoritatibus, q̃ forma generis est diuersa realiter & sm se à forma speciei & è conuerso, vt forma animalis a forma hois, & forma corporis à forma animalis, & sic de simil.

Pro prima ratione suppono tria. primũ est, omne quod ineſt homini per formã, qua est animal, ineſt homini sm qđ est animal, & hæc licet sit manifesta cuilibet intelligenti & bene disposito, tñ pp iuuenes & inexercitatos pòt probari sic, illud, qđ ineſt homini per formam qua est aial, ineſt per se, quia forma, qua est animal, pertinet ad substantia & essentiam hois. Aut ergo ineſt homini sm qđ homo primo vel sm quod animal primo. si diceret q̃ illud, quod ineſt homini per formam qua animal nisi homini sm quod homo primo, ita quod primo nisi homini, hoc est falsum, quia sensus ineſt homini per formam qua est animal, & nõ ineſt homini sm q̃ humorita q̃ primo, quia tũc ineſſet cõibus alijs p naturam hois, qđ est impossibile. ergo relinquit alterum membrum. l. q̃ illud, quod ineſt homini per formam qua est aial insit ei sm q̃ animal, ita q̃ aiali primo. Et confirmat illa propositio remouendo quandã cauillationem. Ad hoc. n. q̃ aliquid insit homini sm q̃ est animal, aut sufficit q̃ insit ipsi homini per formam qua est animal, aut requirit q̃ insit ipsi homini per formã qua est animal cum virtute sensitiua, a qua sumit nomen & intellectus animalis, per diuisionem sufficientem. Si dicat primo modo habeo propositũ meum. si dicat secundo modo, hoc esset inconueniens. quia illa virtus, à qua sumit cõceptus animalis, ineſt homini sm animal, puta sensus, vt dicit Arist in de Sensu & Sensato, prope principium, & non ineſt ei per quandam aliam virtutẽ, quia tunc esset quæritio de illa, & sic in infinitum. Relinquitur ergo, q̃ illud ineſt homini sm q̃ animal: quod ineſt homini per formam, qua est animal. Item, si diceretur illo modo, q̃, si aliquid debet inesse homini sm q̃ est animal, oportet q̃ insit ei sic se & per formam animalis & per virtutem animalis, hoc non stat: quia illud, quod ineſt alicui per aliquod medium, non ineſt illi primo & p se: modo, illa virtus est quoddam accidens, vt concedit ab omnibus, ergo quod ineſt animali per illam virtutem non ineſt ei simpliciter primo, nec similiter ineſt homini, sm q̃ animal primo. Secundo suppono, q̃ omne quod ineſt homini sm q̃ animal, ineſt omni animali. & hoc quasi concedunt ab omnibus. sicut illud, quod repugnat homini sm quòd animal, repugnat omni animali. Tertio accipio, q̃, si esset eadem forma substantialis, quæ dat esse hominem & esse animal, hoc non posset esse sm diuersos modos, sed oportet q̃ hoc sit sm eundem modum, vel non secundum alium & alium modum. Nam, si vna forma substantialis daret esse hominem & esse animal secundum alium & alium modum, quæro de illis modis. aut illi modi sunt substantię aut accidentia, per sufficientem diuisionem. si diceretur q̃ sunt substantiæ, aut materia, aut compositum, aut forma. non est dicendum, q̃ sint materia, quia materia non dat esse formaliter ratione materiæ, vel per materiam, nec similiter compositum. ridiculum enim esset dicere, q̃ eadem forma daret esse hominem & esse animal ratione diuersorum compositorum formaliter. si verò dicitur, q̃ illi

Primũ præsuppositũ.

Secundum præsuppositũ.

Tertiũ præsuppositũ.

modus

modi sunt formæ substantiales diuersæ, tunc vna forma dat esse hominem & esse animal ſm diuersas formas substantiales: qđ est ridiculum. melius. n. esset ita dicere, q̃ diuersæ formæ substantiales darent illa esse. Si quis aũt diceret, q̃ illi modi sunt quædam accidentia, hoc est inconueniens: quia tunc forma substantialis daret esse substantiale ſm accidẽs & rõne accidentis formaliter. esset n. hominem est esse substantiale, & sibi esse animal. Et sequitur, q̃ illa essent accidentalia: quia illud esse, quod datur per aliquod accidens formaliter, est esse accidentale. Et si quis cauillaret, q̃ vna & eadem forma substantialis indiuisibilis ſm substantiam dat esse hominẽ & esse animal ſm diuersos modos, qui sunt accidentia, non tñ principaliter dat esse hominem & esse animal per illos modos, sed dispositiue, ita q̃ illi modi sunt dispositiones, per quarum vnam dat esse hominem, & per aliã dat esse animal. illud non sufficit intellectui. quia esse hominem & esse animal est vnum esse substantiale & indiuisum realiter, vt dicunt isti: & ideo, quicquid est dispositio ad vnum & ad alterum, nec est possibile q̃ aliqua dispositio disponat ad esse hominem, & nõ ad esse animal, nec è conuerso, possũt sunt vnum esse substantiale indiuisum. vnde nõ est aliqua ro, quare illa forma daret esse hominem ſm vnum

Obiectio. istorum modorum & non ſm alium. Sed cauillabis, q̃ esse hominem & esse animal, licet sint vnum esse substantiale realiter, tñ differunt ſm rationem: & ideo forma potest dare vnum istorum esse ſm vnum modum, & aliud ſm aliũ mo-

Responsio. dum. Huc iterum nihil est, quia ante omnẽ conceptum nostrum, oportet q̃ forma hominis det esse homini & esse animal: & ideo dicta conceptus vel rõnis, nihil facit ad hoc q̃ forma illa det esse hominem ſm vnum modum, & aliud ſm alium distinctè. Remanet igitur illa propositio vera. i. q̃, si eadẽ est forma substantialis, quæ dat esse homini, & quæ dat esse animal, hoc non est p diuersos modos q̃, si quis hoc negaret, quęrat de illis modis, per quorum vnum dat esse homini prius, & p aliũ dat esse animali, & quo sint priores istis esse, aut posteriores, & sp habebit inconueniens cõtra hic fingentẽ.

Argumẽtũ. His suppositis, si quis asserat eandem esse formam substantialem qua homo est homo, & qua animal est animal. arguatur hic, omne quod inest homini per formam qua est animal, inest homini ſm q̃ animal: per primam suppositionem, & per conclusionem inest omni animal per secundam. Sed omne, quod inest homini per formam, qua est homo, inest ei p formam qua est animal, per suppositionem aduersarij, qui concedit q̃ eadem est forma, per quam aliquid est homo & animal: ergo omne quod inest homini per formam qua est homo, inest homini ſm q̃ animal, & per conclusionem omni animali. Tunc sumo illam conclusionem, omne quod inest homini per formam qua est homo, ioeit oi animali: sed risibile inest homini per formam qua est homo, cum insit ei primo: ergo risibile inest oi animali, & hic inest alino: quod est impossibile. ergo aliquod præmissarum, & non aliud nisi illud, quod concedit aduersarius. i. q̃ eadem est forma, quæ dat esse hominem & esse animal. ergo illud est impossibile,

Responsio. ex quo sequitur impossibile, vt patet ex 1. Prior. Sed cauillabit quis dicendo ad maiorem, illud, quod inest homini p formam qua est animal inest homini ſm quod est animal. Verum est, si inest homini per formam qua est animal vt p illam est animal: sed, si alio modo non oportet. Et ad minorem, cum dicitur, q̃ omne quod inest homini per formam qua est animal. verum est, sed non illo modo quo homo per formam est animal, sed alio modo: risibile. n. inest homini per

Impugnat. formam qua est animal, non vt per illam est animal, sed vt per illam est homo. Contra hoc est tertia suppositio. quia, si eadem est forma, quæ dat homini esse hominem, & esse animal, hoc non potest esse ſm diuersos modos, vt probatum est imo hoc necessario est ſm eundem modum, vel non secundum alium & alium modum: vnde non est ad propositum ibi reduplicare, vt per illam est animal, vel vt per illam est homo: quia ista non sunt diuersa, vt patet diligenter cõsideranti. Et hęc est prima ratio, quam liquis vult soluere, ego vt dicat ad propositiones, & ad formam rõnis ne euadat apparens putetur esse vera solutio. Item aliam rationẽ adiungo, cuius ferè virtus est eadem cum priori. Illud, cui aliquod accidens reale inest tali modo reali quo non inest forma hominis proprie, nec formæ alini, & hic de cæteris formis specierum, nec omnibus simul, illud dico esse realiter diuersum ab omnibus istis proprijs formis: hanc recipio pro manifesta. Si. n. aliquid esset idem penitus realiter, & essentialiter cum alio & è conuerso, Omne accidens reale, quod inest vni illorum aliquo reali modo, deberet inesse alteri: sed aliquod accidẽs reale inest formæ animalis tali modo, quo non inest formę hominis nec asini, & sic de cæteris, nec omnibus istis simul, verbi gratia, sensus inest formæ animalis primo & per se: & hoc soppono ad præsens, & non inest formę hominis primo, quia sic inest omnibus alijs per formam hominis ſm regulam Arist. in 1. Poster. nec formæ asini primo propter idem, nec omnibus similiter quia sic inesset cuicunq; inesset propter omnes istas formas similiter. quod est ridiculũ. ergo forma animalis est diuersa à formis proprijs

Nota. suarum specierum. Et idem intelligo de quo libet genere & speciebus eius per se & proprijs. Sed aliquis cauillaret, q̃

Obiectio. perfectas & primitas non sunt modi in essendi reales. sed ſm rationem solum: & ideo non valet ratio. Hoc est simo-

tialiter diuersum à formis proprijs specierum, tunc est vt materia, & sic ꝓpositio Arist. verissima est. Et illa forte fuit auctoritas, qua Lincon. proposuit confirmare illud suum dictum, ꝙ genus est materia formalis, vel forma materialis, vt expositum fuit prius. Ad aliud, cum dicitur, ꝙ in substantia non est ordo, possum dicere multipliciter. vno modo, ꝙ hoc verum est in substantia, quæ est actus vltimus speciei definitę: ille enim actus vltimus non est diuisibilis in duo, quorum vnum sit prius, & alius posterius. & sic in ipso non est ordo, qui est inter prius & posterius. Sed non vult dicere Philosophus, ꝙ nullo modo sit ordo inter partes substantiæ definitę, hoc est manifeste falsum. Omnes in concedunt, ꝙ genus est prius in definitione quàm differentia. Item: potest dici, ꝙ in substantia non est ordo partium per se & secundum substitere potentium, sicut Socra. & Pla. & per se subsistuot: quia ea talibus diuersis non fit vnum eus per se, sed bene est ordo inter ea, sicut inter actum & potentiam. & hoc non intendit Arist. negare. Ad aliam potest dici, ꝙ genus dicitur per differẽtias. i. diuersa esse & diuersa recipit à differentijs non pro tanto, quia forma ipsius sit idem cum formis differentiarum proprijs. Vel dicatur, ꝙ illud est verum de genere pro toto compositio ex vltima differentia & omnibus præcedentibus pertinentibus ad substantiam speciei significato & intellecto sub ratione generali: illud. n compositum prædicatur de multis compositis, & diuiditur in ea. Sed, si sumatur genus pro composito ex materia & forma potentiali, solum hoc non diuiditur in species nisi hic, ꝙ diuersa esse recipitur à diuersis formis proprijs specierum. Ad aliam dico, ꝙ multũ fuit mihi difficilis auctoritas illa, quomodo lapis componitur ex forma simplici & materia prima, tamen potest sic exponi, ꝙ lapis potest considerari dupliciter, & sic est intelligendum de alijs grauibus & leuibus inanimatis. Voo modo potest accipi quàtum ad luam totam substantiam, & sic non est solum compositus ex vna forma & materia. sed habet formas substantiales plures ordinatas, per quarum primam est substantia, & per aliam est corpus, & per aliam lapis. Alio modo potest considerari lapis inquantum est subiectum mobile motu locali recto, & sic in ipso non sunt nisi duo principia motus, s. materia, & forma, vt ipse vult in 4 Phys. & res mouens est forma, & res mota est materia, ita ꝙ in ipso non possunt distingui duæ substantiæ, quarum vna sit in actu mobilis propriè motu recto, & alia propriè mouens, quia sic moueret seipsum proprio motu sicut animal. Quamuis igitur lapide præter formam propriam, qua est lapis sit forma. qua est substãtia, & forma qua est corpus, tamen hoc accidit ei secundum ꝙ est mobilis motu recto, quia, si non haberet nisi vnam formam. s. formam, qua lapis est, & materiam corporalem, ad hue moueretur motu locali recto. E contrario est autem de animali. nam adhuc quod mouetur seipsum motu locali processiuo aut alio tali motu non recto, necesse est ꝙ sit cõpositum ex anima, & quadam alia substãtia actu, per quam est actu mobile tali motu. Nec est dicendum, ꝙ animal sit compositum ex corpore & anima, accipiẽdo corpus & animam pro diuersis partibus quantitatiuis animalis: hæc. n. non est intentio Com. sicut ostensum fuit prius, & alias probabitur Deo dante. Per idem ad aliam auctoritatem de 4. Phys. & ad illam de 5. Met. forma. n. simplicium, prout ipsa simplicia sunt mobilia motibus rectis, non sunt formæ in ente actu, imo ipsa corpora elementalia sic sumpta, sunt cõposita ex formis simplicibus & materia prima. Ad aliam patet ex dictis verum. n. est, quod subiectum substantialis formæ non est aliquod ens actu per illam materiam, per quam est subiectum: & hoc est quod dicit Com. ibidem. & addit secundum ꝙ est subiectum formæ substantialis bene potest esse ens actu per aliquam naturam superadditam, s. per aliquam formam substantialem præcedentem, qua mediante tanquam præparatio oem recipit aliam formam substantialem: & hoc nullum est inconueniens. non enim recipit illam formam substãtialem principaliter ratione formæ præcedentis, sed ratione suæ essentiæ, q̃ est eos in potentia purè receptiua. Ad alia potest dici, ꝙ Com. habet pro inconuenienti, ꝙ aliqua forma specifica aut individualis sit in materia ante dimensiones, & ꝙ sit æterna & incorruptibilis, sed de forma eos & generali non est inconueniens ipsam esse æternæ materiæ, si nullum habet cõtrarium nec secundum se, nec secundum suas dispositiones. Modo, si esset idem iudicium de dimensione interminata & de dimensione terminata: cum dimensio terminata præsupponat formam specificam & individualem, sic etiam dimensio interminata alem formam præsupponeret: & be illa forma determinata & specifica esset incorporalis: quod est impossibile. Quòd autem illa sit intentio Com. manifestum est inspicienti verba eius. dicit enim sic. vnde primum Auice. ꝙ dispositio triũ dimensionum in materia simpliciter non terminatarum est dispositio dimensionum terminatarum. Quapropter diuina necessitas primam formam existere in materia antequam dimensiones existant in ea patet igitur, secundum recitationem Com. sicut dimensiones terminatæ termino proprio alicuius speciei præsupponunt formam substantialem specificam illius speciei, sic & dimensiones interminatæ præsupponunt eam: & sic sequitur necessario talem formã esse incorruptibilem, sicut habet determinari ibidem, & sic illud dictum in nullo est contra nos. Nam si concedimus formam aliquam coæternam esse materiæ. i. formam substãtiæ & formam corporis, non dicimus illas esse formas specificas, nec individuales, sed formas generales & potentiales quibus nihil est contrarium; quare &c. Ad aliam, cum dicitur, ꝙ vnum subiectum &c. dico, ꝙ Com. sic intelligit, ꝙ vnum subiectum &c. si illa forma esset de essentia materiæ secundum ꝙ est materia: & hoc est verissimum. Si. n materia, sm ꝙ est materia, haberet aliquam formam substantialem de sui essentia, tunc reciperet aliam, ratione illius formæ: & per consequens ratione qua eius actu simpliciter. & sic omnis forma, quæ reciperetur esset accidentalis. & propter hoc vult ibi concludere Com. ꝙ materia nõ habet aliquam formam substantialem de sui essentia, sicut patet inspicienti. hęc igitur conditionalis est vera ꝙ, si materia prima haberet aliquam formam de sui essentia non reciperet aliam substantialem. quia vnum subiectum impossibile est habere nisi vnam formam substantialem: quia omnes aliæ reciperentur in materia, sm ꝙ est ens actu. Et ad illam intentionem dicit idem Com. in 1. Phys. ꝙ, si materia prima sm ꝙ est materia prima haberet aliquam formam sibi propriam & de sui essentia, quantũcunq; illa esset diminuta & imperfecta nullam aliam formam substantialem reciperet, & generando esset alterio: quod est impossibile ergo impossibile est omnino, ꝙ materia habeat aliquam formam, quæ sit sua essentia, vel de sua essentia secundum quòd materia Sed non vult negare Comment. quòd materia prima non possit habere plures formas substantiales ordinatas, quarum tamen nulla est de eius essentia secundum ꝙ materia, imo ibi contradiceret in multis locis alijs, vt patet ferentibus commenta sua. ponit enim formas substantiales elementorum refractas remanere ut multo, vt patet in 3. Cœli: & ꝙ materia prima primo recipit formas vniuersales & mediatibus formis vniuersalibus recipit formas alias vsque ad indiuisibiles, vt prius allegabatur: quare &c. Comm. 67.

Et in illa solutione gaudebat animus meus cum Dei laude. Ad aliam patet ex dictis, in solutione quinque, s. rationis, ouis sit resolutio in materiam primam, ita ꝙ ipsa sola remaneat tanquam subiectum principale formæ generatæ, vt ucebatur. Ad aliam concedo, ꝙ anima sensitiua, cogitatiua, & vegetatiua sunt diuersæ animæ secundũ suas substantias, & non solum secundum suas potentias seu virtutes: & concedo potẽtiam vegetatiuam, & sensitiuam, & cogitatiuam, & intellectiuã pertinetes ad diuersas substantias animæ. verum est tamen, ꝙ semper vna istarum præsupponit aliam, s. perfectior minus perfectam, vt sensitiua vegetatiuam: & hæc est intentio Arist. in 2. de Anima non enim dicit Arist. ꝙ anima posterior includit priorem, sed ꝙ animarum perfectius includit minus perfectum, vt in sensitiua est vegetatiuum potentia. i. sicut pars potentialis & imperfecta respectu sensitiui. & similiter sensitiuum in intellectiuo quoquomodo. Et ꝙ hæc sit intentio Arist. patet ibidem. dicit. n. sic, similiter autem se habent ei ꝙ de figuris, & quæ secundum animam sunt. s. quantum ad præsuppositionem. Semper. n. id eo, quod est communius, est in potẽtia quod prius est in figuris & inanimatis. Ecce, quod dicit inanimatis & non dicit in animalibus. & fuodit, vt in tetragono quodlibet Aia vegetatiua ꝙ sunt diuersę aię.

bet trigonum est, & in sensitiua vegetatiuum. volo igitur ꝙ anima sensitiua includat vegetatiuum in potentia, i. sicut ens in potentia in ipso: quia imperfectum est respectu eius, vt pluries dictū est. Et si vis referre ad animas, dicendo, ꝙ anima prior est in posteriori potentia, hoc bene verum est, sicut ordinatum in finem est in suo fine hoc autem est vnus modus essendi, vt patet in 4. huius. anima igitur vegetatiua & eius potentia est in sensitiua, non sicut in subiecto, ꝙ sit subiectum potentiæ vegetatiuæ, sed sicut in fine, ad quem ordinatur, sicut minus perfectum ad perfectius: & similiter sensitiua & eius potentia intellectiua tanquam in suo fine: & hoc bene signauit Aristo. in litera cum dixit quibuscunq; enim inest ratiocinatio corporalium his & reliqua omnia. s. reliquæ omnes animæ: concedo igitur animam vegetatiuam, sensitiuam, & intellectiuam tres esse substantias ordinatas, ita ꝙ vegetatiua est sicut præparatio ad sensitiuam, & sensitiua ad cogitatiuam, & cogitatiua ad intellectiuam & hoc non puto inconueniens. Et quod videtur ꝙ Arist. in erroribus de anima habet pro impossibili, ꝙ plures sint animæ in vno animato, sine dubio verum est plures diuersæ secundum speciem specialissimam, & distinctæ loco & subiecto, sicut sequebatur ad positionem, contra quod ipse ibidem arguit. Dicebant enim quidam, ꝙ anima est harmonia. i. proportio commistionis. Et Arist. cōcludit, quòd, cum in diuersis partibus loco distinctis sint diuersæ proportiones, etiam secūdum speciem specialissimam. Alia enim est complexio carnis & alia ossis, ideo sequebatur, sic animas esse diuersas, quod est impossibile. Nos verò non ponimus illas animas diuersas sicut formas vltimas specialissimas, nec loco & subiecto distinctas, sed in omni parte corporis animati est substantia animæ vegetatiuæ, & sensitiuæ ordinata modo prædicto. Et ideo in nullo auctoritates Arist. sunt contra istam positionem, si bene inspiciantur.

Tex. c. 2 j.

Vna anima est præparatio ad aliā.

Obiectiones D. Alberti magni.

SCio tamen ꝙ dominus Alber. super Tertium de Anima in sua vltima digressione multum indignanter loquitur contra illam positionem, & sustentatores eius in 1. cap. de Anima. de erroribus in vltima digressione & duriter reprehendit eos. Sed sine dubio rationes eius, quibus conuincit putatiuæ huius positionis falsitatem, non videntur in totū sustentabiles, & cacellentes, ꝙ in eis debeat gloriari. Vna enim de suis rationibus est, quærimus quid sit vniens istas substantias in corpore vno, & quicquid sit illud, hoc esse est aliud ab istis: & potius substantia & actus corporis quàm ista tertia. Oportet. n. vnius perfecti secundum substantiam vnam esse perfectionem. Et huic respondeo breuiter, quòd vniens istas formas in corpore vno, vniens dico effectiuè est ipsum generans educens eas de potentia materiæ, formaliter autem vnitæ sunt corpori se ipsa, sicut & quælibet alia forma seipsa formaliter est vnita materiæ, sunt in ordinatæ adinuicem modo prædicto: & ideo debilis est hæc ratio.

Rō prima

Responsio.

Rō secūda.

Secunda eius ratio est, ꝙ separatorum ſm substantiam vnum per intellectum non est in alio: & sic vegetatiuū per intellectum non erit in sensitiuo: neq; sensitiuum in intellectiuo. Hæc autem ratio facilis est: quia separatorum ſm substantiam, quorum vnum non est pars substantiæ alterius, vnum per intellectum non est in alio, vt sunt asinus, & homo. sed separatorum. i. diuersorum ſm substantiam, quorum vnum est pars alterius, vnum per intellectum bene est in alio. nunc autem ipsum sensitiuum est pars substantiæ vegetatiui, & vegetatiuum sensitiui. verum est tamen ꝙ anima vegetatiua non est pars sensitiuæ, neq; sensitiua rationalis proprie homini, & ideo bene vellem, ꝙ anima sensitiua non includat vegetatiuam in suo intellectu rationali, nec è conuerso, nec rationalis sensitiuam. habent in istis formis ordinem adinuicem, & vna quodammodo dependet ab alia, sicut ordinatum in fine habet esse a suo fine. Addit tamen vltrius, ꝙ si sensitiua est dispositio ad rationalem aut est, dispositio vltimata, aut non vltimata. si vltimata, tunc semper ad ipsam sequitur rationale, & sic omne sensibile erit rationale sicut omne rarissimum est ignis. Si autem non est vltimata, tunc oportet quòd aliquid additum ei faciat eam vltimatam, & sic aliquid erit inter sensibile & rationale: quod vltimaret sensibile, quod iterum absurdum est, vt dicit. Et iterum omnis dispositio est aliquid de genere accidentium, vt asseritur.

Rō tertia.

Rō quarta.

AD primam istorum dico, ꝙ anima sensitiua non est vltimata dispositio ad rationale, sed præter hanc requiritur dispositio accidentalis propria hominis, vt propria complexio, quàm anima propria hominis requirit in corpore, & sic inter sensitiuam & rationalem non est aliqua dispositio substantialis vltimans sensitiuam. Quod autem ipse dicit, ꝙ omnis dispositio est de genere accidentium dico, salua pace sua, ꝙ hoc est falsum nec probat hoc ratiuue, nec auctoritate. forma in specifica & vltima inanium diuersa est a natura materiæ primæ, ꝙ natura non potest peruenire ab ipsa materia prima ad talem formā nisi præparetur formis substantialibus imperfectis & potentialibus, quæ quodammodo conueniunt cum materia & quodammodo cum forma vltima. Conueniunt. n. cum materia prima inquantum sunt potentiales & imperfectæ, & ad aliud ordinatæ: & conueniunt cum forma vltima, inquantum dant aliquod esse & distinguunt compositum ab aliquo alio. forma. n. substantiæ distinguit compositum à materia prima, quæ de se formaliter non est aliquod ens actu, & sic de cæteris suo modo. Pertransea. Com. Auer. in 1. Phys. dicit, ꝙ quædam sunt transmutationes in dispositionibus substantialibus, quibus mutatur nomen & definitio. Et idem dicit in Tractatu de Substantia Orbis. quare igitur dicemus non omnem dispositionē esse de genere accidentis? Vlterius accipit, ꝙ illæ substantiæ habent vnionem ſm actum, & quærit, quæ sit causa istius vnionis: & breuiter dicn, ꝙ si loquitur de actu secundo, quę est operatio, sic habent diuersitatem. actus. n. vegetatiuæ est nutrire, & actus sensitiuæ est sentire, & sic de cæteris. Si verò loquitur de actu primo. dico, ꝙ illæ tres substantiæ nō sunt vnitæ adinuicem, nec ad subiectum per aliquem actum ab omnibus ipsis, sed quælibet earum per seipsam est vnita materiæ, ita tamen ꝙ vna disponit ad aliam, vt dictum est prius. videtur autem ꝙ ipse loquitur de vnione actuum secundorum, quia quærit de vnione actionum, & actio videtur dicere actum ſm. Et tunc manifestum est cuilibet intelligenti quòd est dicendum, quòd istæ substantiæ non habent vnionem actionum, ita ꝙ actio vnius sit actio vlterius. Manifestum enim est, ꝙ actio vegetatiuæ non est actio sensitiuæ, nec actio sensitiuæ est actio rationalis. Illæ in actiones sunt per se ordinatæ adinuicem, & sunt vnitæ in vna substantia composita propter vltimam & perfectissimam, quæ est finis omnium aliarum, sicut etiam ipsæ formæ sunt vnitæ in vno subiecto propter vltimam formam specificam. De ordine autem generationis illarum formarum, an in eodē instanti generentur, an vna post aliam secundum tempus: Et vtrum per primam rationem huius positionis concluderetur cœlum habere diuersas formas substantiales & speciem de genere accidentis esse compositam ex formis diuersis, indiget consideratione diligenti. Et si quis diceret omnes istas formas simul generari, & concederet cœlum habere plures formas substantiales, & subiectum alterius rationis à materia prima subiecta priuationi. Et cōcederet speciem de genere accidentis esse constitutā ex diuersis principijs: quorum vnum est in potentia respectu alterius, quæ fortè contracta nullam diceret dignitatem. Sed hic volo finem facere, vsquequo de nostris socijs aut contemporaneis, qui sunt alterius opinionis, soluerint nostras rationes: & positionem prædictam dignum ducant improbare. Quòd si nullus eorum rationes illas aut positionē illam improbare voluerit, signum erit, ꝙ ex illis demonstrationibus conclusiones sunt acquirere veritatē, & hoc est quod volumus.

RESPON.

Ad tertium

Ad quartū.

Comm. 43.

Rō quinta. Responsio.

AD rationem in principio quæstionis adductam. Dico breuiter, ꝙ, si accipiatur genus pro composito ex materia & forma generali, sic non prædicatur in quid & in recto de specie, sed in obliquo: & hoc modo accipit Porphyrius, cum dixit hominem esse compositum ex animali & rationali. Si vero accipias genus pro composito ex forma vltima & omnibus præcedentibus pertinentibus ad esse vnius speciei, sub ratione tamen sumpta à forma communi, vel à modo essendi consequente formam communem, sic bene prædicatur de specie in recto & in quid: & hoc modo debet intelligi. hæc autem distinctio, licet omnino sit consueta & famosa, tamen credo ꝙ nulli dignitati repugnat, imo eonsonat veritati. Et ambo illa significata comprehendit Arist. in Tertio significato generis 5. Metaphy. cap. de genere. vbi dicit,

Rsiones principalis quæstiu.

dicit, ꝙ aliud verò materia. cuius.n.dēia & qualitas est hoc est fallum ꝙ dicimus materiam. Genus.n. primo modo dictum est materia speciei secundum rem, licet non omnino primam. Et genus secuodo modo dictum est materia speciei secundum rationem, inquātum conceptus alicuius speciei compositus est conceptu generis & conceptu differentiæ. Siquis verò nō acceperit istam distinctiooem, iustum est vt eam remoueat ratiooe demonstratiua: & non per verba blasphemiæ, aut derisionis: sicut consueuerunt aliqui qui reputant fictitia omnia illa, quæ noo suot eis consueta: quamuis non possint ea rationibus debilitare.

Quæstionum super Septimum de Physico Auditu, finis.

QVAESTIO. LIBRI OCTAVI DE PHYSICO AVDITV.

Tex. c.1. *Vtrum autem factus sit aliquando motus cum non esset prius, & corrumpitur iterum sic, quòd nouum nihil fit &c.*

QVAESTIO I.

An Aeternitatem Motus quærere ad Naturalem Philosophum spectet.

CIRCA istum Octauum Primo potest quæri, Vtrum quæstio de æternitate motus pertineat ad Philosophū Naturalem. Arguitur primo ꝙ non, quia problema de quo neutro modo opinatur, non pertinet ad Naturalem: sed ista quæstio est problema, de quo neutro modo opinamur, vt patet per Philosophum in 1. Topic. quare &c. Item, ille effectus noon pertinet ad Naturalem, cuius causa non pertinet ad Naturalem. (siquidem eiusdem scientiæ est considerare causam & eius effectum, vt patet ex 1. Posteriorum:) Sed causa motus æterni non pertioet ad Philosophum Naturalem, quia illa causa est substantia separata à materia, vt patet in isto Octauo, & talis pertinet ad Philosophum Primum, vt patet in 12. Meta. quare &c. Item, illa quæstio non pertinet ad Naturalem, de qua non potest haberi aliqoa certitodo. hæc est manifesta, quia scientia est habitus certus, vt patet ea Primo Posteriorum. Sed de ista quæstione non potest haberi certitudo, quia dependet à voluntate Primi Motoris. quare &c.

Text co.68. Text. c. 47.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. in hac parte.

CONCLVSIO.

Conclusio. Quærere motus Aeternitatem ad Naturalem Philosophiam pertioet.

Respoosio. DIcendum, ꝙ ista quæstio pertinet ad Philosophum naturalem. Quod sic probatur, quæstio de passione naturali, quę per naturalia principia terminari potest, pertinet ad Naturalem: hæc est manifesta ex 1. Phile. sed hęc est huiusmodi. motus.n. est passio naturalis, & similiter eius æternitas, vt manifestum est: quia motus est à natura, cum natura sit principium motus & quietis &c. & potest terminari per principia naturalia. s. per principia ipsius motus. s. mobile & mouens, vt sunt debito modo cōsiderata, vt patet per Philosophum 10 isto Octauo: & videbitur post. Sed notandum, ꝙ non est simile de entitate motus, & de eius æternitate. Nam de esse motus absolutè manifestum est & oon est dubium bene dispositis: & ideo non oportet de ipsius esse inquiri, nec demoostrando ipsum esse motum, præcipuè quia non docetur neqs addiscitur nisi illud, quod, cū primo concipitur, apparet nobis dubium, vel apparet falsum. vt dicit Lincoln. in 1. Poste. prope principium. Aeternitas autem ipsius motus non sic est manifesta, imo magis est dubium & occultum, an ipse sit æternus. & aliqui Philosophorum putauerunt ipsum incœpisse postquam oon fuerat. ergo &c.

RESPON. AD primam rationem potest negari maior: quia potest esse, de aliquo problemate, de quo neutro modo opinamur, sed habemus cognitionem perfectam: & sic pertinebit ad Scientiam Naturalem vel ad aliam. vt de hoc quæsito, an triangulus habet tres angulos &c. nō opinamur aliquam partem, sed scimus. quare &c. Aliter dicunt aliqui, ꝙ de illo problemate neutro modo opinamur per rōnes Logicas, quia ad vtranque partem sunt rationes logicæ æquè fortes, sed per rationes naturales bene opinamur vnam partem. s. affirmatiuam. Vel dicatur, ꝙ problema, de quo neutro modo opinamur propter defectum rationis ad vtramq; partem, nō pertinet ad Philosophum Naturalem, vt vtrum atira sint paria vel imparia. Sed, si neutro modo opinamur propter magnam difficultatem, sic potest pertinere ad scientiam: & sic de isto. Et potest dici vlterius ꝙ hoc dicit Arist. exemplificando. De exemplo autem noo requiritur veritficatio, sed manifestatio, vt dicit Com. in 2. de Anima quare &c. Ad aliam nego minorem. &, cum dicitur, ꝙ causa perpetui motus est substantia separata, quæ pertinet &c. Dico ꝙ substantia immaterialis potest considerari dupliciter per Com. in 1. huius, & Secundo. Vno modo quātum ad suum esse absolutè, & sic pertinet ad Naturalem. nullus n. Philosophus potest demonstrare substantias abstractas esse nisi Naturalis, vt ipse dicit ibidem. Alio modo quantum ad quidditatem suam, & sic pertinet ad Metaphysicum, & non ad Philosophum Naturalē, vt dicit Com. in 2. huius. Iteoi, substantiæ separatæ possuot considerari vt motorea sunt, & causæ agentes, & sic bene pertinent ad Philosophum Naturalem: alio modo, vt sunt causæ formales & finales, & sic eas considerat primus Philosophus, vt dicit Comm. in 12. Meta. Supponit. n primus Philosophus pro cooilanti, tauquam demoostratum à Philosopho Naturali, ꝙ est aliquod ens immateriale, & declaratur ꝙ istud est antecedens substantiam sensibilē, & ꝙ est eius principium ſm formam & ſm finem. & quamuis primus motor sit idem realiter motor & forma exemplariter & finis, tñ differt secundum ratiooem. à quo autem sumatur huiusmodi differentia rationis, vtrum ex aliqua diuersitate ex parte rei & quo, multa difficultas est, sed pertinet ad primum Philosophum & noo hic. Ad aliam dico, ꝙ imo potest haberi certa cognitio de isto quæsito per principia per se oota, vt videbitur post. Et cum probatur, quia de eo, quod est à voluntate, non est certitudo, potest dici quòd verum est si est à voluotate mutabili, cuius. s. desiderium sequatur intellectum, qui quandoqs intelligit & quandoque non: sed, si est à voluntate immutabili, cuius desiderium sequitur intellectum separatum existentem non oportet esse incertum, & sic est in proposito. Voluntas enim primi motoris est immutabilis sicut & sua substantia. quare &c. Et de eis quæ sunt à voluntate mutabili, dūmodo sint semper aut in ploribus, nihil prohibet esse certitudioem aliquam, licet non sit tta perfecta vt de rebus æternis omoino. quare &c.

Comm 67. Substantiæ immateriales, cognitæ à Phys. Comm. 83. Comm. 22.

Comm. 51.

Quæ mutabiliter volumus incerta sunt, quę autem immutabiliter maximè certa.

Considerādum igitur de hoc quomodo se habet. præoperet enim est non solum ad naturæ considerationem scire veritatem, sed ad scientiam de principio primo.

QVAESTIO II.

An Perpetuitatis motus Consideratio ad Primi Principij intelligentiam necessaria sit.

CONsequenter quæritur, Vtrum consideratio perpetuitatis motus sit necessaria ad intelligendum primum principium esse. Arguitur primo quòd non. quia illud non est necessarium ad aliquid, sine quo illud potest esse: hoc est manifestum 5. Meta. sed cognoscibile primi principij potest fieri sine consideratione perpetuitatis motus. quod appareat dupliciter. Primo auctoritate Auicen. in 8. suæ Meta. vbi inquirit principium primum esse: nullam faciens mentionem de perpetuitate motus. Item, ea hoc ꝙ omnia entia causata fuerunt facta de noo, & ex nihilo, arguitur potentia infinita cuius est reductio de infinita distantia, quæ est inter ens & nihil: & huiusmodi potentia infinita est primū principium. ergo &c. Item, considerario finiti non videtur esse necessaria ad cōsideratiooem infiniti, seu inuestigationem: quia inter medium & illud quod inquiritur per medium debet esse proportio. finiti autem ad infinitum nulla est proportio. Nunc autem motus est finitus, cum omnis motus ex quodam in quoddam,

Tex c.3. Tex. c.6.

dam, primum autem principium est infinitum, vt patet in Octauo isto: quare &c. Item, consideratio motus non videtur esse necessaria ad illud, quod est omnino sine motu: sed primus motor est omnino sine motu, vt patet in isto
Tex. c.45. Octauo. est enim omnino immobilis & per se & per accidens. Item, si sic, tunc motus pertinet ad Metaphysicum, cum ipse habet considerare Primum principium, vt patet in 12. Meta. consequens autem est falsum: quia idem non
Tex. cō.72. pertinet ad Philosophum Naturalem, & ad Metaphysicū, & iam motus pertinet ad Philosophum Naturalem, vt patet in Secundo huius: quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. hic. videtur enim velle q̄ ista quæstio de perpetuitate motus est necessaria ad
Comm.3. scientiam de Primo principio. & idem dicit Com aperti⁹. dicit enim q̄ Diuinus accipit prima principia esse a Naturali, & nullam viam habet ad demonstrandum principium motus nisi accipiat ipsum pro constanti a Naturali. Et qđ existimauit Auic. q̄ Diuinus debet considerare vel demonstrare primum principium esse, falsum est. Et via eius, quam finxit le tenuisse, & qua vsus est in Libro suo, & similiter Algazel sequens ipsum, fuit via tenuis & non est demonstrati-
Comm.83. ua aliquo modo. & in 8. huius dicit, q̄ Auic. peccauit maximè cum dixit, q̄ Primus Philosophus demonstrat primum principiū esse: & processu in hoc in isto libro & in sua scientia diuina per viam quam existimauit esse necessariam & essentialem in illa scientia. Et peccauit in hoc. peccato manifesto: eertior. n. sermonum, quibus vsus est in hoc, non pertransit ordinem sermonum probabilem. Et in secundo
Comm.21. dicit Com. Primus autem motor impossibile est, vt declaretur nisi per signum naturale. Via aurē, qua processit Auic. in probando primū principium, est via loquentium: & sermo eius semper inuenitur medius inter Peripateticos & loquentes. per Peripateticos autem intelligit demōstratores, & loquētes fortè vocat illos, qui asserunt sic esse, sine omni rōne sufficienti, vbi ēt non est euidentia alicuius dignitatis.

CONCLVSIO.

Perpetuitatis motus consideratio necessaria est ad intelligendum Primum Principium Esse.

DE quæstione est intelligendum, q̄ Auice. in Octauo suæ Metaphysicæ nititur demōstrare primum principium esse per ratiocinationem, in qua non vtitur ipso motu æterno: tanquam medio. Et videtur ratio eius talis esse, per primum principium ipse intelligit ens ex se, & supponit, vt manifestum est, quòd multa sunt entia, quæ habent esse ab alio.
Opinio Auicennæ. Tunc arguetetur, quia demonstrato aliquo ente, quod habet esse ab alio, quæritur de illo alio, an sit ens ex se, i. non ab alio, aut ab alio. si ens ex se, habetur propositum: si ens ab alio, quæritur de illo alio, & sic de Tertio, & reuertitur in infinitum. Vel oportet, q̄ concedatur esse aliquod ens ex se, & hoc vocat primum principium, quod est Deus. quare &c. istam tamen rationem non ponit omnino in hoc ordine & sub hac forma, sed sic potest colligi propter brevitatem & breviloquium. hunc autem processum dicunt aliqui esse per viam possibilis & necessarij, pro tanto fortè, quia ipse accipit in eodem capitulo q̄ omne ens, possibile est non esse de se, & ipsum primum est omnino necessarium esse. vode in fine illius capituli dicit sic. Omnis res, excepto primo, est postquam non fuit ens quantum est in se. Et in sequenti capitulo dicit, q̄ stabilitum est aliquid, qđ est necessario esse quare &c. Et fortè hæc est vna via, de qua Com.
Prima Impbatio. dicit, in omnibus auctoritatibus prædictis. Dicunt tamē aliqui opponentes contra istum processum, q̄ non est sufficiens: quia supponit non esse processum in infinitū in causis, & hoc nondum ipse demonstrauit, & ideo non valet. Et indubitanter isti prætendunt vel se esse mendaces, vel non vidisse librum Auic. quia ipse in isto eodem capitulo multum pulchrè probat q̄ non sit processus in infinitum in causis finalibus & formalibus, & incipit capitulum sic. Quod finitæ sint causæ iam patuit ibi &c. verum est tamen quòd in Primo Libro, ipse fecerat quandam ratiocinationem ad
Secundi Impbatio. probandum aliquid esse necessarium simpliciter, in qua supponebat non esse processum in infinitum in causis: quia alibi demonstrauerat aut demonstrare proponebat. Item, aliter dicunt aliqui istam viam esse insufficientem. quia ipse accipit ibi ens ex se per priuationem causæ efficientis. & multa enim sunt entia ex se isto modo. i. per priuationem causæ efficientis. Primum autem principium est vnū ens: & ideo illa via non ducit ad primum principium simplicium. Sed in hoc etiam videntur isti deficere ab intentione Auic. Non enim apparet ibidem ex suis verbis, q̄ ipse intelligat ens ex se illud quod careat causa agente, imo per eos ex se magis vt dicunt intelligere ipsum quòd à nulla causa dependet omnino. & ideo isti nō satis improbant illam viam per istam. Sed fortasis ipsi sufficientia illius rationis ex hoc conuincitur, quia per Primum principium, si sufficienter intelligitur, debet intelligi ens omnino immobile & separatum ab omni magnitudine & causa omnium entium aliorum. Et hoc nō habetur per illam ratiocinationem. quare non est sufficiēs. Dicendum ergo breuiter, q̄ consideratio perpetuitatis motus est necessaria ad intelligendum primum principiū esse. & hoc aliqui probant sic, illud per quod conuincitur esse aliquis motor æternus & immobilis omnino & per se & per accidens sine omni magnitudine & causa omnium aliorum, est necessarium ad inuestigationem primi principij: hæc est manifesta per se. sed per motum æternum & continuū conuincitur talis motor, vt patet in isto Octauo. quare &c. Sed hæc ratio non bene concludit intentum, licet sit vera conclusio. Nam ad hoc q̄ aliquod medium iudicetur esse necessarium ad demonstrationem alicuius conclusionis, non sufficit q̄ per illud medium illa conclusio demonstretur, sed requiritur quòd per nihil aliud possit demonstrari, sine illo: quia necessarium est illud sine quo non, vt patet in 5. Meta. cap. de necessario. Nunc autem ipsi in ista ratione nō vtuntur isto: ostendunt q̄ per aliquod aliud, quàm per motum circularem non conuincitur tale ens, & ideo non sufficit omnino. Propter quod aliter potest argui ad propositum sic, illud est necessarium ad inuestigationem primi principij, per quod conuincitur esse, ens æternum immobile omnino & incorporeum, & causa aliorum entium, & sine quo non potest tale ens inuestigari: hæc est euidens. sed motus primus æternus & continuus & vniformis est huiusmodi. Nā cum motus necessario fit à motore, vt manifestum est per se, primus motus debet esse à primo motore, & motus æternus à motore, & motus continuus & vniformis habet esse à motore eodem modo vel non diuersimodè se habente ad mobile, & sic est immobile omnino: quia omnis motor, qui mouetur diuersimodè se habet ad mobile in principio motus, & in fine secundum aliquem modum. debet igitur primus motor esse immobilis omnino, & per consequens debet esse sine magnitudine: quia, si esset in magnitudine, necessario moueretur, vel per se vel per accidens. Corpus. n. non mouet nisi moueatur aut prius, aut simul cum mouet.
Tex. co 86. Item, quòd ipse primus motor sit separatus à magnitudine Arist. demōstrat in hac Octaui huius ex perpetuitate motus. Sed demōstrationi ista videntur poni difficultates, quæ contra eam fiunt. Sufficit autem ad præsens scire q̄ ex motu
Primū principiū probatur ex solo motu perpetuo. perpetuo necessario conuincitur esse primum principium. Et q̄ non possit inuestigari per aliquod aliud, non est omnino facile probare, tamen hoc potest probari ad præsens. Nam, si motor primus inquirentibus per aliquid aliud tanquam per medium quàm per motum æternum, illud aliud aut est substantia aut accidens: sed non potest inuestigari per esse alicuius substantiæ, probatio, quia aut inuestigaretur per esse substantiæ genitabilis & corruptibilis immediatè, aut per esse substantiæ æternæ. non per esse genitabilis & corruptibilis. quia per istam nō probatur immediatè esse nisi generans & materia. generans autem pòt esse corpus & transmutabile, quæ repugnant primo principio: nec potest inuestigari per esse substantiæ æternæ immediatè: quia substantia æterna non est manifesta esse per motum æternum. nec est manifestum substantiam sempiternam esse dependentem ab aliquo alio, & indigere aliquo alio ad sui perpetuitatem. Et ideo ex eius permanentia non est posse aliquid aliud permanens, vt dicit Com. 12. Meraphysicæ. commento. 30. igitur per esse substantiæ non cōuincitur primū principium esse sine motu. Nec est dicendum, q̄ vel aliquod aliud accidens cōuincatur: quia illud accidens aut esset perpetuum aut generatū & corruptibile: non secundo modo, quia per esse talis accidentis non concluditur immediatè nisi causa

transmu-

Tertia Impbatio.

Medium necessarium quale dēt esse.

Tex c 6.

transmutabilis, quæ quandoque mouet, quandoq; non. nec est manifestum, q̃ tale accidens, quod quandoque est quandoque non depẽdeat immediatè ab ente æterno. Si dicatur quòd per accidens æternum illud accidens est permanens, aut successiuum: non accidens permanens, sicut est dimensio aut aliquid huiusmodi. quia esse talis accidentis non est manifestũ dependere nisi à subiecto perpetuo. primum autem principium non debet esse principiũ alicuius accidentis, cum sit sine magnitudine, quæ est subiectum primum accidentium sensibilium, secundum Com. in de Substantia Orbis. ergo per esse accidẽtis sempiterni & sensibilis & permanentia non conuincitur primum principium esse. Si auteem dicatur q̃ conuincitur esse per esse accidentis perpetui successiui, nullum aliud est huiusmodi nisi motus & tempus: tempus autem non potest immediatè duere in notitiam motoris primi, nisi mediante motu æterno, eo q̃ tempus est passio motus, vt patet in 4 Phys. ergo &c. Patet igitur de ista diuisione q̃ tale ens, i æternum, immobile, omnino separatum à magnitudine conuincitur per esse motus æterni, & non per esse alicuius alterius causati entis. Item, per ipsum conuincitur q̃ sit causa aliorum entium: quia sicut motus ad motum, sic motor ad motorem. nunc autem primus motus est causa aliorum motuum, vt patet in illo Octauo: ergo & primus motor est causa omnium aliorum motorum: & per consequens mobilium, & motuum, & formarum, saltem causa remota. Sed in quo genere causæ se habet primum principium ad alia entia & præcipuè ad entia æterna, alia difficultas est & magna sed de hoc alias. Sufficit autem nunc, esse monstratum, q̃ per motum æternum; & non per aliquod aliud ens potest conuinci sufficienter primum principium esse, intelligẽdo per principium primum ens æternum, immobile omnino per se & per accidens, sine omni corporeitate & magnitudine, & causam exterorum entium. Via autem, qua incessit Auice ad probandum primam causam esse per ens ex alio & ens ex se, paruam & debilem notitiam dat de primo principio respectu huius ratiocinationis præmissæ, quæ colligitur ex verbis Aristo. Et propter hoc Com. dicit illam viam Auic. esse tenuem & nó omnino esse demonstrariuam, sup̃le sufficienter ad cognoscendas conditiones primi principij. Modo, quãtum ad hoc non transcendit ordinem sermonum probabilium, quia, si non largitur cognitionem sufficientem de primo principio, non quòd propositiones, in quibus fundentur, hoc solum probabiles, imo sine dubio videntur esse necessariæ. necessarium. n. est non esse causas infinitas, & necessarium est si est ens ex alio, q̃ sit aliquod ens ex se, & est necessarium primum principium, & ipse solum esse ex se per priuationem vel negationem causæ omnis. Considerandum etiam, q̃ ex illa conclusione, quam demonstrat Auicen. sorrè concludi possunt omnes aliæ conditiones primi principij, quas Aristo. inquirit per motus conditiones. Ex hoc enim q̃ est aliquod ens ex se. i. non dependens ab aliqua causa in quocunque genere causæ, necessario sequitur q̃ non mouetur: quia, si moueretur ab aliquo motore per se, tale motor esset simpliciter ens nobilius & perfectius. vel saltem necesse esse aliquem motorem nobiliorem illo omnem mobili est aliquod ens nobilius simpliciter & perfectius, & per consequens aliquid esset causa finalis illius entis: quia semper in essentialiter ordinatis perfectius habet rationẽ finis ad minus perfectum, & sic illud ens dependeret à causa finali, sed ponebatur à nulla causa dependere. ergo &c. Item, sequitur, q̃ illud ens sit omnino sine magnitudine: quia, si haberet magnitudinem, tunc esset mobile: quod est impossibile. Et patet consequentia, quia omne corpus est mobile, vt satis manifestum est. Et vlterius, oporteret illud ens esse causam ómnium aliorum: & tunc illud ens esset perfectius aliis omnibus. quia detur, quòd aliquid est perfectius eo, tunc aliquid est causa eius, saltem vt finis. sed propositiones istius deductioois non omnino sunt per se notæ, nec fortè bene possent probari nisi reducendo ad motum perpetuum.

Tex. c. 130.

Tex. cũ.

Cõtra Auicenna.

RESPON. AD primam rationem patet ex dictis. Nam q̃ ratione Auic. non cõuincitur principium primum sufficienter notificando ipsum, vt patet ex dictis. Sed quod additur. q̃ es ndultatè ommum entium &c. dico, q̃ omnia entia esse noua. i. incœpisse esse postquam non erant, non potest esse principium physicum ad demonstrãdum istam conclusionem: quia hoc nec est per le motum, nec potest concludi ex sensibus, nec ex aliquo concluso ex sensibilib. imo omnes, qui de Natura locuti sunt conuenerunt in contrario huius. Dicẽtes q̃ ex nihilo nihil fit. vt dicit Arist. in 1. huius. Dico etiam vlterius, quòd, si concederentur omnia entia causata fuisse facta & ꝓducta ex nihilo, i post nihil, adhuc per hoc non conuinceretur esse aliqua causata intransmutabilia. nam agens intransmutabile omnino non causat immediatè aliquem effectum de nouo sine aliqua transmutatione præcedente, dico sm Philosophiam & videbitur post. Verum est igitur, quòd si omnia entia causata, essent noua, indigerent aliquo innouante, sed non sequitur ex hoc, ergo illud primum principium est omnino intransmutabile. Ad aliam rationem, enm dicitur considerando finitũ &c. dico, q̃ est verum si omni modo si finitum: modo, motus primus, quamuis sit finitus sm velocitatem, est tamen infinitus secundum durationem. vt probatum est hic. & hoc sufficit ad inuestigãdum motorem infinitum sm durationem. Vtrum autem sufficiat ad inquirendum motorem vigoris infiniti, vi debitur post, si Deus voluerit. Ad aliam cum dicitur coosiderario motus &c. Dico, q̃ aliquid esse sine motu potest intelligi dupliciter. Vno modo q̃ non habeat in se motum, nec habet habitudinem ad ipsum motum, sicut causa & principium. & sic esset maior vera, & minor falsa. Alio modo quia non sit subiectum motus, nec per se nec per accidens. & sic habet habitudinẽ ad motum. & sic maior est falsa, & minor vera. Ad aliam potest dici. q̃ non sequitur q̃ motus pertineat ad Metaphysicum. Et cum probatur, quia primũ principium pertinet ad Metaphysicum. ergo illud, per quod inuestigatur. dico sicut prius, q̃ primum principium, quãtum ad suam quidditatem, & inquantum est causa sm formam & secundum finẽ bene considerator à Metaphysico, & non à Naturali. sed quantum ad esse absolutè considerator & demonstratur ab ipso Naturali, & Philosophus primus accepit ipsum esse à Philosopho Naturali pro constanti, vt docet Com. in 12. Meta. & prius allegatur. quare &c.

Aliquid est sine motu dupliciter.

QVAESTIO III.

An Motus sit Æternus.

CONsequenter quæritur, Vtrum motus sit æternus. Arguitur primo q̃ non. quia omnis transmutatio, quæ est inter terminos finitos, est finita & non æterna: hæc est manifesta. Sed omnis transmutatio est inter terminos finitos, quia omnis transmutatio est inter contraria, vt patet in primo huius, & contraria sunt finita. quare &c. Et confirmatur, quia omnis transmutatio, quæ habet terminum. est terminata & per consequens finita & non perpetua: sed omnis motus habet terminos. nam omne quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddam. i. ex aliquo termino in aliquem terminum. ergo &c. Item, sicut in minori mundo, sic debet esse in maiori mundo, per conuenientem similitudinem. Sed in minori mundo. sm animal perfecto, incipit motus postquam non erat, vt patet, cũ animal surgit de somno, incipit. n. mouere cum prius non moueretur, vt videtur ad sensum: ergo & in maiori mundo, sm toto vniuerso. sic est q̃ motus in ipso incipere potuit postquam non erat. Item, si motus fuisset æternus, tunc esset aliquid maius infinito: quod est impossibile, vt patet in 3 huius. & probatur cõsequentia: quia reuolutiones Lunæ sunt plures q̃ reuolutiones Solis, cum Luna reuoluatur quolibet mense in suo circulo, & Sol semel in anno.

Tex. c. 42.

Tex. c. 49.

Item, si sic, tunc essent actu infinita ent a simul: quod videtur impossibile ex huius Tertio & probatur consequentia, quia, si motus fuit ab æterno, & mundus, sm Arist hic. &, si mundus fuit ab æterno, semper fuit species humana in aliquo suorum suppositorum, vel aliquibus: quia totũ non est perfectum sine suis partibus essentialibus, & sic oportuit infinitos homines præcedere: quia nullus eorum potuit esse ab æterno, cũ omnes sint corruptibiles. & sic vlterius, cum quolibet

quilibet homo habuerit suũ intellectum. & intellectus quilibet remanet post mortẽ cum separentur ab alijs, sicut pet
Tex. c.22. petuum à corruptibili 2. de Anima. sic sequitur. ꝙ nunc ptę sentialiter sunt infiniti intellectus. ergo &c. Item, quod est productum ab alio, non est æternum: sed motus est productus ab alio: ergo &c. Maior probatur. quia quod est productum ab alio accipit esse post non esse: quia nõ potest simul esse & non esse. ergo oportet ꝙ accipiat esse post non esse, & nullum tale est æternum, quia æternũ est semper. Et confirmatur. quia quod ab alio accepit esse, de se potest non esse: aliter. n. non acciperet esse ab alio. quod autem de se potest non esse est corruptibile, & nullum corruptibile potest perpetuari, vt habetur 1. Cœl. & Mun. & sic patet maior. Et minor pstet. nam motus est productus à mouente. Item, non diceretur motus esse æternus, nisi quia est productus à voluntate impermutabili: hæc est manifesta secundum Arist. sed propter istam causam non potest dici æternus, quia quod reperitur in voluntate permutabili, potest reperiri in voluntate impermutabili. sed voluntas permutabilis potest incipere motum nulla permutatione facta in ipsa. possum. n. velle ire ad scholas post triduũ & ire in tertia die, me non mutato in voluntate. ergo similiter voluntas æterna potuit velle ab æterno nunc incipere motum, & ipsum motum nunc incipere, ipsa non mutata. quare &c.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. o. hic & Com. qui probant motum esse æternum. Et arguitur ratione. Quia causa æterna sufficiens ad suum effectum & ad ipsum determinata, & nihil expectãs in futurum agit suum effectum ab æterno: sed primus motor est huiusmodi. est. n. causa æterna & sufficiens, cum nulla sit diminutio in ipso, & causa determinata. quia, si ipsa esset indeterminata esset in potentia & non in actu puro, vel purus actus. quod est absurdum, & nihil expectat in futurum cum sit omnipotens. ergo &c.

CONCLVSIO.

Motus est Aeternus.

Tex. c.4. 3 A Distam quæstionem dicit Arist. & Com. ꝙ motus est æternus. Ad cuius probationem supponit Arist. ꝙ motus est actus mobilis: hoc autẽ est per se motum, & ali omnibus concessum. & istam definitionẽ motus, vt dicit Com. non induxit ad probandum potẽtiam esse ante actum: quia hoc non est proprium motui sm ꝙ est motus, sed facto novo, sm ꝙ est factum nouum. sic potentia & posse moueri præcedat ipsum tempus. Sed induxit illam definitionem motus ad declarandum ꝙ motus est in moto: qm omnis perfectio necesse est vt sit in re quæ perficitur, & motus est endelechia mobilis. Ex hoc ita, ꝙ motus est in moto consequitur ꝙ ipsum motum siue mobile sit ptius motu. Nam illud, in quo aliquid est, prius est eo quod est in eo aliquo modo. Vnde & Arist. dicit in 1. huius, ꝙ subiectum prius est
Tex. cõ. 52. Mobile præcedit motũ tempore. prædicato. necidente existente in ipso. mobile igitur prius est ipso moto Sed dicit vlterius Com multum subtiliter, ꝙ mobile præcedere motum sm tempus contingit duobus modis. Quorum vnus est, vt illud in quo est potentia tempore præcedẽs motum idem numero sit post motum actu, vt contingit cum animal mouetur motu ambulationis, quod prius non ambulabat, potentia. n. tempore præcedens motum ambulationis præfuit. in illo animali eodem numero, quod prius non ambulauit. Alio modo contingit ꝙ mobile præceda. motum, hc, ꝙ potentia prior motu non est in illo eodem actu eode, quod postea mouetur sm actum, sed in materia. ex qua generabatur ipsum motum. sicut contingit cum ignis generatus est, statim. n. incipit moueri postquam non mouebatur, & potentia ad hunc motum præcessit ipsum motum sm tempus, sed in illo eodem igne, qui tunc mouetur. non. n. fuit tempus aliquod, in quo iste ignis existens actu ignis non moueretur, tutum remoto impedimento, sed potentia ad hunc motum tempore prior, eo quod præfuit in materia ex qua generabatur ille ignis, puta aqua vel oleum vel lignum vel aliquod burnsmodi talium. Propter quid autem hoc contingat, ꝙ in ipso igne sm actum remoto impedimento potentia ad motum non præcedit tempore ipsum motum, sed statim cũ generatus est incipit moueri nisi aliquid prohibeat, alibi perscrutandum est. 8. 4.
Tex. c.5. Cœli & Mundi. & forte dicetur post. Sm autem ad præsens

sufficit, ꝙ vniuersaliter mobile est prius ipso motu vel sm tempus vel sm naturam. Vnde & Arist. o. concludit in hac huius particula, quare prius oportet esse combustibile quã combustum, & combustum quam comburi. Ex hoc ꝓcedit Arist. qua. hc. Si motus incœpit esse postquam nullus erat motus, hoc oportet esse alicuius motus modo tum, aut ꝙ mobilia sunt facta, aut ꝙ sunt æterna: per diminutionem sustentem, h quidem dicatur, ꝙ mobilia sunt facta tunc, cum mobile sit prius ipso suo motu, vt dicebatur necesse est factionem ipsius mobilis præcedere illum motum. Constat autem, ꝙ factio mobilis, vel est quidam motus, vel consequitur motum. & sic ante motum primum erit alius motus prior: quod est impossibile per se. Si quis autem diceret ꝙ factio primi mobilis fuit primus motus ante quem non præcesit aliquis alius motus. Contra hoc est, quia factio siue generatio subiectiæ non potest esse primus motus, quia necessario præcedit motus localis, vt patet in sequentibus huius libri, præcipuè, quia ipsa generatio proprie dicta non est motus, sed termious alterationis motus, vt satis habetur ex primo huius. alteratio autem non potest esse primus motus, vt omnes concedunt. Et si aliquis dicat, ꝙ factio ipsius mobilis non fuit motus nec terminus motus, quia non fuit generatio nec factio vniuoce dicta cum generationibus & factionibus, quæ nunc apparent, sed solum factio æquiuoce dicta, quæ est creatio ex nihilo. Contra illud non a quo alter, nisi quia non potest talis productio probari, nec manifestari per aliqua apparentia sensui, nec mediatè, nec immediatè: nec hmõi productio rerum contingit frequenter nec vt in pluribus. Et ideo Philosophi Naturales, & vniuersaliter Philosophi procedentes sm humanum modum, non videntur hmõi productiones. m. Vnde sicut Arist. dicit in 1 huius. Omnes, qui locuti sunt de Natura, cõueniunt in hoc, ꝙ ex nihilo nihil fit. habent autem tenentes istam productionem ignotam Philosophis concedere, ꝙ factiones & productiones sunt æquiuocę termino existente vniuoco. Terra enim creata & terra generata sunt eiusdem speciei, specialissimæ. Similiter autem & in alijs rebus generabilibus & corruptibilibus, si fuerunt creatæ ex nihilo. Nesciuerunt ergo Arist. & Com. ꝙ motus primus incœperit esse de nouo, & cum hoc ipsum mobile fuerit factum. Si verò dicatur ꝙ & motus incœpit, & mouens & mobile vel mouẽtia & mobilia sunt ab æterno, cõtra hoc primo loquitur Arist. ꝙ hoc
Tex. c.7. est irrationabile, & ab inscientibus dictum. Sed quia illud non sufficit, ideo procedit vlterius tatione. si. n. fuerit mouens & mobile motu nõ existente, & postea incœperit motus, oportuit ipsum mobile quiescere ptius. quies. n. est priuatio motus in subiecto apto nato moueri, priuatio aũt alicuius habitus nõ potest esse in subiecto apto nato ad illum habitum, nisi ab aliqua causa: oportuit igitur præexistere aliquã causam illius quietis in illo mobili, & illa causa manente maneret quies in ipso, & sic oportuit illam causam quietis remoueri ante quam inciperet motus. remoto autẽ illius causæ quietis de nouo vel fuit quidam motus, vel sequebatur motum: & sic iterũ redit in idem quod prius. i. ꝙ ante motum primum est aliquis motus: quod est impossibile, quia sic primus motus non esset primus motus, ea primum tranne quod nihil est. Sed aliquis cauillatur hic dicendo, ꝙ mouens est duplex: quoddam est mouens per naturã, Obiectio.
& aliud est mouens sm intellectum & voluntatem. Et differunt ista, quia mouens sm naturam solum, non mouet sm cognitionem & appetitum animalem, sicut ignis calefacit sine cognitione & appetitu animali. Mouẽs autem per intellectum & voluptatem mouet per cognitionem & appetitum alicuius finis, sc. aut sui ipsius, vt in separatis à materia, vt dicit Com in 12. Meta. aut alicuius alterius, vt in generabilibus & corruptibilibus. Item, mouens per naturam Comm. 33.
proprie & per se non facit nisi vnum præcipue in subiecto vno & eodem numero & eodem modo disposito, mouens verò per intell. ctum & voluntatem potest facere cõtraria. vt Medicus per suam medicinam facere potest sanitatem & ægritudinem. Tuoe diceret cauillator, ꝙ mouens sm naturam vnum & idem existens no mouet nunc, cum prius non moueret, nisi remoueatur prius causa quietis præexistens in mobili, sed mouens per rationem & intellectum vnum & idem potest esse causa motus & quietis successiue absque

remo-

Tex. c.8. Responsio. remotione alicuius causæ quietis. Istam cauillationem removet Aristo in litera. Quia aut hmói mouens & mobile, quæ ponuntur æterna semper fuerunt sibiinuicem propinqua & sufficienter disposita ad mouere & moueri, aut non. si quidem dicatur, ꝙ ambo ista semper fuerunt sibimuicem propinqua, & hoc quidem in dispositione, in qua natum est mouere vnum, alterum autē in dispositione, in qua natum est moueri: tunc qua rōne qua nunc mouet, & illud mouetur eadem rōne ab æterno. Si verò dicatur secūdo modo. s. ꝙ non semper erant propinqua sufficienter, aut ꝙ mouens non habuit dispositionem, qua natū est mouere, aut ꝙ mobile non habuit dispositionem, qua natum est moueri, tunc oportuit ista appropinquari, vel dispositionem acquiri in altero eorum, vel in ambobus: & hoc est impossibile sine motu, & sic idem quod prius. Et confirmat Arist. valde subtiliter. quia relatio non pōt de nouo esse actu in aliquo, nisi aliquā trāsmutatione facta in ipso aut in alicro. vt si aliquid nūc est duplum, quod prius erat duplum, oportet ꝙ aliqua transmutatio facta sit in ipso, aut in altero aut in vtroque. Si igitur hōc quidem est mouens sm actum, & prius non erat mouens: & hoc motum sm actum, & prius non erat motū: cum motus sit actu & motum sint in capitulo ad aliquid, vt dicit Com. oportet esse aliquam trāsmutationem præcedere istam, quæ ponebatur prima, quod est impossibile. Et hæc quidem est prima ratio. Aristotelica & perfecta. Sed vlterius Com. confirmat istam rationem contra loquētes suæ legis. mouens n. per virtutem rationalem & voluntatem non incipit mouere post quietem, nisi quia nūc appetit actu aliquid, quod prius non appetebat eo modo quo nunc appetit: & hoc est manifestum cuilibet intelligenti. si ergo primus motor per virtutem rationalem incepit motum post quietem, necesse fuit ꝙ appeteret mouere cum prius non appetebat: & hoc non potest contingere nisi aliqua trasmutatione facta in ipso vel in alio, & sic idem quod prius. Præterea. Si primus motor nunc incipit mouere & non prius mouebat, aut æternaliter voluit mouere, aut non voluit mouere. si non voluit æternaliter mouere, & nunc vult mouere, tunc aliqua innouatio facta est in ipso: quod est impossibile, quia sic non esset primus motor. Si ab æterno voluit mouere; cum ipse cum sua voluntate mōdi sit per se & immediatè causa motus, oportet ꝙ ab æterno fecerit motus, siquidē causa per se & immediate simul est cū suo causato, vel causa existēte, est suum causatum. Sed dicet, ꝙ ipse primus motor ab æterno habuit istam voluntatem, ꝙ nunc incideret motum & non prius, & sic nulla innouatio facta est in eo: quia sicut nunc vult incipere motum, sic ab æterno voluit nunc incipere motum. Sed istud nō est ad propositum: quia non dico, ꝙ primus motor ab æterno voluit mouere nunc, sed absolutè, vtrum ab æterno voluit mouere vel non. oportet enim alterum istorum concedere, cum sit diuisio secundum contradictionem. Et si dicas absolutè, quod ab æterno voluit mouere, tunc ab æterno mouit, vt prius, & si non ab æterno voluit mouere & vult mouere, tunc est diuersificatus & innouatus, quod est impossibile. quare &c.

Comm. 9.

Remouet tacitā obiectionem.

Secunda rō Aristotē. Tex. cō. 10.

Alia quidē ratio principalis Arist. sumitur ex parte temporis: & supponit ibi duo. Primum est, ꝙ prius & posterius non sunt rēpore non existente. Aliud est, ꝙ quodlibet nunc est medium inter duo tempora & simul est principiū vnius temporis, s. futuri, & finis seu terminus alterius s. præteriti. Tunc arguitur, si tempus est æternum, motus est æternus, hæc consequentia ista tm apparet, quia tempus aut est ipse motus, aut accidens per se ipsius motus, s. numerus eius, vt inquisitum est in Quarto huius. & hoc quodcunq; eorum sit, manifestum est, ꝙ, si tempus est æternum, & motus est æternus. Nam per se accidens nō est sine suo subiecto, sed tempus est æternum. hoc probatur dupliciter. Primo, quia generatum est quod nunc est & prius non fuit: si ergo ips est generatum, tunc verum est dicere ꝙ ipsum tempus est & prius non fuit: prius autē & posterius non sunt sine tempore, vt manifestum est per se: ergo tempus fuit antequam fuit generatum; & omnino antequam fuit: quod est impossibile. Sed aliqui cauillant contra Arist. ꝙ cum dī, non esse temporis fuit prius quàm eius esse, ibi ly prius, dicit differentiam temporis imaginatā, non autem differentiam temporis veri, vt cum dicitur, extra cœlum nihil est, ibi ly extra, dicit differentiam loci imaginatam non veram. hoc non valet: quia illa conclusio est falsa. ad cuius intellectum necessarium est intelligi falsum & impossibile, hanc habeo pro manifesta: sed tempus esse generatum de nouo potest intelligi nisi imaginetur aut intelligatur falsum & impossibile, s. tempus fuisse ante primum tps: quia omnis generatū non esse prius est tempore sine esse. Nec est simile de eo qđ est, extra cœlum nihil est: quia non est lenius ꝙ non esse alicuius sit extra cœlum, sed nullum ens est quod nō includatur in cœlo. Vnde Arist. dicit ꝙ omnia alia sunt in cœlo, cœlum autem non amplius est in alio. Ad hoc ergo, quod intelligatur magnitudinem mundi esse finitam, non est necessarium intelligere aliquam differentiam loci esse extra cœlum; sed ad intelligendum tempus esse finitum & factum, necessariū est intelligere aut imaginare tempus fuisse ante primū tempus. ergo &c. Item, si tps est finitum oportet ꝙ hoc sit per instans siue nunc: nihil n. est ipsius temporis nisi nunc. modo, ex hoc arguitur, si tempus est finitu, & incœpit esse omnino, sequitur, ꝙ fuit aliquod nunc, quod fuit principium temporis futuri, & non fuit terminus temporis præteriti, s. illud primum nunc, a quo ponuntur tps incipere: hoc autem est impossibile, per secundam suppositionem ergo & primum. Sed aliqui sophisticant hic, quia instans semper comparatur ad tempus, sicut punctus ad lineam. Cōstat autem, ꝙ in linea aliquis punctus potest esse principium alterius ꝙ non terminus, vt manifestum est de linea recta, in qua vnus punctus sic est terminus lineæ, ꝙ non est principium alicuius alterius partis illius lineæ, alioquin non esset linea recta finita; quare &c. hoc non valet, quia ips primo & principaliter cōsequitur motum primum, vt patet ex 4 huius, & oēs conceduat. Primus autē motus est motus circularis, vt demonstratū est in illo Octauo, & motus circularis est in magnitudine circulari, vt notum est. ergo instans imaginatur similatur puncto in linea circulari: nunc autem in linea circulari quilibet punctus est principium & finis diuersarum partium eiusdem lineæ, vt manifestum est per se ergo similiter instans. Et confirmatur ex hoc rario. Nam motus habet punctus in linea circulari ad partes lineæ circularis, sic habet mutatum esse in motu circulari ad partes motus circularis, & ipsum nunc in primo tempore ad partes eius, per conuenientem similitudinem: & in capite huius hac ratione conuenientem. Sed sophisticabis, quod non est simile: quia punctus in linea circulari est aliquid permanēs sed instans non est permanens neque fixum: hoc nihil est, quia ex eo quòd punctus in linea est permanens, bene habetur, quòd ipse potest bis sumi vel accipi manens idem, & vnus numero sub vtraque acceptione: & ex hoc ꝙ ipsum instans non est stans sed fluens, bene sequitur quòd non potest bis accipi ita, s. quòd sic vnum & idē numero maneat sub vtraque acceptione. Sed ex hoc non habetur, quin ipsum instans vnum taliter sit terminus & principium & finis quemadmodum punctus in linea circulari est terminus & unum vnum taliter. quare &c. Item, Commentator. arguit sic: aut ipsum instans est aliquid demonstratum, ideſt quod potest existere sine motu, aut non est demonstratum, ita, scilicet quòd non potest existere sine motu.

Tex. c. 130. Tex. co 7. Instans temporis assimilatur pūcto in linea circulari.

Remotio obiectionis tacitæ.

Comm. 11.

Si diceretur, ꝙ ipsum instans est aliquid demonstratum & permanens, ita ꝙ potest existere sine motu, hoc sine dubio est dedimere naturam temporis & motus. nam instans dī, quasi non stans. Vnde, si ponatur instans permanens & quiescens, remouetur natura instantis, & per consequens natura ipsius & motus. si verò instans non potest esse sine motu, tunc necessario ante ipsum erat motus, & post ipsum erit motus: & sic habetur propositum, & ipse non declarat istā consequentiam, quamuis sit occulta multis. sed forte sic intelligenda est, quia, postquam instans non pōt esse sine aliquo sine motu, necessarium est, ꝙ in quocunque subiecto est instans, ꝙ illud moueatur. Omne. nam quo est motus mouetur, & omne quod mouetur prius mouebatur, vt patet in Sexto huius. ergo omne in quo est instans, prius mouebatur. quare &c. Item, aliquis potest sic urgere de instanti, cum instās sit principium & terminus temporis. vtrum hoc inesse instanti per se, aut purè per accidens. si per se, igitur copetit omni instanti, & sic illud qđ prius. Si purè per accidens, hoc vt omnino irrationabile: quia omne principiū & terminus

Tempus est æternum.

Obiectio.

temporis competit omnibus instantibus, exceptis duobus, si aliqua excipiantur. ridiculum autem vr, q dispositio, quæ inest alicui entí purè per accidens, & nullo modo per se, insit omnibus suppositis illius speciei præter quam duobus. hoc.n. vr in alijs rebus, nec potest ni- monstrari sic esse in in-
Motus erit perpetuus à parte post. stantibus. quare vr fictitium sic ponere. Istis quidem rationibus fuit Arist. coactus, & suus Com. ponere motú non incœpisse, postquam oino non fuerat. Et similiter probatur, q non deficiet sic, q moueri nihil sit. i. q cõtingat nihil moueri in posterum. si. n. motus oino deficeret, sequitur, q post vltimum motum esset aliquis motus. quod est impossibile. Et probatur cõsequentia, quia, si motus, deficit, aut mobile remanet æternum, aut corrumpitur. & si remanet æternũ, & similiter mouens, hoc est irrationabile, sicut prius dicebat, & probatur. Nam, si motus, mouens, & mobile remanent æterna, & tñ cessat motus, necessario est fieri aliquã causam quietis in mobili: priuatio. n. non est de nouo in subiecto, habitus. n. est ex aliqua causa noua. Illa igitur cã, cum sit generata, est corruptibilis, & omne corruptibile corrumpetur,
Tex. c. 109. vt hr ea 1. Cœli. ergo illa causa iterum corrumpetur, & eius corruptio non est sine motu: ergo post motum posterius erit motus. Item, si mouens primum est æternum, similiter primum mobile, & tñ motus deficeret, aut ipsum mouens primum est oino eiusdem dispositionis ad monẽdum, sicut erat prius, & similiter mobile ipsum est eiusdẽ dispositionis ad moueri, aut non. si sic, nõ est ratio quare prius mouebat & non posterius, imo necessario mouebit, quia posita causa per se proprinqua & immediata, dum est huius causa. oportet esse eius causatum. si verò dicatur, q non sunt eiusdẽ dispositionis, hoc quidem ad mouere, hoc autem ad moueri, tunc oportet, vel q primum mouens sit innouatum, quod est impossibile, vel q primum mobile sit alteratum aliqua alteratione corruptiua. nunquã. n. contingit q aliquod mobile, quod prius erat aptum & idoneum moueri ab alliquo motore, postea fit ineptum & indispositum ad moueri, nisi per aliquam alterationem factam in ipso, vt manifestum est cuilibet intelligenti: & sic primum mobile erit alteratum aliqua alteratione corruptiua, s. per q corrupta erit dispositio eius, quam habebat ad recipiendum motum. q est oino impossibile. quia cœlum non est alterabile alteratione cor-
Tex. c. 50. ruptiua, vt patet ex 1. Cœli & Mundi. Si quis aũt diceret, q ipsum primum mobile corrumperetur, tunc sequeretur sicut prius. q post vltimum motum erit alius motus. Nam in rebus corruptibilibus corruptio mobilis non necessario est simul cum defectu motus. pòt. n. manere calefactibile postquam non amplius calefit, & animal, postquã non mouetur motu processiuo. sic igitur post vltimum motum erit alius motus: quod est impossibile. Item, si primum mobile po-
Primũ mobile est incorruptibile. neretur corrumpi, hoc est impossibile manifestũ: quia corpus nõ corrumpitur immediatè nisi à corpore: quod igitur esset corpus illud, quod corrumperet immediatè sphæram vltimã, quæ est primum mobile, non esset assignare rõnabiliter. quare &c. Et confirmat Com. q primum mobile non sit corruptibile: quia, si esset corruptibile, haberet corrumpens & oporteret illud esse corpus, vt vr supponere Com. tunc ergo illud corrumpens vel est corruptibile vel incorruptibile. Si incorruptibile, tũc est prius illo corpore, quod ponebatur primum mobile: quia semper perpetuum prius est corruptibili, si verò sit corruptibile, tunc est aliquid corrumpens primum ipsum: & quæratur de illo corrumpente, vt prius, & reuertitur quæstio, aut oportet concedere, q primum mobile est incorruptibile, & cõstat multo fortius de primo mouente: & sic arguetur, q primum mouens semper mouebit, & primũ mobile semper mouebitur, vt prius deducebatur. quare &c. Et est aduertendum, q omnes istæ rationes specialiter & principaliter probant æternitatem primi motus. q. n. ante primum motum sit alius motus, hoc specialiter est incõueniens proprimo motu primi mobilis: & ideo ratio probans motum non incœpisse reducendo ad istud inconueniens, q ante primum motum esset alius motus, specialiter & principaliter connincit æternitatem motus primi. Quod etiam dr, q, si mouens & mobile sunt ab æterno, motus nõ potuit incipere omnino, principaliter & specialiter habet verstatẽ de primo mouente & primo mobili. & in illis habet maximè locum deductio Arist. & remotio cauillationis quam ipse ponit in litera de mouentibus per naturam & intellectum. Secunda etiam rõ principalis, specialiter & principaliter & simpliciter probat motum primum esse æternum: quia sustentatur super æternitatẽ temporis, & constat q ips primo & principaliter consequitur motum primum, vt patuit in 4. huius quare &c. Et ideo voluit Com. q Arist. hic intendit probare æternitatem motus primi, supple principaliter, & non æternitatem motus sm genus, nihil sonẽ ex consequenti. Item, ad principale, omnis effectus nouus est ponendus causa æterna, ita, s. q aliquod ips præcesserit, in quo nouus effectus non fuit: hæc patet inducendo, & probatur, q ad nouitatem effectus non sufficit q causa æterna præcedat ipsum sm naturam vel perfectionem. nam, si cœlum esset perpetuum, adhuc Deus præcederet ipsum sm naturam, siue perfectionem, vt manifestũ est per se, cum cœlum non esset nouum, & sic patet maior. sed motus cœli non est posterius ex ipso motore, vt manifestũ est, nisi sm tempus aliquod vno existente motus non erit, quare &c. Soluẽdũ est negando maiorẽ per instantiam prò positam. similiter posset dici, q motus cœli sm se totum non est inter contraria, sed partes, vt motus ab oriente in occidens est quodammodo inter contraria solum. Est ét considerandum, q licet Arist. & Com. sic dicunt motum semper fuisse & fore, vt ostensum est, tñ dico, q sm fidem & veritatem, & hoc simpliciter determino & indubitanter cõfiteor, q motus incœpit esse & terminabitur, & non solum motus habuit initium essendi, sed etiam oia alia entia ab ipso primo principio, qd est Deus fuerunt facta, postq̃ non erant, non quidem factione propriè dicta & vniuoca cum factionibus, quæ nunc contingunt, s. per transmutationẽ & motum, sed factione oino æquiuoce dicta, sine motu & transmutatione sine subiecto pexistente: & sic ante primum motum non fuit aliquis motus: quia ꝓductio ipsius mobilis nõ fuit motus, vt frequenter dicitur: nec sequens motum: nec habuit subiectũ prius, nec illi potentię productiuæ ipsupponitur aliqua potentia receptiua, & ideo rõ Arist. non procedit. Motus ét terminabitur & remanebit motor & mobile in æternum pp hoc, quod ipsum mouens primũ mouet per volũtatem, & ideo pòt destruere motum sine omni innouatione sui, & mobilis. Istam aũt conclusionem non probo ratione demonstratiua, sicut nec alias, quas fide tenemus, & quas credendo mouemur. nec puto q sit possibile homini demõstrare eam ex principijs sensibilibus vel assumptis ex sensibilibus. Rõ etiam de tpe soluitur, quia fuit instãs, quod sic fuit principium tpis, q non fuit, & instans, qd non erit initium alterius tpis subsequentis. Et, cum dr contra hoc, q instans comparatur ad ips sicut punctus ad lineam circularem verum est imperfectam, sicut est semicirculus, aut aliqua huiusmodi sed nõ sicut punctus ad lineam circularem perfectam. Et qd dicit Com. q instans non potest esse in aliqeo sine motu, verum est instans medium inter duo prima instantia, sed duo prima aliud habent. Et cum dr, q dispositio, quæ inest purè per accidens insit omnibus individuis illius speciei præterq̃ duobus, hoc est impossibile: & dico, q nihil est impossibile apud Deum omnipotentem, & multa apparent hominibus impossibilia, quæ sunt possibilia secundum Deum lummum & benedictum: quare &c.

AD primam tõnem, cum dr. omnis transmutatio &c. & cum dr, q ois transmutatio est inter contraria, verũ est pter motum circularẽ, vt dicunt aliqui. Sed motus circularis non est inter contraria, imo est ab eodẽ in idem, & idem non est sibiipsi cõtrarium. Ad aliam, cum dr, q ois transmutatio, quæ habet terminũ &c. verum est terminata & finita sm terminos, & non sm tempus. & sic pòt esse æterna, sicut dicunt. Aliter pòt dici, q ois transmutatio habens terminũ
Motus circularis est infinitus. est terminata. Verũ est vt habet terminum. &, cum dr, q ois transmutatio habet terminũ, verum est vel sm se totam, vel sm partem: & sic est finita sm partem. quælibet. n. circulatio est finita, tñ totus motus circularis non habet vnicum terminum, sed infinitos successiuè: & ideo sm se totum nõ est finitus sed infinitus. Qualiter autẽ, & propter quid motus circularis est infinitus & continuus, rectus autem non, inferius apparebit Deo dante. Ad aliam, cum dicitur, sicut est in minori mundo &c. dico, q simile est in hoc, q sicut in minori mundo est aliquod mouens, & mobile aliquod;

Motus secũdum hdem incœpit & terminabit.

sic in

sic in maioti mundo. & sicut in maioti mundo primum mouens est causa omnium motuum quoquo modo, sic in animali ipsa anima est principium & causa omnium motuum propriorũ ipsi animato, vt Arist. docet in 2. de Anima: sed dissimile est in alio, quia in mainri mundo motor est perpetuus, in minori autem mundo non est perpetuus. Item, in animali motor est mobilis, saltem per accidens, in vniuerso autem motor est immobilis oino. Et ad minorem dico per interemptionem. ounquam. n. iocipit moueri de nouo nullo motu præcedente in ipso, nec in alio. Et, cum dr, ꝙ, cum animal surgit de somno, ibi incipit motus in animali nullo motu præcedente. Dico, ꝙ licet nõ præcedat ibi aliquis motus exterior saltem manifestus, tñ præcedit aliquis motus interius in corpore animalis, scil. à calore naturali, vel à continente. Si. n. animal dormiens debet expergefieri naturaliter, oportet quod calor naturalis corporis resoluat & resumat humiditatem facientem somnum, & ꝙ spiritus mittantur ab interioribus ad exteriora: & hęc omnia sunt motus quidem, & sic illum motum pcedit alius motus. Item, si animal in vigilia penitus quiescat à motu locali, & postea incipiat moueri, oportet ꝙ præcedat aliquis motus in ipso, saltem ꝙ appetat moueri, cum ptius noo appetebat: & hmõi appetitus nouus reducitur ad aliquam factam transmutationẽ in corpore à continẽre, scil. ab aere & à cœlo. Et hoc significauit Arist. in litera, cum dixit, nthil igitur prohibet magis autem fortasse necessariũ est in corpore multos fieri motus à continente. horum aũt quosdam intellectum aut appetitũ mouere, illum autẽ totum tã animal mouet. Et p p h. d. ibi commentator ꝙ duplex est alteratio, qua non cessat animal moueri, quarum vna est à cõtioente, scil. ab aere & aqua & cœlo. alia est à calore naturali. nnnquam. n. cessat actio caloris naturalis, & cum cessat, tunc est mors, vt dicit. Sic igitur imaginatur Arist. ꝙ ipsum continens in quo viuit animal, immutatum à corpore cœlesti: transmutat corpus animalis. Et istorum motuum quidam peruenium quodammodo ad intellectum facientes ipsum iudicare aliquid esse bonũ & prolequendum, aut malum & fugiendum: & tunc appetitus appetit illud prosequi aut fugere: & mouetur animal nisi aliquid prohibeat. v g. cum cõtineos est valde excelsiuè calidum propter præsentiam Solis & aliorum astrorum calefacientium, tunc contingit corpus animalis excessiuè calefieri & exceari, & tunc anima indicat potum frigidũ esse bonum & tuuamẽrum, & appetitus appetit illud, & mouet animal ad hoc: & similiter in alijs suo modo. noo tñ dico ꝙ a talibus intellectus necessitetur ad iudicandum, & voluntas ad volẽdum. Et de hoc inquiretur post. Si cigitur patet, ꝙ illa ratio, quamuis sit multum apparens, tñ suppouit fallum. quare non valet. Ad aliam cum dr, infinita &c. Dico ꝙ non valet, quia pertialitas est de extremo ad extremum. modo, nulla circulationum, ad quas peruenitur, est extra simpliciter, imo post quamlibet sequitur alia: quia non est ratio quare motus circularis magis terminatur ad vnũ vbi quàm ad aliud. vnde, sicut in linea circulari quilibet punctus est terminus vnus partis lineæ & initium alterius, sic in motu circulari, vbi est natum esse initium vnius partis motus & terminus alterius: ideo nulla ratio naturalis est quare motus circularis terminetur ad vnum vbi, & ab illo non incipiat circulatio, sed terminetur omnino motus: oportet. n. ꝙ ad omne vbi terminetur, quod est impossibile, aut ad oul lum omnino terminetur: & hoc est æternus. Et istam rationẽ tetigit Arist. in illo Octauo, c. 9 autem lationum circulariter. Et Comm. dicit ibi, ꝙ illa causa non solum dat esse possibile, ꝙ motus circularis sit perpetuus, sed etiam dat esse necessarium: quare &c. Ad aliam cum dr, ꝙ esset aliquid matus infinito nego consequentiam. Et cum probatur. Similiter circulationes solis &c. ibi dico, ꝙ circulationes Solis & Lunæ possunt cõparari ad totum tempus, & sic non sunt plures vnius quà alterius: quia omnes sunt infinitæ. vel possunt comparari ad aliquod tempus determinatũ, vt ad centum annos, aut ad aliquod hmõi quodcunque: & sic bene verum est, ꝙ plures sunt circulationes Lunæ quam Solis in suis proprijs circulis. quare non valet. Ad aliam dicuot aliqui, ꝙ non eli inconuenieos infinitam esse actu multitudinem ui rebus immaterialibus accidentaliter ordinatis, cuiusmodi sunt intellectus hominum, qui fuerunt vsq; nunc. Sed hoc nihil est, quia, cum in rebus materialibus non possint esse simul infinita sm actum distincta ãbitudinem secundum esse, multo minus, hoc est possibile in rebus immaterialibus. Nam res immateriales sunt magis propinquæ naturæ formæ & res materiales materiæ: multo autẽ plus magis, actualis infinitas repugnat formæ q̃ materiæ, vt manifestum est cuilibet intelligenti. Nã finitas prouenit ex forma, & infinitas ex materia, vt patet in Tertio huius. quare &c. Et ideo dicerer Arist. & Comm. ꝙ intellectus immaterialis & abstractus non est plurificatus numeraliter, sed est vnus, vt habet videri 3. de Anima. Secũdum fidem aũt & veritatem dico, ꝙ homines infiniti non præcesserunt, sed fuit primus homo, ante quẽ nullus alius præcesserit: quare ratio falsum supponit. Et, si quæras, quis generauit primum hoiem, dico, ꝙ non fuit generatus aliquo homine, sed fuit creatus vel factus vel formatus à creatore, qui omnia creauit, scil. Deo. Ad aliam cum dr, ꝙ productum &c. dicunt aliqui, ꝙ verum est, si est causatum ab aliquo, vt aliquid ab agente. si aũt est causatum ab aliquo solum tanq̃ à fine, non oportet: & sic est de motu æterno, vt dicunt: motor. n. æternus non est cã motus nisi in genere causæ finalis. Sed hoc est multum difficile, & ideo de hoc fiet quæstio specialis, vtrum, si motus æternus dependeat à motore tanquam ab efficiente. Ad aliam, cum dr, non demonstretur motus esse æternus &c. dico ꝙ potest concedi. Et, cum dicitur, & illa non est causa, falsum est. Et ad probationem dico breuiter ad præsens, quod agens per voluntatem permutabilem non agit aliquid de nouo immediatè, nisi aliqua permutatio facta sit in ipso: & si ego nunc volo eras ire ad scholas, & eras volo ire ad scholas, ille actus volendi non est vnus & idem omnino formaliter, licet sit vnus quodãmodo radicaliter & materialiter. Aliud enim est formaliter velle eras ire ad scholas, & velle nunc ire ad scholas. sed eras igitur ire est scholas ad aliud formaliter ab eo quod est nunc ire ad scholas, & ideo non valet illud exemplum. De hoc etiam, quia difficile est & subtile, volo quæstionem specialem tacere. & sic de isto.

Tex. c. 63. & 72.

Tex. co. 75.

QVAESTIO IIII.

An Motor Aeternus, & Intransmutabilis, qui per Intellectum & Voluntatem mouet, & motum Nouum immediatè causare valeat, nulla transmutatione præcedente.

QVæritur hic quæstio vltima rationis. Vtrum motor æternus, intransmutabilis qui mouet per intellectum & voluntatem posit immediatè causare motum nouum nulla transmutatiooe præcedente. Arguitur primo ꝙ sic. Quia talis motor est omnipotens, ꝙ non esset, nisi posset &c.

Oppositum arguitur, quia sicut se habet voluotas noua ad motum æternum, sic se habet voluntas ęterna ad motum oouum, per conuenientem similitudinem. Sed voluntas noua non potest facere motum æternum, vt manifestum est. ergo voluntas æterna non potest facere motum nouum.

CONCLVSIO.

Primus Motor intransmutabilis existens, & si per volontatem agat, motum nouum immediatè agere nequit nullo motu præcedente.

AD quæstionem dicunt Arist. & Iuus Com. ꝙ motor æternus est omnino intransmutabilis per se & per accidens, quòd quàtumcunq; agat per voluntatem, non potest agere immediatè motum nouum, scil. nullo motu præcedente. Et rõ Arist. patuit prius: nam, si hmõi motor ageret immediatè motum nouum, nullo motu præcedente, aut ipsum mobile esset factum, aut æternum. si nouum & factum, tunc factio eius præcedit eius motum. sicut. n. mobile præcedit motũ, sic factio mobilis, si ipsum mobile fiat præcedit factionem motus, & sic ante illum motum fuit alius motus. Et si dicatur, ꝙ ab agente factum fuit ipsum mobile noo factione, quæ est motus vel transmutatio vel cum motu, & transmutatione, sed factione æquiuoca, quæ est creatio sioe motu & transmutatione, & sine subiecto præiacente seu præsupposito: Istud non voluit Arist. lo. quia secundum hoc potentiæ actiuæ non corresponderet potentia passiua aliqua, cum omnis potentia passiua sit in aliquo subiecto. Iterum, si ipsum

sum mobile incœpit esse, aut prius potuit esse, aut nō potuit. si potuit esse de se, illa potentia fuit in nihilo: quia nec in agente solum, quia potentia receptiua esse alicuius rei non est in agēte, quod agit illam rem, vt manifestum est cuilibet intelligenti. ergo potentia receptiua ipsius mobilis fuit in aliquo subiecto præexistēte. Si verò diceretur, ꝙ ipsum mobile non potuit esse quātum de se est, tunc fuit impossibile esse, & nullū tale incœpit esse. quare &c. Etsi, dicatur, ꝙ mouens fuit æternum, & similiter mobile. contra hoc est ratio Aristo. quæ superius inducebatur, & resumas eam si placet. ratio Arist. de relatiuis optime habet hic locum, & tu considera eam per te. quare &c. Itē, arguitur breuiter sic, si talis motor incipit mouere de nouo, aut aliquid aliud immediatè agit de nouo, aut ipse ab æterno voluit mouere aut nō voluit mouere ab æterno, hæc diuisio est fm cōtradictionem. Si ab æterno voluit mouere, ergo ab æterno mouit: qa eius voluntas, quia vult mouere, est immediata & per se cā ipsius motus. & tali causa posita, necessario ponitur causatum. Si dicatur, ꝙ non voluit mouere prius, & nunc vult mouere, necessario facta est innouatio & transmutatio in ipsa volun-
Obiectio. tate eius. Non n. est intelligibile, ꝙ voluntas nunc velit mouere & prius non voluit mouere, nisi mutatio facta sit de nō velle ad velle. Modo ponebatur omnino & totaliter intransmutabile. ergo &c. Sed aliqui cauillant hic, ꝙ ipse primus motor ab æterno voluit mouere in isto tpe determinato, & incipere motum in isto nunc, & ideo, cum incœpit motum in illo nunc, & voluit incipere motum in illo nunc, nulla mutatio facta est in sua voluntate. & exemplificant sic, aliquis potest velle ire ad scholas post triduum, & in fine tridui vellet ire ad scholas: & sic, cum ibit ad scholas, non erit
Repbatio. voluntas innouata, præcipuè, si continuaret actum volendi. Sed hoc non sufficit intentioni, quia sic dicendo non rēdetur ad interrogationem. non. n. quæro, an ille motor ab æterno voluit monere in isto tpe, vel incipere motum in isto nunc. sed, vtrum ab æterno voluit mouere, & si sic, ergo ab æterno monit, aot è conuerso. Si non ab æteroo voluit mouere, & nunc vult mouere, ergo ista volitio, est noua in eo: quod est impossibile. Nec valet exemplum eorum. Siquis vult ire ad scholas post triduum & in fine tridui vult ire ad scholas, quia non est eadē volitio formaliter, sed solum materialiter. Prius n. verum erat dicere. ꝙ ipse volebat ire ad scholas in futuro, & nunc vult ire ad scholas vel incipere in præsenti nunc. Sicut igitur ire ad scholas in futuro & ire ad scholas in p̄senti, non est idē volibile, formaliter, sed diuersum, vt manifestum est cuilibet, sic indubitanter non est idē actus volēdi formaliter hic & ille. & ideo illud exemplum nihil valer. Item, dimittamus quærere de inceptione motus, & quæramus de ipso nunc, vtrū ab æterno voluit producere illud nunc, aut in aliquo nuoc determinato, dico immediatè. Si ab æterno voluit absolutè ꝓducere illud nunc, quare ab æterno non produxit, cū sua voluntas actualis sit sufficiens cū omni quod vult facere, ve dicunt: Si aūt voluit ab æterno producere illud ounc in determinato nunc, quæritur, vtrum in eodē nunc, aut in alio. si in eodem, hoc est absurdum. nihil. n. producitur, nec est in seipso per se. si in alio nunc, quæritur de illo alio, & sic in infinitum. quare &c. Itē, si primus motor nunc incipit mouere & prius nō mouebat, vel aliquid producere, qnod prius nō produxit, aut ab æterno ipse fuit eiusdem dispositionis, sicut est nunc cum actu produxit, aut non. si sic, ergo qua rōne ounc producit, ab æterno produxit: & sic non de oouo. si non, ergo oportet aliquā transmutationem esse factam in ipso, sed hoc est impossibile, quia ponitur oino intransmutabilis. ergo &c. Itē, Deus semper est & æternaliter fecit quod melius est & possibile, hoc est manifestum. sed melius est mouere, q̄ non mouere, vt manifestum est. & probatur: quia vel mouere est melius quā non mouere, vel è cōuerso, s. ꝙ ooo mouere est melius simpliciter, vel ambo sunt æqualis bonitatis. si primo modo, habeo propositum. si secundo modo, Inconueniens est: quia, cum modo, Deus moueat, noo faceret qđ melius est: nec Tertio modo, quia esse semper est melius q̄ non esse, sibi oppositum, & ideo mouere est melius q̄ noo mouere. Er constat, ꝙ semper fuit ei possibile monere, & nunquam impossibile fuit moueri vel motum esse: quia, si aliqñ fuisset impossibile, nunquam fuisset. ergo ab æterno debuit mouere. Item, Com. arguit supponendo fundamēta duo, per se nota, quæ nullus pōt negare fm rationem interiorem, vt dicit. Vnū est, ꝙ primus motor est oino intransmutabilis, & hoc concedebant ei loquentes suæ legis, cum quibus ipse disputat. Aliud est, quod agens per voluntatem non ponit fm durationem suum effectum, nisi pp defectum alicuius alterius, s. quod est necessariū ad esse, vel ad melius esse illius effectus, siue illud aliud sit tempus vel aliquod aliud quodcunqi, quod non est in eius potestate. modo, ipse motor primus æternus non habet ponere sibi motum vel mouēdum pp defectum eius, qđ non sit in eius potestate, vt dicunt. ergo non debet poni motus fm durationem ipsi primo motori. Sed dicunt aliqui, ꝙ ipse Deus
Opinio. voluit facere motum, & totum mundum de nouo p̄ p̄ seipsum. s. ad hoc, vt sua sufficientia manifestaretur in hoc, quia omnibus alijs non existentibus, ipse in seipso oēm sufficientiam beatitudinis habuit, & virtutis ad rerū productionem: & hoc sine dubio non est nisi persuasio rhetorica nullā veritudinem inducens. Nam sine motu & mundi nouitate potest hominibus per rōnem demonstratiuam cōstare, ꝙ ipse Deus est sibipsi efficiens, sic ꝙ à nullo alio dependet tanq̄ à cā principali in quocunqs genere, & ꝙ ipse est prima & nobilissima causa oium aliorum entium, fm aliquem modū. vnde & Arist. dicit proœmio Met. ꝙ totaliter optimum eorum, quę in natura & Deus est. & in Duodecimo dicit ꝙ ab Tex. c. 38.
ipso dependet cœlum & tota natura. Et præterea, sicut ipse ponitur supra naturam produxisse oia de nouo, sic pōt poni ꝙ ipse potuit hoibus manifestare suam sufficientiam, & hoc notificare, ꝙ ipse posset esse sine omnibus eis ibus, quæ ab æterno oia cauauerit, & sic nulla est successus p̄ponendi sibi suum proprium effectum. vnde, cum simpliciter melius fuerit ipsum mundū fuisse ab æterno & hoc fuerit possibile ipsi primo principio, & non repugnauerit ipsū mundo, & p̄ nouitatem mundi nullum apparēs saluatur, quod non possit saluari sine tali nouitate: rationabilius vē, imo fortasis necessarium, ipsum fuisse æternum, q̄ nouum &c. Sed aliqui profundius perscrutantes de secreto diuinæ Opinio.
volnotatis, dicunt, ꝙ ipse produsit mundū de nouo, vt manifestaretur, ꝙ ipse fuit solus alijs nou existentibus, qđ non potuisset fuisse factum, nisi fuisset sine oibus alijs. Sed hoc Impbatio.
non sufficit, quia per mundi nouitatem: aut manifestauit se fuisse prius in aliquo tpe, sine omnibus alijs, aut manifestauit se fuisse, & esse priorem fm naturam. Nō primo modo, quia tps non potest esse sine omni motu, vt manifestum est omni intellectui, nec motus sine mobili. Vnde per mūdi oonitatem non manifestauit se in aliquo tpe fuisse sine oibus eotibus, quia in tpe, illo necessarium est fuisse motū & mobile. Si dicerctur secundo modo, s. ꝙ per talem nooā mundi productionem manifestauit se fuisse priorem fm oaturam, ita bene maoifestauisset hoc causando æternaliter ipsum mundū, & suam caula'itatem notificando, quia cōstat, ꝙ caula per se prior est natura q̄ caulatum, quāuis sit simul duratioone &c. Sed aliquis posset rationabiliter opponere, quia primus motor sic potuit producere hanc reuolutionē hodiernam non p̄cedentibus alijs, & sic hē, & de nouo potuit incipere motum, & sic motū potuit præcedere reuolutiones præcedeotes, & hoc vē inconueniens, quia sequitur ꝙ ipsæ reuolutiones essent essentialiter ordinatæ, quod vē irrationabile, tum quia individua eiusdem speciei non sunt essentialiter ordinata, tum quia in esseotialiter ordinatis esset processus in infinitum, & fortè dicendom, ꝙ ad hoc ꝙ necessaria sint essentialiter ordinata non sufficit, ꝙ ad esse vnius eorum fuerit oecessarium alterum præcessisse, sed ꝙ ad esse vnius necesse sit esse alterius simul. v g. ad esse Sortis necessarium est præfuisse infinitos homioes ita, ꝙ Sol vel cœlum non potuisset generare Sortem oisi præcedente aliquo homine, oec illum nisi præcedente aliquo homine, oec illum, nisi præcedente alio in infinitum, & tamen isti homines non dicuntur essentialiter ordinati. Sed ad hoc remanet dubitatio, quia impossibile est reuolutionem æteram non præcessisse hodieroam: igitur necessarium est eam præcessisse. sed omnia necessaria sunt per se t. Poster. & illo 8. & in Text. c. 75.
12. Meta. igitur istæ reuolutiones sunt p̄ se ordinatæ & per Tex. c. 35.
eo o sequens essentialiter. Diceodum, quod aliqua esse essentialiter ordinata non sufficit quòd vnum per se præcedat et reliquum,

reliquum,sed è contra,quia necessario simul sunt. Alij dicerent,q renolutiones sunt essentialiter ordinatæ, nec est inconueniens In essentialiter ordinatis successiuis procedere in infinitũ,sed in permanentibus, nec istę reoolutiones sunt indiuidua eiusdem speciei proprie, sed partes quantitatiuæ vnius totius continui,s.motus circularis cœli. Sed hoc con
Comm.15. tradiceret Com.in isto 8.& ideo dicatur primo modo. Itẽ, Com.Innuit talem rationem, vnluntas nnua non producit effectum nisi nouum: Igitur voluntas antiqua non producit nisi antiquum. Et confirmatur propter putantes obstruere intellectum persuasionibus non necessarijs,ipsum.n.primũ principium fuisse alijs non existentibus,non pôt intelligi ni si altero istorũ modorum,aut q ipse fuit,quia alia non erãt ita q nõ esse aliorum fuit causa esse eius, vt si diceremus, q Sole non pśente,dies noo est:& hoc est absurdum,quia non esse aliorum non fuit causa esse, vt manifestum est, aut ipse fuit alijs non existentibos,i.q in aliquo tpe fuit dum alia non fuerunt, & hoc etiam remotum, aut fuit alijs non existeotibus,i.q alia non erant,oec fuerunt nbi causa esse,imo omnibus alijs fuit cã esse & prius natura eis: & hoc indubitanter patet hominibus enam oibus intelligentibus manifestum esse sine nouitate motus. vnde Arist.& alij philosophi, qui posuerunt motum esse perpetuum,& nondum bene sciuerunt ipsum primum principium, quod est Deus esse non existentibus alijs,sic intelligendo,q alia nó sunt ei,nec fuerunt cã essendi, & ipsum est natura & dignitate prius oibus alijs: quia alia non erant, ita q non esse aliorum fuit,quare &c. Item arguitur rõne quadam, quam ponit Albertus luper 12.Met Nunq̃ essentia aliqua desit cuirur actui suo essentiali hanc recipit pro manifesta,sicut lux ounq̃ destituitur à lucere.& hmõi.sed mouere est actus essentialis primi motoris,Probatio,quia aut primus motor mouet per suam essentiam,aut per aliquod accidẽs. si primo modo, ergo mouere est eius actus essentialis.si secundo modo hoc esset impossibile,quia sic esset mouens per accidens,& oullũ tale est primũ mouens,quia per accidens non est naturaliter prius ipso per se,vt patet in isto Octauo.quare relinquitur,q est mouens per essentiã suam,&sic eius actus essentialis est mouere: quare nunq̃ desistitur ipso mouere. Sed contra hanc rõnem mouet quasdam obiectiones & solnit. Primo diceret aliquis, q ẽm hoc primus motor non pôt non mouere, & sic ẽt coactus ad mouendum: quod est absurdum Rõdit hic & bene,q non sequitur,quia coactũ est violentum, Violentum autẽ est cuius principium est ab extra, vt patet in 3. Et hic modo ipsi primo motori non est aliquod principium extrinsecum mouendi,sicut nec essendi,& ideo noo mouet violenter,nec cogitur ad mouendum.Sed dices vlterius saltem ipse erit obligatos ad mouẽdum,& oon mouabit libere,quia non poterit non mouere. Dicit,q hoc nihil est penitus:quia liberũ est,quod est sui ipsius gratia, vt patet in Primo Polnicæ.modo,ipse primus motor mouet gratia sui ipsius principaliter.communicare.n.bonitates suas per essentiam summæ libertatis est, & hoc facit primus motor ppe
Comm.39. tuo suo motu.Et ideo dr̃,q semper est in optima sua dispositione & ẽm seipsum cũ seipsum semper intelligat & amet in quo est dilectio perfectissima,vt dr̃ in 12.Meta.& in com
Comm.66. parationc ad alia eotia,quibus perpetuo suas boonitates cõmoicat per motum. vnde & Com.dicit super ẽm Cœli & Mundi, q omne, quod est propter se primaria intentione, est propter aliud secuoda intentione, vel habet actiooem propter aliud secuodaria totentione, nisi esset illic aliqua natura oon innata ad largiendum,vt dicit: sic igitur diceret Com.& Arist Sed dico ẽm fidem & veritatem & hoc indubiranter affero & firmiter coofiteor,quòd primum principium,quod ell Deus supremus, potuit iocipere motum de
Primũ principium potuit incipere motũ sine pria mutatione. nouo per suam voluntatem, & producere de nouo ipsum mobile & alia entia sine omni transmutatione præcedente, nec huiusmodi conclusionis pooo aliquam rationem demonstratiuam, sed eam sola fide teneo, sicut & alia multa.

Ad rationes in contrarium. Ad primã dictum est in præcedẽti quæstione,q ipsum mobile fuit productum à primo rerum principio no quidem per motum & ex subiecto, sed sine moru & sine subiecto. Et cum dr̃ q potentię actiuę &c. Verum ell potentiæ actiuæ agentis particularis, quoo non est causa totius entis,sed potentiæ actiuæ agentis, vel quod est prima causa totius entis,non oportet correspondere potentiam passiuam in aliquo subiecto, & sic est de potẽtia dsuina. Ad aliã dico, q mobile non potuit esse potentia passiua materiæ. Sed quia sibi non repugnabat esse,& cũ hoc potuit esse potentia actiua agentis primi. Ad aliam dico, q primus motor ab ęterno voluit mouere in tpe determinato & iocipere motum in nunc. Et cum dr̃ vlterius, vtrum absolutè voluit mouere ab æterno. Dico q òd sic, nec sequitur ex hoc, ergo ab æterno mouit. Et cum dr̃ quod causa &c. Verum est in causis naturalibus,sed in voluntarijs nõ oportet. Ad aliam similiter.nam ab æterno fuit eiusdem & non alterius dispositionis,nec tñ ab æterno mouit,sicut non mouet: quia est agens per voluntatem. Ad aliam dico, q licet absolutè loquendo melius esset mundum & motum esse quàm non esse, tñ propter aliquam causam melius est ipsum non fuisse semper quàm semper fuisse, sed quæ sit illa causa? Dico,quod ego nescio istam causam sufficientem, nisi illa causa sit ipsemet Deus,qui est omnium causa: & si est aliqua ipecialis & propria causa nouitatis mundi, prupter quam melius fuit ipsum esse nouum quàm æternum, istam scit Deus ipse, & forte quidam alij habentes intellectum magis eleuarum: sed ego ignoro eam ad præsens, sicut & multorum effectuum naturalium causas nescio, de quibus tamen mihi constat qd̃ habent esse in rerum natura. Ad aliam per idem. diuisio.n. Com. est sufficiens de agente per voluntatem mutabilem,sed agens per voluntatem immutabilem, quæ potest postponere suum effectum non propter defectum alicuius, quod non sit in sua potestate, nec propter aliquam aliam causam,sed propter seipsum. Vnde nouitas motus & mundi non reducit ad aliquam oouitatem primi principij, quod est Deus, qui est causa propinqua & immediata. Ad rationem Alberti,dico,quod essentia quę agit per naturam & per voluntarem nũquam destituitur a suo actu essentiali,sed,si agit per voluotatem, bene destituitur, & ne est in proposito. Primus enim motor mouet per voluotatem, ideo aliquando nõ mouebat vel non æternaliter mouebit. Et si dicas, q illud,quod debetur alicui per suam essentiam, debetur ei per se,& per consequens semper. Mudn,ipsi primo motori debetur moueri per sui essentiam, quia per voluntatem suam & sua voluntas est idem quod sua substantia. Dicendum q verum esset in rebus naturalibus, sed in voluntarijs noo tenet, & sic est in proposito. quare. &c.

QVAESTIO V.

An Motus Æternus dependeat à Motore aliquo effectiue,

COnsequenter quæritur, Vtrum motus æternus dependeat à mouẽte sicut ab agente seu efficiente. Et arguitur primo q non,quia,si ita esset,sequeretur,q omne mouens esset agens: & hoc est inconueniens, ẽm Arist.in 1.de Gener.c.de Tactu.vbi vult, Text. c.44.
quod omne agens est mouens,sed oon è conuerso. Et probatur consequentia,quia q omne mouens sit agens, hoc nõ habet instãtiam nisi pro motore separato a materia. istam. dicitur mouens & nõ agens,& ille motor est,qui causat motum æternum, vt patet in isto Octauo. si ergo motus æternus esset à mouẽte,sicut ab agente,sequitur,q dictum ell,s. q omne mouens esset agens quare &c. Item, agens debet esse contrarium ei in quod agit,vt patet in 1.de Generatione, Text co.50.
sed motor,à quo causatur motus æternus,non habet contrarietatem ad mobile, vt manifestum est cuilibet intelligenti,nec è conuerso.ergo &c. Item,nihil fit ab agente nisi Tex.cõ.36.
per motum præcedentem,hæc videtur manifesta ioducendo in agentibus.sed motus æternus non potest fieri per motum præcedentem,quia ante primum motum æternum nullus ell alicuius motus prior.ergo &c. Item, si sic tunc motus æternus non esset naturalis,quod est impossibile.Et probatur consequẽtia,quia motor, à quo caulatur motus æternus,est separatus à mobili, vt patet in isto Octauo & sic,si fit agens illum motum, tunc ille motus erit ab agente estrinseco & non intrinseco: talis autem motus noo videtur esse naturalis, quia natura est principium intrinsecum, vt patet in Secoodo huius.quare &c. Tex. e.9.

Oppositum arguitur,omne quod reducit aliquid de potentia ad actum agit in ipsum, hæc videtur manifesta per rationem agentis,quam ponit Comm.10 12.Meta.sed moandu.super Phys.c.

tor, qui mouet motu æterno reducit aliquid de potentia ad actum, ſ. mobile, vt manifeſtum eſt. Ipſum enim mobile, ex mobile eſt, non eſt niſi in potentia receptiua reſpectu motus, & tale non ducit ad actum ſe, vt patet ex 9 Meta. ergo relinquitur quòd mouente. quare &c.

Tex. c. 2.

CONCLVSIO.

Motus æternus non eſt ab aliquo motore, ita quod ab illo per motum proprie dependeat, non implicat tamen ipſum effectiuè dependere à motore, ſicut lucere diaphani à præſentia corporis lumi noſi.

DE iſto dixerunt aliqui, 9 motus æterous non eſt à motore tanquam ab agente, & hoc probatur per vnam talem rationem, qua etiam creditur demonſtrari de ſubſtantia æterna 9 ipſa non ſit cauſata ab agente. Et eſt ratio quaſi talis, Si ſubſtantia æterna dependeret ab aliquo agente ipſa de ſe poſſet eſſe: ſi. n. ipſa de ſe non poſſet eſſe tunc eſſet impoſsibilis, & ſi de ſe poteſt eſſe, poteſt etiam non eſſe, quia eadem eſt potentia contradictionis 9. Meta. Sed tale, quod de ſe poteſt non eſſe eſt corruptibile, & à nullo poteſt peruari, vt patet ex 1. Cœli & Mundi, & ſic ſubſtantia æterna nõ eſſet æterna omnino. Similiter arguunt de motu æterno, ſi. n. iſte motus æternus dependeret ab agente, tunc de ſe poſſet eſſe, & per conſequens non eſſe, & ſic idem quod prius. Et ideo dicunt, 9 motus æternus nõ eſt à motore tanquam ab efficiente, imo vel dicunt, 9 actio & paſsio & motus non habent agens per ſe, & dicunt, hoc eſſe demonſtratum ab Ariſt. in 5. huius. Sed mihi videtur, ſalua reuerentia ſic dicentium, 9 ipſi dicunt contra Cõm. & contra veritatem. Coorra Comm. dicunt manifeſtũ, 9 Com. vult in 12. Meta. 9 in ſeparatis à materia idem eſt cauſa mouens ſm agens, & ſm ſinem. Com. 34. ibi in Com. loquens de mouente ſeparato dicit ſic, & ſic mouens, quia agit motum, & quia finis motus. & in comm. 36. dicit ſic, intelligentiæ verò abſtractæ, in eò 9 ſunt abſtractæ, ſunt principia eorum, quorum ſunt priucipia duobus modis, ſm 9 ſunt mouentes, & ſm 9 ſunt fines. idem habetur in tractatu de Subſtantia Orbis ex intentione. Et eſt etiam contra rationem, quia omni potentiæ paſsiuæ correſpondet potentia actiua vt patet ex 5. Meta. ſed conſtat, 9 mobile, quod mouetur motu æterno eſt in potentia paſsiua ad motum æternum: ergo debet eſſe potentia aliqua actiua ipſius motus, & illa non eſt niſi potentia motoris, vt manifeſtum eſt: quia mobile non habet potentiam actiuam ſuiipſius, vt conceditur. ergo &c. Et ſiquis dicat, 9 maior eſt vera in potentia paſsiua remota ab actu, ſed de potentia coniuncta actui, non oportet 9 ei correſpondeat actiua & paſsiua, hoc nihil eſt, quia potetia paſsiua coniuncta actui, aut ſeipſa reducit ad actum, aut reducitur ad actum ab aliqua alia potentia. & primum conceditur eſſe impoſsibile: ergo relinquitur ſm, & iſta potentia non eſt niſi potentia actiua, vt manifeſtum eſt. quare &c. Præterea, Quamuis mobile, quod mouetur motu æterno, non ſit in potentia remota ab actu reſpectu totius motus ſimul ita, ſ. 9 ſimul ſit priuatum toto motu, tñ ipſum mobile habens vnã partem motus continui perpetui, ſ. vnam circulationem, eſt in potentia, i. in potentia priuata actu, & remota ab actu reſpectu alterius. & exiſtens ub illa altera eſt in potentia remota ab actu reſpectu alterius, & ſic de omnibus. vt Sol, dum actu mouetur circulatione hodierna, eſt in potentia remota ab actu ad circulationem craſtinam, & eum mouebitur in circulatione craſtina erit in potentia remota ab actu ad aliã, & ſic in infinitum, & antequam moueretur iſta circulatione ſeu reuolutione hodierna fuit in potentia remota ab actu reſpectu eius, & ſic de omnib. vnde ipſum mobile, quod mouetur motu æterno eſt in potentia remota ab actu reſpectu totius motus nõ ſimul, ſed ſucceſsiuè, vt patet conſiderãti, & ideo neceſsario indiget potẽtia actiua. cum. n. reſpectu cuiuſliber circulationis ſit aut fuerit in potentia remota ab actu, oportet 9 ad quamlibet circulationem ſucceſsiuè reducatur ab aliqua potentia, & non niſi à potentia motoris. quare &c. Sed eſt conſiderandum, 9 duplex eſt agens, vt habetur in 2. de Anima. quoddam. n. eſt agens remouens contrarium, quod præ ſuit in paſſo, vt, cũ agit ignis in aquam remouendo frigiditatem. ſimiliter autẽ & in alijs huiuſmodi, & tale debet eſſe contrarium aliqualiter ipſi paſſo, & communicare in ipſo in materia cum ipſo. Aliud eſt agens, quod non corrumpit contrarium, ſed ſolum inducit aliquem actum, ad quem ſubiectum erat in potentia receptiua, ſicut dicimus, 9 corpus luminoſum præſente diaphano agit in ipſum, & ſimiliter ſenſibile in ſenſum. Modo dico, quòd motus æternus non eſt à motore tanquam ab agente primo modo, ſed ſecundo modo.

Tex. cõ. 17. Tex. c. 102. Impbatio. Tex. cõ. 17. Mobile æternũ eſt in potentia reſpectu partiũ motus. Agẽs eſt duplex. Tex. cõ. 57.

AD rationem alterius opinionis, cum dr illud, quod dependet ab aliquo agente de ſe poteſt eſſe &c. Dico 9 aliquid de ſe poſſe eſſe, poteſt intelligi dupliciter, quantum ad propoſitum. Vno modo 9 in eſſentia ſua habet aliquam partem, quæ ſit in potentia ad eius eſſe, & hoc modo cõpoſitum ex prima materia & forma ſubſtantiali ſpecifica de ſe poteſt eſſe. Alio modo intelligitur aliquid eſſe in potẽtia ad eſſe, non quia in ſua eſſentia ſit aliqua pars habens porentia ad eius eſſe, ſed quia eſt in aliquo ꝓprio ſubiecto, quod habet potentiam ad eſſe illius, & hoc modo poteſt dici, 9 forma ſubſtantialis poteſt eſſe, quia ipſa eſt in ſubiecto, qđ habet porentiam ad eſſe eius. Modo, cum dr, 9 eſſe cauſatum ab agente &c. verum eſt altero iſtorum modorum. Et cum dr, 9 illud, quod de le poteſt eſſe, poteſt non eſſe. Poteſt dici, 9 verum eſt, ſi de ſe poteſt eſſe primo modo, ſed, ſi ſecundo modo, nõ oportet. modo, ipſe motus æternus poteſt eſſe ſecundo modo, ſ. quia eſt in ſubiecto proprio, quod habet porentiam ad ipſum & ad eius eſſe, & non poteſt de ſe eſſe per partem ſuæ eſſentiæ, & ideo non poteſt de ſe non eſſe, nec ſequitur inconueniens qđ dicebatur. Sed ſi aliqua ſubſtantia æterna cauſaretur ab agente, oportet 9 illa ſubſtantia compoſita haberet partem eſſentiæ ſui eſſe, per quã eſſet in potentia ad eſſe, & etiam ad non eſſe, & ſic eſſet corruptibilis, & eius ſola ma eſſet corruptibilis: quare non poſſet perpetuari ab aliquo. Aliter poteſt reſpõderi quod aliquid de ſe poſſe non eſſe, põt dupliciter intelligi. Vno modo, quia habet à materia partẽ, quæ eſt in potentia ad eius non eſſe, & ad formam oppoſitam, ſicut iſtæ ſubſtantiæ inferiores compoſitæ, & nullum tale põt perpetuari. Alio modo põt intelligi qđ aliquid de ſe põt non eſſe pro tanto, quia quantum eſt ex parte ſua, circunſcripto quocunq; alio modo ſemper haberet eſſe, nec etiam ex parte ſui ſubiecto põt eſſe, & tale nihil prohibet perpetuari, ſi depẽdet immediatè ab æterno agente, & ſic eſt de Motu cœli. Modo, cum dr, 9 omne quod producitur ab agente de le poteſt non eſſe, verum eſt altero illorum modorum. ſed non eſt neceſſe, qđ primo modo. Vel dicatur, 9 motus cœli bene poteſt non eſſe ſm quamlibet ſui partem ſucceſsiuè, licet nõ ſimul, & hoc ſufficit ad hoc, 9 dependeat ab agente. perpetuatur autem per hoc, 9 vna parte deficiente, ſuccedit alia, vt circulationem hodiernam ſuccedit craſtina, & ſic ſemper, nec ꝓpetuatur ſm ſuas partes, ita 9 alia pars perpetuetur, vel omnes, modo prædicto. Et tu dubitabis, quia licet motus nõ habet de ſua eſſentia partem, quæ habet potẽtiam ad ſuum eſſe, eò 9 eſt actus ſimplex, tñ ipſum motum, ſ. compoſitum ex mobili & motu habet partem, quę eſt in potentia ad ipſum motum, ſ. ipſum mobile, & ſic compoſitum iſtud poteſt non eſſe, & per conſequens non poteſt perpetuari, ſicut nec ſubſtantia compoſita & ex quo ſequitur, 9 motus non poteſt perpetuari, quia ſic perpetuaretur compoſitum. Fortè diceretur, 9 hoc non eſt ſimile, quia ipſum mobile ſubiectum motui non facit quid vnum per ſe cum motu, ſicut materia & forma ſunt vnum in eſſe per ſe. Modo, cum dicitur, qnòd illud non poteſt perpetuari, quod partem habet, per quam eſt in potentia ad eſſe, intelligendum eſt ſi ex illa parte cum alia fiat ens vnum per ſe. Vel poteſt aliter dici, cum dicitur. Omne quod dependet ab agente de le poteſt eſſe, verum eſt vel potentia coniuncta cum actu, vel potentia remota ab actu. Et cum dicitur, quòd omne de ſe poteſt eſſe, de ſe poteſt non eſſe, Verum eſt, ſi ſit potens eſſe potentia remota ab actu. ſed, ſi eſt potens eſſe potentia coniuncta actu, non oportet, modo, diceretur, quòd motus æternus de ſe poteſt eſſe potẽtia coniuncta actui, ſed nõ potentia remota ab actu tota ſimul. vt dicebatur prius. nunquam. n. eſt ſimul cœlum ſine omnibus partibus motus. Sed ſic dicẽdo remanet dubium, quia ſimiliter poſſet aliquis dicere, 9 aliqua ſubſtãtia æterna eſt ab agente, & 9 ipſa de le eſt de potentia ad eſſe coniuncta actui, & ſic non poteſt non eſſe, & põt perpetuari. Ideo aliter di-

RESPON. De ſe poſſe eſſe intelligitur dupliciter.

De ſe poſſe non eſſe intelligit dupliciter.

Obiectio.

Opinio.

ter dicunt aliqui, q motus cœli bene poteſt eſſe, & poteſt etiam non eſſe quantum eſt ex parte ſui, vel quantum eſt ex parte mobilis vnde corpus, vel vnde mobile ſed ex parte motoris non poteſt non eſſe: & ideo abſolutè non poteſt non eſſe, propter quod non poteſt poni non eſſe. vnde non ſequitur aliquod inconueniens ſi perpetuatur. ſed, ſi ſubſtantia cauſata ab agente perpetuaretur, ipſa poſſet potens non eſſe abſolutè: quia ſubſtantia non depeodet ab agente in conſeruari & in eſſe, ſed ſolum in fieri. poterit ergo poni non eſſe, & ſic ſimul erit & non erit cum ponatur æterna. Et adhuc diceret aliquis, q ſicut motus dependet à motore & in fieri & in eſſe, quia ſuum fieri eſt ſuum eſſe, ſic ſimiliter ſubſtantia æterna dependet ab agente ſuo in eſſe & in conſeruari, & ideo non debet poni non eſſe, quamuis ex parte ſua ſit aliqualiter potens non eſſe. Et ſic omnia quæ dicerentur ad iſtam rationem, tenendo motũ æternum eſſe ab agente, dicerentur ad eandem tenendo ſubſtantiam æternam eſſe ab agente, & ſi illa ratio valet ibi, valet etiam hic, vt vẽ. Forte ſecũda ſolutio eſt omnibus aliis verior & efficacior, & forte eſt impertingens, i. non poteſt fraugi neq; ſtrdi. Cõ enim dr̃, q illud, quod poteſt eſſe, poteſt non eſſe, quia eadem potentia eſt contradictionis, verũ eſt de potentia contradictionis remota ab actu, ſed de potẽtia coniuncta actui non eſt verum vt videmus, q cœlum poteſt eſſe quantum & non poteſt eſſe non quantum, & ſimiliter de multis aliis: modo, ipſe motus æternus poteſt eſſe potentia coniuncta actoi, & nõ remota ab actu omniuo. Et ſi dicas eodem modo teneret ille, qui teneret ſubſtantiam æternam cauſari ab agente; & ſic illa ratio non demonſtrat ſubſtantiam æternam non habere efficiens, & ego ad præſens non repeto illam rationem demonſtratiuam, nec vnquam vidi Com. hoc dicere, licet aliqui attribuant ei. Bene tamen dicit ſa. Meta. q ſubſtantia poſsibilis de ſe eſſe & non eſſe, non poteſt perpetuari, & hoc verum eſt de ſubſtantia, quæ eſt poſsibilis potentia remota ab actu, talis n. ſubſtantia eſt ſimpliciter poſſibilis non eſſe, vnde poteſt poni non eſſe, & ſic, ſi eſſet perpetua, ſequitur q ſimul poſſet eſſe & non eſſe, ſed motus, licet ſit poſsibilis de ſe potentia ſupple coniuncta actui, qui eſt in ipſo mobili, & poteſt etiam non eſſe ſm partes ſuas ſucceſſiuè, cum hoc poteſt ab alio perpetuarst & cauſa ẽt in hoc eſt, vt dixit, quia eſſe habet ab alio, ſ. à motore, & quia eſt motus ſtetnus, & intranſmutabilis per ſe & per accid. s, ideo perpetuatur motus, ſubſtantia verò, quæ de ſe eſt poſſibilis eſſe & non eſſe, non dependet immediatè ab aliquo intranſmutabili, ſed ab aliquo tranſmutabili, quod quandoque eſt in debita diſpoſitione ad cauſandũ & conſeruandum ipſam ſubſtantiam; quandoque non. Conſiderandum igitur diligẽter circa iſtud, q cauſa, quare motus, qui eſt poſsibilis quoquo modo poteſt aliquando perpetuari non eſt illa quam aliqui aſsignant & attribuunt conſequenti, ſ. quia potentia ad eſſe eius non eſt in eius ſubſtantia, ſed in aliquo alio, ſ. in ſubiecto huius. nam hoc eſſet cauſa perpetuatis, tunc ſimiliter forma ſubſtantialis ſiue generetur per ſe ſiue per accidẽs poſſet perpetuari in materia, quia potentia ad ipſam non eſt in eius ſubſtantia, ſed in materia: imo cauſa illius eſt; quæ prædicta eſt, ſ. quia eſt immediatè a motore intranſmutabili, omninò & per ſe & per accidens. vt ibi tangit Com. Remanet ergo prædicta concluſio, ſcilicet quòd motus dependet à motore, ſicut ab agente.

RESPON. Ad rationes priores. Ad primam dicendum, q non omne mouens eſt agens corruptiuum & alteratiuum alterationẽ propriè dictã, & hoc modo accipit ibi Ariſt. Sed omne mouens bene eſt agens perfectiuum, ſ. quod reducit aliquid de potentia ad actum. Et dico de mouẽte immediato, inter quẽ, ſ. & mobile eſt aliquis motor medius: qũ dico propter primum principium, quod fortè eſt aliquo modo mouens, vt finis, & non vt agens. ſed motor appropriatus mobili primo agit ipſum motum primum. Et ſi hoc verum eſt, tunc pòt etiam ſaluari dictum Ariſt. q non omne mouens eſt agens. hoc n. verum eſt de mouẽte primo, q non eſt appropriatum alicui mobili immediatè, ſicut vt tenure Com. in illo 8. & in 12. Meta. & in de Subſtantia Orbis. ſed de hoc videbitur in poſterum. Per idem ad aliam, verum eſt quòd agens corruptiuum debet eſſe contrarium paſſo & conuenire in materia eum ipſo, ſed non oportet de agente perfectiuo ſolum. Ad aliud cum dicitur nihil &c. verum eſt ab agente quod agit de nouo. Sed ab agente quod æternaliter agit bene poteſt aliquid eſſici non per motum præcedentem tempore ipſum factum; & illud vt tenure Com in ſuo Tractatu de ſubſtantia Orbis. vbi dicit, q quoddam agens præcedit ſuum actum natura & non tempore. Ad aliam dico breuiter, q motor abſtractus eſt in mobili, nõ quidem ſubiectiuè, ſed ſm appropriationem: & hoc ſufficit ad naturalitatem motus. Et ad hoc quamuis monẽs agens motum æternum non ſit intrinſecum mobili ſm eſſe, tamen principium præceptiuum ipſius motus bene eſt intrinſecum mobili vel non extrinſecum, & hoc vt ſufficere ad motum naturalem. Item aliquæ ſic mutant, omne q eſt ab alio effectiuè Obiectio. priua eſt non ens quàm ſit ens, ſed motus æternus non prius eſt non ens quàm ſit ens. ergo &c. Ad hoc reſpõdent aliqui, q licet motus æternus non ſit prius tempore nõ ens, quàm ens, tñ prius naturaliter eſt non ens quam ens, & hoc ſufficit vt dicunt. Sed hoc nihil eſt, quia eſſe & ens naturaliter & ſm naturam prius eſt quam non eſſe & non ens omnino. Aliter dicunt aliqui, q ad hoc q aliquid dependeat ab alio, & tanquam ab efficiente vel agente, non oportet q prius ſit non ens quàm ens, ſed ſufficit q ipſum non eſſet in quodã aliud non eſſet, quod extrahit ipſum de potentia ad actum, & ſic eſt de motu æterno. Vel dicendum, q quamuis motus æternus nõ ſit prius tempore non ens ſm totum quam ens, ita, ſ. q mobile in aliquo tempore priuatum ſit motus æterno toto, tamen ſm partes ſibi ſuccedentes bene tamẽ prius tempore eſt non ens actu, quam ens actu. Cum n. mobile actu reuoluitur vna reuolutione eſt in potentia ad aliam reuolutionem, & illa alia ad aliam, ſed nondum eſt in actu ſimpliciter, & ſic ſufficit motum prius non eſſe quàm eſſe.

Contraria autem his non eſt facile ſoluere. Tex. cõ. 16.

QVAESTIO VI.

An cœlum agat in hominis Intellectum & Voluntatem.

QVeritur hic, Vtrum cœlum agat in intellectum & voluntatem hominis. Arguitur quòd ſic, quia Aſtrologi iudicant & prædicunt de illis, quæ ſunt ab intellecto & voluntate humana, vt aliquis pugnabit contra alium, vel conducet vxorem: & huiuſmodi. ſed hoc non poſſent facere niſi corpora cœleſtia agerent in intellectum & volontatem. nam per aliam viam non iudicãt & prædicunt de talibus, niſi per aſpectus corporum cœleſtium, quos credunt mouere intellectum & voluntatem ad actus ſuos, quare &c. Item, illud, quod facit indicare aliquid eſſe bonũ vel malum, & illud appetere vel fugere, vt agere in intellectum & voluntatem: hæc eſt manifeſta. ſed cœlum facit aliquid iudicare bonum & proſequendum vel malum & fugiendum: per conſequens appetere illud, qm. n. Sol eſt præſens vel propinquior nobis, & calefacit noſtra corpora, tunc iudicamus non eſſe bonum, ſed malum nos calefieri ab igne, & illud fugimus, cum autẽ Sol eſt multum diſtans & facit frigus, tunc iudicamus bonum eſſe calefieri nos ab igne, & illud appetimus & proſequimur: & ſic in multis aliis huiuſmodi, quare &c. Item, Tex. c. 4. quod agit in corpus aliquod, agit in formam corporis & in virtutes conſequentes eam: hoc ſatis eſt apparens, cum forma & virtus ſint, eo cuius ſunt forma & virtus. ſed cœlum agit in corpus humanũ, cuius forma eſt anima intellectiua, & virtutes eius ſunt intellectus & volũtas. quare &c. Item, primum in quolibet genere eſt cã omnium aliorum, 2. Met. ſed mutatio cœli eſt prima mutatio: ergo ipſa eſt cauſa omnium mutationum intellectus & voluntatis: quod nõ eſſet ſi non ageret in intellectum & voluntatem. Item, in ſomnis aliquã contingit vere intelligere, vt patet p Ariſ. in de Somno & Vigilia, & experientia docet. hoc autem non contingeret, niſi cœlum ageret aliquid in animã intellectiuam. ſ. u. non, quo cauſarentur tales intelligentiæ & prophetiæ de futuris? Item arguitur auctoritatibus Ariſt. dicit. in 1. Met. q iſte mundus ex neceſſitate contiguus eſt ſationibus ſuperioribus vt omnis eius virtus gubernetur inde, & conſtat q intellectus & volũtates ſunt quædam virtutes hominis, qui eſt in illo mundo inferiori. quare &c. Item in Secundo Tex. c. 5to. de Anima. dicit, q voluntas augetur ad præſens, incitatur

ad agendum secundum præsentis horæ dispositionem. dispositio autem horæ præsentis reducitur ad corpus cœleste, sicut ad causam, vt omnes concedunt, & subdit ibidem Philosophus. vnde eis, scilicet hominibus, semper sapere altera præstant. q. d. corpora cœlestia, scilicet dant hominibus sapere, i. intelligere altera, i. alia & alia secundum diuersos aspectus astrorū. Et parum post dicit, q talis est intellectus in terrenis hominibus, qualem ducit pater virorum deorumq;, i. Sol vt exponitur ibidem. Et iterum in isto Octauo dicit Arist. sic nihil igitur prohibet, magis autem fortasis necessarium est in corpore multos motus fieri à continente. horum autem quosdam appetitum & intellectum mouere, quare &c.

Tex. c. 120.

Oppositum arguitur, quia, si sic esset, tunc actiones nostræ quas operamur per intellectum & voluntatem non essent meritoriæ, nec dignæ laude & honore vel vituperio: quod est absurdum, vt patet 3. Ethic. & probatur cōsequentia, quia illa, quæ facimus necessitati ab alio, non sunt meritoria nec demeritoria, vt manifestū est. si quis. n. coactus & violentatus ab alio percutiat alium manu mota per alium, non est puniendus, vel si coactus ab alio exhibeat parentibus honorem, non est laudandus, & sic de similibus. modo, si cœlum ageret in intellectum & voluntatem nostrā, tunc eum cœlum necessario agat omne quod agit, nos necessario agerem⁹ ea, quæ ageremus, & non possemus non agere ea.

CONCLVSIO.

Cœlestia corpora per se nullo modo agunt in intellectum & voluntatem.

DE quæstione est intelligēdum, q aliqui dicunt, & quasi cōiter asseritur absolutè, q cœlum nullo modo per se agit in intellectum & voluntatem nostrā: & probatur duabus rationibus. Prima est, omnium corporeum agit in incorporeum: hæc recipitur pro vera & manifesta. sed cœlū est aliquod corporeum, vt manifestū est, & intellectus est quid incorporeum, vt patet ex 3. de Anima. ergo &c. Item, si cœlum ageret in intellectum, aut ageret in ipsam speciem intelligibilem, vel actum intelligendi, vel vtrunq;: hæc diuisio est manifesta. sed non agit in aliquod istorum, nec ambo probatio: quia omne, quod cœlum per se agit est quid individuum corporeum & materiale, sed species intelligibilis & intelligētiæ sunt actiones vniuersales & abstractæ, vt patet de Anima. ergo &c. Sed quicquid sit de conclusione ista. Istæ tñ rationes non videtur esse efficaces, quia per eandem rationem probaretur, q nulla substantia materialis ageret aliquid in intellectum nostrum per se: quia si nullum corporeum per se agit in incorporeum, sed omnis substantia materialis est ens corporeum, sicut & cœlum. Et iterū substantia materialis, si ageret in intellectum, aut ageret speciē intelligibilem, aut intellectionem, quorum neutrum videretur sm illam secundam rationem: quia species intelligibilis & intelligentiæ sunt actus abstracti & vniuersales, & tales actus non fiunt per se ab agente corporeo & materiali, vt ibi videntur concedere, quia, l. omne, quod cœlum agit sit quid individuum & materiale, & non videtur esse propter aliud, nisi quia ipsum cœlum est quid corporeum & individuum: quare idem diceretur de qualibet substantia materiali, & sic nulla substantia materialis erit per se actiua in intellectum, quod tñ est falsum manifestum, quod omne per se intellectum est per se actiuum in intellectum aliquo modo, sicut per se sensibile est per se actiuum in sensum, vt patet ex Iscientia de anima. Modo substantia materialis est quid per se intelligibile, cum sit per se substātia & ens, quare &c. Et per idem vī q conclusio, quam ponunt, scz cœlum nihil per se agit in intellectum nostrum, non est omnino vera, quia omne per se intelligibile est per se actiuum in intellectum, vt dictum est. sed ipsum cœlum est per se intelligibile, vt patet: quia est per se ens, & substantia est per se scibile. quare &c. Propter quod aliter potest dici ad quæstionē, q cœlum non agit per se in intellectum nostrum, sic intelligēdo, q per se faciat intellectum nostrum iudicare aliquid necessario esse bonum & prosequendum, vel malum & fugiendum: nec similiter agit in voluntatē nostram per se sic, q faciat ipsam voluntatem necessario aliquid velle vel nolle. Et hoc probaretur ratione prius inducta, quia, si sic esset, actiones nostræ non essent laudandæ nec vituperandæ, cuius oppositum vult Arist. in 3. Ethic. & in multis alijs locis. & hoc etiam sencut omnes leges. Et patet consequentia sicut prius declarabatur. Sed cōsiderandum, q quamuis cœlum non sic per se agat in intellectum & voluntatem, q necessitet illas virtutes ad suos actus (sic. n. pertinet libertas humana, quæ dicitur esse nobilissima conditio voluntatis humanæ) tamen corpora cœlestia multas transmutationes faciunt in continente, in quo viuunt animalia, & in corporibus etiam animalium, & ad istas transmutationes aliquoties consequitur iudicium intellectus de bono prosequendo, vel malo fugiendo, & similiter declinatio voluntatis ad prosequendum vel fugiendum: v. g. cum Sol & alia astra calefaciunt excellenter & caecsiuè illa inferiora, & corpus humanum exiccant immoderatè, contingit q intellectus humanus iudicat bonum esse remouere istum caecssum. & non potest remoueri nisi per assumptionem alicuius frigidi, & ideo iudicat bonum esse accipere aliquod frigidum & prosequendum, & voluntas tunc inclinat in illud. Similiter autem de multis alijs transmutationibus, quas agunt corpora cœlestia. Et hoc plane docuit Arist. in litera prælegata: nihil. n. prohibet magis, aut fortasis necessarium est in corpore, supple animalis, multos fieri motus à continente, scz ab aere & cœlo. horum autem quosdam intellectum & appetitum mouere, nunquam tamē, vt dicitur, necessitatur intellectus ad iudicandum & assitmādum hoc esse bonum vel malum per quācunq; transmutationem factam in corpore: nec voluntas ad volendum, imo semper remanet in intellectu libertas ad iudicandum aliquid & volūtati ad volendum aliud vel ad volendum illud, & hoc respectu ordinatorum in finem. v. g. quantumcunque corpus humanum sit excessiuè instigidatum, dummodo remaneant virtutes distinctiuæ vel iudicatiuæ, adhuc non necessario iudicat intellectus, q bonum sit remouere illum excessum frigiditatis, imo potest non iudicare illud vel iudicare oppositum, nec voluntas necessario vult illud, scz remouere frigus illud excelsiuum & mortificatiuum, imo potest velle sustinere illud: sic autem est in alijs. Et propter hoc dicit Ptolemæus, q vir sapiens dominabitur astris, ingnaotū per suum intellectum potest iudicare aliquid esse bonum & faciēdum, ad cuius oppositum inclinant corpora cœlestia quantum est de se. Et idem etiam vnus dixit verificator satis curialiter,

Corpora cœlestia aguni in animalia

Tex. c. 120.

Vir prudēs dominabitur astris.

Fac tibi fortunam, festina frangere Lunam.
Sic contra fatum faciet te cura beatum.

Considerandum tñ est q quamuis huiusmodi transmutationes non necessitent intellectum ad iudicandum, nec voluntatem ad volendum, vt tenet omnis doctrina, tñ indubitanter multi regunt opera suæ vitæ sm inclinationes factas à corporibus superioribus in generatione hominis, & post eius generationem, & aliqui inueniuntur facere contraria eorum, ad quæ inclinantur per actionem corporum cœlestium, isti sunt quasi pauci respectu aliorum, q enim aliquis habens à figura cœlesti vehementem inclinationē ad iram & luxuriam, sit mansuetus & temperatus perfectè, hoc est multum difficile & quasi ratum, licet sit possibile. Similiter autem & in alijs huiusmodi. Alia verò irrationalia, scz quæ non habent intellectum nec habitum intellectiuum, necessario sequuntur trāsmutationes receptas à corporibus cœlestibus, & non habent libertatem faciendi contrarium: propter quod dicitur, quòd in actionibus, quas agunt, magis aguntur quàm agant, quia non habent dominium sui actus, vt tangitur in Secundo huius. & in Tertio Ethico.

Improbatio rationum.

RESPON.

AD rationes tunc est dicendum Ad primam, eum dicitur q Astrologi &c. Dico, q Astrologi nō iudicant de his, quæ nunt ab intellectu humano tanquam sit necessarium talia contingere, nec actiones corporum cœlestium quibus disponuntur & inclinantur homines ad aliqua prosequēda vel fugienda, & illas inclinationes & dispositiones prosequuntur in multis, & ideo non valet cōtradictio. Ad aliud dico, q corpora cœlestia non faciunt intellectui apparere aliquid esse bonum, ita q necessario indicet illud esse bonum, vel etiam malum, sed disponunt ad tale iudicium modo prædicto, semper. n. tamen remanet intellectui libertas iudicandi de ordinatis ad finem, & volūtati libertas eligendi. De hoc tamen magis est considerandum 3. Ethic. & cui virtuti

virtuti istarum magis sit attribuenda libertas actionis. Ad aliud cum dr, quod sgit in corpus &c. Arist. diceret concedendo maiorē loquēdo de forma perficiente subiectum & dante esse formaliter, sed, si sic forma ſm aliam modum, ſ. intrinsecus operans & appropriata uoo vnita corpori ſm esse, non oportet. & sic diceret de anima intellectiua, vt declaratum est in 3. de anima. Vel dicatur, q maior propositio habet veritatem de forma educta de potētia materiæ, & de eius virtutibus, sed forma, quæ non est educta de potentia materiæ, & habet virtutes non organicas, non oportet q agens in corpus agat in ipſam. sic aūt est de anima intellectiua humana ſm fidem & veritatem, licet Arist. & Cōm. nescierunt hoc. quare &c. Ad aliam, dicunt aliqui, q mutatio cœli non est prima nisi respectu mutationum corporaliū non autem abstractarum, siue intellectualiū. vnde mutatio cœli nоo habet per se ordinem ad mutationem intellectus & voluntatis. Sed hoc est difficile, quia certum est, q primū principium est per se causa mutationis intellectus & voluntatis, & non est causa nisi mediante motu cœli ſm philosophos. Vnde relinquitur, q motus cœli sit causa per se istarum mutationum, non tamen sequitur ex hoc, q necessario eueniet, quia necessitas & contingentia effectus non consideratur ex causa remota, sed ex causa propinqua, quæ, si nō est impedibilis, effectus est necessarius, & si est impedibilis, non erit necessarius. Ad aliam cum dicitur. in somnis fiunt veræ intelligentiæ, potest dici, q verum est, sed ibi non est necessitatus intellectus ad iudicadum aliquid, esse bonum vel malum, nec voluntas ad volendum. Quæritur autem hæ veræ intelligentiæ fiunt & prophetiæ, videndum est in de Somno & Vigilia. Ad hoc.n. facit paucitas motuum exteriorum & bonitas virtutis imaginatiuæ & subtilitas spirituum aspectus cœlestis. Sed nō plus de hoc ad præsens. Ad aliam dico, q Arist. intelligit de virtutibus materialibus, q omnes gubernentur à corporibus cœlestibus. Intellectus autem & voluntas sunt virtutes immateriales. quare &c. Vel dicatur q voluntas & intellectus reguntur à cœlo, ſm q cœlum dispouit corpora humana, & facit in eis inclinationes ad operandum, non tamen necessitando ad iudicandum & volendum, vt dictum est. Omnes autem aliæ auctoritates sunt verba quorundam aliorum, qui putauerunt sensum & intellectum esse idem, vt patet in Secundo de Anima. & ideo non sunt ad propositum, quin etiam Arist. improbat illam opinionem ibidem. quare non valent.

Mutatio cœli nō est prima mutatio.

Text.c.51 *Principium autem considerationis.*

Text.c.23 *Neque enim augeri, neq; diminui possibile est continue;*

QVAESTIO VII.

An Augmentatio sit motus continuus.

QVæritur hic, Vtrum augmentatio sit motus continuus, & loquor de augmentatione proprie dicta, quæ contingit rebus viuētibus. Arguitur primo q sic quia motus, qui est ad terminum continuum, est continuus, cum motus sit idem

Tex. c.31. ſm essentiam cū termino ad quem, vt patet in 5. & 3. huius. Sed augmentatio est ad terminum continuum. ſ. ad quantitatē continuam. quare &c. Item, ille motus est continuus, q

Text.c.4. est diuisibilis in infinitum, hæc est manifesta. nam dimidi in

Tex. cō.69. infinitum soli continuo debetur, vt patet ex 3. huius. sed augmētatio est hmōi. Est aūt de specie termini ad quem. terminus autem ad quem est quantitas continua, ſ. magnitudo, hæc aūt ex diuisibilis in infinitum. quare &c. Item, motus extensus extensione tēporali est continuus, hoc est verum. sed augmentatio est huiusmodi. contingit.u. aliquid augeri per aliquod totum tempus, vt manifestum esse vr. ergo &c.

Cōmen.53. Oppositum arguitur auctoritate Aristot. in isto capitulo & auctoritate Commentat. expressius, vult enim quòd augmentatio non est motus continuus.

CONCLVSIO.

Augmentatio non sic simpliciter continua est, quod infinito tēpore perpetua sit, sed forte continua est in toto aliquo tpe.

Opinio prima. DE quæstione est intelligendum, q sicut Aristo. tangit in litera. quidam dixerunt, q omnia continue mouentur. Et videbantur sic intelligere, q omne, quod mouetur motu perpetuo, mouetur illo motu, licet nō sit manifestum ad sensum, imo videtur ad sensum q aliqua quiescāt, & ex hoc sequitur, q augmentatio esset motus continuus continuitate, quæ est perpetuitas durationis. sed hoc est omnino incōueniens, quia contradicit sensui. Sensus enim bene dispositus, & medio sentiendi bene dispositio, & debita existente propinquitate sensibilis ad sensum, iudicat aliquid quiescere, quod prius mouebatur localiter. vt patet in lapide, cum ad terrā peruenit: & hoc satis est ad illius opinionis improbationem. Expetimentum enim sermonum verorum est vt concordent rebus sensatis ſm Cōm. hic. Et Aristot. dicit q quærere rationem dimittendo sensum, est infirmitas & debilitas intellectus non potentis soluere sophisticam rationem contradicentem sensui: est tamen hoc contra naturæ diffinitionem, qua dicitur, q est principium & causa mouēdi & quiescendi. Alij verò dixerunt è conuerso, quòd augmentatio nullo modo est motus continuus. Non enim est motus continuus continuitate, quæ est perpetuitas, quia ipsa est inter contraria. ſ. de quantitate imperfectā ad perfectam, nullus autem talis motus est simpliciter continuus, vt Arist. demonstrat in isto Octauo nec est cōtinuus, ita qđ sit

Text.cō.53. fine interruptione quietis mediæ. nam ad augmentationem requirit q calor naturalis animati sit ita fortis, q possit conuertere de nutrimēto plus quàm fuerit dissolutum: hoc autem non semper potest facere calor naturalis, imo aliquando est ita debilis, q non sufficit forte ad restaurandum dissolutum. Item non est continuus eo q extendatur extensione temporali: quia sit motus simul sicut cauatio lapidis per casum vltimæ guttæ, sicut videtur velle Arist. in litera. Sed

Text.cō.53. isti etiam deficiunt, quia omnis motus proprie dictus, prout distinguitur à mutatione indiuisibili, debet esse continuus aliqualiter, vt manifestum est ex Quinto huius: sed augmē

Text.cō.5. tatio est huiusmodi motus proprie dictus: quare &c.

Ad rationem ipsorum dico breuiter, q licet calor naturalis animati non semper sit sufficiēter fortis, tamen potest esse fortis per aliquod totum tempus fortitudine sufficiente ad extendendum continue ipsum augmentabile. nec istud probatur esse impossibile. Et ideo dico breuiter aliter ad

Augmentatio intelligitur cōtinua tripliciter. quæstionem, sicut innuebat statim, q augmentationem esse motum continuum potest intelligi tripliciter. Vno modo q sit perpetuus simpliciter & vnus numero. continuitas.n. motus accipitur vno modo pro perpetuitate ipsius & identitate numerali, vt patet in isto Octauo. Alio modo potest intelligi q augmentatio sit motus continuus à primo principio vsq; ad vltimum terminum, ita. ſ. q aliquod augmentabile continue augmēretur sine quietis interruptione per totum tempus, à cuius principio incœpit augeri, & in termino cessabit augmentari. v.g. Si puer, qui prius non augebatur in principio vnius anni incipiat accipere quantitatē, & in fine illius anni acquisiuerit illam quantitatem, posset aliquis putare q necessario in toto illo anno continue augmentabatur sine quiete media, & sic per totum, in cuius termino cessat acquisere suam quātitatem, & etiam hæc quantitas propter breuiloquium potest vocari continuitas totalis. Alio modo potest intelligi q augmētatio sit motus continuus, ita q per aliquod totum tempus duret sine quietis interuentu, & hæc potest vocari continuitas partialis. Tunc dico ad quæstionē tria. Primo, q augmentatio non est motus continuus primo modo, ſ. cōtinuitate, quæ est perpetuitas. quia, si sic esset, tunc res augmentabiles nō essent determinatæ ad maximam quantitatem, sed hoc est falsum. quare &c. Falsitas consequentis apparet per Arist. in 2. de Anima, vbr dicit, q omniū natura constantium &c. Est.n. aliqua

Text.cō.4. quantitas ita magna, q sub maiori non posset seruari: & sic de omnibus aliis. Et hoc demonstratum fuit in Primo huius, & consequentia est euidens. ſ. n. motus augmentationis esset perpetuus cū per ipsum augmentabile ducatur ad maiorem magnitudinem, tunc quacunque magnitudine data adhuc moueretur ad maiorem, & sic non esset determinatū ad maximum, & quia maximum est illud quo non est maius, quare &c. Et hoc etiam potest probari per rōnem prius adductam, quia nullus motus, qui est de contrario, est continuus & vnus numero. oportet.n. q mobile, cum peruenit ad vnum cōtrariorum, quiescat sub illo antequam incipiat redire ad aliud contrariorum. vt, si aliquod mobile peruegit

niat de nigredine ad albedinem, oportet ipsum quiescere sub albedine, antequam vadat ad nigredinẽ, vt Arist. subtiliter demonstrat in litera inferius; sed dimitto propter breuitatem. Talis autẽ motus non est vnus numero continuus, inter cuius partes est quies media: habemus ergo illam propositionem, ꝙ nullus motus, qui est inter contraria, est continuus & vnus numero. Sed augmentatio est huiusmodi, est .o de magnitudine imperfecta ad perfectam, & hæc habent aliqualiter contrarietatem quare &c. Et ad hanc intentionem dixit hic Cõm. ꝙ nun est hic motus continuus in veritate, nisi motus localis, qui est velocissimus motuũ. Secundo dico, ꝙ augmentatio non est continua secundo modo continuatis. s. continuitate totali: Cum .o. aliquid incipit augeri ſm aliquam quantitatem in principio alicuius temporis & in termino alicuius temporis acquisita est illa quantitas, non est necesse ꝙ in qualibet parte illius temporis fuerit acquisita aliqua particula illius quantitatis. vt, si in fine vnius anni aliquid inuenitur maioris quantitatis digitalis quã fuit in principio, non oportet ꝙ in qualibet parte illius anni acquisiuerit aliquam partem illius quantitatis digitalis: quia forte aliqua pars nulla est in qua non acquiritur aliqua particula illius quantitatis: ꝙ & causa huius potest esse debilitas caloris naturalis, non potentis estendere vel conuertere nutrimentum, aut potest esse defectus nutrimẽti requisiti ad augmentationem: & hoc intellexit Com. in Tertio huius: & in isto Octauo, vt patet inspicienti verba eius. In tertio quidem huius sic loquitur, motus augmentationis & alterationis sunt plures motus. nõ enim possumus dicere, ꝙ augmẽtum sit vno moto de initio augmenti vsq; ad finem, & impossibile est vt in toto tempore augmenti sit motus. Cum enim non comprehendatur a sensu motus, igitur augmentum de initio motus ad finem componitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus. Et paucis interpositis subdit Cõm. ꝙ si aliquid augetur in 2000 ſm quantitatem digitalem, remotũ est vt ille digitus diuidatur per partes omnes illius anni: quoniam minimum tempus sensibile nõ haberet ex eo partem sensibilem. Item, aliam causam illius discontinuationis videtur hic dare Cõmen. Ad cuius euidentiam consideradum, ꝙ ad augmentationem requiritur vt materia nutrimenti transmutetur ad suam substantialem augendi, & sic ad augmẽtationem necessaria est generatio, vt verbi gratia. Si caro dicitur augmentari, oportet ꝙ in materia nutrimenti generetur forma carnis. Vlterius videtur supponere Cõm. ꝙ antequam generetur caro maior caroe minoma, oporteat generari caroem minoram, & hoc est manifestum per se. Et supponit etiam ꝙ generatio minimæ carnis fit in instanti, ex quo oportet cũ illud non continuetur instanti. vt patet in Sexto, horus & Quarto manifestum est, ꝙ illæ generationes carnium minimarum non continuantur adinuicem. Vnde videtur intendere Com. ꝙ augmentatio non omnino sit continua, saltem quantum ad generationem, quæ requiritur ad augmentationem, & hoc etiam videtur intendere Arist. in litera. Vult. n. ꝙ licet quantitas, quæ acquiritur per augmentationem sit diuisibilis in infinitum, tamen est deuenire ad aliquam partem, quæ tota simul acquiritur & non vna pars eius prius tempore quam alia, vt in augmentatione carnis deueniatur ad caroem minimam, quæ tota simul acquiritur & generatur, & non vna pars eius prius tempore quam alia, & exemplificat de causticone lapidis ab vltima gutta, vt patet inspicienti literam & commentum. Tertio dico, ꝙ augmentatio bene potest esse continua tertio modo continuitatis, scilicet ꝙ per aliquod tempus durat sine quiete media. Quod probo, quia aliter augmentatio non esset verus motus prout distinguitur contra mutationem instantaneam: quod est omnino inconueniens: & contra Arist. aperte in Quinto huius, vbi diuidit motum proprie dictum in tres, scilicet in alterationem, loci mutationem, & augmentum & diminutionem. Dicam ergo, ꝙ augmentatio bene potest esse continua quadam coniunctione partiũ, ita. s. ꝙ durat per aliquod tempus sine quietis interuentu. Cum enim forma substantialis rei, quæ augetur, vt caro generata est in materia nutrimenti, tunc in tempore consequente illud instans generationis potest naturalis calor viuentis extendere illud totum cõpositum ex carne generata & carne præexistente: extẽdere dico extensione totius aliquod tempus, quamuis forte illud sit modicũ, & paruum. Et hæc extensio continua est augmentatio proprie, prout distinguitur ab aliis motibus & mutationibus. De hoc ait plenius habetur in qõne de augmento, quam ordinauit & communicauit, vbi etiam declaratis est modus ſm quem fit augmentatio. & probatum est ipsam non fieri in indiuisibili: & multa necessaria ad hanc speculationem, quod si tu videris, primo ꝙ te non pœnitebit. Item, Aristo. dicit in Primo de Generatione, quod augetur necessario motu localiter: quod non esset nisi ipsa augmentatio aliquam continuitatem haberet. Sed contra istam vltimam videtur esse auctoritas Cõm. in isto loco dicit enim ista verba Et cũ tamen, vt narrauimus, bene apparet quòd dictũ Alfarabii in principio sui libri de Entibus transmutabilibus .s. quod in definitione motus virtualiter apparet continuatio, est termino non verus, sed nõ apparet nisi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter, in alijs autem motibus in quibusdam possibile est, vt appareat continuo, s. vt partes eorum inueniantur non distincte ab inuicem, & in quibusdam non apparet hoc: quia partes illorum non inueniuntur ſm huiusmodum. ergo videtur velle, ꝙ augmentatio nõ est continua aliquo modo. Ad hoc potest aliquis respondere dando auctoritatem pro auctoritate, ga ipsemet Cõm. dicit in tertio huius caprestie, ꝙ ex dubitatione motus apparet continuatio motus, motus enim quando quiescit erit perfectio eius, quod est in actu. Propter quod dicunt aliqui, ꝙ Cõmentator sibi ipsi contradicit in ista materia. Sed hoc absit a nobis dicere de ipso, quem putamus melioreꝰ Philosophorum post Aristot. Dicam ergo, ꝙ intentio Cõm. non est ꝙ augmentatio nullo modo sit continua, sed ꝙ non est continua ab initio quo augmentabile incipit augeri postquam non augmentabatur vsq; ad finem. Et hoc manifestè sonant verba eius superius inducta. Cum motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. Sed in motibus circularibus corporum cœlestium est continuitas secundum istum modum, scilicet quod à principio circulationis vsque ad finem eius, mobile semper cõtinue mouetur. Similiter ignis hic esset eius, si non prohibeatur, postquam incœpit ascendere, semper ascendit & continue mouetur vsque ad finem, & sic nulla est contradictio in verbis Comen. subtiliter intellectis. Possumus etiam dicere, quòd Commentator intellexit augmentationem esse continuam quantum ad generationẽ, quæ successiue eam modo prædicto, quod in se nullam continuitatem habet. Et in ista manifesta concordia gaudeat animus meus cũ laude Dei.

RESPON.

OMnes rationes in principio quæstionis adductas concedo. probant enim motum esse continuum aliqua continuitate. s. partiali, vt prius expositum est, sed non probant ipsum esse cõtinuum i. perpetuum & sine tei motu, nec continuitate totali. ab initio vsq; ad vltimũ terminũ, ideo &c. Ad auctoritatem Arist. dico, ꝙ ipse intelligit augmentationem non esse continuam. i. infinitam à parte ante & à parte post, vt aliqui poluerunt, imo vult eam esse finitam à parte ante, quia fuit aliquod instans temporis, ante quod hoc augmentabile non augebatur, & est accepere aliquam quantitatem ita paruam, quæ nunquam non acquiritur actu & successiue & finitam à parte post: quia peruenitur ad instans temporis, vltra quod non augmentatur hoc augmentabile, & ad quantitatem perfectissimam & possibilem. Auctoritas etiam Cõm. non est contra positionem, vt manifestum est ex dictis.

Cõmẽt. 53.

Cõment. 7.

Tex. cõ. 57.
Tes. c. 152.

Text. cõ. 7.

Test. c. 15. Obiectio. Test. c. 23.

Responsio. Comm. 7.

Similiter autem & in alteratione qualibet. Non enim si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc & alteratio &c.

Text. c. 53.

QVAESTIO VIII.

An Alteratio sit diuisibilis in infinitum.

QVæritur hic, Vtrum alteratio sit diuisibilis in infinitum. Arguitur primo ꝙ sic. quia qđ est actus alicuius diuisibilis in infinitũ, est diuisibile in infinitum: siquidem actus diuidit diuisione eius cuius est actus, dummodo sit actus dans esse. sed alteratio est actus alicuius diuisibilis in infinitum, s. alterabilis, quod est diuisibile in infinitum: omne. n. quod mouetur & per consequens quod alteratur est corpus, vt demonstratum

Tex. cō. 32. Tex. cō. 3. Tex. cō. 3.

stratum est in Sexto huius, & omne corpus est diuisibile in infinitum Sexto huius. quare &c. Item, motus verè continuus est diuisibilis in infinitum, Sexto huius: quare &c. Item omnis motus ad formam suscipientem magis & minus videtur diuidi in infinitum: quia talis forma habet gradus infinitos sibiinuicem succedentes: sed alteratio proprie dicta est huiusmodi, vt patet ibidem: ergo &c Item omnis motus ad formam suscipientem magis & minus videtur diuidi in infinitum: quia talis forma habet gradus infinitos sibiinuicem succedentes: sed alteratio proprie dicta est huiusmodi, vt calefactio & frigidatio. quare &c.

Tex. cō. 23.

Oppositum arguitur auctoritate Aristot. in isto Octauo, qui vult, ꝙ alteratio multoties fit velox. & exponitur. i. tota simul. & idem dicit in de Sensu. contingit enim aliquid totum simul alterari: qđ non esset si diuideretur in infinitum.

CONCLVSIO.

Quamquam alteratio, quæ forma fluens, vel eius est fluxus, diuisibilis sit in infinitū, Alteratio tamen non diuiditur in partes sibiinuicem succedentes in infinitum aliquo modo.

AD quæstionem est hic intelligendum, ꝙ sicut tăgit hic Arist. quidam putauerunt, ꝙ omnia perpetuo & continue mouerentur, & videbantur intelligere sic, ꝙ omne qđ mouetur aliquo motu prius semper mouebatur & post semper mouebitur illo motu ea quo fequebatur alterationem quamlibet esse perpetuam & infinitam. Contra hoc loquit Arist. hic, dicens ꝙ non est verum; non n. est necessarium, si illud quod alteratur est diuisibile in infinitum, ꝙ propter hoc alteratio sit infinita. sed velox sit multoties. Item, motus qui est ad contrarium nō est perpetuus, sicut dicebatur prius: & hoc demonstrat Arist. in litera. Modo, alteratio est de contrario ad contrarium, vt cum aliquid sanatur mutat in sanitatem & in aliud nullum per se. quare &c. Item, videmus sensibiliter ꝙ lapis non fit durior neq; mollior, sed manet sub eodem gradu molliciei & duriciei aliquo tempore, eum prius mollificabatur aut indurabatur vel posterius. ergo non diceretur continuo. i. perpetuo alterari: sed est incōueniens multum de manifestis ambigere. Propter quod dicendum est aliter ad quæstionem. Ad cuius euidentiam considerandum, ꝙ alterabile, cum sit corpus, est diuisibile in infinitū. & hoc supponendum est in Sexto huius, & ex Libro de Lineis indiuisibilibus. Vlterius intelligeodum, ꝙ alteratio potest accipi dupliciter. Vno modo pro qualitate fluente cuius vna pars generatur post aliam, quousq; perficiatur. Alio modo pro fluxu cōrinno, quo ipsum alterabile fluit de vna parte ad aliam. Item, considerandum est ꝙ alterationem esse diuisibilem in infinitum potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad partes ipsius alterabilis, sic. ꝙ pars minor ipsius alterabilis prius tempore recipiat formā ab alterante quàm pars maior. Item ꝙ alterationis sint partes infinitæ potest intelligi de alteratione pro qualitate fluente & pro fluxu qualitatis. Tunc dico ad quæstionem tria. Primo, ꝙ alteratio, quæ est qualitas fluens, est diuisibilis in infinitū. quod sic probo, illius formæ sunt partes infinitæ, cuius aliqua pars acquiritur in quolibet instanti alicuius temporis: sed illius qualitatis, secūdum quam est alteratio, aliqua pars recipitur in quolibet instanti temporis. quare &c. maior est nota. Cum n. cuiuslibet temporis sint instantia infinita, vt patet in Sexto huius, necessario alicuius qualitatis sunt partes infinitæ, cuius qualitatis aliqua pars acquiritur in quolibet instanti alicuius temporis. & Minor etiam concedit. nam, cum aliquid continue alteratur in aliquo tempore ipsum alterabile in quolibet instāti illius temporis recipit aliquam partē illius qualitatis successiue. alteratio. n. proprie dicta est generatio vnius partis post aliam partem illius qualitatis ad quam tendit alteratio, donec perficiatur & fit in actu, vt patet per Cōm. Tertio huius. Vtrum autem istarum partium print remaneat adueniente posteriori, aut corrumpatur, ita ꝙ hæc pars fit suppositā, bene dubium est, &, visum fuit in Quinto, intellige, ꝙ non sunt in actu distinctionis. sed bene sunt in actu præsentialitatis. Sciendum tamen est, ꝙ sicut illud; quod mouetur continue localiter in quolibet instanti temporis in quo continue mouetur non est in spatio sibi æquali nisi in potentia, vt patet in isto Octauo. sic dum aliquid continue alteratur in quolibet instanti temporis in quo continue alteratur non est sub gradu formæ, vel sub parte formæ, nisi in potentia. cum autem terminatus est motus, tunc est actu sub aliqua parte qualitatis illius, vt patet in Sexto. Et per hoc patet solutio ad illud, quod posset dici. Posset enim aliquis dicere, ꝙ in infinitis non est vltimum: & in illis gradibus vel partibus formæ deuenitur ad vltimum, cum alteratio terminetur. ergo &c. Dicendum, ꝙ in infinitis sm ꝙ infinita sunt non est primum, nec vltimum: modo, partes qualitatis, quæ sunt in potentia in alterato, dū continuo alteratur sunt in potentia infinita: & ideo in ipsis non est accipere primam nec vltimam, sed partes, quæ sunt in actu, non sunt infinitæ, & ideo in ipsis est accipere vltimā aliquo modo. Et simile est sicut de linea recta finita, in qua sunt infinita puncta contiuuantia, & in eis non est primum nec vltimum. Sed, vtrum sit dare primam partem illius qualitatis, multum est dubium: de hoc autem habet videri in Sexto vbi quæritur, an in motu sit primum mutatum esse a parte ante. Secundo dico, ꝙ alteratio, quæ est fluxus qualitatis continuus, est diuisibilis in infinitum in suas partes. quia omne continuum est diuisibile in infinitum, vt patet 6. huius: talis autem fluxus est continuus, vt manifestum est. quare &c. Tertio dico, ꝙ alteratio non est diuisibilis in infinitū sm partes alterabilis, sic intelligendo ꝙ semper prius tempore vna pars ⊥ minor recipiat qualitatem agentis, quàm pars maior. Quod sic probatur aliqui. quia, si sic esset, tunc omnis alteratio esset infinita à parte ante, & nunquam incepisset: sed hoc est manifestum impossibile, sed sibiliter n. apparet, ꝙ ignis incipit calefacere aquam, cum prius non calefaceret eam: & hoc non iudiget probatione apud aliquem idoneum philosophantem. sed consequentia probatur. quia ipsum alterabile, cum sit corpus continuum, est in diuisibile in infinitum in partes, quarū vna est minor alia. i. quod quacunque parte data contingit dare minorem, & illa minorē, & sic semper: hoc autem patet in demonstratis in Sexto. Si igitur semper esset necessarium, cum aliquid debet alterari, ꝙ pars minor alterabilis prius tempore alteretur quàm maior, adhuc pars illius tēporis minoris, & sic semper, tunc infinitum esset tempus alterationis, quod est impossibile. v. g. Sit aliquod alterabile decem pedum latitudinis, quod prius tempore necesse est alterari medium illius quàm totum, & adhuc prius tempore medium illius medij, & sic semper, & tunc nunquam perueniretur ad partem, quin sit accipere minorem, dico exilentem in toto, sequitur, ꝙ nunquàm perueniretur ad finem illius alterationis. Sed ratio forte adhuc nō sufficit, quia videretur eodem modo procedere de motu local ad probādum, ꝙ mobile non semper prius tpe pertranseat partem minorem spatij quàm maiorem. Et tñ dicit Arist. quod rationabiliter namq; loci mutationes in medio prius attinguntur: & idem habetur ca 6. huius. Et ideo potest adduci alia ratio quæ tangebatur prius. Nam illud alterabile debet simul totum alterari modo præexposito super quod totum obtinet ipsum alterans: hæc videtur manifesta. sed est accipere aliquam partem, super quam totum simul obtinet ipsum alterans, vt cum ignis obtioet super aliquam totam partem aquæ. ergo &c. Et si hoc non sufficit adducatur alia: quia ista pars debet simul tota alterari, sub qua minori non potest saluari qualitas sensibilis secundum diuisionem: hæc est euidens. sed aliqua pars alterabilis est ita parua, sub qua minori non potest saluari qualitas, ad quam est alteratio tendens alterari dico secundum & diuisim quodlibet n. forma naturalis est determinata ad minimum, vt patet Primo huius. ergo &c. Maior propositio est manifesta: si enim sit aliqua pars aquæ ita parua, ꝙ sub minori non possit seruari caliditas, tunc igne approximato sufficienter aut illa tota simul recipit caliditatem, aut vna pars eius prius tempore quàm totum. si primo modo, ergo, cum pars sit minor toto, in minori poterat seruari caliditas: cuius oppositum ponebatur. & sic patet maior. Minor autem supponitur ea Primo huius. hi hæc quidem ratio forte est demonstratiua. non ergo putandum est alterationem esse diuisibilem in infinitum sm partes alterabilis, sic intelligendo, quòd semper pars minor prius alteretur quàm maior, imo peruenitur ad aliquam partem alterabilis ita paruam, ꝙ vna pars eius simul cum alia & nō prius tempore incipit recipere ab agente. Et hæc est plenè intentio Arist. in isto loco, vbi sic dicit. Non enim si in infinitum diuisibile est quod alteratur, propter hoc alteratio supplet est perpetua, sed veloa fit multoties ideſt simul mōdo prædicto. hoc idem ipse intellexit in de Sensu & Sensato, vbi sic dicit, contingit. n. simul & non dimidiū alterari, velut aquā totam

Tex. cō. 23.

Tex. cō. 32. Alteratio ocapitur dupliciter.

Tex. cō. 76.

Alteratio quid est.

Cōment. 7.

Obiectio.

Reponsio.

Tex. cō. 3.

Ratio tertię cōclusionis.

Alia ratio

Tex. c. 36.

Totū simul alteratur.

totam simul coagulari. Simul itaq; contingit alterari pp vnionem prioritatis & posteriorit atis partiū in partibus alterabilis, non vna prius parte incipiat alterari q̄ alia & hoc est quod subdit, & non dimidium prius. non in sic simul continguit alterari, q̄ oēs gradus aut partes qualitatis simul acquirant, ita q̄ ly simul, dicat priuationem successionis vnius partis ad aliā, imo necessario oportet q̄ vna pars succedat alteri, vel non esset alteratio proprie dicta, nec motus verus sed motus individualis. imaginor ergo, q̄, cum alterans appropinquat alterabili, est accipere aliquam partem illius alterabilis ita paruam, q̄ in minori nō posset saluari qualitas inducenda seorsum & diuisim, & tunc ipsum agens obtinet super totam illam partem, & in illa tota simol. & non prius tempore, in vna eius parte quàm in alia incipit esse forma illa; & recipitur, posito modum illa eadem pars transmutat vltrius ad graduū perfectiorē siue prior remaneat siue non. Patet igitur, q̄ alteratio non est diuisibilis in infinitum ſm partes alterabilis diuisibilis, dico in infinitum in partes successiuas; quarū vna pars fit prior alia. Cōsiderandum est diligētet, q̄ sicut tangit Cōm. in 4. huius comento 100. Motus habet duplices partes. quasdam. n. habet partes, quæ sunt simul, ita q̄ vna existente est alia, sicut cum aliquod continuū mouetur, vna pars motus, quæ est in vna parte illius continui simul est cum illa parte motus, quæ est in alia: & ſm hoc dicitur lo 5. Meraph. q̄ continuum est illud, cuius motus est vnus i. indiuisibilis ſm tempus. Alias autē partes succedentes, quarum. s. vna est prior tēpore & alia posterior. Modo, non iotendo negare quin alteratio sit diuisibilis in infinitū ſm diuisionem partium alterabilis, diuisibilis dico in partes, quæ simul sunt, imo hoc est necessarium, aliter totum alterabile, non alteraretur. sed vnlo dicere, vt plurtes exposui q̄ non est diuisibilis in partes successentes, ita q̄ vna pars alterabilis prius tempore recipiat quàm alia: & pars illius q̄ illa tota. & sic in infinitum: imo deuenitur ad partem quæ tota simul incipit alterari, & non dimidium tempore prius.

Motus habet duplices partes.

Tex. cō. 8

Alteratio & diuisibilis.

RESPON. OMnes rationes in principio quæstionis adductas concedo, ſm q̄ procedūt, vt patet ex dictis. Ad primam cum dī, q̄ est actus &c. ista ratio bene concludit alterationem dividi in infinitum in partes, quæ sunt simul & in potentia ſm diuisionem mobilis in infinitum in partes in potentia. Sed q̄ sit diuisibilis in infinitum ſm diuisionem partium mobilis in partes succedentes non concludit. Ad aliam cum dicitur, motus verè continuus &c. Concedo, q̄ est diuisibilis in infinitum ſm partes suas proprias, sed non ratione partium mobilis co. l. q̄ vna pars necessario prius tempore alteretur q̄ alia. Sed hoc bene contingeret aliquando. s. cum vna pars sit melius dispositā ad calefactionem quàm alia. v. g. Cū vna pars ligni est melius dispositā ad calefactionem quam alia, tunc prius tempore alteratur quam illa, sed hoc nō est necessarium in omnibus. Ad illā cum dī ille motus, qui est ad formā &c, Concedo q̄ talis motus est diuisibilis in infinitum ſm partes suas in potentia, talis .n. forma habet gradus infinitos in potentia, vt dicitur. & probatum est prius: & diuisibilitas hæc concessa est in positione, sed non sequitur q̄ diuidatur in infinitum ſm partes mobilis sibi succedentes in recipiendo qualitatem, sic. s. q̄ semper pars minor prius tempore recipiat formam seu qualitatem q̄ maior. & hanc diuisionem ſm contactum agentis, q̄ pro tanto verum est, quia ipsum alterans non prius tempore tangit partem minorem quàm maiorem, dico vnioerſaliter imo deuenit ad talem partem, quam totam simul tangit, et imprimendo luam qualitatem, vt sæpe dictū est. Auctoritas Aristuon est contra dicta, sicut patet solpicienti positionem: & hæc est bona super multas.

Tex. cō. 27. *Motentiū igitur & eorum quæ mouentur &c. Q uodcunq; enim ipsum à seipso mouetur natura mouetur, vt quodlibet animalium: mouetur enim ipsum animal à seipso &c.*

QVAESTIO IX.

An Animal moueat seipsum.

QVæritur hic primo, Vtrum animal moueat seipsum. Arguitur primo q̄ oō. quia illud, quod mouetur à principio extrioseco, non mouet seipsū: quod enim mouet seipsum mouetur à priocipio intrinseco, vt vult Arist. hic. sed animal mouetur ab extrinseco principio, quia mouetur ab appetibili, vt patet 3. de Anima, vt puta à nutrimento, aut aliquod huiusmodi: & illud est extrinsecum. quare &c. Item, si animal moueret seipsum, tunc idem simul esset in actu & in potentia respectu eiusdē: quod videtur impossibile, cum illa sint valde opposita, vt vult C. Cōm. in 8. procemio de Anima. & Aristo. habet pro impossibile in illo Octauo & patet consequētia, quia mouēs est in actu, vt patet in 3. tertio huius. tempore enim ultimabitur species, aliqua mouens: quod autem mouetur esse in potentia ſm q̄ huiusmodi 3. huius. ergo &c. Item si sic esset, tunc animal esset diuisibile in duas partes, quarum vna esset per se mouens, & alia per se mota & hoc oportet per Arist. in isto Octauo. hoc enim modo & nō alio potest aliquid mouere seipsum. sed illud est impossibile. probatio: quia aut illæ partes essent essentiales scilicet materia & forma, ita, scilicet q̄ forma esset mouens & materia mota, aut essent partes quantitatiuæ. non primo modo, quia sic grauc inanimatum moueret seipsum, cum sit diuisibile in materiam & formam: & hoc est contra Arist. hic. vbi dicit, q̄ mouere seipsum proprium est animatorū: & adhuc materia non potest esse q̄ moueatur, quia quod mouetur est ens actu, Quinto huius. materia autem quatuor est de se est io pura potentia. nec similiter forma mouet, quia mouens est ens actu, vt communiter dicitur, forma autem non est ens actu, cum sit actus. quare &c. Nec est dicendum, q̄ istæ sint partes quantitatiuæ: quia similiter graue in actu moueret se, cum habeat diuersas partes quantitatiuas: & adhuc omnes partes quantitatiuæ animalis sunt eiusdem rationis, cum sint eiusdem formæ scilicet animæ. ergo non est ratio, quare vna sit mouens & alia sit mota. quare &c.

Tex. c. 50.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. & Cōm. lo literā.

CONCLVSIO.

Animal sic mouere seipsum suscipiēdum est, quod in eo est anima mouens, & corpus motum.

DIceendum breuiter, quòd animal mouet seipsum: quod probatur ratione Aristo. iu litera. Nam omne quod habet duas partes: quarum vna est per se mouens, & alia per se mota, mouet seipsum. hoc enim modo potest aliquid per se mouere seipsum & non aliter, vt demonstrat Arist. in isto Octauo in illo cap. necesse igitur est omne quod mouetur, sed animal est huiusmodi. In declaratione autem huius mi- Tex. cō. 41.
noris propositionis est bene difficultas. Dicit cōm aliqui, Positio.
quòd illæ partes animalis, quarum vna est per se mouens, & alia per se mota, non sunt anima, & corpus propter rationem prius inductam, tum quia anima est actus & non eos actu: mouere autem debetur enti actu & non actui, seu forme, vt asseruot: tum quia corpus, quod est altera pars essentialis animalis, est prima, quæ est ens de se pura potentia: & ista non est per se subiectum alicuius motus primo, vt habetur in Quinto. Dicunt ergo isti, quòd illæ partes animalis, Text. c. 6.
quarum vna est mouens & alia mota, sunt partes quantitatiuæ, quarum vna est cōposita ex corpore & anima. est enim in corpore animalis vna pars scilicet in medio corporis vel Partes motiue.
cordis, quæ est inter dextrum & sinistrum: & ante & retro, & sursum & deorsum, & in hac parte principaliter est virtus motiua, & illam dicunt esse primum mouens in animali, & aliæ partes sunt motæ per calorem & spiritus, qui mittuntur eis ab ista parte. Sed sine dubio ista est contra Cōm. Improbō.
plane in isto Octauo vbi vult, q̄ mouens in animalibus est Comm. 7.
anima, & ipsum corpus est motum. Nec potest dici, q̄ per animam Cōmentat. intelligat istam partem quantitatiuam scilicet medium parietem cordis, in quo principaliter est virtus motiua, & per corpus alias partes intelligat: hæc enim non est intentio Commenta. vt patet inspicienti verba Cōmē. 28.
eius in isto cap. vbi sic loquitor, oullus enim dubitat, q̄ animal mouetur ab anima, & q̄ anima est motor & corpus est motum. sed latet quomodo est distinctus è conuerso in ea quæ mouētur ab extrinseco o scilicet quia in illis apparet manifeste q̄ motor est distinctus à moto. Et paucis interpositis subdit Comment. Et est intelligendum hic per distinctionem in esse, non distinctionem in definitione. Motorem enim in animalibus esse distinctum à moto secundum definitionem manifestum est per se. sed ignotum est virum distinguatur vel nō distinguatur in esse modo, si per animam intelligeret partem quantitatiuam, non esset verum quod dicit. quia

dicit. quia

cit. quia notum est, q vna pars quantitatiua animalis est distincta ab alia io esse: ita quod esse vnius nō est esse alterius, vt manifestum est per se. Item, in alio commēto super illam
Comm. 30. partem, amplius quomodo continuum. dicit Cōm. sic. motor enim debet esse distinctus à moto aut secundum definitionem & esse simul, sicut illa, quæ mouentur ab extrinseco aut fm definitionem tantum, sicut in habentibus animas. Anima enim quæ est motor in eis, distinguitur a corpore, q est motum, secundum definitionem, licet non distinguatur fm esse. l. q impossibile est corpus esse sine anima, & animā sine corpore, nisi æquiunce. ex quibus verbis manifestū est Cōm. intelligere, q anima est motor corporis anima dico, quæ est forma & actus ipsius. hæc enim est, de qua proprie verū est ipsam non distingui à corpore fm esse, sicut & aliæ formæ materiales non sunt distinctæ fm esse à suis subſtantiis, vt habetur in a. huius. Item, illa est intentio Cōm. io 2.
Text. cō. 12.
Text. cō. 37. de Anima. cap. illo. quatę primum de alimento. vbi ostendit ex intentione animam esse causam corporis viuentis, sicut vnde principium motus. & per causam vnde principiū motus semper consueuit intelligere causam mouentem & effi-
Text. cō. 29. cientem motum, vt patet a. huius, & in a. de Generatione, & a. Metaph. & ibi dicit Cōm. hæc verba cū declarauit animam esse causam fm formam & fm finem declarauit eam esse causam mouētem fm omnes modos motus, siue veros, siue existimatos omnis motus. Ecce si intelligis latinum, q anima est causa mouēs. attamen loquitur de anima, quæ est causa fm formam & finem. s. quæ est actus primus corporis. Vnde patet q isti contradicunt Arist. & Cōm. Sed dico vlterius, quod ipsi contradicunt tationi euidenti. Et arguē sic. Illud est primum subiectum alicuius accidentis, cui inest illud accidens non per aliquod alterum principaliter, & cuicunq; inest, inest per ipsum: hanc habet ab Arist. Primo Poster. in cap. de acceptione vniuersalis sed ipsi animæ animalis inest virtus motiua motu locali, non per aliquod alterum principaliter, & cuicunque inest illa virtus inest per naturam animæ principaliter. Si enim illa virtus inest corpori animalis & composito, hoc est tatione animæ principaliter, vt omnes concedunt: ergo anima habet per se, & primo ipsam virtutem motiuam fm locum, & tale est principium intrinsecum mouens ipsius animalis, vt manifestū est cuilibet intelligenti. ergo &c. Item, si illa pars quantitatiua animalis composita ex corpore & anima esset primum & principale mouens intrinsecum ipsius animalis, vel aliarum partium, tunc sequitur, q materia prima esset per se motiua q est omnino absurdum: & dico per se ideſt per sui naturā. probo consequentiam, quandocunq; aliquod accidens debetur alicui subiecto composito per se & primo oportet q conueniat cuilibet eius parti per se, licet non primo. istam recipiū pro manifesta, & alias eā probaui, vbi remoui quasdam quæstiones tactas contra eam scilicet in quæstione de generatione formæ substātialis. Si igitur totum ex materia prima & ipsa anima est per se & primo motiuum animalis, tunc, cum ipsa materia prima sit pars huius compositi, necessario sequeretur, q materia prima esset per se mutua: quod est absurdum. quia semper æstimabitur species aliqua
Text. cō. 18. mouens. Tertio hoius etgo relinquitur, q illa pars quantitatiua non sit principium mouens intriosecum ipsius ani-
Anima est motiua animalis. malis. vnde non relinquitur aliud nisi ipsa anima. & hoc mihi videtur esse tenendum pro constanti, animal igitur sic est intelligendum esse mouens seipsum, quia compositum est ex duabus partibus, quarum vna est per se mouens scilicet anima, & reliqua per se mobilis scilicet corpus.

RESPON. AD primam rationem cum dicitur. illud, quod mouetur &c. Dico, quòd verum est, si sic moneatur ab extrinseco mouente, quòd nullo modo ab extrioseco. Et cum dicitur, quòd animal mouetur ab extrinseco, Potest dici, q verum est tanquam à mouente remoto, scilicet ab appetibili & continente, sed ab intrinseco principio mouetur, vt à motore propinquo, & hoc sufficit.

Cœlū mouēs seipsum Considerandum tamen, q ipsum animal non ita proprie & perfectè monet seipsum, sicut cœlum. quia cœlum mouetur à motore, qui nō mouetur ab extrinseco aliquo. Animal autem mouetur à motore, qui monetur ab extrinseco, scilicet ab aliquo appetibili motu improprie dicto, & ab ipso continēte bene mouetur motu proprie dicto, saltem per accidens, vt docet Arist. in isto Octaua. quare &c. Ad aliud dico, q idem esse in actu & in potentia respectu eiusdem & fm idem sui & similiter, est impossibile: sed ratione diuersorum bene est possibile, & sic est in proposito. Nam ipsum animal est in actu respectu motus ratione animæ, & est in potentia respectu corporis, & hæc sunt diuersa. quare &c. Notādum tamen, q aliter componitur graue inanimatum, vt lapis ex forma & materia, & aliter animal ex corpore & anima. nam lapis sic componitur ex materia & forma, q in ipsa materia lapidis non est aliqua virtus lapidis seu inclinatio sufficiens ad alium motum, à motu ad quem grauitas ipsum inclinat: quamuis. cum ipsa materia lapidis sit aliquid leuitatis ratione ignis & aeris, tamen est ab eo diminutum, q non sufficit ad mouendum sui sum. Sed in ipso corpore animalis bene est virtus siue inclinatio naturalis ad alium motum ab illo, quo mouetur ab anima. s. grauitas elementi dominantis in ipso, quæ bene sufficeret ad mouendum ipsum corpus deorsum, si sibi ipsi relinqueretur. Cum igitur dicit Cōm. lapidem esse compositum ex grauitate & materia prima, sicut per grauitatem non intelligit ipsam essentiam materiæ primæ, qm̄ præter sui mam lapidis propriā sunt in ipso formæ substantiales elemētorum, & forma generalis: sed intelligit talem materiam, quę nullam habet inclinationem sufficientem ad alium motum. Ad aliam dico, q partes animalis, qua tum vna est moueos & alia mota, sunt anima & corpus. Et, cum dicitur de anima, q non potest esse mouēs, quia mouens debet esse ens actu. Dico hic, q ens actu potest accipi dupliciter quantum ad propositum spectat. Vno modo accipitur ens actu pro ente per se subsistente & hoc non vertur alteri secundum esse, & de hoc non est dubium, quin illo modo dicai ens actu. Alio modo potest distinguī contra ens, quod est pure potentia passiua, ita vt dicai ens actu esse ens, quod non est pure potentia passiua. & sic forma etiam potest dici ens actu. Et hoc vult Arist. in a. de Anima. cap. de definitione animæ. vbi dicit, q ens & vnum, cum multipliciter dicatur, q proprie est, est actus, quod non esset, si actus nullo modo esset ens actu. Vnde dico, q forma & actus potest dici, & dicitur ens actu, prout ens actu distinguitur contra ens, quod est pura potentia: non quidem ens actu per ipsum sui ōcut compositum, sed ens actu. s. ipso, & non alia forma: modo, cum dicitur, q mouens debet esse ens actu per se subsistens, sicut suppositum est, dico q non oportet. si autē accipiatur ens actu prout distinguitur contra ens pure potentia, hoc est verum. Et hoc modo forma est ens actu, quia ipsa non est ens pura potentia: sicut nec ens in pura potentia est actus: & ideo forma bene potest esse per se mouens. per sui natutam, & sic intelligit Arist. vt manifestum est inspicienti. Dicit. n. semper æstimabitur aliqua species mouēs: species autem & forma sunt idem, & in Secundo de Generatione. Dicit Arist. sic, materiæ. n pati & Texe. cō 5.
moueri, mouere autem & facere sunt alterius potētiæ. s. formæ vt omnes exponūt. Bene tamen verum est, q forma materialis non mouet vt motor per se subsistens, quia nec ipsa per se subsistit, sed mouet per sui naturam primo, existens tamen in alio. nec est remotum, quia aliquid conuenit alicui per se primo, & non conuenit ei nisi existenti in aliquo alio, vt triangulus habet tres angulos &c. & tamen hoc non habet per se subsistens: quia nec per se subsistit, sed in alio. Cō
Anima est cedo igitur animam esse causam primam per se intrinsecā causa prima per se mouens animal. mouentem ipsum animal. Et quod dicit Comen. in Quarto Cœli, q in animalibus mouens & motum sunt distincta fm positionem, anima autem non est distincta à corpore fm positionem. Dicendum, q ipse intelligit de primo mouente corporeo, non de mouente simplicitet primo intrinseco: est. n. in animali quędam pars quantitatiua, quæ est primum mouens corporeum distincta quodammodo fm positionē & fm dispositionem accidentālem ab alijs partibus, & hoc Corpus animalis habet aliam formā substantialem ab anima.
non inuenit in lapide, nec in alijs grauibus & leuibus in animatis, quorū partes sunt eiusdem dispositionis naturaliter, & ideo vna non est ibi mouens primum magis quam alia.

Quòd autem additur de materia, q non possit esse mota per se, difficilis est: tamen dico breuiter ad præsens, q corpus, quod est pars essentialis animalis distincta essentialiter ab ipsa alia, non est ipsa materia prima sine omni actu substantiali, imo est quoddam ens actu compositum ex materia prima

In animali est duplex virtus motiua.

Ens actu capitur dupliciter.

Cōmen 7. Forms dicitur eos actu.

ria prima & forma sine actu substantiali alia ab anima reali ter, per cuius actualitatem potest subiect motui & in hoc dif fert cõpositio animalis ex corpore & anima a cõpositione lapidis ex materia & forma. vt dicit Cõm. in 4. Cœli. Lapis enim supple inquantum est quoddam mobile motu recto componitur ex materia & forma prima, è conuerso de animalibus, quæ componuntur ex corpore & anima: modo, si ne dubio, si corpus, ea quo componitur animal nõ haberet aliquam formam substantialem præter animam, tunc in illo esset è cõuerso hic & ibi. nã sicut corpus animalis habet dispositiones proprias accidentalea, sic & materia lapidis. Concedo ergo in animali esse aliam formam substantialem præter animam specificam, quam consequitur virtus motiua. Et tu dices, ergo cõcedis gradus formarum & pluralitatem in eodem individuo, certè dico, q hoc est verũ: & alias probaui seorsum & diai ad ea quæ in contrarium huic obij ciuntur: & puto istam fuisse intentionem Arist. & Cõm. vt ibidem patuit, imo illa positio aliquando fuit famosa apud omnes antiquiores, led post tempus Alberti & Thomæ aliquantulum facta est improbabilis propter eorum famositatem: & propter quasdam rationes eorũ superficiales, quas ipsi adduxerunt contra istam positionem. Et forte iterum reuertetur probabilitas eius, cum visa fuerit efficacia rationum eius & debilitas rationum ipsam improbantium.

QVAESTIO X.

An Motus animalis sit naturalis.

COnsequenter quæritur, Vtrum motus animalis si naturalis. Arguitur primo q non, quia motus voluntarius non est naturalis: sed motus animalis est huiusmodi: ergo &c. Maior patet. quia motus naturalis est ab appetitu naturali, volũtarius autem ab appetitu naturali. Isti autem appetitus ea oppositio distinguuntur secundum Comment. in 1 & 2. huius. & minor apparet, nam motus animalis est per cognitionem & desiderium, vt patet 3. de Anima, & de motibus animalium. Item, motus, qui est à principio extrinseco, non est naturalis, cum motus naturalis sit à natura, & natura est principium intrinsecum. Secundo huius. sed motus animalis est ab extrinseco principio. i. ab appetibili, vt patet 3. de Anima, & continente, vt habetur in isto Octauo, ergo &c. Item, motus contra naturalem inclinationem mobilis non est naturalis: hæc est euidens Primo Cœli & Mundi. & Quarto. sed motus animalis est huiusmodi. animal enim quandoque mouetur sursum, & hoc est contra naturalem inclinationem corporis, cum sit graue ergo &c. Item, motus naturalis est ad vnam differẽtiam positionis, vt patet Secundo de Anima & Quarto Cœli. sed motus animalis est ad plures, vt ad sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum.

Cõmen 81. Cõmen. 49. Text. c 44. & Cõm. 48. Text. c. 3. Tex. c 44. Text. c. 8. Tex. c. 25 Tex. c. 38. Tex. c. 22. Text. c. 27.

Oppositum vult Arist. in litera. Et arguitur ratione. quia omnis res naturalis habet motum naturalem vt manifestũ est, animal aut est huiusmodi ergo sit res naturalis. ergo &c.

CONCLVSIO.

Motus animalis non hic naturalis est, quod voluntatem excludat, sed naturalis est, id est non violentus.

AD quæstionem est intelligẽdum, q motus naturalis consideratur dupliciter vno modo prout distinguitur contra violentũ. i. vt dicatur motus naturalis motus omnis, qui non est violentus. Alio modo accipit motus naturalis prout distinguitur contra voluntarium seu appetitiuũ, & hæc distinctio est famosa satis: & colligitur ea dictis Arist. Nam in 1. Cœli accipit motum naturalem, vt distinguitur contra violentum, vt manifestum est inspicienti ibidem, & similiter in Tertio huius accipit naturam, vt distinguitur contra violẽtum Sed motum naturalem, vt distinguitur contra voluntarium accipit in principio Secundi huius, vbi dicit, q eorum, quæ sunt, alia sunt à natura, alia verò per alias causas: & intendit per causas alias voluntatem vel casum, vt Cõm. dicit. ergo esse a voluntate distinguitur contra esse à natura, & è conuerso, & per consequens moueri à voluntate distinguitur contra mouueri à natura per conuenientem similitudinem. Tunc dico ad quæstionem duo. primo q motus animalis non est naturalis prout naturale distinguitur contra voluntarium: quia ille motus, qui est per cognitionem & desiderũ existentia in eo quod mouetur, est voluntarius: hoc. n. intelligimus per motum voluntarium generaliter. sed motus animalis est per cognitionem & desiderium existentia in animali, vt patet in 3. de Anima. vbi dicitur, vie eotur autem hæc mouentia appetitus & intelligentia practica. & alibi dicit parum post. Omnino quidem igitur ut appetitiuum animal, sit tunpsius motiuum. ergo &c. Secundo dico, q motus animalis est naturalis ẽm q natura le distinguitur contra violentum, & hæc demonstrat Cõm. in isto cap. hic. Omne quod mouetur a principio, quod est in eo, mouetur per naturam: hoc patet per definitionem naturæ, in qua potissimum est principium mouendi & quiescendi in eo in quo est, & definitio conuertitur cum definito, vt patet. Sed quod mouetur per naturam mouetur naturaliter hoc est manifestum: quia quod mouetur à principio, quod est in eo, mouetur naturaliter: & sic patet maior. sed minor etiam probatur, quia quod mouetur a se, mouetur à principio quod est in eo: hoc est manifestum, sed animal mouetur ea se, vt manifestum est. ergo mouetur à principio, quod est in eo: & sic sequitur q mouetur naturaliter, & per consequens q motus eius est naturalis. & hanc rationem quasi totam ponit Cõm. licet non eodem ordine. & dicit, q ipsa habetur ea potentia sermonum Arist. quare &c. Sed notandũ, q corpus animalis duplicem habet dispositionem quãtum ad præsens spectat. est. n. graue ex natura elementi prædominantis in ipso. s. terræ, quæ debetur proprie misto, vt patet 2. de Generatione. habet etiam, dispositionem propriã, quæ appropriatur animæ motiuæ ẽm locum. s. talem figuram & talem contiunctionem partium & mollitiem & inflexibilitatem. & hæc, quæ requiruntur ad motum localem, sicut pòt videri in partibus continuis ad motum animalium: contingit autem, vbi dicit Cõm. q anima mouet corpus ad illam differentiam positionis, ad quam inclinatur corpus per naturam elementi prædominãtis in ipso, vt anima mouet corpus deorsum: & tunc naturalitas coniungetur in eo ea motore & moto, vt dicit Cõm. Aliquando contingit q anima mouet corpus ad vbi, ad cuius contrarium habet corpus naturalem inchoationem, vt eum anima salliat sursum. Et tũc ille motus corporis ab anima erit non naturalis, saltem ipsi corpori, vt graue est, licet forte sit naturalis ei, vt est subiectum animæ. i. vt dispositum est ad talem motum recipiendum ab anima: quicquid tamen sit de motu sursum, certum est, q motus animalis processiuus, qui non est rectè ad sursum, nec omnino deorsum, sed quasi mouetur medio modo, cum sit naturalis ipsi corpori animalis, inquãtum est dispositiuum animæ motiuæ: vnusquisq; .n. actus in potentia existente & propria materia aptus natus est fieri, sicut dicit Arist. in 2. de Anima. Ex dictis enim concludit Cõm. quasi corollariè, q si inueniatur aliquod motũ excessiue per soe mam principium in eo, ita quòd in corpore nõ est aliquod principium motuum contrarium animę, tunc illud motum erit motum naturaliter & simpliciter, scilicet per animam & corpus, vt declaratum est de corpore cœli.

Tex. cõ. 8. & 12. Tex. cõ. 3. Text. cõ. 3. Motus naturalis capitur dupliciter. Text. cõment. 27. Text. cõ. 28. Cõmét. 27.

AD primam rationem patet ex distinctione posita in solutione quæstionis. Ad secundam cum dicitur motus à principio extrinseco &c. Verum est, si est immediatè à principio extrinseco, sed si mediatè ab extrinseco, potest esse naturalis hic, & sic est, vt patet ea dictis. Ad aliam patet per dicta. cum dr motus, qui est cõtra naturalem inclinationem, Verum est vt sic: & cum dicitur, q motus animalis ab anima est contra naturalem inclinationem mobilis. Dico q aliquando est contra naturalem inclinationem mobilis, vt graue est, tũ non semper est contra naturalem inclinationem corporis, vt dispositum & appropriatum subiectum animæ motiuæ ẽm locum, vt dictum est. Ad vltimã patet ex dictis. RASPON.

Et namque ipsa à seipsis ponere, impossibile est, animalis enim hoc est, & animatorum proprium. Text. cõ. 29.

QVAESTIO XI.

An Graue inanimatum moueat seipsum.

COnsequenter quæritur. Vtrum graue inanimatũ mouet seipsum, vt lapis aut terra & huiusmodi omnia. Et similiter intelligitur de leui inanimato vt ignis & aer. Arguitur primo q sic. quia illud quod mouetur naturaliter: a seipso mouetur. graue inanimatum mouetur naturaliter: ergo &c. Maior probatur, quia

quia ꝙ mouetur naturaliter mouetur à principio intrinseco: cum natura sit principium intrinsecum: & quod mouet à principio intrinseco mouetur à seipso. ergo quod mouet naturaliter mouetur è seipso. & per consequens mouet seipsum: Et minor conceditur ab omnibus: lapis enim naturaliter descendit deorsum: & naturaliter omne graue mouet deorsum: & leue sursum: vt patet 4. Cœli & Mundi, & 1. Meteor. Iteꝫ, illud qđ diuiditur in partem mouentẽ & partem motam mouet seipsum. vt pater in tẽto Octauo. Sed graue inanimatum est huiusmodi. diuiditur enim in materiam & formam: & forma est mouens & materia res mota. vt dicit Cõm. in Quarto huius. Et si dicas ad hnc ꝙ materia grauis non potest esse illud quod per se monetur deorsum. qa quod mouetur debet esse ens actu: & ipsa materia grauis non debet esse ens actu: contra hoc est, quia animal dicitur mouere seipsum: eo ꝙ diuiditur in corpus & in animam: quod est pars animalis distincta contra animam & non est aliquod ens distinctum præter animam vt communiter dicitur. ergo similiter in proposito: quamuis materia quæ est pars lapidis non sit ens actu præter formam eius substantialem, poterit tñ esse per se mota: sicut anim. est per se mouens non obstante ꝙ ipla sit actus. Sic forma lapidis poterit esse per se mouens vt videtur. Item, lapis descendens deorsum remoto detinente: aut mouetur à seipso: aut ab alio ꝙ sufficientem diuisionem. non ab alio i quia aut mouetur à generante: aut à remouente prohibens: aut à medio moto puta ab aere in quo monetur. Non à generante: quia contingit ꝙ cum lapis descendit deorsum & generans quod generauit ipsum est corruptum: & tale non mouet: quia semper existimabitur species aliqua mouens. Tertio huius. Nec a remouente prohibens: quia mouens propinquum debet simul esse cum moto quod mouetur: modo remouens prohibens non est ibi simul cum lapide: imo distant abinuicem per aerem medium vt videtur ad sensum. Nec est dicẽdum ꝙ mouetur à medio moto: quia ipsum medium non mouetur in tali motu: oiſi ab ipso grauet ita quòd graue mouet medium: modo corpus, non mouet nisi prius moueatur, ergo lapis prius naturaliter moueretur, quàm medium & sic motus medij est materialiter posterior motu lapidis. causa autem non est naturaliter posterior causato ino. ergo medium per lui motum non causat motum grauis. relinquitur ergo quòd motus grauis est ab ipso graui tanquam ab immediatè mouente: & sic graue mouet seipsum.

Tex. cõ. 6.
Tex. cõ. 28.
Cõmen. 71.
Tex. cõ. 18.

Oppositum arguitur auctoritate Aristotel. vult enim hic quòd graue inanimatum non mouet seipsum. & idem dicit Commentator, & omnes alij expositores ferè.

CONCLVSIO.

Probabile est graue ipsum seipsum mouere.

AD intellectum quæstionis considerandum est ꝙ motus, vt habetur in Tertio huius, est actus entis in potentia secundum huiusmodi. Et haoc definitionem inquisiuit Arist. in Tertio huius. aliquid autem esse in potentia ad aliquam actionem contingit dupliciter, vt docet Comment. in isto: capit. Vno modo aliquid est in potentia ad aliquam actionem, ita ꝙ ille actus non statim cõsequitur formam aut materiam illius subiecti, & remoto quocunq; impedimento. ve aqua est in potentia ad motum & ad vbi sursum sic, ꝙ vbi sursum non statim consequitur formam aquæ remoto quocunque impedimento extrinseco, imo nullo existente extrinseco impedimento, possibile est ipsam aquam non moueri sursum. similiter autem & in alijs multis. Et hæc potentia vocatur specialiter potentia essentialis secundum Cõm. Alio modo aliquod subiectum est in potentia ad aliquem actum sic, ꝙ licet careat illo actu, tamen iste actus statim cõsequitur formam illius subiecti, nisi aliquod extrinsecũ prohibeat, aut nisi aliquod deficiat, & illa potentia dicitor accidentalis. Prima quidem potẽtia dicitur essentialis forte pro tanto, quia subiecto habente talem potentiam deficit actus, & forma quàm consequitur actua ad quem consequitur illa potẽtia, vt ipsi aquæ quamdiu est aqua deficit forma quã consequitur motus sursum: dico quamdiu est aqua nõ transmutata ab aliquo extrinseco. Secunda verò potentia dicitur accidentalis pro tanto, quia subiectum habens illam potentiam non caret forma in essentia sua quam statim consequitur talis motus, sed priuatur illo actu per aliquod impedimẽtum sibi accidẽs. Ad propositum ergo specialius descendendo possumus dicere, ꝙ ad motum grauis, qui est descendere ad vbi deorsum duplex est potẽtia scilicet potentia essentialis & potentia accidentalis. Potentia quidem essentialis ad hũc motum est illa, quæ est in aliquo subiecto cui deficit essentia, quam consequitur ille motus, vt ignis est in potentia essentiali ad motum deorsum, quia caret essentia & forma & virtute quam consequitur ille motus scil. cet grauitate: imo etiam habet formam oppositam, puta leuitatem, & è conuerso de terra & aqua ad motum sursum: & ilta potentia essentialis ad motum sursum exiit in materia ex qua generatur ipsum graue scilicet aere, aut igne, aut aliquo huiusmodi corpore leui. Potentia autem accidentalis ad illum motum est, quæ est in subiecto habente actu illam formam & virtutem quam consequitur talis motus, est tamen priuatum illo motu per aliquod impedimẽtum extrinsecum, vt lapis sursum detentus per columnam, similiter in alijs huiusmodi: & illa priuatio est violenta ipsi lapidi, & non sequitur eius propriã naturam, vt naturam ipsius ignis consequitur priuatio motus deorsum si naturæ propriæ relinquitur. Et vt sit ad vnum dicere, potẽtia essentialis est in subiecto, quod non solum est potentia ad motum, sed ad aliquam essentiam, quæ est principium illius motus. Potentia autem accidentalis est in subiecto, quod non amplius est in potẽtia ad essentiam aliquam requisitam ad illum motũ.

Potentia ad motum grauis est duplex.

Tunc ergo, cum quæritur, vtrum graue inanimatum moueat seipsum. Respondetur, ꝙ ipsum graue non mouet seipsum de potentia essentiali ad actum, imo ipsum generãs qđ generat graue est illud, quod agit talem motum, ad quem erat potẽtia essentialis. Cuius probatio est hæc, Illud, quod dat formam alicuius rei dat omnia accidentia per se consequentia formam illam i hæc recipitur pro manifesta: illud enim quod dat formam hominis, dat risibilitatem & perceptibilitatem disciplinæ, quæ consequitur formam illam. similiter & in alijs: sed ipsum generans graue dat formam grauis: hoc est manifestum: motus autem grauis deorsum est accidens statim consequens ipsam formam grauis, nisi aliquid impediat. igitur ipsum generans dat & efficit talem motum grauis. Et confirmatur illa ratio, quia illud quod reducit potentiam essentialem ad actum ad quem est illa potentia, mouet illud quod est in tali potentia: hæc est manifesta sed generans reducit potentiam essentialem ad actũ, quæ quidem potentia essentialis erat ad motum grauis, illa enim potentia præexistebat in illa materia, ex qua generatur graue. si graue vt generatur ex aere, potentia essentialis ad motum illum, quo monetur ipsum graue, præexistebat in ipso aere. similiter autem & in alijs. Constat autem, ꝙ generans est illud, quod reducit graue de potentia essentiali ad actum. Hanc autem conclusionem concedo cum Arist. & Comment. & cum alijs expositoribus Aristo. Sed vtrum ipsum generans sit causa actiua immediata illius motus aut forma ipsius moti vel virtus eius, hoc est bene dubium: & de hoc fiet quæstio specialis. concederem igitur, ꝙ frigidum condẽsans facit aquam ex aere, & illud idem est causa agẽs illum motum, quo aqua descendit deorsum. Sed vtrum ne causa agens omnino immediata aut ipsa grauitas aquæ generata, dubium est & inquiretur post. Si autem quæritur de motu grauis in actu, prout ad ipsum est potentia accidentalis, verbi gratia, cum lapis est sursum & remoto prohibente descendit deorsum, Vtrum tũc ipsum graue moueat seipsum, de hoc est magna difficultas & diuersitas inter doctores. Et dicunt plurimi, & quasi omnes ꝙ huiusmodi graue secundum actum existens in potentia accidentali ad vbi deorsum non mouet seipsum per se, sed solum per accidẽs: quod probant. Si moueret seipsum per se, tunc oporteret ꝙ esset diuisibile per se, & in partem per se mouentem & in partem per se motam secundum Aristo. in isto Octauo: hoc autem est impossibile, sicut patet in litera. Nam illæ partes aut essent partes quantitatiuæ ipsius grauis, aut partes essentiales per sufficientem diuisionem: non, partes quantitatiuę quia partes quantitatiuæ & secũdum qualitatem sunt vnius dispositionis & virtutis. vnde nulla est ratio, quare vna esset mouens per se, & alia per se mota. nec partes essentiales. quia omnes partes essentiales sunt forma & materia prima: materia autem prima non potest esse per se mota, cum sit ens

Tex. cõ. 6
Comm. 41.
Aliquid est in potentia sd actionẽ dupliciter.
Potentia essentialis.
Potẽtia accidentalis.

De motu grauis deorsum opinio prima.

Tex. cõ. 28.

sit ens in pura potentia, & nullam resistentiam habet a mo
uente. semper enim debet esse resistentia, vt accipit Comen.
Tex. cō 71. 4 huius. ergo ipsum graue non mouet seipsum per se. Tunc
arguitur vlterius, constat q̄ graue in actu sursum existens re
moto detinente mouetur deorsum, aut ergo mouetur a ge
nerante, aut à remouente prohibens. non a generante, nec à
remouente prohibens. quia contingit q̄ dum lapis descen
dit deorsum, ipsum generant. quod generant lapidem, est
corruptum, & sic non mouet Et similiter, illud, quod remo
uit prohibens, potest esse corruptum dum lapis mouet de
orsum. ergo nullum istorum mouet ipsum graue. quare re
linquitur, q̄ ipsummet mouet seipsum, non per se, vt proba
tum est: ergo per accidens Et si quis concederet eis, q̄ ip
sum medium est illud, quod mouet graue, rūc haberent in
tentum: quia ipsam medium nnn mouet grane, nisi nouā
prius mouetur à graui, & sic iterum graue mouet seipsum
per accidens. Modus autem secundum quem contingit, est
iste. ipsum graue remoto detinente mouet medium: pura ip
sum aerem aut aquam, à qua continetur & ideo necessario
ipsum graue mouetur motu medio. Et exemplificant secun
dum Cōm. in 4. Cœli & Mundi homo existēs in naui & mo
uens ipsam nauem mouet seipsum: & hoc per accidens. sic
Obiectio. in proposito suo modo. & dāt illam esse intentionem Arist.
Tex. cō. 66. & Commentatoris in isto Octauo & Tertio & Quarto Cœ
li & Mundi. Et si dicatur istis, q̄ causa per accidens reducitur
ad causam per se, vt satis patet ex Secundo huius. si ergo
ipsum graue sit & causat motum per accidēs, oportet huiusmodi motus esse causam aliquā per se, & remanet
Responsio. quæstio de ista causa quæ sit. Et ipsi possent respondere, q̄
causam per accidens reduci ad causam per se, potest intelli
gi dupliciter. vno modo q̄ illa causa per se sit per se causa il
lius eiusdem effectus, Cuius causa est illa causa per accidēs:
& hoc non est vetum. fortuna enim & casus sunt causæ per
Tex. c. 52. accidens, vt patuit in Secundo huius. & non reducuntur
ad causas per se, quæ sint causę per se illorum effectuum, qui
sunt à casu & à fortuna. Alio modo potest intelligi, q̄ causa, quæ est causa per accidens, reducitur ad causam per se,
quæ est cā illius effectus vel alicuius alterius effectus, quam
concomitatur effectus illius eaasæ per accidens: & hoc est
verum. Modo, ipsum graue, quod est causa per accidens sui
motus, bene reducitur ad causam per se, quæ est causa alicu
ius alterius effectus. ipsum enim graue est per se causa mo
tus medij, & ipsum motum medij consequitur motus gra
ui. Et posset obiici & forte insolubiliter, quoniam licet causa per accidens quæ est casus aut fortuna non reducatur ad
aliquam causam per se illius effectus, tamen alia causa acci
dentalis alicuius effectus per se reduceretur in aliquam cau
sam per se: huius autem fides est ex inductione. Aperiens e
nim fenestram, quæ est causa per accidens illuminationis, re
ducitur ad causam per se agentem lumen, scilicet ad corpus
luminosum. similiter, si musicus ædificat per accidens redu
citur necessario ad ædificationē, quæ est per se cā agens &c.
Et dicunt vltertius, quia enim hoc q̄ ipsum graue sit in potē
tia accidentali solum ad talem motum, nullo modo indigat
mouente, quod per se sit causa ipsius motus, sed sufficit mo
tor vel causa per accidens modo predicto. Dicūt ergo isti,
quòd graue actu per se mouet medium, medium autem mo
tum, mouet ipsum graue, non quidē per se, sed per accidens
si enim medium per sui motum per se moueret graue, cum
ipsum graue sit causa per se motus, mouet enim medium es
sentialiter per Commentatorem in Secundo Cœli & Mun
di. sequitur necessario, q̄ grauia moueret seipsum deorsum
per se: quia quicquid est causa causæ per se est causa causa
ti: rune igitur ipsum graue, cū sit per se causa motus aeris.
si motus aeris est per se causa motus grauis: necesse est, q̄
ipsum graue sit per se causa sui motus, quod isti habent pro
impossibili. nullam ergo causam per se motus grauis in a
ctu dicunt esse quærendam, eò quòd sit solum in potentia
accidentali ad talem motum.

Improbatio primæ opinionis. Sed istud mihi multum videtur difficile: quia omnis effectus per se intentus ab aliquo & per se receptus in aliqua po
tentia per se ordinata ad ipsum, indiget aliquo agente per
se. sed descensus grauis in actu ad vbi deorsum est quidam
effectus per se intentus à natura ipsius grauis: hoc videtur
manifestum. Et probatur: quia constat, q̄ ipsum graue actu
existens sursum naturaliter mouetur & appetit, & intendit
vbi deorsum, cum sit eius perfectio & complementum, se
cundum Aristotelem cap. vbi dicit, q̄ grane esse est alicubi Tex. cō. 12.
esse & sursum: cum autem non possit fieri in vbi deorsum
sine descensu. vt manifestum est, oportet q̄ per se intendat
& appetat naturaliter descendere deorsum. Descensus ita q̄
grauis in actu est quidam effectus per se intentus ab aliqua
natura, & cum hoc recipimus in aliqua potentia per se, i. per
sui essentiam ordinatam ad ipsum. quia certum est q̄ ipsum
graue actu habet potentiam receptiuam illius motus. aliter
enim reciperetur impossibile recipi: & cum illa potentia
non ordinetur ad receptionem illius motus per aliqd aliud
relinquitur q̄ per se ordinetur ad illius receptionem. quare
autem dicitur potentia accidentalis, dictum est prius & vi
debitur post. ergo ille motus indiget agente per se. detur e
nim quòd non dependeat ab aliquo per se agente, non esset
per se intentus. Si dicatur quòd sit per se intentum ab ipso
grauī per suam potentiam receptiuam & aptitudinem natu
ralem, tunc cum omni per se potentię recipitur correspon
deat actiua, oportet ei assignare aliquam potentiam actiuā
ergo motus grauis in actu indigeat agente per se, cuius op
positum diebatur ab istis. Item, quando aliqua sunt eiusdē
speciei specialissimæ, si vnum illorum necessario indiget a
gente per se, & reliquum: hanc recipio pro manifesta. Sed
motus grauis, si mouetur do potentia essentiali ad actum, &
motus eius cum mouetur do potentia accidentali sunt eiusdem speciei specialissimæ, cum hoc ad vnum vbi secundum
speciem. & motus grauis de potentia essentiali indiget mo
uente per se, vt conceditur. ergo & alius. Item, omnis effectus, qui non est casualis & fortuitus est per se intentus ab
aliquo: hæc videtur manifesta ex 2. Physicorum. sed descen Tex. cō. 48.
sus grauis in actu non est casualis, nec fortuitus, vt omnes
concedunt, imo est naturalis: ergo per se est intentus, & p
consequens indiget agente per se. Item, fortius, omnis mo
tus, qui est a natura, est ab aliquo principio per se, sed om
nis motus naturalis est à natura: ergo & maior est manife
sta, quia natura est per se principium & causa, vt patet in Se Tex. cō. 3.
cundo huius: ergo omnis motus, qui est à natura est ab ali
quo principio per se. minor etiam patet. nam eodem modo
motus naturalis quidem est à natura. ergo sequitur conclu
sio scilicet q̄ omnis motus naturalis est ab aliquo per se prin
cipio. Sed descensus grauis in actu est motus naturalis, vt
omnes concedunt. ergo &c. Iste descensus est ab aliquo per
se principio aut ergo à principio per se actiuo, aut passi
uo, aut vtroq; si primo & tertio modo, habeo propositum,
si secundo modo, adhuc habeo propositum. Nam principiō
per se passiuo correspondet actiuum principium per se & è
conuerso, vt omnes confitentur & habetur in Quinto Me Text. c. 17.
taphysicę. de potestate. si ergo descensus grauis secundum
actum indiget principio per se passiuo seu receptiuo, necessario & indiget principio per se actiuo, & hoc est quod vo
lumus. Et hanc rationem reputo demonstratiuam: non est
ergo bene dictum, q̄ graue in actu indigeat solum agente
motum eius per accidens, & nullo modo per se.

Opinio secunda. Alij autem dicunt aliter & ponunt, q̄ ipsum grauis in actu, quando est in potentia accidentali ad motum deorsum
non habet in se aliquam virtutem actiuā sui motus, sed vir
tus actiua huius motus grauis deorsum est virtus ipsius lo
ci naturalis, grauis. i. loci deorsum. Primum probant: quia
nihil agit in illud quod est indistinctum ab eo secundum subsan
tiam: hoc habent pro vera. sed hoc contingeret, si ipsum
graue ageret suum motum deorsum per aliquam virtutem
existentem in eo. Nam illa virtus agens non posset esse in
vna parte ipsius grauis determinata & alia ab illa parte in
qua recipitur motus esse, eo quod omnes partes quantitatiuæ ipsius grauis, sunt eiusdem rationis & naturæ: vadē non
est ratio quare vna pars habeat virtutem actiuā sui motus,
& alia pars habeat virtutem receptiuam, & sic relinquitur,
q̄ illa virtus agens motum grauis ageret ipsum in illa eadē
parte grauis in qua esset, vel reciperet. & sic agēs non esset
distinctum a subiecto & recipiente, quod est inconueniens.
Secundū etiam probatur per hoc, quia motus grauis, quan
to propinquior est centro, tanto fortior & velocior: quod
nō videtur contingere pp maiorem grauitatem, sed soluun
ex virtute loci, cui propinquius sit ipsum graue. Dicitur igitur

ipsum

ipsum graue nõ mouet seipsum, nec est de numero eorum, quæ mouẽtur ab intrinseco: sed ab extrinseco. Et a virtute loci naturalis & dicunt, q̃ ille motus collocatur sub illo. In motu ab extrinseco, qui vocatur tractus, de quo loquitur Arist.
Text. cõ. 10. in Septimo huius, ita q̃ virtutes ipsius loci naturalis ipsius grauis trahunt graue ad se & faciunt ipsum descẽdere deorsum. ipsum autem graue sic motum & attractum mouet medium in quo est diuidendum ipsum & pro tanto dicitur mouere seipsum, vt dicunt, quia mouendo aliud per se mouet se per accidens. Et hanc sententiam attribuunt Arist. Cõm.
Opinio tertia. Alijs verò non placet ista via, imo ipsam dicunt esse contra Philosophum & Commentatorem in multis locis. Contra Aristo. pro tanto, quia vbi ipse inquisiuit ex intentione causam motus talis, scilicet in isto Octauo & in 4. Cœli nunquam inuenitur dixisse illam causam, scilicet virtutem naturalẽ ipsius loci naturalis, vt manifestum est cõsideranti per totum. Itẽ
Text. cõ. 30. Arist. in Quarto Cœli & Mundi assignat differentiam inter grauia & leuia & alia quædam mobilia, sicut lauabile & augmentabile: quia huiusmodi, scilicet graue & leue videntur habere in seipsis principium transmutationis, hæc aũt non, sed ab extra. & non est intelligẽdum principium passiuum solum, quia in hoc non differunt grauia & leuia ab alijs. Itẽ si virtus naturalis loci esset causa effectiua motus grauis, sequetur, si ponerentur plures mundi, quod graue secundum naturam suam haberet tantam conuenientiam cum medio alterius mundi, sicut cum medio huius mundi. ex hoc non sequitur q̃ graue æqualiter motum moueretur ad mediũ alterius mundi sicut ad medium huius mundi, immo propter propinquitatem eius ad medium mundi huius, ipsum citius mouebitur ad medium huius mundi, quàm ad mediũ alterius mundi, quod est remotius ab eo. virtus enim quæcunque tractiua & actiua naturali actione, cæteris paribus, efficactus agit in propinquum quàm in remotum. & hoc etiam concedunt isti, vt patet in sua ratione secundæ conclusionis prius posita: ipsum ergo graue non æqualiter moueretur ad medium alterius mundi, sicut ad medium huius mundi: quod est contra Arist. ibidem apertè & contra Cõmen. qui volunt q̃ propinquitas aut remotio nihil facit ad hoc q̃ graue moueatur ad medium huius mundi vel alterius, sed diuersitas motuum istorum non est nisi per diuersitatem suarum formarum substantialium. Item, mouens propinquum debet esse simul cum moto & è cõuerso, vt patet
Text. cõ. 11. Septimo huius. & quoniam virtus naturalis loci deorsum non apparet simul cum graui existente in loco suo, ergo &c. forte dicetur ad illud, & ad præsens, q̃ si esset alius mundus, graue illius mundi non moueretur actu ad mediũ huius mundi propter elongationem motorum: nec istud intendit Aristo. sed intendit, q̃ graue illius mundi esset natum moueri ad medium huius mundi: & hoc bene sequeretur cum esset eiusdem rationis cum graui huius mundi: hoc autem esset irrationabile, q̃ graue illius mundi esset natum naturaliter moueri ad medium istius mundi: quia sic sequeretur q̃ esset natum naturaliter moueri ad circunferentiam sui mundi, cum non posset peruenire ad medium illius mundi nisi pertranseundo circunferentiam sui mundi: quod autem naturaliter est mobile ad aliquem terminum est naturaliter mobile ad medium, sine quo non potest peruenire ad terminum, cum mediũ sit illud, in quo prius trãsmutans transmutat quàm extremum. Et est considerandum, q̃ isti dicunt & multum subtiliter, q̃, si virtus loci trahens graue esset causa motus eius, tunc demonstratio Aristo. hic & in 1. Cœli, nullam haberet efficaciam. Nam dato q̃ huiusmodi virtus tractiua esset in loco terræ, illa virtus determinata esset & finita, & ad determinatam distantiam posset mouere & non vltra, scilicet ad concauum orbis Lunæ, quod maxime est locus suus & vltimus ab eo maximè accedendo ad motum grauium, & leuium vel ad vltimam circunferentiam huius mundi. dato igitur, q̃ esset alius mundus, nulla causa esset q̃ graue huius mũdi moueretur nisi ad medium huius mundi: quia virtus tractiua in loco terræ alterius mũdi in illo posset attingere ad graue huius mundi, cum sit ista virtus finita & vltima, tunc non posset terram huius mundi illuc trahere. Sed, supponendo q̃ graue moueatur ad medium ratione suæ formæ intrinsecæ, hæc ratio Aristo. est demonstratiua
Graue & leue mouentur à formis substantialibus actiue.
omnino: quia ratione illius formæ tantam conuenientiam haberet in natura cum medio alterius mundi, quod ẽm Philosophum ponitur esse eiusdem speciei cum medio huius mundi, sicut habet cum medio illius mundi, sequitur necessario, si plures essent mũdi eiusdem speciei, & graue aliquod huius mundi esset extra cẽtrum, magis faceret se versus medium huius mundi q̃ alterius. Ea quo pot euidenter cõcludi q̃ Arist. supponit graue & leue moueri à suis formis substantialibus actiue. Item, arguitur auctoritatibus. Cõm. Pri
Text. c. 102. mo auctoritate eius in Septimo huius c. illo quoniã autem motus vbi dicit, q̃, cum, attrahens nõ mouet cum attracto non est attractio in rei veritate, de qua loquitur Philosophus ibidem, sed æquiuocè. eum ergo, ẽm illos, motus grauis est à virtute naturali ipsius loci attrahente ipsum, q̃ attrahens non mouetur cum attracto, scilicet ipso graui, sequitur q̃ motus, grauis non est motus tractus, de quo loquitur Philosophus Et confirmatur q̃ motus grauis non cõtinetur sub aliqua specie motus ibi enumerata, scilicet pulsum, vertiginem aut vectionem. & non plures sunt species motus eorum quæ mouentur ab alio, sequitur q̃ graue non est de numero eorum, quæ mouentur ab alio. Omne aũt quod mouetur, aut mouetur ex se, aut ab alio, vt ibidem habetur: ergo relinquitur, q̃ graue mouetur à se: & hæc sunt verba Cõmen. Attractio in qua attrahens est quiescens, & attractum non est motum, non est attractio in rei veritate. & parum post ostendit, q̃ ille modus motionũ, si dicatur attractio, non intendebatur ab Arist. in hoc nomine attractio, cum collocetur in eis, quæ mouentur ex se. Et non debet intelligi, q̃ mouetur ex se solum passiue, quoniã quodcũq; motum passiue mouetur ab aliquo principio intrinseco. ergo intelligit q̃ ille motus cõtinetur sub illis quæ mouentur ex se actiue. Item, Cõm. in 4 Cœli dicit, q̃ in cor
Comm. 21 poribus simplicibus idem est mouens & motum, & differũt solum ẽm modum. Et dicit etiam q̃ lapis mouet se inquantum actu grauis: cum igitur sit actu grauis per eius formã intrinsecam, & nõ per motum aliquem, aut tractum ab alio receptum, neq; per virtutem loci, sequitur, q̃ mouet se per suam formam. Item dicit ibi, q̃ forma eius, mouet inquantum est forma: sed manifestum est, quod forma grauis non est aliquis motus vel tractus receptus ab aliquo neque virtus naturalis sui loci. Item, in eudem comment. paulo post dicit, q̃ ille motus, scilicet lapidis deorsum non est motus primus, neque essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti, sed forma ipsius moti, scilicet lapidis non est tractus aliquis. Item, per exemplum Com. manifestum est hanc fuisse eius intentionẽ scilicet q̃ graue per suam virtutem mouet seipsum. Exemplificat. m. de homine mouente nauem, & per hoc mouente se. Confirmat autem q̃ homo in naui existens mouet nauem per suam virtutem actiuam, & non solum per aliquem motum receptum ab alio. si. n. homo existens in naui moueret nauem per hoc q̃ aliquis extra nauẽ traheret ipsum hominem, ad cuius tractum sequitur motus nauis, nullus deberet dicere q̃ homo ille existens in naui essentialiter moueret nauem, sed alius super terram trahẽs ipsum essentialiter moueret nauem. Si igitur illud exemplum Cõm. declarat suum propositum, oportet q̃ graue per suam virtutem actiuam moueat medium. Item, hoc patet ex alio dicto Cõm. dicit n. q̃ homo non mouet se accidentalites, nisi quia mouet nauem essentialiter. ergo, cum graue moueat se accidentaliter ẽm comm. necesse est, q̃ moueat aerem essentialiter: sed non moueret aerem essentialiter, si solum moueret ipsum per motum quendam ab alio receptum, sicut nec baculus mouet lapidem essentialiter, sed per accidens, i. per motum ipsius manus, i. per motum ab homine receptum. Item
AD quæstionem est dicendum breuiter, ꝙ primus motor est omnino immobilis motu proprie dicto. Hoc probatur multipliciter. Primo, quia, si primus mutor mouetur motu proprie dicto, aut moueretur à se, aut ab alio, per sufficientem diuisionem: non ab alio, quia hoc non esset motor primus, imo illud aliud a quo moueret: mouens.n. est prius moto. si aut a seipso, aut moueretur ex potentia essentiali ad actum, aut ex potentia accidentali. non aũt ex potentia essentiali, quia oẽ quod mouetur mouet ab alio, vt colligitur est prius. si autem ex potentia accidentali, tũc esset aliquod mouens prius eo. Omne.n. quod mouetur de potentia accidentali ad actum est posterius aliquo mouente, quod mouet, aut mouet de potẽtia essentiali, sicut graue actu existes sursum & descendens deorsum est posterius tuo geocrate, quod mouet de potentia essentiali ad actuoꝝ & hic primus motor nõ esset primus, quod est impossibile, quare &c. Itẽ, si omne mouens moueretur, aut hoc foret per ipsũ mouentibus per accidens, s. quod non mouet est ab alio mouetur, aut hoc deberetur eis per se, non est dicendum, ꝙ per accidens: quia per accidens non est necessarium, imo contingit ipsum non esse, & hoc contingeret mouens non mouet. Sed non mouet nisi moueat, vt in ponis: quia dicis, quod omne mouens mouetur t ergo contingeret omnino non esse motum: quod est impossibile, quia motus est perpetuus, vt prius probatum est. Si autem dicatur, ꝙ omne mouens mouetur, & hoc conuenit ei per se. tunc arguitur, aut mouetur eadẽ specie motus, qua mouet, aut alia. non est dicendum ꝙ eadem specie motus, quia irrationabile esset dicere, ꝙ idem docens doceretur, & ꝙ omne sanans sanaretur sui eandem speciem sanationis, qua sanat, similiter autem & in alijs. Si vero dicatur, ꝙ omne mouens necessario mouetur, alia in specie motus quam illa qua mouet, sequeretur, ꝙ nihil moueretur aliquo motu, quin oporteat esse aliquod mouens quod mouet illo motu & mouetur eodem. verbi gratia, non posset aliquis sanare quin oporteat esse aliquod sanans, quod sanat ſm illam sanationem: & similiter aũt & in alijs. Et ad huius declarationẽ accipio primo, quod species motuum sunt finitę: secundo, ꝙ semper, cum aliquid mouetur à pluribus motoribus ordinatis aliquo motu, magis mouet a priori quam a posteriori, vt dicit in litera. & vt etiam ex libro de Causis. Ponatur ergo, ꝙ aliquis sanetur ab ophthalmia, & sanans moueatur quadam alia specie motus, quęcunque sit illa, oportet ꝙ mouentur ab aliquo alio motore, qđ mouetur. Et tunc quæritur de illo secundo motore, vtrum moueatur motu illo sanabili quo mouetur mobile, aue alio motu. Si illo motu, habetur propositum, s. ꝙ nihil mouetur motu sanationis ab ophthalmia, quin sanetur illa sanatione. Nam illud ſm quod, a quo mouetur illud, quod immediate ponitur sanate, magis mouet illo motu quam propinquum sanans, vt patet ex secunda suppositione. Si vero dicatur ꝙ illud mouens secundo acceptum non mouetur illo motu, sanationis ab ophthalmia, sed alio motu, tũc quæritur de motore eius, vtrum moueatur illo motu, aut alio: si illo motu, habetur propositum, si alio quæritur de motore quod mouet illo motu. Et hic, cum species motuum non sint infinitę, vt supponitur esse istarum distributis omnibus speciebus motuum ipsis motoribus, deueniretur ad hoc, ꝙ aliqđ mouens ad propinquum mouens moueretur illo motu sanationis: & hic cum mouens superios magis moueat, quàm propinquum, necesse est ꝙ, cum aliquid sanatur ab ophthalmia, ꝙ tũ aliquod mouens illo motu sanationis, ꝙ etiam moueretur illo eodem motu, s. ꝙ sanetur ab ophthalmia: quod est valde derisorium. nmihi. autem & in alijs motibus. v.g. ponamus ꝙ aliquis ducat grammaticam, tu ponis, ꝙ doctor, qui mouet illo motu, mouetur quadam alia specie motus, tunc quæram de motore, qui mouet illum doctorem grammaticæ, vtrum doceatur grammaticam, aut moueatur quodam alio motu. si primo modo habeo propositum, s. ꝙ, cum aliquis docet in Grammatica, oportet, ꝙ doceatur in grammatica ab aliquo, qui docetur in, ipsa grammatica: quod est abiurdum. si vero mouens mouetur alio motu ſm speciem, tunc quæro de eius motore, vt prius, & hic, cum non sint infinitę species motuum, oportet ꝙ, cum omnes species distributæ & assignatæ fuerint motoribus, ꝙ reuertatur ad hoc, ꝙ aliquod mouens moueat illo motu, s. ꝙ doceat in Grammatica, & constat, ꝙ illud mouens, ad quod sic peruenit, magis mouet illo motu proposito, quàm alia mouentia posteriora. ergo nunquam aliquis docebit Grammaticam nisi sit aliquod mouens docens Grammaticã, quod addiscat Grammaticam, quod est impossibile. quia addiscere est ſm ignorantiam, & docere est ſm scientiam, vt dicit Cõm. ergo impossibile est, ꝙ omne mouẽs per se moueat, ita tamen quod moueatur ab alio motu ſm speciem ab illo motu, quin moueat, nec eodem, vt probatum est. ergo non est dicendum, ꝙ omne mouens moueat necessario, nec per accidens, vt probatum est. ergo nullo modo verum est, ꝙ omne mouẽs moueatur. ergo oportet esse aliquod mouens immobile. In hac autem ratione, multum notanda sunt verba Aristo. Sumit.n. istam diuisionem, ꝙ, si omne mouens moueretur, aue hoc cõperit rebus per se, aut per accidens, & postea sumit, ꝙ accidentia non sunt necessaria, sed contingit non esse. In quibus verbis manifestum est Arist. intendere, ꝙ omne per accidens, ꝙ distinguitur contra per se potest non esse & hic nullum est pure per accidẽs, quod est necessarium mutuo in oppositum cõtet dẽ per se. n. & per accidens, quod quidem per accidens contingit non esse, sufficienter diuiduntur omne quod inest alicui, ita, s. quod omne quod competit alicui vel competit ei per se, vel per accidens tali pro accidentalitate, quod cõtingit non esse. Constat aũt, ꝙ illud, quod debetur alicui necessario, non debetur ei per accidens hic, ꝙ contingat nõ esse. ergo omne, quod inest alicui necessario, inest ei per se aliquo modo pertinatis, & non pure accidẽs. In hoc autem manifesto testimonio Arist. gaudius sum contra illos, qui puerliter asserunt, aliqua esse pure per accidẽs inexistentia aliquibus, & nullo modo per se, & tũ necessario inuntur eis. De hoc aũt aliqua dixi in Primo huius. & forte aliàs dicam deorsum, si Deus voluerit. Item arguitur ad principale. qñcunq; aliquid est compositum ex duobus quorum vtrumq; existit per se, & alterum eorum fuerit separatum à reliquo, necesse est, vt reliquum sit separatum v.g. si terra & aqua sunt in misto, & vtrumq; eorum per se, s. ꝙ neutrum eorum est necessarium in esse alterius, & aqua fuerit separata à terra in aliquo loco, necesse est, vt terra sit separata ab aqua in aliquo loco. Sitr, si est aliquod compositum ex motore & moto, vt manifestum est: & inuenitur aliquod motum separatum a mouente, s. aliquod motum, quod non mouet aliquid aliud: aliter n. procederetur in infinitum, vt dicit Cõm. sicut fortè terra mouet ab alijs elementis, & non mouet aliquod aliud inferius ea in situ aut perfectione, & ipsum primum mouens est aliquid per se existens, vt supponit. ergo oportet esse aliquod mouens separatum à moto, s. ꝙ non mouetur. Et istam rationem ponit Cõmenta. ex verbis Arist. vt patet inspicienti literam & Cõm. Sed intelligendum est, ꝙ motus accipitur dupliciter. Vno modo proprie, pro transmutatione, ſm quam aliquid se habet aliter nunc quàm prius, & hoc modo intelligit Aristo. primũ motorem non moueri nec per se, nec per accidens, & hoc etiam probatur eo, quod demonstrat in consequentibus, s. ꝙ primum mouens non est corpus, nec virtus in corpore. Alio modo accipitur motus impropriè & cõiter, pro quacunq; operatione rei, siue operatio illa sit diuersa à substantia, siue non sit diuersa realiter à substantia operante, & hoc modo primum principium motus, s. Deus ipse, pòt dici moueri, quia habet operationem, immanentem, s. intelligere & amare seipsum: quæ tũ operationes sunt idem essentialiter cum ipsa substantia diuina, quia quicquid est in Deo est ipse Deus, vt hẽt videri ex Met. & fortè hoc modo intellexit Aristo. & Plato ipsum primũ mouens moueri à seipso, & non primo modo.

RESPON. AD primam rationem cum dicitur, ab vno immobili &c. potest dici, quod verum est diuersa actu diuisa & distincta ab inuicem, sed ab vno immobili possunt procedere diuersa, quorum vnum non est alterum, non tamen diuersa actu & distincta ab inuicem, sed continua sibimuicem, sicut partes alicuius totius: modo, hic est in proposito. quam circulationes diuersæ, scilicet quarum vna non est alia, procedunt à primo motore immobili immediatè, scilicet non mediante aliquo alio motore, sed nõ sunt distincta nec

diuisæ abinuicem actu, imo sunt partes vnius totius motus continui, quarum vna succedit alteri continue, vt patet ex isto Octauo. Ad aliud potest dici, q agés aliquem effectum propter finem acquirendū bene mouetur abillo motu, qui deficri à sua substantia, licet non moueatur ab illo motu, continuo & diuisibili: sed agés, quod agit propter conseruationem suæ perfectionis & non propter acquisitionem alicuius, quod ei deficiat, non oportet q moueatur a fine motu proprie dicto à motu, qui sit transmutatio differens à sua substantia, sed sufficit q intelligat ipsum finem & appetat. & isti non sunt motus proprie & verè dicti, vt dē cōiter: hoc autem modo motores corporum cœlestium mouent, vt docet Cōm. 10. Metaph. mouent. n. propter se primaria intentione, licet secundaria intentione moueant propter generationem illorum inferiorum, & ideo non oportet q mouentur ab aliquo fine & motu proprie dicto. Ad aliam patet ex dictis. quod enim intelligit intellectione differēte à sua substantia, aliqualiter mouetur de vno intelligibili in aliud, vt patet in 3. de Anima, sed quod intelligit intellectione æterna, quæ est idem quod sua substantia, non mouetur nisi valde improprie & transumptiuè, & sic est in proposito. Ad aliam dico, q aliquid esse in rei intimo cum mobili potest intelligi dupliciter. Vno modo, sm substistentiam & esse, vt forma substantialis. Alio modo sm appropriationem virtutis. & hoc modo dicitur aliquid esse in rei intimo cum mobili eo q habet de sui natura mouere tale mobile & non aliud, & tanta velocitate & non maiori nec minori. Primo modo verum est, q illud, quod est in rei intimo cum mobili, mouetur saltem per accidens. sed secundo modo non oportet, & sic est hic. nam motor corporis cœlestis est ei intrinsecum secundum appropriationem prædicto modo. Vtrum autē principium omnino primum, scilicet Deus, sit illo modo intrinsecum mobili & immediatè efficiat motum primum, aut alius motor appropriatus, alia quæstio est, & videndum post.

Quo nā motu finis Agēs mouean tur.

Intrinsecū mobili ē aliquid dupliciter.

Text.cō 50. *Et iterum considerās in principia mouentium, esse quidē igitur quædā eorum, quæ sunt quæ aliqñ quidem mouentur.*

QVAESTIO XIIII.

An motores corporum cœlestium per accidens moueantur.

HIC potest quæri vtrum motores corporum cœlestium moueantur per accidens. Arguitur primo q non, quia nullus motor, qui mouetur per accidens, mouet motu æterno: hāc accipit Aristote. in litera sed quilibet motor corporis cœlestis mouet motu æterno, vt etiam vult Aristot. Nam omnis motus cœlestis est æternus, vt patet ex Primo Cœli & Mundi & motus æternus est à motore æterno, & æternaliter mouente. ergo &c.

Text.cō.11.

Text.cō.12. Oppositum arguitur auctoritate Aristot. in littera. videtur enim velle, quòd quædam mouentium principiorum, quæ sunt in cœlo. mouentur per accidens. & idem dicit Commentator. & Expositores.

CONCLVSIO.

Nullus motor corporum cœlestium sic per accidens mouetur, ita pars quod moueatur per motum mobilis sui.

Text.cō.50. AD quæstionem intelligendum est q Arist. distinguit de eo q mouetur per accidens. Aliquid. n. mouetur per accidens à seipso: & aliquid mouetur per accidens ab altero. & hanc distinctionem ponit in his verbis. Non est aūt idem mouere sm accidēs à seipso. ab altero. n. eorum inest quod & eorum quæ in cœlo quibusdam principijs. quæcunq; plures seruntur motus, altero autem corruptibilibus solum. Hanc autem dillinctionem quidam sic intellexerūt, q illud dī moueri per accidens à seipso, quod mouetur per accidēs illo eodē motu, quo mouet ipsum mobile in quo est, vt anima animalis, quod est hic, mouetur illo eodem motu quo mouet ipsum corpus, s. motu locali processiuo. sed aliquid intelligitur moueri per accidens ab altero, qñ suum mobile mouetur alio motu ab illo quo mouet ipsum motor proprius, quem quidem motum facit aliquis alius motor. sicut nauta exiliens in naui mouet nauem pertrāseundo aquam, sicut ab vno littore ad aliud littus: & cum hoc ipla nauis, impetu aquæ mouetur inferius, vbi fluit aqua, tunc etiam ipla nauis mouetur ab alieto per accidens, videlicet. quia nauis mouetur quodam motu quem non facit nauta, s. ad inferius. Tunc dicunt, quod nullus motor corporis cœlestis mouetur per accidens primo modo, s. seipso, ita q moueatur illo eodem motu quo mouetur suū mobile. & hoc probat ratio prius inducta. Et probatur aliter, quia motor, qui est separatus sm esse à suo mobili, non mouet per accidēs illo motu, quo mouet suum mobile: hæc recipitur pro manifesta. sed motor cuiuslibet orbis cœlestis est huiusmodi, vt probatur ex his, quæ tradita sunt in illo Octauo, ergo &c. Secundum probant, quia motor cuiuslibet mobilis mouetur quodam alio motu ab illo, quē dat ei suus proprius motor. mouetur per accidens ab alio, scilicet ab illo motore à quo est ille alius motus, sicut nauta mouetur per accidens ab aqua deferente nauem, in qua est nauta. sed quodlibet corpus cœleste aliud à primo mobili mouetur quodam alio motu proprio: quodlibet enim mouetur motu diurno ab orientē in occidens ab ipso primo motore, qui mouet primum mobile hoc motu, & alia mobilia sequuntur, vt dicitur in Astronomia, & Commenta. accipit hic. ergo &c. Sed considerādum est, q ista vltima conclusio, scilicet q motor orbis inferioris mouetur per accidens ab alio potest intelligi dupliciter. Vno modo, q ille motus recipiatur. ab ipso motore, & vniatur ei secūdum esse accidentaliter, ita q per illum motum transferatur accidētaliter de vno vbi ad aliud vbi. sicut, cum nauta est in naui delata per aquam fluentem inferius, ipse nauta recipit in se subiectiue accidentaliter motum ad inferius, ita q per illum motum transfertur accidentaliter ad aliquod vbi. Alio modo potest intelligi q huiusmodi motor moueatur per accidens ab alio, non sic, q ille motus recipiatur in eo subiectiuè & per illum transferatur accidentaliter de vno vbi ad aliud vbi, sed quòd ille motus attribuitur ei ratione alterius cui appropriatur in motu. Et primo illorum modorum non videtur bene possibile, q motor orbis inferioris mouetur per accidens ab alio, quia illud, quod est incorporeum omnino & indiuisibile, non transfertur per accidens de nouo vbi ad aliud, nec accidentaliter recipit in se motum, sicut actum informantem ipsum. Sed quilibet motor cœlestis est huiusmodi, vt dicitur communiter. & Commentat. planè dicit hic: quia motor in corporibus cœlestibus non constituitur in esse per subiectum suum, idest per suum mobile. ergo &c.

Conclusio.

Motor orbis quomodo mouetur per accidēs.

Comm.58.

Item, cum aliqua duo sunt penitus separata abinuicem sm substātiā, & vnum non est continuū nec contiguum alteri, non est necessarium vnum illorum moueri motu alterius, ita q in se recipiat motum similem motui illius. si enim nauta existēs in naui nullo modo esset contiguus ipsi nauī, nec alicuius eius partis, quantumcunque aqua flueret ad aliquod vbi inferius, non oporteret nautā moueri ad tale vbi. nūc autem, quilibet motor cœlestis est separatus sm esse à suo mobili, vt vult Arist. & Cōm. expressius. & nullam continuitatem vel contiguitatem habet ad ipsum, cum sit sine magnitudine, vt hic demonstratur, ergo non est necesse ipsum recipere in se accidentaliter talem motum, qualem ipsum corpus cœleste recipit ab aliquo motore. vnde quamuis, sol moueatur a motore primo continue ab oriente in occidente, non oportet q eius motor proprius accidentaliter moueat eodem motu, & q transferatur accidentaliter de oriente in occidentem recipiendo in se talia vbi accidētaliter. Si autem intelligitur huiusmodi motorem moueri per accidens secundo modo, s. ratione alterius ei attributae talis motus, sic potest tolerari: quia, cum talis motor sit appropriatus tali mobili, & mobile moueatur tali motu per accidens, s. ab aliquo alio motore, motor eius proprius pōt dici moueri per accidēs illo modo. Et hoc est omnino improprie & æquiuoce moueri per accidens vt innuit Comment. hic. Sed aliquis posset rationabiliter dubitare hic contra illud vltimum. Nam, si motor appropriatus orbi inferiori dicitur moueri per accidens, nō quia in se recipiat motum, sed quia suum mobile appropriatum mouetur ab aliquo alio, tunc similiter huiusmodi motor proprius potest dici quantus, aut lucidus, aut perspicuus per accidēs, quia suum mobile est quantum, & lucidum, & perspicuum, scilicet orbis quem mouet, hoc autem vt omnino esse absurdum. ergo & primum. Ad hoc forte dicendum, quod non est simile: quia motus proprius ipsius orbis inferioris est effectus ipsius mobilis, & motus diurnus est eiusdem generis propinqui cum

Dubitatio.

Responsio.

qui cum motu proprio, cum vterque sit motus circularis æternus. sed alia accidentia ipsius mobilis. s. quantitas, & species, & lux, & huiusmodi non causatur actiuè ab ipso motore immobili, vt communiter tenetur: & ideo, quamuis ipsi motori attribuatur moueri per accidēs ratione mobilis, non propter hoc ei attribuetur esse quantum, & esse lucidum, Sic igitur intelligemus verba Arist. q alicui motori non debemus moueri per accidens a seipso i. q in seipsum recipiat motum per accidens: tamen alicui motori debetur moueri per accidens ab altero. i. ratione alterius, cui est appropriatus motor. s. motori, cuius mobile mouetur aliquo alio motu ab eo, quem facit motor proprius. Et si quæratur, quomodo illud quod separatum est ab aliquo secundum esse, & non est eius effectus, denominat ipsum: Dicendum, q non potest denominatione primo & principaliter dicta, sed secundum similitudinem potest, & sic est hic. Sed adhoc circa hoc quæret aliquis rationabiliter, cum nullus motor cœlestium sic moueatur per accidens, q ei inhæreat motus, & q subijciatur motui, quare magis attribuitur moueri per accidens ratione mobilis illi motori, cuius mobile mouetur alio motu, quàm illi motori, cuius mobile non mouet alio motu. Et ad hoc vt respondere. Com. q causa in hoc est, quia ille motor, cuius mobile mouetur motu alterius mobilis est minus mobilis & minus perfectus quàm ille, cuius mobile nullo alio motu mouetur, & ratione suæ minoris perfectionis attribuitur ei aliqualiter conditio motorum generabilium & corruptibilium, quæ mouentur per accidens, licet æquiuoce dicatur moueri per accidens hic & ibi, vt dicit Commen. illi autem motori, cuius mobili non accidit moueri aliquo alio motu, non attribuitur moueri ratione mobilis propter maiorem eius perfectionem & velocitatem. Et hoc videtur Commentator intendere in his verbis. Et illa dispositio est diminutio in motore corporis cœlestis, cui accidit vt suum motum moueatur ab alio, & ideo perfectior mouentium est mouens motu diurno, cui non accidit hoc.

RESPON. AD rationem primam dico, q bene contingit motorem cœlestem non moueri per accidens illo modo, q in se recipiat ipsum motum, per quem transferatur accidentaliter de vno vbi ad aliud. hoc. n. non debetur nisi motori, qui est coniunctus mobili fm esse, sicut est aoima animalis: sed non probat ipsum non moueri per accidens alio modo. i. ratione alterius, puta mobilis proprij. & hoc modo intellexit Arist. & Com. Fortè dicendum aliter ad quōnem, q Arist. in illo loco nōdum probauerat q motores cœli sunt sine magnitudine, & ideo loquitur hic de illis ac si essent in magnitudine. Et est aduertendum, q cum dicimus animā animalis hic existentis moueri a seipsa q accidens, non accipimus per accidens prout dilloguitur contra per se sui naturam, tale. n. per accidens non est necessarium: anima autem necessario est mobilis ad motum corporis, sed accipimus per accidens, prous distinguitur contra solitariū & separatum

At vero illud facientibus principium, &c.

Text. c. 54. Tex. co. 55. *Tribus autem: existentibus motibus, alio quidem secundum magnitudinem, alio secundum passionem, & quodam alio secundum locum, quem vocamus loci mutationem, hunc autem necessarium est esse primum &c.*

QVAESTIO XV.

An motus localis prior sit omnibus alijs motibus.

QVæritur hic, Vtrum motus localis sit prior omnibus alijs motibus. Et arguitur primo q non. Quia sicut se habet terminus ad terminum: ita motus ad motum per conuenientem similitudinem: quia motus est eiuldem essentiæ cum termino ad quem est: sed terminus generationis prior est termino motus localis. Nam terminus generationis est substantia. terminus autem motus localis est vbi. Sed constat q substantia prior est omni vbi: cum sit accidens: & substantia prior sit ipso accidente 7. Meta. ergo &c.

Tex. c. 4. Oppositum arguitur auctoritate Arist. in litera, vbi plane vult, quòd motus localis est prior alijs motibus.

CONCLVSIO.

Motus localis in vno & eodem mobili prior est alijs motibus secundum prioritatem perfectionis, & in diuersis existens mobilibus, prior est secundum subsistendi consequentiam, & secundum tempus.

AD quæstionem aliqua sunt intelligenda. Primo est considerādum, q generatio dupliciter accipitur, sicut cōter dicitur in 2. & in 3 huius. Vno modo proprie pro eductione formæ substantialis de potentia materiæ. Alio modo impropriè, pro transmutatione præcedente in materia, per q transmutationem præcedentem, materia disponitur ad receptionem formæ substantialis. Item, considerandum est, q aliquid esse prius alio intelligitur tripliciter, quātum spectat ad propositū, fm Arist. in litera. Vno modo dr prius illud, qno non existente, non essent alia, illud verò esset sine reliquis. vt animal non existente nō esset homo, sed animal potest esse in aliquo sine homine. & iste modus potest vocari prioritas fm consequentiam, eo q à tali priori non conuertitur consequentia. Alio modo aliquid est prius tpe. s. quod fuit aut erit in aliquo tpe prius, quàm fuerit reliquū. Tertio modo dicitur prius fm substantiam. i. fm perfectionem & nobilitatem. Ité, est intelligendum, q motus localis & alij motus possunt dupliciter copariari adinuicem. Vno modo fm q sunt in vno & eodem subiecto. Alio modo fm q inueniuntur in diuersis subiectis, vt motus localis in corpore cœlesti, & alij motus in alijs. Ista istis inferioribus. Tūc dicenda sunt ad qōnem multa. Primo, q, motus localis & alij motus comparantur adinuicem prout sunt in diuersis mobilibus. s. vt motus localis est in cœlestibus, & alij motus sunt in istis inferioribus, sic prior est motus localis primo modo prioritatis fm consequentiam. & hoc nihil est aliud dicere, nisi q motus cōi prior est illis motibus hoc modo prioritatis. hoc autem facile est videre: quia ille motus, quo non existente alij non essent, & ipse potest esse sine reliquis, est prior eis hoc modo fm consequentiam. sed, si non esset motus cœli non essent alij motus, & ipse motus cœlestis potest esse, non existentibus alijs, ita quod alij non sunt causa ipsius principalis: & hoc supponitur ad præsens. quare &c. Secundo dicendum, q, si cōparetur motus localis ad alios motus prout sunt in diuersis subiectis, sic motus localis est prior tpe alijs motibus: quia ille motus est prior tpe quem solum contingit esse perpetuum vnum numero. sed solum motum localem cōtingit esse æternum vnum numero. ergo &c. Maior apparet, quia æternum, seu perpetuum est prius tpe non, æterno, vt manifestum est. & minor supponitur ad præsens. quia Arist. ea distule demonstrat in litera, probando q nullus aliorum motuum ab ipso motu locali potest esse perpetuus simpliciter, & ipse motus localis circularis potest esse continuus perpetuus. ergo &c. Tertio dicendum, q, si comparetur motus localis ad alios motus prout inueniuntur in eodē subiecto seu mobili, sic motus localis est prior fm perfectionem alijs motibus propriè dictis. Quod probatur. quia qđ est posterius via generationis est prius perfectionis via: hæc supponitur q manifesta. sed motus localis in vno & eodem & mobili, est posterior via generationis. prius. n. tpe animal gnatur & postea augetur & alteratur. augetur dico ad quantitatem debitam, & postea mouetur motu locali processiuo. quare &c. Item ille motus est perfectio, per quē res mota non corrumpitur, nec disponitur ad corruptionem, q ille, per quem res mobilis corrumpitur aut appropinquat corruptioni: hæc est manifesta. sed per motum localem illud quod mouetur non corrumpitur neq; disponitur ad corruptionem, quātumcunq; fortiter moueatur motu locali, vt patet in corpore cœlesti: quod maximè mouetur motu locali, & tñ est corruptibile, vt patet 1. Cœli & Mun. sed per alios motus res mota corrumpitur aut disponit ad corruptionem tm. n. potest aqua calefieri q ipsa corrumpitur, & tm posset aer augeri per rarefactionem, q corrumpitur. seu corpus cœleste, quod proprijssime mouetur localiter nunquam potest tm moueri, q corrumpatur, aut magis fiat propinquum corruptiuum. Et pp hoc alij motus cōiter dicuntur motus ad formam pro tanto, quia per eos disponitur res ad receptionem & corruptionem formę substantialis, de qua principaliter dr forma. motus autē localis non dicitur motus ad formam, quia per

Gñatio capitur dupliciter.

Prioritas triplex. Text. c. 55.

Motus comparātur dupliciter.

Tex. c. 80.

Motus ad formam.

ipsum

ipsum non acquiritur neq; corrumpitur forma substãtialis mobili, qđ mouetur illo motu ſm naturam, ſed dẽ motus ad vbi. Alias rõnes adducit Arist in littera: & videat qui placet. Coonderandum aũt est, q̃ q̃us motus localis in vno & eodem mobili sit prius ſm perfectionem alijs motibus proprie dictis, in non est prius ſm perfectionem gñatione proprie dicta, quæ est eductio formæ substantialis animalis de potentia materiæ: imo illa generatio vẽ esse simpliciter perfectior & nobilior transmutatio, saltem ex parte termini ad quem cum substantia sit simpliciter nobilior suis accidentibus, vt dicit Com. in a. de Anima. versus principium.

Gñatio est pfectior motu locali.

Tex. c.2. Tex. co.61.

Et ex hoc patet ad rationem quid dicendum sit.

Quod quidem loci mutatio prima sit, manifestum ex his est. Quæ autem loci mutatio prima est, nunc demõstrandum est, simul autem & quòd nunc & prius suppositum est, quod contingit quendam motum esse cõtinuum & perpetuũ &c.

QVAESTIO XVI.

An aliquis motus alius à locali perpetuus esse valeat.

QVæritur hic Vtrum transmutationes aliæ à motu locali possint esse perpetuæ. Arguitur primo q̃ sic, quia omnes species possunt esse æternæ: quia vniuersalia suot æterna vt vult Aristo. 1. Poster. & Lincon. dicit ibi, q̃ verissimile est est omnes species in omni hora manere, aliter enim vniuersitas entium, quaodoque esset diminuta: quod videtur inconueoiens, sed aliæ transmutationes à motu locali sunt quædam species, scilicet alteratio, aut augmentatio & generatio, vt patet in Tertio & Quarto huius.

Tex. cõ.62. Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in isto c.

CONCLVSIO.

Nulla transmutatio alia à locali, eadem ſm numerum perpetua esse potest, sed bene potest esse continua ſm speciem.

Conclusio. Respoosiua

AD quæstionem dico breuiter ſm Arist. q̃ nulla transmutatio, præter localem, põt esse perpetua eadem oumero peromanens voa & continua. Et hoc probatur ratiooe Arist. quia transmutatio, quæ est inter opposita, est perpetua & infinita: sed omnis transmutatio, alia à motu locali, est inter opposita: ergo &c. Maior propositio recipitur pro maoifesta. sicut. n. magnitudo, quæ inter duo puncta est, oon est infinita simpliciter, sic transmutatio, quæ est inter duo opposita, non est infinita, imo finita & terminata. Nam illa opposita sunt termini illius mutationis, & omne habẽs terminos est terminatum. & minor patet manifestãdo. nam alteratio est inter contrarias qualitates: vt dealbatio inter albedioem & nigredinẽ, & augmentatio inter quãtitatem diminutam & quantitatem perfectam, quæ quodammodo opponũtur circa eandem subiectum, & gñatio & corruptio inter ens & nooens aliquo modo. generatio. n. de nõ ente actu est ens actu, corruptio verò ab ente sctu ad nooens actu, vt patet in primo huius ergo &c. Sed est considerandum ſm Com. hic, q̃ aliquis posset imaginari alias transmutatiooes esse continuas alio modo, ita q̃ vnum mobile semper & cõtinuè moueatur aliquo vno motuum talium, vt q̃ cõtinuè dealbetur aut continuè calefiat, ſm quod voum mobile continuè & successiuè mouetur motibus cõtrarijs sine quiete media, vt quod vnum mobile promoueatur de albedine ad oigredinem, & Secundo de oigredine ad albedinẽ sine quiete media. similiter autem & de augmento & diminutione: & de gñatione & corruptione. Sed hoc remouet Arist. primo ratione cõi de alteratione & augmentatione & diminotione supponendo duo. Primum est, q̃ motus illi suot contrarij, qui sunt ad cõtraria, vt motus ad albedioem et qui est ad oigredinem, similiter aũt & in alijs. Secundo, q̃ illud, qđ nunc mouetur aliquo motu, & prius nõ mouebatur illo motu, & tũ etiam quiescebat quiete opposita illi motui, dummodo ille motus, qui oune mouetur non sit pars alicuius motus voius, sed diuersus ſm speciem ab alio motu. Ex hoc sic põt argui: ha aliquid cootionẽ mouerctur motibus cootinuis & perpetuis. v.g. q̃ primus mouetur de albedine ad oigredinem, & postea continuè de nigredine ad albedioẽ, & sequitur q̃ aliquid simul moueret motibus contrarijs, aut q̃ motus interceptus quiete, esset continuus: quorum vtrũq; est maoifestũ impossibile, & probatur consequentia: quia ponamus q̃ aliquid mouetur de albedine in nigredinem, & iterum de nigredine in albedinẽ: quęro cum mouebatur ab albedine in nigredinẽ, vtrum mouebatur et à nigredine in albedinẽ, aut non. si sic, ergo simul mouebator motibus contrarijs: quis positũ est q̃ motus suot contrarij, qui sunt ad cootraria si non, ergo aliq̃n quiescebat quiete oppoita illi motui, secudo. si qui est de nigredine ad albedinẽ, qoies aũt opposita motui, qui est, de nigredine in albedioẽ, non est nisi quies in ingredine: quia quies in termino aliquo est oppoita motui, vt patet 5. huius. ergo illud mobile aliq̃n quicuit in oigredine. talis aut motus non potest esse cõtinuus: quia est interceptus quiete oppoita alicui suarum partium. hoc aũt manifestum est cuilibet intelligenti. Iterãm, aliter potest declarari consequentia, suppono ẽdo, q̃ mobile à principio motus moueatur ad illud, ad qđ reodi sine quiete media: vt si graue monetur ad vbi deorsum. Ispatio 100 miliarium, oon tolum cum est prope terrã mouetur ad vbi deorsum, sed ẽt prope principiu illius motus, verũ sunt dicere ipsum moueri ad vbi deorsum. Si ergo aliquod mobile, quod mouetur de albedine in nigredinẽ continuè sine quiete media rendit de nigredine in albedinẽ, tunc, dum monetur de nigredine in albedinem, monetur ẽt de albedine in nigredinem, & sic simul moueret motibus contrarijs: quia motus cõtrarij sunt qui suut ad cõtrarios terminos, vt dictum est 5. huius. Deinde probat Arist. q̃ non põt generatio succedere corruptioni oppositæ immediatè & cõtinuè. v.g. corruptio ignis generationi ignis, & sic in alijs: qa mutationes illæ suot oppositæ, vt manifestũ est ex Quinto, & opposita non sunt simul, vr ẽt maoifestum est. ergo generatio & corruptio non sunt simul: & tunc supplendũ est, q̃, cũ vtraq; sint in instãti, non pot esse in eodẽ instanti: quia sic essent simul. relinquit ergo quod, sint in alio & alio instanti, & cũ inter quælibet duo instantia sit tps medium: ergo inter generationẽ & corruptionem tps medium, in quo mobile, non subijceretur proprie gñoni nec corruptioni. tales aũt transmutationes noo sunt substituicem continuæ. inter quas est tps medium. patet ergo ex his, q̃ nulla transmutatio alia à motu locali est perpetuo continua eadem ſm numerum, sed bene potest esse subidentitate specifica. vt patet ex 1. & 2. de Generatione.

Tex. c.43. Gñatio nõ potest succedere corruptioni.

Et hoc probat ratio in principio inducta. nec Aristo. intendebat hoc negare.

Quod autem contingat esse quoddam infinitum vnum esse continuum, & hic est circularis, dicemus nunc &c. Tex. c.94.

QVAESTIO XVII.

An motus reflexus continuus esse valeat.

QVæritur hic, q̃ Vtrum motus reflexus possit esse cõtinuus: & intelligo per motum reflexũ, illum motum, quo aliquod mobile mouetur ab vno termino ad alium terminum, & iterum ab illo termino ad primum. v.g. Si lapis mouetur de vbi deorsum ad vbi sursum, & iterũ de sursum ad deorsum similiter aũt & in alijs. Arguitur primo quod ille motus possit esse cõtinuus, quia nihil talis motus esset cõtinuus, tunc actu graue existens sursum non prohibitum ab aliquo detinẽte, quiesceret sursum: quod est impossibile omnino. Et probatur consequentia. ponamus, q̃ lapis projciatur sursum, & a sursum iterum descendat in deorsum, q̃ro, vtrum inter illos motus sit quies aliqua, vel nõ. si non, ergo est motus continuus. si est ita quies, tunc sequit, q̃ graue existens sursum in aere, & à nullo prohibitũ, non moueretur ad vbi deorsum: quia quid esset ibi prohibens aut detinens non appareret. Item, si talis motus esset possit esse continuus: sequeretur quies media inter partes eius, sequit, q̃, si faba proiecta sursum ubulat et lapidi molari descendẽti deorsum, q̃ ipse lapis molaris quiesceret, qđ est plane impossibile & contra sensum. Et probator consequentia quia cõstat, q̃ faba, cũ obuiauerit lapidi molari, postea reflectitur. si ergo ante illã reflexionem sit quies media orcisiario, tunc in tpe illius quietis, aot mola oouebitur aut non. si non mouebitur, ergo quiesceret, cũ sit nata moueri? si mouebitur. ergo mouebit fabam: quia impossibile est, q̃ corpus adeo graue supponebatur faba, & obtinebat super eam, quin moueat eam & sic in tpe illo faba mouebitur & quiesceret: quod est impossibile. quare &c. Item, si motus reflexus non esset

conti-

continuus, tunc motus reflexus esset sine motore, quod est impossibile, p tobo consequentiã. ponatur ꝙ pila proijciat deorsum, constat ꝙ reflecteꝛ sursum. aut ergo mouebitur ab ipsa terra, aut ab aere continente ipsam, aut à primo proijciente, non vt esse aliud mouens nisi qs fingat. nõ est dicendũ, ꝙ à primo ꝓijciente: qꝫ iam motus eius cessauit p quietem, q̃ tu dicis ibi intercipi. Et ꝓbatur, quia ipsum primum proijciens non est simul cũ pila mouens aũt propinquũ debet esse simul cũ moto 7. huius. Nec est dicẽdum, ꝙ moueatur à terra, quia pari rõne terra mouetet pilã, cum ponatur pila super ea sine proiectione: quod fallum est, vt patet ad sensum sicut ipse aer continens pilam, quia pari rõne moueret eam, si non proijceretur ad terram, si sine proiectione ibi poneretur, qđ est falsum, vt patet sensibiliter. ergo &c.

Tex. cõ. 10.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. & Com. & omnium expositorum, qui communiter & cõcorditer volunt, quòd motus reflexus non potest esse continuus.

CONCLVSIO.

Motum reflexum continuum simpliciter esse est impossibile.

Motus reflexus contingit dupliciter.

AD qõnem, est intelligendum qđ motus reflexus dupliciter cõtingit. Vno modo ꝙ ipsum mobile reflectat quasi ex sui natura à termino quo ad terminũ ad quem, ita ꝙ non reflectatur impetu alicuius fortioris mobilis obuiãte, sicut cũ lapis mouetur sursum in aere, oulli obuiat nisi aeri cum pueneri ad aliqđ vbi sursum postea reuertitur quasi à sui natura, non p impetus alicuius mobilis fortioris. Alio mò cõtingit, ꝙ ipsum mobile reflectatur pp impetum vehemẽtem alicuius mobilis fortioris, cui obuiat prius q̃ perueniat ad vbi ad qđ terminat motus eiuldẽ, si non obuiaret illi mobili, sicut in proiectione fabæ aut lapilli, cui obuiauit lapis molaris descẽdens. potsibile. n. esset ꝙ hmõi lapis obuiaret alicui mobili, siue fabæ, siue sagittæ, anteq̃ ipsa sagitta ꝓijceretur ad vbi, ad qđ terminaretur motus eius, ita ꝙ si non obuiaret lapidi molari, adhoc moueret magis superius. Vlterius est considerandum, ꝙ sicut hꝫ 5. Meta. illud, quod est vnum numero, est vnũ specie, licet non è conuerso, ergo ad hoc ꝙ motus sit vnus numero, requiritur, ꝙ sit vnus specie, motus. ergo vnus specie debet esse in terminũ vnum fm speciem, vt patet ex 5. huios. Vlterius supponendũ, ꝙ cõtraria nõ sunt vnum fm speciem, sed diuersa. & hoc latis patet 10.

Tex. c. 43.

Tex. cõ. 31.

Met. qa contrarietas est diuersitas p se & fm formam, vt patet ibidẽ. diuersitas aũt per se & fm formam est diuersitas fm speciem, vt hĩ ex 2. Poste. & 10. Meta. Tunc dico ad qõnem, ꝙ motus reflexus non põt esse continuus simpliciter, qa motus, qui non est vnus fm speciem, non est vnus fm numerum, non est simpliciter cõtinuus: per prima suppositionẽ, sed motus reflexus non est vnus numero, cũ non sit vnus fm speciem. quia motus vnus specie est ad terminũ vnum specie, per secundã suppositionem, motus aũt reflexus non est ad terminũ vnum fm speciem, quia contraria non sunt vnum speciei, p tertiam suppositionem. motus aũt reflexus est ad cõtraria. nam in omni motu reflexo localis, mobile, qđ prius mouebatur ad sursum, postea mouet ad deorsum, aut è conuerso. vel mobile, qđ mouebatur ad dexterũ, postea mouetur ad sinistrũ, vel è conuerso. & sic de aliis duabus positionibus, vt manifestũ est cuilibet. Istæ autem duæ positionis sunt contrariæ, vt ẽt notum est. quare &c. Et ista ratio cõsistit ad oẽm motum localem reflexũ, siue mobile reflectatur p seipsum, sine impetu corporis mobilis sibi obuiantis formæ, siue p impetum fortioris mobilis reflectatur. Itẽ, probatur ratione cõi, quasi ad oẽm motum reflexũ, siue sit motus localis, quo mobile reflectatur p seipsum, siue alius motus vt alteratio aut augmentatio. supponẽdo sicut suppone batur prius, ꝙ mobile, qđ contiouè tendit ab aliquo termino ad aliquem terminum, dẽ moueri in illum terminum ad quem continuè puenit, & non solum versus finẽ motus, sed à principio ẽt. si. n. lapis incipit descendere à principio centum leucarũ aeris superius, & cõtinoue descendit deorsum. non solum verum est ipsum ad vbi deorsum moueri, qñ est prope terram, sed ẽt eum ex tatiuxta principiũ ipsius motus. Non. n. est rõ, quare diceretur moueri ad vbi, ad qđ cõtinue tendit in vna parte ꝓs plus q̃ in alia. Tũc arguitur vt prius arguebatur: si motus reflexus esset cõtinuus, sequitur, ꝙ vnũ mobile simul mouebitur motibus contrarijs. qđ relinquitur pro impossibili. Et probatur cosequentia. ponamus ꝙ mobile moueatur à deorsum iterũ ad deorsum, & tandẽ à sursum in deorsum cõtinue sine quiete media, tunc per totũ tps illius motus mouebatur ad vbi deorsum, p suppositionẽ. sed constat, ꝙ mouebatur ad vbi sursum aliqñ. ergo aliqua reflecteretur. ergo tunc simul mouebat ad vbi sursum & vbi deorsum, & illi motus sunt contrarij, sicut & sui termini. ergo &c. Itẽ, arguitur alia rõne, quæ sic põt formari. Ille motus, per quẽ mobile adest alicui termino & abest eiusdẽ, siue accedit ad aliquẽ terminum & recedit ab eodẽ, est inter cepius quiete media, & p consequens non est continuus: sed motum reflexum hoc contingit. quare &c. maior ꝓpositio declaratur. cum. n. mobile per aliquẽ motum adest alicui termino & abest ab eodẽ, hoc non põt esse in eodẽ instanti: quia illæ sunt suppositiones oppositæ. ergo in alio & alio instanti. adest & abest. sed inter quælibet duo instantia est ips mediũ: ergo erit aliquod ips medium in quo mobile, dum accedit ad illum terminũ, nec recedit ab illo fm actum, & tot pe illo necessario quieuit: quia illud qđ est in aliquo per aliquod totum ipsi, similiter se hãs, quiescit, vt patet in 6. huius, & sic patet maior & minorem supponit Arist. tanq̃ notam. s. ꝙ p motum reflexũ, mobile adest alicui termino & recedit ab illo, ita ꝙ vtat vno termino pro duobus. s. vt termino ad quem fm actum, & vt termino a quo. Sed illa minor vt dubitabilis. posset. n. aliquis dicere, ꝙ sicut mobile, dum continue mouetur ab vno termino ad alũ terminum non adest alicui signo intermedio, nec abest nisi in potentia & non actu vt dicit Arist. in littera, sic dũ mobile reflectitur, nõ accedit ad terminũ reflexionis, nec ab illo recedit nisi in potentia. V. g. cum lapis mouetur à deorsum in sursum, & ad vbi sursum reflectitur deorsum, nõ est in illo vbi sursum nisi in potentia, & sic non oportet ꝙ ibi quiescat. Dicendum, ꝙ non est simile de eo qđ mouetur cũ reflexione, & de eo qđ non reflectitur. Nam, cũ lapis proiectus puenit ad vbi sursum, à quo reflectitur, modo veriori terminatur ibi motus q̃ in aliquo vbi ꝓcedente ibi. n. sic terminatur motus, ꝙ lapis vlterius non ꝓcedit sursum, sed in nullo ꝓcedentium signorũ sic terminabatur motus. Qñ vlterius ꝓcedit, ergo veriori modo terminat motus ad illud vbi à quo reflectitur lapis q̃ ad al quod ꝓcedentium. sed in quolibet ꝓcedentium terminabatur motus in potentia, quia ibi poterat terminari motus: ergo in illo vbi, ad quod vltimo perueni motus, terminatur motus veriori modo q̃ in potentia. quod nõ esset, nisi aliqualiter terminaretur ibi motus fm actum. Similiter verius & perfectius incipit ibi motus deorsum q̃ in aliquo posteriorum vbi, quia ibi sic incipit motus deorsum, ꝙ mobile illud non prius mouebatur deorsum, sed sursum. s. antequam peruenisset ad illud vbi. in nullo autẽ subsequentium vbi sic incipit motus deorsum, quin prius lapis mouetur deorsum. ergo perfectius modo incipit motus ab illo vbi, quàm ab aliquo alio posteriorum. sed à quo ibi posteriorum incœpit motus in potentia, quia ibi posset incœpisse motus. ergo ab illo vbi reflexionis incipit motus in actu. patet ergo, ꝙ mobile adest actu ipsi termino reflexionis, & in actu abest ab ipso: quod non potest esse in eodem instanti, sed in alio & alio. & sic idem quod prius.

Tex. c. 63.

Alia rõsio.

Obiectio.

Responsio.

RESPON.

AD primam rõnem dicunt aliqui, ꝙ ipsum proijciens est cã illius quietis, & detinet ipsum grave sursum, ꝙ probant, quia, qñ aliqua duo necessario se cosequuntur, quicquid est cã vnius, est necessaria cã alterius: sed motus gravis sursum, & quies sic se hãt, ꝙ quies necessario cõsequitur illum motum, vñ proijciens erit cã etiam illius quietis. sed hoc non sufficit, quia cum grave mouetur sursum, cõtingit, ꝙ proijciens est corruptum anteq̃ cesset moueri grave: corruptum aũt est non ens, & non ens nõ detinet grave sursum. Et, si dicas, ꝙ illa pars aeris, quæ mouetur simul cũ lapide ad vbi sursum ad qđ cessat ille motus, detinet ipsum grave sursum per aliquod ips quæritur pp quam cãm detinet ipsum. cum. n. ipse aer sit valde facilitet, diuisibilis & cesibilis non vt ratio obstabile, ꝙ posset impedire descensum gravis, & pcipue, cum grave est proiectũ sursum. Forte dicendum, ꝙ illa pars aeris, quæ similiter cũ graui venit sursum p violentiam, detinet per aliquod tps virtutem mouendi alias partes, quis defecerit esse virtus mouendi grave, & in toto tpe illo detinet grave sursum, & cũ defecerit illa virtus, tũc mouebit eam & seipsum. Quę aũt sit illa virtus, & quare tm

tempus

tempus durat, & non p̃ magis, nec per minus tps durat, & à quo corrũpatur, restat declarandũ. Ad aliam dicunt aliqui, q̃, si lapis molaris descendit deorsum, & faba proijciat sursum in directũ lapidi, nunq̃ faba poterit attingere molarẽ, imo quiescet in aere anteqũ per tuum motum attingat lapidem, & tũc postea reflectũ: & sic non tacet ei molarẽ quiescere. Sed hoc nullo modo sufficit, qa constat q̃ faba poterit ita fortiter moueri sursum ab aliquo proijciente, q̃ nisi obuiasset molari, fuisset vlterius mota sursum. Quæro ergo, quid impediat ipsam mooeri sursum in tpe illo, in quo ponitur quiescere ante contactũ molaris, non est dicendũ, q̃ molaris ipsam immediatè impediat, qa sicut mouens propinquum & immediatũ debet esse simul cum moto. sic propinquũ quietans, debet esse simul cũ quiescente. Præterea, Si ipse molaris impedit eã immediatè in tpe illo, quare non impediebat eã prius? non est rõ sufficiens, nec est dicẽdum q̃ aer inter medius impediat eam, quia ille aer medius aut quiescit sursum, aut mouetur deorsum & quiescit, tunc nulla rõ est quare impedit fabam, quo adhuc ferretur sursum, nisi esset molaris. si aũt mouetur deorsum impetu molaris, tũc mouebit fabã obuiantem in aere, quæ non põt ei resistere. si mouetur sursum, tunc ẽt faba mouebitur sursum in tpe illo, & ponebatur quiescere in tpe illo ergo simul mouebitur & quiescet: qd est impossibile. Sed fortẽ tu dicis, q̃ ille aer inter medius inter labã & molarem monet deorsum in tpe, in quo faba quiescit à suo motu & impedit fabã à motu sursum, nec ũ potest eam mouere deorsum, qa non sufficienter obtinet super eã. sicut si quis vellet mouere columnã mediante virgula debili mota, non posset eã mouere. Hoc iterum licet sit apparens nõ satisfacit dubitationi, nã si loco fabæ proijciatur lagitta parcum fortẽ obuians molari necessario attingit ipsum, cuius signum erit, quia faciet sonum in eius percussione, & sic redit difficultas, qualiter quiescat nisi faciat molarẽ quiescere. Sed cauillabis, q̃ nõ attingit immediatè, qa Philosophus probat in 2. de Aia, q̃ impossibile est duo ent̃ pora se adinuicẽ tangere in aqua, vel aere, sed oportet esse aerẽ medium vel aquã. Contra proijciatẽ sagitta acuta ferrea contra lignũ magnum descendens, cõtrahet, q̃ ingredietur in ipsum, & sic eã attinget sufficientes, & tũc reflectetur ad inferius: & sic idem qd̃ prius. Dẽ hic vltimo q̃ illud mobile quãdo tpe quiescit, tũ erit motus reflexus, sed mouet per accidens ex violentia illius grauis descendentis, cui obuiabat, & non sui ꝓpria naturã. Dictum aut Arist & suæ demonstrationes debẽt intelligi de p̃se. s. de illo, qd̃ per sui naturã reflectit. i. illud. n. est qd̃ actu adest & abest respectu eiusdẽ signi. Sed illud, qd̃ reflectitur impetu alterius cui obuiauit, non sic adest & abest actu. Et, cum dẽ, q̃ sic mouebitur motibus cõtrarijs: dicendũ, q̃ non sequitur: & cũ probatur, quia illud, qd̃ continue tendit ad aliquem terminum, mouetur ad ipsum à principio motus vsq; ad finem, põt dici, q̃ verum est si continue tendit ad illũ terminum p̃ eandem virtutem, vel p̃ diuersas virtutes, quatũ vna sit sua propria virtus, & alia: virtus alterius, sed, si tendit continue ad vnum terminum p̃ diuersas virtutes aliorũ à se, nõ oportet, & sic est hic. Nam illud proiectũ superius, qd̃ obuiauit alicui fortiori facienti ipsum sine aere medio moueri deorsum, mouetur p̃ diuersas virtutes extrinsecas. s. virtute proijcientis q̃tum ad priorem motũ, vel virtute obuiantis, quo ad posteriorem motum: quare non valet, & ideo non oportet q̃ simul moueat motibus contrarijs. Vel dicendũ q̃ mouetur motibus contrarijs p̃ accidens: & hoc non hꝰ pro inconuenienti. Alia rõ Arist. bene ꝓbaret, q̃ ille motus reflexus non est simpliciter vnus. l. qa tendit ad contrarios terminos, sed non procederet q̃ necessario sit ibi quies media inter eius partes. Aliter diceret aliquis ad illã instantiam de faba & hmõi. si in proiectis, quibus obuiaret aliquod mouẽs fortius, q̃ bene est ibi motus continuus sine interruptione quietis media. Et illæ duæ rõnes Arist. quæ sic probant, q̃ inter partes motus reflexi necessario est quies media. procedunt de motu naturali, vt est motus animalis, aut alicuius hmõi. Et fortè de motu cuius vna pars esset naturalis, & alia violentia, vt, si lapis proiectus sursum iterum redeat virtute propriæ tendẽdo de motu pure violento non ꝓbant, quia de tali non sic est necesse ꝓbare, cum manifestum sit q̃ non põt esse perpetuus simpliciter, vt patet in 1. Cœli. mudo, cum faba obuiabit molari, ipsa non mouetur illa velocitate, qua mouetur naturaliter, imo contra naturã suam licet. n. graue moueatur deorsum naturaliter, tũ non omne graue mouetur deorsum naturaliter quacũq; velocitate, sed determinatur graue determinata velocitate. Cũ ergo dr̃. q̃ continue tendit &c. verum est si continue tendit ex se, vel partim ex se & partim ex alio, sed si pure violenter & ab alio, non oportet. & sic est hic. Ad aliud, cum dr̃, q̃ reflexum adest & abest &c. verum est si sic de se mouetur vel partim naturaliter & partim violenter. Sed sine dubio vna de rõnibus Arist. vẽ ineuitabiliter probare. q̃ ois talis motus est distinctus à quiete, aut q̃d vnum mobile simul mouebitur motibus contrarijs. Arguit. n. hic. Omne, qd nũc mouetur aliquo motu & prius erat, & non mouebatur motu illo, quiescebat ab illo motu: hæc est manifesta. Ponamus. n. q̃ faba proiecta sursum obuians molari descendat, manifestum est, q̃, cũ descendit, mouetur deorsum, & prius non mouebat deorsum, aut reflexiue. ergo quiescebat quiete opposita motui deorsum, sed quies opposita motui deorsum non est nisi quies in vbi sursum: ergo aliquã quiescebat in vbi sursum. Et si dicas, q̃ antequã reflecteretur dem sursum. ergo simul mouebatur ad sursum & deorsum: quod est impossibile. hic dr̃, q̃ prius mouebatur cõtrarijs motibus per accidens, sed non per se. Vel dicendum, & fortè melius, cum dr̃. Omne qd̃ nunc mouetur &c. Verum est, si nõ impediebatur à quiete opposita illi motui per aliquod ꝓuominans & obtinens, sed, si impediatur, non oportet. & sic est hic. impeditur. n. à quiescendo per aliquod violentians & ubtinens supra ipsum, & sic nõ quiescebat. Et ista iam probabiliora, q̃ mihi apparent de isto problemate. Quod autem dr̃ q̃ contrarij motus pũt simul esse per accidens, hoc non sufficit: quia nunq̃ contraria contrarietate perfecta insunt simul eidem & sm̃ idem: quo. n. esset aliquod simul calidissimum & frigidissimũ per accidens? hoc est derisorium, similiter contraria nunq̃ possunt simul inesse eidem per accidens, ita q̃ voũ sit in vltima sua perfectione & reliquum cum ipso. quo. n. aliquid esset calidissimum & frigidissimũ quantumcunq; per accidens? absurdum est oino. hoc autem sequeretur in proposito. Nam motus ad vbi sursum & ad vbi deorsum sunt contraria contrarietate perfecta vt̃ manifestum. quare &c. Ad aliud põt dici, q̃, cum pila proijcitur sursum ad terra vehementer & cum ipsa proijcitur aer contra sua naturalem inclinationẽ, tunc aliqua pars aeris deorsum mota leuitate sua tendit ad superius & secum mouet ipsam pilam tanquã mouens propinquum. cutus signum est, quia quanto fortius proijcitur & percutit ad terram, tanto altius resilit: quod non videtur esse nisi quia aer fortius & vehementius reascendit sursum.

Tex. c. 113.

Alia solutio.

Ad secundũ

Idem mouetur motibus contrarijs.

Inter partes motus reflexi violenter non mediantes

Tex. c. 121.

Ad tertiũ.

Quod autem latorum circularis prima sit. Tex. co. 75.

QVÆSTIO XVIII.

An motus circularis, infinitus ac perpetuus esse possit.

QVæritur hic, Verum motus circularis possit esse infinitus & ꝓpetuus. Arguit̃ primo q̃ no. Quia motus consequuntur magnitudinem, quarum ad diuisionem, vt patet 6. huius: sed magnitudo circularis non est infinita t Coeli: ergo &c. Item, ille motus non est perpetuus & continuus, per quem mobile pertransit pluries per eadem signa. hanc vẽ ponere Aristo. in hrera. & ꝓpter hoc motum reflexum non esse vnũ & continuũ, quia ipsum mobile pluries transit per eadẽ signa, vt si aliquid moueretur super magnitudinem recta ab A in B: & rursum à B in A, manifestũ est q̃ pluries pertransibit eadem signa. similiter media inter A & B. Sed p̃ motum circularem ipsum mobile pluries transit eadem signa, vt si aliquid moueretur super circulum ab A in B, iterũ redeundo ad A, cõtingit q̃ iterum p̃ eadem signa mouetur ab A in B, & rediibit in A, & sic pluries per eadem signa vt patet in descriptione sensibili. Item, si motus circularis esset infinitus, tũc in magnitudine finita esset virtus infinita: quod videtur esse impossibile ex tilo Octauo. & probatur consequentia, quia, cum motus sit actus entis in potentia, vt patet in Tertio huius, oportet quòd ipsum mobile sit in potentia receptiua motus, &c. hic, si motus sit infinitus potentia erit infinita. Omnis autem magnitudo est finita, vt Primo Cœli. Oppositum arguitur auctoritate Arist. in litera.

Tex. cõ 97

Tex. co. 40.

Tex. c. 46.

CON-

CONCLVSIO.

Circularis motus continuus ac perpetuus esse potest.

ADquæstionem dico breuiter, q̃ motus circularis potest esse continuus & perpetuus. Et hoc potest probari de
Text. c. 65. mõstratione Arist. in litera. Quia ille motus potest esse perpetuus, cuius terminus à quo non est actu & per se distinctus à termino ad quem: sed ipsius motus circularis terminus à quo non est per se diuersus à termino ad quem, nec è conuerso: ergo &c. Maior propositio patet, quia in motu finito & deficiéte, terminus à quo est diuersus à termino ad quem, & è conuerso. Nam, si non esset diuersus, tunc quacunque ratione incœpit moueri à termino à quo, eadem rõne incœpisset moueri à termino ad quẽ, & sic nõ cessaret ibi quies. ergo, si debet aliquis cessare motus naturaliter ad aliquem terminum, ille terminus debet esse actu diuersus à termino à quo: & per oppositum, motus ille non debet cessare, cuius terminus ad quem non est diuersus per le simpliciter à termino à quo. Et confirmatur, nam posito terminus ad quem alicuius motus nõ est per se & naturaliter diuersus à termino à quo, qua rõne motus incœpit à termino à quo, eadem rõne incipiet à termino ad quem. Et sic non determinabitur. vt patet. ergo maior & minor apparet. Nã, sicut in linea circulari principium nõ est actu diuersum à fine, imo quilibet punctus est principium & terminus, vt manifestũ est ad sensum, sic in motu circulari, terminus ad quem non est distinctus p se & simpliciter à termino à quo: est. n. motus circularis propriè ab eodẽ in idem, idem aũt non est per se diuisum à seipso. Et est considerandum hic, q̃ fm Com. illa ra-
Comm. 76. sio Arist. non solum tangit cansam, quare est possibile motum circularem esse perpetuum, sed eriã q̃ sit necessarium: quod sic potest intelligi. Si. n. motus circularis terminaretur, oporteret q̃ terminaretur ad aliquod vbi determinatũ: sed non oportet terminari ad aliquod vbi terminatũ, quia cum quodlibet vbi quod acquiritur in mobili circulari p̃ tuum motum sit ei naturale, nulla est rõ, quare magis terminetur ad vbi vnum q̃ ad aliud. E contrario de motu recto, nã motus naturalis rectus est ad vbi naturale ipsi mobili, & incipit ab vbi innaturali. & ideo cum peruenit ad ipsum vbi naturale, quiescit sub eo. Vel potest ista necessitas sic intelligi, vt tangebatur: quia in omni motu terminato, necesse est q̃ terminus ad quem sit actu distinctus à termino à quo, & è conuerso: sed in toto motu circulari terminus à quo & terminus ad quẽ non sunt simpliciter & actu diuersi, quia sunt vnum & idem. vt circulatio Solis, quæ incipit ab oriente, & iterato redit ad oriẽs. Similiter aũt & in alijs. Quodlibet. n. vbi necessarium est esse terminus à quo & terminus ad quẽ ipsius circulationis. quare &c. Item aliqui sic arguunt, Nihil incipit à suo termino, nec terminatur à suo principio, & nihil incipit de nouo moueri in termino ad quem sui motus, nec deficit vel cessat moueri à termino à quo sui motus: sed mobile circulare semper est in termino sui motus ad quẽ, & semper est in termino sui motus à quo. Nã quodlibet vbi signatum vnum numero est terminus alicuius ad quem, & principiũ à quo alterius circulationis, & vnum vbi fm̃ speciem est terminus a quo & terminus ad quem eiusdẽ circulationis. ergo mobile, quod circulariter mouetur fm̃ naturã non incipit de nouo moueri postq̃ penitus non mouebatur, nec vnq̃ deficit à motu, ita q̃ amplius non moueatur. ergo motus circularis est perpetuus. Et forte illam demonstrationẽ Arist. intellexit in his verbis, & vt semper sit in principio & fine: nunq̃ est. n. semper in principio vnius circulationis & in fine alterius, & nunquam est in principio
Circularis prior nõ est eadẽ cũ posteriori. anteq̃ non fuerit motus, vel antequam mobile quieuerit, nec vnquam in fine postq̃ nullus erit motus vel postquam mobile quieuerit, & sic motus circularis est perpetuus. Vltima considerandum est q̃ in toto motu circulari perpetuo circulatio prior non est eadẽ numero simpliciter & in actu posteriori, nec diuersa numero ꝓprie simpliciter: quod sic patet. Nam illa propriè simpliciter non sunt vnũ numero, quorum vnum deficit adueniente alio: sed circulatio prior deficit adueniente posteriori, vt manifestum est, quare &c. Item, non sunt diuersæ numero simpliciter & propriè: quia illa, quę sunt cõtinua & non distincta actu non sunt actu diuersa numero: partes. n. alicuius lineæ eiusdẽ quandiu sunt continuæ non sunt ꝓpriè diuersæ numero, vt vult Cõm. in Quarto huius. sed circulatio prior est continua posteriori. sunt. n copulatæ ad eundem terminum cõem, sic q̃, vnum & idem vbi, ad quod terminatur circulatio prior, est illud, à quo fine medio incipit posterior. ergo non sunt actu & simpliciter diuersæ numero extra animam. Qualiter autem sunt numeratæ in potentia, & qualiter tempus, q̃ est numerus huiusmodi circulationum ut extra animam, & quomodo non, vilum est in Quarto huius. Et, si dicatur, q̃ vnum- Obiectio.
quodque comparatum alteri vel est idem numero cum eo, Text. c. 81.
vel diuersum, vt vult Arist. in 10. Meta. Dicendum est, quòd Responsio.
verum est quod vnum ens comparatum alicui enti, vel est idem cum eo vel diuerlum: sed circulatio prior non est ens simul actu extra animam, cum posterior toti. ergo. &c.

AD primam rõnem dicendum, q̃ motus sequitur magni- REPON.
tudinem quantum ad finitatem extẽsionis vel infinitatem. vnde in magnitudine finita non põt esse motus infinitus extensus. & similiter infinitas durationis motus requirit infinitatem durationis magnitudinis. Si ergo arguitur sic, si motus circularis esset infinitus, tunc magnitudo circularis esset infinita. Verũ est infinita fm̃ durationem: & hoc bũ est possibile, licet non sit infinita fm̃ extensionem permanentem. Et si dicatur sic, motus in magnitudine est finitus, verũ est, si est in magnitudine finita fm̃ durationem. aliter nõ oporteret, q̃ esset finitus fm̃ durationem. Item, si arguitur sic, si motus circa magnitudinem finitam est finitus, & motus circularis circa magnitudinem finitã. ergo &c. Dico ad maiorem, q̃ motus circa magnitudinem finitã est finitus, verum est de motu per quem illa magnitudo finita pertrãsitur finitues. vnde qualibet circulatio est finita, per q̃ fit reditus de eodem in idem circa aliquod finitum. sed motus, per quem magnitudo finita pertransitur infinities, non est finitus durationẽ. Vel aliter, motus circa magnitudinem finitam est finitus. verum est fm̃ velocitatem. Nam in determinato tpe & finito pertrãsitur quælibet tota magnitudo finita, sed nõ oportet q̃ fit infinitus fm̃ durationem totalẽ. Ad aliam cũ dr, motus per quem mobile pluries pertransit &c. Verũ est si hoc fuit anteq̃ peruenerit ab eodem in idem, sicut contingit in motu recto. ibi. n. mobile pertransit pluries eadẽ signa, hoc est prius quã redierit ab eodem in idem. Sed in motu circulari non est sic. si n mobile pertransit pluries, hoc est postq̃ redierit ab eodem in idem. cum. n. mobile motum fuerit ab A in A, p̃ media B C D, põt iterum moueri ab A in A, per eadem media, & eodem ordine partiũ seruato. in motu aũt recto procedendo ab eodem in idem, nõ seruatur idem ordo partium, imo pars mobilis, q̃ in priori parte motus erat propinquior termino ad quẽ, in secunda parte motus est remotior ab illo, vt patet ad sensum. Ad aliam dico, q̃ in magnitudine finita potest esse potentia infinita fio durationem, licet non fm̃ vigorem, vt videbitur in cõsequentibus. Item, in magnitudine finita potest esse potentia infinita, licet non potentia actiua fm̃ aliquos: hoc autem sufficit ad hoc, vt in magnitudine finita sit motus infinitus: quia magnitudo, quæ mouetur perpetuo non habet nisi potentiam receptiuam motus, non autem potẽtiam actiuam sibi inhærentem, fm̃ Arist. & Comm. in isto Octauo, quare &c. Tex. co. 78.

Quod aũt necesse hoc impartibile esse nec habere magnitudinem, dicemus primũ de prioribus, ipsi opponentes &c.

QVAESTIO XIX.

An motus finitus per tempus infinitum mouere possit.

QVæritur hic. Vtrum moueos finitum possit mouere per tps infinitum. Arguitur primo q̃ sic. Tex. c. 46.
Quia corpus cœleste est finitum, vt patet ex 1. Cœl. & Mun. sed ipsum corpus cœleste mouet Tex. c. 53.
ista inferiora per tps infinitum, vt patet ex Tex. c. 55.
2. de Gene & in isto Octauo ergo &c. Item, omne mouens quod est in magnitudine finita, est finitum: hoc est euidens. sed mouens, quod mouet per tps infinitum, est in magnitudine finita probatio, quia agens naturale debet esse intrinsecũ passo, vt vult Com. in 5. Met. de principio. sed mouẽs, Tex. c. 2.
quod mouet per tps infinitum est agens naturale, vt manifestum est. nullum. n. agens violentum mouet per tps infinitum, vt patet ex 1. Cœli, Item mouens, quod potest semper esse potest semper mouere: hæc videtur manifesta. sed aliquod

mouens

mouens finitum potest semper esse, sicut pstet de cœlo, ipsum enim cœlum est mouens finitum, & potest semper esse cum sit ingenerabile & incorruptibile, t. Cœli. ergo &c.

Tex. cō. 12. Oppositum vult Aristo. & Commentator.

CONCLVSIO.

Mouens finitum per tempus infinitum mouere est impossibile.

Tex. cō. 10. AD quæstionem dicendū est breuiter, q̄ mouens finitum non potest mouere per tempus infinitum. Ad quod demonstrandum supponenda sunt aliqua. Primo supponendū est, q̄, cum aliquod mouens mouet aliquod mobile per aliquod spatium in aliquo tpe, pars mouentis mouet in minori tempore partem mobilis per partem spatij. Verbi gratia. si. 10. homines trahunt lignum 10. pedum per spatium 10. stadiorum in 10. momentis, manifestum est, q̄ vnus homo moueret lignum vnius pedis per vnum stadium in minori tpe quàm in 10 momentis: in quibus mouebatur totū mobile. similiter autem & in alijs. semper. n. pars mobilis in minori tpe pertransit partem magnitudinis quàm totum mobile. Secundo supponendum est, q̄ omne finitū per ablationem alicuius finiti aliquoties factam consumitur, & hoc patet in Primo huius. Et omne totū constitutum ex partibus finitis est finitum, vt hī ex Primo huius. Tunc potest demonstratio formari sic. Si mouens finitum vel terminatum moueret per tps infinitum, tunc sequetur, q̄ tps infinitum esset finitum: qđ est manifestum impossibile. & probatur cōsequētia. Ponamus q̄ mouens, qđ ponitur mouere per tps infinitum sit A, & B, ut mobile, & tps infinitū sit C. Tunc subtrahatur aliqua pars motoris: & sit D, & aliqua pars mobilis, & sit E: manifestum est per primam suppositionem, q̄ B, mouebit E: in minori tpe quàm sit tempus C. Vlterius subtraharur quædā alia pars mouentis, & addatur ad priorem, sicut D, & quædam alia pars mobilis, & addatur ipsi E. tunc arguetur ſm proportionem qua additur ad mouens & mobile additur ad ips: sed subtrahendo ab A, & addēdo ipsi B. resultat aliquod finitum totum, & similiter subtrahendo ab ipso D, & addendo ad C, resultat aliquod finitum, quia quodlibet finitum per ablationem finiti cōsumitur, vt dicit secūda suppositio, & quod resultat ex finitis vel terminatis ps: tibus est finitum: vt dicit tertia, ergo similiter addendo ad tempus motus resultat tps finitum siue terminatum. sed illud ips, quod resultat est illud tempus, in quo totum mouēs mouebatur, vel æquale ei, sicut totum quod resultat ex additione partium motoris est ipse motor totus, vel ei æquale: & totum quod resultat ex additione partium mobili est totū mobile vel æquale ei. ergo illud tps, in quo mouet totum mouens, est finitum vel æquale finito, & b est æquale finito est finitum, & ponebatur infinitū. ergo est finitum & infinitum: quod est impossibile. Vel potest breuiter deduci sic. ſm proportionem qua subtrahitur a motore & mobili, subtrahitur à tpe, sed subtrahendo à motore finito vel terminato aliquod finitum tandē consumitur per suppositionem; & similiter subtrahendo à tpe, in quo ille motor monet illud mobile, tandem totum consumitur: sed omne quod consumitur per ablationem finiti est finitum, vt manifestum est per 5. infinitum. n. non consumitur per ablationē finiti. ergo illud tps erat finitum: & sic idem quod prius, & hæc est demōstratio Arist. in litera. Item, posset fieri argū. Sicut se habet mouens ad partes mouentis, & mobile ad partes mobilis, & sic tps in quo totum mouens mouet ad partes tpis, in quibus mouet partes motoris, & in quibus mouentur partes mobilis. Nam vnicuiq; parti motoris & mobilis correspōdet aliqua pars tpis, cum pars non possit mouere in æquali tpe cum toto referendo ad partem vel ad determinatum signum spatij, super quod fit motus: similiter se habet motus. Semper. n. pars mobilis in minori tpe pertranſit aliquam partem spatij q̄ totum mobile. Et similiter pars motoris in minori tpe facit pertransire partem mobilis per partem spatij quàm totum tps minus autem tempus est pars maioris tpis, & sic vnicuique parti motoris & mobilis correspondet aliqua pars tēporis, in quo totus motor mouet totum mobile. sicut ergo se habet totus motor ad partes motoris, & totū mobile ad partes mobilis, sic totum tempus ad partes tpis. Sed contingit q̄ totus motor constituitur ex partibus motoris. & totum mobile ex partibus mobilis. ergo totum tempus constituitur ex partibus temporis, in quibus partes motoris mouent partes mobilis. Sed vlterius totum mouens finitum constituitur ex partibus finitis sibi æqualibus. & similiter totum mobile. ergo totum tempus cōstituitur ex partibus, in quibus totus motor mouet totum mobile: ex partibus dico finitis sibimuicē æqualibus, sed quod constituitur ex partibus finitis est finitum: ergo totum tempus, in quo monet motor finitus, est finitū & unn infinitum. Et breuiter sustentatur hæc tō super hoc, q̄ cum mouens finitum mouet aliquod mobile per aliquod tempus, vnicuiq; parti motoris & mobilis correspōdet aliqua pars illius temporis, in qua parte tempotis pars motoris, mouet partem mobilis in partem spatij, vt patet ex prima suppositione: & æquales partes motoris & mobilis æqualis pars temporis. Cum igitur in motore finito non sint partes infinitę sibimutcem æquales, manifestum est, q̄ in tpe illo, in quo monet, non sunt partes infinitę sibiinuicem æquales. Sed hoc contingeret, si esset infinitum, vt manifestū est. ergo &c. Contra primam deductionem est vnum dubium, quia tbt supponitur, q̄ à motore finito potest subtrahi vel auferri pars aliqua: & iterum alia apponi priori, hoc autem non est verum vniuerſaliter: quia a corpore cœlesti, qđ est mouens finitū, nihil potest subtrahi, vt latius patet ex 2. Cœli. Ad hoc diceret Com. q̄ quamuis a toto cœlo non possit aliquid subtrahi, tā hęc cōditionalis est vera, q̄ si à cœlo aliqua pars auferatur, pars ipsa in minori tpe mouebit aut mouebitur per determinatum signum quàm ipsum totum cœlum, & hoc est manifestum mihi. n. prohibet cōditionalem esse veram, cuius antecedēs fuit impossibile, vt dictum fuit prius. sed ex quo sequitur conditionalem, qua vera est, esse falsam: est falsum impossibile. modo, si mouens finitum moueret per tempus infinitum, illa conditionalis nō posset esse vera, vt patet ea dictis. dctur. n. q̄ pars illius moueret in minori tempore, si in parte illius totius temporis; sequitur q̄ illud totum tempus sit finitum, vt deducebatur prius.

Tex. c. 37. Tex. c. 76.

Obiectio.

Responsio.

AD primam rationem dī quod corpus cœleste est finitū &c. pro solutione istius rationis est intelligēdum, q̄ ſm Arist. in Sexto huius tps motus sine dutatio in motu loeali accipitur dupliciter. Vno modo ſm partes magnitudinis super quam fit motus. ſm partes mobilis attenditur duratio motus: quia manifestum est, q̄ prius vna pars mobilis pertransit aliquod spatij signum, vel aliquam partem spatij, q̄ totum mobile. Ex parte aūt magnitudinis, quia totum mobile prius tpe pertransit vnam partem magnitudinis q̄ totam magnitudinem. Modo, cum dicit Arist. q̄ mouens finitum non pōt mouere per tempus infinitum, intelligit hic accipiendo tps motus ex parte partium magnitudinis, & hoc patet ex suo processu, quia ipse accipit in sua demonstratione, q̄ pars mouētis mouet partē mobilis in minore tpe quàm totum mobile: qđ no esset verum, si acciperetur tempus motus ſm partes magnitudinis, qnę pertranſitur, imo ſm hoc in æquali tpe pars mouentis mouet partem mobilis, sicut totum mouens mouet totum mobile, eadem. n. est ꝓportio partis motoris ad partem mobilis, quæ est totius ad totū comparando ad totam magnitudinem, vt hī ex 7. huius. Et, sic accipiatur tempus motus ex parte partium mobilis, sic est verum quod dicit. nā, vt ſæpe dictum est, pars mobilis prius tpe pertransit partem magnitudinis q̄ totum mobile. sic autem accipiēdo tempus motus, impossibile est q̄ mouens finitū moueat per tempus infinitum: quia per tps infinitum non mouetur nisi mobile infinitū, loquendo de infinitate prouenīente ex partibus mobilis, vt manifestum est. modo, constat q̄ mouens finitum non potest mouere mobile infinitum, cum virtus motoris semper sit maior q̄ mobilis. Cum ergo dī, q̄ cœlum qđ est mouens finitum, moueret per tps infinitum. Dicendum, q̄ non mouet per ips infinitum. quod quidem tempus accipiatur ſm partes mobilis cœlestis: quia ipsum non est infinitum, sed finitum & ideo non est contra Arist.

Obiectio.

Sed contra istam solutionem rationabiliter dubitatur, quia Arist. non probat hic istam propositionem, nisi ad demonstrandum infinitum, q̄ principium motus non est in magnitudine. Et ibi sic arguit, mouens, quod mouet per tempus infinitum est mouens infinitum: hoc demonstratur hic. sed motor primus mouet per tempus infinitum: ergo non est finitę

finitę virtutis. Vlterius deducitur, sicut videbitur posterius.

Tunc dubitatur. eo modo debet Aristo. hic demonstrare quod motor finitus non mouet per tps infinitum, quo accipit inferius, quod motor primus mouet per tps infinitum. aliter. n. suppositiones iuxta nō essent bonæ, imo esset fallacia aecidentis, aut æquiuocationis: sed ipse non supponit inferius, q primum mouens moueat per tps infinitum infinitate contingente ex partibus ipsius mobilis, vt manifestū est: Tex. cō. 36. quia nullum mobile est infinitum, vt patet ea 3. huius, & t. Tex. cō. 46. Cœl. sed infinitate ꝓueniente ea reiteratione motus ab eodem in idē. hoc. n. modo motus est infinitus, vt prius patuit. ergo hic non intendit, q motor finitus non mouet per tps

Responsio ad obiectionem. infinitū, sumendo tempus ſm partes mobilis. Ad hoc dicūt aliqui & satis subtiliter, vt vī mihi q quamuis primus motor nō moueat mobile infinitum: nec per tps infinitum prout ips motus consideratur ſm partes mobilis: ri si esset mobile infinitū, ipse primus motor haberet ipsum mouere: Et ex hoc sequitur, qđ non debet esse finitus: quia mouens finitum non posset mouere mobile infinitum si esset, cum motor debeat esse maioris virtutis q̄ mobile. nihil aūt est ma

Primū mouēs mouet mobile infinitum. ioris virtutis infinito, si esset. Quod aūt primum mouēs deberet mouere mobile infinitum, si esset. probant sic. Nā primus motor est per se & prima cā motus, & per se & prima causa infinitatis motus, vt manifestum est: causa aūt per se

Tex. cō. 53. debet referri ad effectum per se, vt hī ex 2 huius. Vnde ipse motor primus debet esse causa infinitatis motus, quæ per se competit ipsi motui. infinitas autē motus, qua motus per se est infinitus, esset ea partibus ipsius mobilis, si mobile esset infinitum. Cum. n. ipsum mobile sit per se subiectū motus, manifestum est qđ infinitas, quæ accidit motui ex parte mobilis, magis per se competit ipsi motui q̄ infinitas, quæ cōpetit ex partibus magnitudinis. vnde, si esset mobile infinitum, oporteret q motor primus, qui est primo & per se causa motus & infinitatis motus, esset cā illius infinitatis q̄ habet motus ex partibus mobilis, ita q moueret mobile infinitum, si esset. Ex hoc aūt sequitur, vt dicebatur, q ipse primus motor sit virtutis infinitæ. & ex hoc concedimus vlterius, q non sit in aliqua magnitudine, vt deducetur in con-

Impbatio. lequētibus. Sed sine dubio quamuis istud sit satis subtiliter
Responsio. dictum, tamen non vī bene esse ad intentionem Arist. Nam Arist. in illa demoostratione, in qua ostendit motorem primum non esse in magnitudine, debet suppunere q ipse mouet per tps infinitum eo modo, quo demonstrauit motum esse infinitum in ꝑcedentibus, vt patet inspicienti suam demonstrationem. non. n. probauit motum esse infinitum & perpetuum, nisi vt illud suppooeret in illa demonstratione: sed ipse demonstrauerat motum esse infinitum ſm circulationem, non ſm infinitatem mobilis, vt ēt iam manifestum est. Et q dicunt isti, q infinitas ex parte partium est alia, quę competit motui per se, dico, qđ non est verum simpliciter: quia hæc infinitas non est possibilis, cum impossibile sit hoc modo mobile esse simpliciter infinitum, imo solum motui possibilis est infinitas ſm circulationem, & reiterationem

Alia rñsio motus ab eodē in idem. & ideo vī remanere dubitatio. Propter quod aliqui dicunt aliter. dicunt. n. q intentio Arist. est hæc, q mouens finitum non potest mouere per tps infinitum tanꝙ prima causa infinitatis seu perpetuitatis motus. & ſm hoc non valet instantia de cœlo. cœlum. n. mouet per tps infinitum, non tanquam prima causa infinitatis motus:

Reꝓbatio. quia non mouet nisi motum ab aliquo alio. & ideo non pōt esse prima causa motus, & de tali intelligit Arist. vt dicunt. Sed istud non vī inficere, quia demonstratio Aristo. vī esse cōis ad omne mouens finitum, siue sit prima causa motus, siue non. Sustentatur. n. super istam propositionem, q, cum mouens finitū mouet aliquod mobile per tps aliquod, pars mouētis in minori tpe mouet partem mobilis per determinatum signū magnitudinis, siue spatij, in quo, vel circa qđ fit motus. & hoc vī esse verum de quocunq; mouente finito

Alia rñsio. qualitercunq; moueat. Et ideo alij dicunt aliter. & dicunt, q intentio Arist. est hæc, q mouens finitum non mouet per tps infinitum motum vno numero. modo, i. sum cœlum nō mouet aliquod istorum inferiorum per tps infinitum motu vno numero: quia vnitas numeralis motus requirit vnitatem numeralem mobilis, vt patet in 5. huius. sed nullum

Tex. cō. 64. istorum inferiorū manet vnum numero per tps infinitum, vt patet 2. de Anima, & 2. de Genera si autem cœlum mouet ista inferiora per tps infinitum, hoc est motu vno ſm speciem vel ſm genus. & ideo instantia nō valet. Sed adhuc istud non videtur esse ſm intentionem Arist. nam demonstrauo Aristo. ita bene probat de motu vno ſm speciem q motor finitus non moueat per tps infinitum, sicut de motu vno numero, vt patet consideranti demonstrationem illam. Et posset sic argui. Illud tps est finitum, quod resultat ex pluribus finitis æqualibus, hæc est manifesta cuilibet intelligenti. sed tps, in quo mouet mouens finitum, resultat ex partibus finitis æqualibus: quod sic apparet. n. in vnicuiq; parti motoris & mobilis correspondet aliqua pars tpis, in qua mouet per signum magnitudinis determinatum, vt dictum est prius: & partibus æqualibus motoris & mobilis correspondent partes tpis æquales. Cum ergo partes mouentis finiti inuicem æquales sint finitę, & similiter partes mobilis, sequitur. q partes tpis in quo mouet mouens finitū, sibiinuicem æquales sint finitæ, & sic tps, in quo mouet mouens finitum est finitum, siue moueat motu vno numero siue vno specie. Propter quod forte reducendum est ad solutionem priorem, Dicendo, q Arist. intendit hic demonstrare, q mouens finitum non mouet per tps infinitum, prout rēpus motus attenditur ſm partes mobilis modo prædeclarato. Ea hoc aūt debemus elicere, q ēt mouens finitum non potest mouere per se & primo per tēpus infinitum ſm circulationem & reiterationem mobilis. Nam, si mouens finitum moueret per tps infinitum ſm circulationem seu reiterationē tanqua per se & primo, eā motus infiniti tunc deberet posse mouere mobile infinitum si esset. Ex quo. n. esset cā prima infinitatis motus, deberet esse cā illius infinitatis seu durationis infinitæ quæ per se competeret motui: modo si mobile esset infinitum tunc ipsi motui per se deberetur ex parte partium mobilis. quarum vna prius tpe pertransiret determinatam partem spatij q̄ totum. & sic, si impossibile est mouens finitum moueret per tps infinitum prout tempus sumitur ſm partes mobilis, impossibile est ipsum mouere per tempus infinitū ſm circulationem. & hoc erit vtile ad demonstrationem illam, per quam conuincitur q motor primus non est in magnitudine, quia constat q ipse mouet per tempus infinitum ſm circulationem. Quod si hoc non sufficit, inquire melius, quia non possum plus ad præsens. Ad aliam cum dī, omne, q est in magnitudine finita &c. verum est, si sit in ea sicut forma dans esse materiæ, sed, si sit in ea sicut motor appropriatus mobili appropriato, non oportet q sit finitum, sic autem est de motore, qui mouet per tempus infinitum. non. n. est forma dans esse materiæ, nec est in magnitudine finita sicut forma in subiecto & constituta in esse per subiectum, sed solum sicut motor in mobili appropriato, vt videbitur post. quare &c. Ad aliam cum dicitur, mouens quod potest semper esse &c. potest concedi, quòd cœlum potest semper mouere secundum circulationē non sicut prima causa perpetuitatis motus circularis: quia mouet motum. quare non valet &c. Quæratur complemēium huius quæstionis in quæstione extraordinaria de infinitate vigoris Dei quæ sic incipit. Difficultas est non parua.

Responsio. Authoris. Ad secundū Ad tertium

Q uod autem in finita omnino magnitudine non contingat infinitam esse potentiam, ex his manifestum est &c. Tex. cō. 79.

QVAESTIO XX.

An virtus infinita magnitudine finita esse possit.

CONsequenter quæritur. Vtrum virtus infinita possit esse in magnitudine finita. Arguitur q sic, quia in cœlo est virtus infinita mouens ista inferiora, vt patet in isto Octauo, & in 2. de Gener. sed cœlum est finitæ magnitudinis, vt patet in 1. Cœli ergo &c. Tex. cō. 86. Tex. cō. 60. item, in quocunq; est potentia finita, illud est generabile & Tex. cō. 46. corruptibile: sed cœlū non est generabile & corruptibile: ergo in ipso non est potentia finita. quare relinquitur, q in ipso est potentia infinita, aut q nullam habet potentiam, & hoc est absurdum, cū sit prima causa corporea huius totius mundi inferioris, à qua omnis virtus huius mundi gubernatur, vt patet in primo Meteo. quare &c. Maior propositio est manifesta. quod. n. habet potentiam finitam habet operationem finitam, eo q operatio est à virtute immediate, & quod habet operationem finitam, est generabile & corruptibile,

ptibile, vt patet Quarto Meteoror. & Minor patet 1. Cœli & Mun. Item in quocunq; est motus infinitus in illo est potentia infinita: sed in magnitudine finita est motus infinitus, sin cœlo ergo &c. Maior patet, quia motus est actus entis in potentia, ℔ q hẽ in 3 huius ergo mobile infinitus tenuit in potentiam infinitam in illo in quo est, & minor patet ex illo Octauo, & 1. & Secundo Cœli & Mundi quare &c.

Tex. c. 6. Tex. cõ 86 Tex. c. 8.

Oppositum arguitur auctoritate Arist. hic & similiter auctoritate Comm. qui volunt, quòd in magnitudine finita non potest esse potentia infinita.

CONCLVSIO.

Non potest in magnitudine finita esse virtus infinita.

ADquæstionem dico breuiter, q̃ potentia infinita, i. potentia, quæ est prima cã perpetuitatis motus, non potest existere in magnitudine finita. Ad cuius demonstrationem sunt aliqua supponenda: Primo supponendum est, q̃ maior potentia facit motum æqualẽ cum minori potentia in minori tpe. V. g. Si duo homines trahunt vnam nauem per vnum stadium in vna hora, quatuor homines trahent illam nauem per vnum stadiũ in medietate horæ, vel in alio tpe minori quàm sit vna hora, & similiter est in quolibet alio motu, & hoc est manifestum per se. Secundo supponẽdum est, q̃ omne mouens potest mouere in non tpe. loquendo de motu proprie dicto, cum omis talis motus sit successiuus & continuus. Tunc posset sic argui, si in magnitudine finita esset potentia mouens infinita, i. quæ esset prima cã infinitatis motus, tunc ipsa mouetet in non tpe sed hoc est impossibile per secundam suppositionẽ, Probatio consequentiæ. si sit potentia infinita in magnitudine finita, aut mouebit in tpe, aut in non tpe: per sufficientem diuisionem. Si dicetur q̃ moueret in tpe, tunc capiatur aliqua potentia finita, oportebit q̃ illa potẽtia finita moueat in maiori tpe per primam suppositionem. si aũt vlterius ad illam potentia finitam addatur alia potẽtia finita, tunc mouebit in minori tpe quam prima potentia sola. quia addendo ad potentiam diminuitur de tpe. Vlterius sũt accipiatur alia potentia finita & addatur aliis, adhuc mouebit in minori tpe, & sic addendo finitam potentiam tandem peruenietur ad potentia aliquam finitam, quæ mouebit in tpe æquali tempori, in quo mouebit potentia infinita, qđ est impossibile, per primam suppositionem, quæ dicit, q̃ semper maior est potentia essentiæ in magnitudine mouet in minori tpe: & potest declarari ista rõ exemplificando in potentijs finitis. Ponamus, q̃ quatuor boues virtute sua trahunt vnam nauem per vnum stadium in quatuor horis & duo homines trahant nauem in octo horis: tunc, si inueniatur aliqua virtus, quæ iterũ excedat virtutem duorum hominum quantum octo excedũt quatuor, manifestum est, q̃ illi mouebunt eandẽ in quatuor horis, & similiter in proposito. si virtus infinita existens in magnitudine moueat aliquod mobile in aliquo determinato tpe, vt quatuor horis, accipiatur aliqua virtus finita, quæ moueat aliquod mobile in octo horis, & tunc, si inueniatur aliqua virtus finita, quæ in eadem proportione excedat illã virtutem finitam in qua proportione quatuor & octo excedunt quatuor & duo, tunc certum est, q̃ illa virtus finita potetat mouere in 24 horis: quia ℔ proportionẽ, qua additur ad virtutẽ, diminuitur a tpe. & similiter est in quacunq; proportione, s. q̃ ipse sic se habet in quo mouet vna illarum virtutum ad ipsum, in quo mouet alia. sic igitur virtus finita mouebit in æquali tpe cum virtute infinita, qđ est impossibile. ergo relinquitur, q̃ illa virtus moueret in non tpe, quod est impossibile Sed vna dubitatio est hic, q̃ mouet Com. & Expositor accepit ab eo. Nam per istam rõnem non solum videretur concludi q̃ potentia infinita non est in magnitudine, sed ét q̃ nulla est potẽtia vel virtus infinita mouens: q̃, si esset aliqua potentia infinita mouens, illa moueret in non tpe, vt deductum est, qđ est impossibile, vt prius. Ad hoc respondent expositores latini præmittendo q̃ nulla potentia, quę est in magnitudine, mouet quasi intellectus. probarũ o. est in 3. de Aia, q̃ intellectus non est virtus alicuius magnitudinis. Omnis aũt potentia, quæ nõ est in magnitudine mouet per intellectum. Sic. o. probat Arist. cœlũ moueri à suo motore in 12. Meta. Est autem dũa inter agens per intellectum, & agens materiale: quia actio agentis materialis proportionatur naturæ eius, & tm̃ agit q̃tum agere potest. vt tanta est calefactio q̃tus est calor. sed actio agentis per intellectum non oportet q̃ proportionetur naturæ ipsius, ita q̃ tm̃ agat quantum agere potest. non. n. ædificator tm̃ ædificat q̃tum potest ædificare, sed q̃tum exigit sibi forma conceptæ. Sic igit, si esset aliqua virtus infinita existens in magnitudine, sequit q̃ motus ex ipsa procedens esset ℔ proportionẽ naturæ, eius ita q̃ moueret q̃tum mouere posset, & sic procederet rõ Arist. Sed, si sit virtus infinita non in magnitudine, motus ꝓcedens ab ipsa, non procedit ab ipsa ℔ proportionem eius, ita q̃ nõ mouet prout pòt mouere, sed ℔ q̃ conuenit sibi & naturæ subiecti. Est aũt considerandũ. vt aũt. q̃ nihil moueatur nisi magnitudinẽ habens, vt ꝓbatum est in 6. huius. Vnde velocitas motus est efficacia receptas à motore in aliquo habente magnitudinem Manifestum aũt est, q̃ nihil habens magnitudinem pòt recipere effectũ proportionalẽ virtuti, quæ non est in magnitudine: quia omnia naturalia corporea cõparantur ad naturam incorporeã, sicut quoddã particulare ad abilitatem & ad vsum. Vnde non potest cõcludi, si virtus infinita nõ sit in magnitudine, q̃ ex ea requiratur in aliquo velocitas infinita, quæ est effectus ꝓportionis talis potentiæ, sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectum virtutis, quæ est in magnitudine: quia ea potior est effectu. Vnde, si aliqua virtus infinita esset in magnitudine sequit q̃ effectus ei correspõdens esset in magnitudine, s. velocitas infinita: & hoc est impossibile. ergo & primũ. & hæc sunt verba S. Tho. in sua expositione huius locum q̃bus manifeste probabat. q̃ est aliquod mouens infinitum in magnitudine, qđ potest, q̃tum est de se, mouere in non tpe sed qđ non mouet in tpe hoc prouenit ex defectu subiecti, quod non est natũ suscipere talem effectum. Sed istud nullo modo satisfacit dubitationi: qa siue mouens infinitum sit mouens per intellectũ, siue non, oportet q̃ moueat in aliquo tpe determinato, & illius tpis erit aliqua proportio ad tps, in q̃ mouet virtus aliqua finita: & tunc, si tu marquesdam alia virtus finita habens eandẽ proportionẽ ad illam virtutẽ finitam, sicut tps habet ad tps, necessario moueret in æquali tpe cum potẽtia infinita: quod est impossibile, sicut prius. maior. n. potentia sp mouet in minori tpe, & constat q̃ potentia infinita est maior q̃ finita. Item cuilibet potentiæ actiuæ debet correspondere aliqua potentia passiua, vt patet 5. Met. si igit aliquod mouens infinitum qđ mouet p intellectum, habet virtutẽ actiuam velocitatis infinitæ, ita qđ quantum est de le potest agere motum in tpe, oportet q̃ illi potentiæ correspondeat aliqua potẽtia receptiua in mobili: qđ est impossibile. Itẽ, Naturalis Philosophus nõ debet aliquid ponere, qđ non appareat ad sensum, aut qđ non possit es aliquibus apparentib. ad sensum inuestigari aut poni. Experimentũ. n. lermonum verorum est vt cõcordent rebus, vt dicit Com. in tle Octauo. nunc aũt nihil apparet nobis ad sensum, ex quo mediate, vel immediatè possit cõiunci, qđ aliquis motor sit vigoris infiniti, & q̃ possit mouere in non tpe, cum omnis reuolutio & omnis motus sit in determinato tpe, & habeat velocitatem determinatam. quare &c. De hoc tm̃ potest fieri quæstio specialis. Amplius, cũ quilibet motor cœlestis sit virtus nõ in magnitudine, sequitur sm̃ dicta huius hois, q̃ orbes inferiores nõ suos nati recipere tantã velocitatem q̃tam nati sunt facere lui motores, imo quilibet illorum motorum pòt mouere velocius. Si quidem res corporea nõ est nata recipere talẽ proportionalem virtutẽ, quæ non est in magnitudine. istud aũt est grauissimum inconueniens. Quod autem dr de agente p intellectum, satis solum est: bñ quidem verũ eli q̃ intellectus tranſmutabilis, qui non semper intelligit nec omni modo quicquid pòt intelligere, non semper agit quicquid ageret, sicut intellectus meus. sed intransmutabilis, qui semper intelligit quicquid pòt intelligere & omni modo perfectissimo quo potest intelligere, semper agit quicquid potest agere, & quocunq; modo agere. Nunc aũt intellectus primi est omnino intransmutabilis secundũ omnes. quare &c.

Tex. c. 22.

Et ideo ad præsens dico aliter sm̃ Cõm. Et dico, q̃, si ponatur potentia infinita in magnitudine, necessario sequitur q̃ moueat in non tpe, sicut probatum est prius. quia huius potentia erit ꝓpriè infinita, & erit assignare tps determinatum, in quo mouebit ipsa habens ꝓportionem determinatã ad tps in quo mouebit virtus finita, vt deductum est: sed, si

potentia

Nihil mouet nisi habens magnitudinem. Tex. cõ. 32.

Contra positionem. B. Thom.

Si ponatur potentia infinita magnitudine mouet i nõ tempore.

Resp̃onsio.

Tex. co. 50. Agens p intellectu & materiale differunt.

potentia infinita, i. potentia, quæ est causa prima infinitatis motus non est in magnitudine aliqua, tunc nõ erit propriè finita nec infinita: quia finitum & infinitum solum de magnitudinibus dici possunt, aut solum de eis, quæ sunt in magnitudinibus, vt dicit Cõm. & ideo nõ oportebit q̃ illa potentia faciat effectũ infinitum, s. motum in non tpe. Et si dicatur, nunquid illa potentia mouebit in minori tpe quàm potentia finita dicatur q̃ non. Et, cum dr, q̃ potentia infinita maior est q̃ finita, verum est de illis, quæ sunt in magnitudine. sed potentia, quæ non est in magnitudine, non est maior nec minor, & ideo illa potentia infinita, quę est omnia extra magnitudinẽ non erit potentia propriè maior nec minor q̃ finita, nec ipsa, in quo ipsa mouebit habet proportionem ad tps in quo mouet virtus finita, sicut nec ipsa habebit aliq̃ proportionem ad virtutem finitam. proportio enim solius est magnitudinis, vel eorum q̃ sunt in magnitudine aliquo modo. Sed contra istã solutionem sunt difficultates aliquæ. Primo, quia magnitudo, & per consequens finitum & infinitum dupliciter debetur formæ & potentiæ motiuæ, q̃ sequitur formã. Vno modo magnitudo debetur formæ per accidens, s̃m extensionem subiecti, in quo existit, vt albedo dr magna s̃m extensionem superficiei, in qua est. Alio modo magnitudo debetur formæ s̃m rationem propriæ perfectionis, ita q̃ forma perfectior & nobilior dr maior. vt in parua niue dicimus aliquã maiorem esse albedinem, q̃ in magno pariete. q̃uis igitur potentia & forma q̃ non est in magnitudine non habet magnitudinẽ primo modo, i. per accidens s̃m extensionem sui subiecti, in magnitudinem secundo mõ: quia potentia immaterialis & incorporea, quanto est semotior à materia, tanto est perfectior. Illam autẽ potentiam, s. perfectam, consequitur velocitas motus. quia quãto aliqua potentia est perfectior, tanto vehementius est mota. non ergo pòt dici vere q̃ potentia quæ non est in magnitudine, non est finita nec infinita per accidens s̃m extensionem subiecti: p̃p hoc non causet velocitatem in infinitum, q̃d est mouere in non tpe. & sic non vã valere ratio Auctoris. Præterea illa ratio vã contradicere Arist. Nam Arist. in vltima demonstratione huius Octaui accipit, q̃ primus motor habet potentiam infinitã, vt ea hoc concludat ipsum non esse in aliqua magnitudine ergo dicere q̃ nõ habet potentiam finitã nec infinitam contradicit Arist. Istæ aũt sunt oppositiones S. Thomæ, quibus patet destruere rationem Com. Et vt mihi, salua reuerentia huius hominis, q̃ procedum ista ea malo intellectu verborum & intentionis Com. Ad cuius euidentiam considerandum est, q̃ aliquæ mutationes esse in magnitudine pot intelligi dupliciter. Vno mõ q̃ fit in magnitudine subiectiuè s. q̃ inexistit, vel inhærens magnitudini vel subiecto habenti magnitudinẽ, vt albedo inest parieti, vel sicut forma substantialis inest materiæ. Alio modo potest intelligi motorem esse in aliqua magnitudine appropriatiuè, vt talis motor determinatus mouet immediatè effectiuè isle mubile, & aliud non moueret, & in tali velocitate, nec in minori neq; in maiori. Et per oppositum motorem non esse in magnitudine pòt intelligi dupliciter. Vno mõ q̃ sit in magnitudine subiectiuè, Alio modo q̃ nõ sit in magnitudine appropriatiuè nec subiectiuè. modo, cũ dicit Com. q̃ mouens, quod non est in magnitudine subiectiuè, non est finitũ nec infinitum, non intelligit de eo quod non est in magnitudine subiectiuè: quia constat etiam s̃m eum, q̃ quælibet intelligentia appropriata est vigoris finiti, & habet determinatã proportionem ad suũ mobile, vt ipse dicit in 2 Cœli & 12. Meta. & ita nulla eorum est in magnitudine subiectiuè. hoc n. repugnat ei naturæ intellectuali; sed intelligit q̃ potentia, q̃ non est in magnitudine, nec subiectiuè, nec appropriatiuè, nec est finita, nec infinita s̃m vigorem actionis motus, & hoc est verissimũ s̃m Philosophũ. Primum aũt principium motus s̃m eum, nullo mõ est in magnitudine nec subiectiuè nec appropriatiuè. Subiectiuè oõ, quia est natura intellectualis, appropriatiuè oõ, quia non mouet actiuè immediatè aliquod mobile, imo præter primum mouens, q̃d est Deus, oportet esse aliquem motorem appropriatũ primo mobili, à quo primus motus habet velocitatem determinatã, & similiter cuilibet alteri mobili cęlesti. & hoc ipse plane propalauit in 12 Meta in quòne loquens Grãmatice, vbi Com. q̃ motus cœli componitur, & dependet ex duob motoribus, quorum vnus est finitę motionis, & est ab habente in eo, scilicet appropriatiuè: & alter motionis infinitæ, & est potentia quæ nõ est in materia, scilicet nec subiectiuè, nec appropriatiuè. Verum est in, q̃ circa hoc sunt difficultates & dubitationes speciales. Istum primus motor mouet immediatè primũ mobile: & ideo de hoc fiet q̃ specialis. Ad præsens aũt sufficit mihi, q̃ intentio Com. est primũ mouens nullo modo esse in magnitudine, nec subiectiuè nec appropriatiuè, ita q̃ immediate nõ agit motũ alicuius mobilis, nec est ea propria alicuius determinatæ velocitatis motus, nec pòt accipi aliquod tps determinatũ in quo moueat aliquod mobile, q̃d quidem tps habeat proportionẽ determinatam ad tps in quo mouet aliqua virtus finita, & ideo non est finitus nec infinitus in virtute actiua motus, p̃p quod non sequit ipsum mouere in non tpe. Sed, si esset in magnitudine aliqua appropriatiuè vel subiectiuè, oporteret q̃ esset ea propria alicuius determinatæ velocitatis motus, & posset accipi tps determinatũ motus, in quo remoueret suũ mobile & illud tps haberet proportionem determinatam ad tps, in quo mouet virtus finita, & hic deducetur ad inconueniens. vt prius. & ideo illa instantia non valet contra Com. si bene intelligat. Ad aliã cum dr, q̃ Arist. assumit motorem primũ esse potentiæ infinitæ. Dicerem hic, q̃ motorem hãc potentiam infinitam pòt intelligi dupliciter. Vno mõ q̃ habeat potentiã actiuam motus infiniti immediate sine motore appropriatu, & huc non concederẽ. Alio modo pot intelligi q̃ habeat potentiã infinitam. i. cãliratem infinita super durationem perpetuæ ipsius motus, & hoc est verissimum. ipsa. nam est prima ca infinitatis seu perpetuitatis motus, vt videbitur post. & hoc sufficit ad conuincendũ ipsum non esse in magnitudine. Erit. n. demonstratio talis. Si primum mouens esset in magnitudine aut esset in magnitudine finita, aut in magnitudine infinita, per sufficientem diuisionem: sed non potest esse in magnitudine infinita q̃ nulla est magnitudo infinita simpliciter, vt patet ex 3. huius, & magis ea 1. Cœli. Nec in magnitudine finita, q̃d hic probatur q̃ in magnitudine finita non potest esse cã motus infinitus, hęc est demonstrata hic, siue sit ea vi agens, siue vi finis. Sed primum mouens est cã motus infiniti. probato huius, vel est cã motus finita aut infinita p̃ sufficientem diuisionẽ. non est dicendum, q̃ sit cã motus finita, quia cã motus finita nõ mouet per tps infinitum: hęc est demonstrata prius. Sed primum mouens mouet per tps infinitum, cum. n. motus sit infinitus s̃m tempus, vt demonstratũ est prius, & motus est à primo mouente, q̃ à secundo, vt prius ostensum est. sequitur, q̃ primum mouens mouet vel est causa motus per tps infinitum, & sic non est causa motus finita, ita. s. quod nõ habeat causalitatem finitam super motum. quare &c. Relinquitur ergo quòd sit causa motus infinita. s. quòd habeat causalitatem infinitam super motum, vel sicut agens, vel sicut finis. ergo non est in magnitudine finita. quare &c.

Obiectio. Prima magnitudo dupliciter debet formæ.

Tex cõ. 86. Obiectio. Secunda.

Responsio ad obiectio. Motor põt dupliciter intelligi esse in magnitudine.

Primũ principium motus non est in magnitudine.

Comm 41.

TVnc ad rõnes. Ad primã, cum dr, q̃ in cœlo est potentia infinita. Patet dici, q̃ verum est, non quæ sit prima ca vt agens, vel vt finis perpetuitatis motus, quia non mouet nisi motum ab alio. hic aũt est intelligendum, q̃ in magnitudine finita non est virtus vel potentia infinita. s. quæ sit prima ca infinitatis motus, vt dictũ est prius. quare no valet. Ad aliã, cum dicit, in quocunq; est potentia finita &c. Ad hoc dixit Alex. fin q̃ recitat Com. q̃ ipsum cœlum bñ est corruptibile de se, seu acquirit æternitatẽ a motore separato & perpetuo, & in hoc assentit Auic. vt recitat Cõm. in 12 Met. quare &c. Sed istud improbat Cõm. per hoc, q̃ Arist. demõstrauit in 1. Cœli, q̃ in æterno non pòt esse potentia ad corruptionem, & in 12. Meta. dicit, q̃d impossibile est vt idem sit possibile esse ex se, vel ea substantia sua, & recipiat ea alio esse necessariũ, quia esset possibile, vt natura eius trãsmutaretur; q̃ aũt ipsum cœlum sit æternũ, manifestum est ex hoc, q̃ recipit motum æternũ, vt patet ex demonstratis prius. sit ex hoc vltius concludit Com. q̃ ipsum cœlum non est compositum ex materia & forma, i. quæ sit in potentia ad esse & non ad esse, q̃ omne tale est corruptibile, & à nullo ppetuatur: & concludit, q̃ est subiectum simplex, tali simplicitate, quę est opposita compositioni ex forma & materia, quæ est in potentia ad esse & ad non esse, & subiecta privationi, & q̃ forma ipsius non habet subsistere per ipsum, & quòd in ipso

RESPON.

Ad secundã B Tho.

Ad secundã Tex. co. 79.

Tex. cõ. 40. Tex cõ. 42.

Primũ mõuẽs est causa motus infinita.

non est forma materialis oino. In hoc autem sunt difficultates plures. Prima est, vtrum cœlum sit generabile & corruptibile. Secunda est, vtrū ipsum cœlū sit substantia oino simplex & nullo mō composita ex diuersis naturis, dico circūscripta intelligentia mouente. Tertia, suppositio q̄ esset substantia simplex, vtrū in ipso differrent ea ītes esse simpliciter à sua essentia, sicut nititur ꝓbare Expositor contra Cōm. sed duæ primæ q̄nes magis pertinent ad 1. Cœli & Mun. & ideo magis ptranseo. Tertia verò qo magis pertinet ad 8m Meta. vbi quæritur ghaliter, vtrum in reb. cāus essentia differat realiter ab esse, & iō de hoc prosequor ad ꝓpos. Et iō dico aliter ad illā positionem cum dr. In quocunq; est potētia infinita &c. Cōm. rōdit, q̄ potētia dr infinita dupliciter, modo 8m durationem. s. & non hēt principium durationis nec terminū. Alio modo dr potentia infinita 8m qualitatē actionis, & hoc est, qđ dr alio modo, potentia infinita 8m vigorē. s. q̄ pōt facere infinitam velocitatē, vt quacunq; velocitate data posit velocius mouere. Et ꝑ oppositū potentia finita dr dupliciter, Voo modo 8m durationē, & est potētia quæ durat per tps determinatū. Alio modo dr potentia finita 8m qualitatem actionis seu 8m vigorē. s. potentia, quæ pōt causare motum determinatæ velocitatis & nō maioris uc̄ minoris. Mō, verum est, q̄ oē illud in quo est potentia finita primo mō, est finitum, non aūt secundo modo. Nunc aūt potentia mouens, q̄ est in cœlo, est finita non 8m durationem, sed 8m vigorem & qualitatē actionis. Quilibet n. motor appropriatus alicui orbi cœlesti hēt ad ipsum ꝓportionem determinatā, & alius ad alia. Et 8m diuersitates illarum ꝓportionum diuersificantur motus cœlestes in velocitate & tarditate, vt dicit Cōm. Et ꝓp h. d. Arist. in 2. Cœl. & Mun q̄, si in cœlo essent plures stellæ, aut n aiores, q̄ dictū retur motus aut tardaretur: q̄a. s. motor oo excelleret mobile in eadem ꝓportione, vt prius, & iō oon oportet q̄ ipsum cœlū sit gnabile & corruptibile. & d cit Cōm. q̄ ista est maxima dubitationum, q̄ accidit in hac tcia & ei oec determinata fuit mih cū grandi labore & in rpe vitæ lux non modico. Ad alia cum dr, in quocunq; est motus infinitus &c. Dicendū, q̄ duplex est potentia. 1. activa & receptiua, vt hr 5. Meta. & Com. accipit io 1. cœli. mō, ipsum mobile bene est in potentia passiua ad motus. s. in potentia receptiua, sed non in potentia activa, 8m q̄ hmōi. Concedendum aūt est, q̄ ipsum cœlū bene hēt potentiam infinitæ susceptiuam motus vel mutationis, vt dicit Cōm. sed oo hēt in se potentiam infinitam activā motus ꝓpetui vnius numero & continui. Ex hoc aut vult hīe. Com. q̄ ipsum cœlum non est cōpositū ex materia & forma: quia ois potentia formæ existentis in corpore, siue hēt activa siue fi passiva est finita, cū sit diuisibilis 8m diuisionem corporis, & oē corpus est finitum, & intelligit de corpore gnabili & corruptibili, q̄ ois potentia existens in eo est finita 8m durationem. sed in corpore ꝓpetuo. s. cœlo bene est potentia infinita 8m durationem, cū sit ingenerabile & incorruptibile, vt demōstratū est in 8. Cœl. & Mun. Considerandum ēt est, q̄ licet cœlum nō ponatur hīe in se potentiam activam motus ꝓpetui vnius in numero simpliciter continui, bene tō habet virtutē activam motus ꝓpetui vnius 8m speciem. Nam lumen cœli perpetuo calefacit ista inferiora, sed non calefactiooe vna numero & continua. & similiter cœlum ꝓpetuo mouet sphæram ignea motu locali, vt dr in 1. Meteorō, sed non est motus vnus numero, sicut nec ignis ꝓpetuatur vnus oumero. quare &c.

Alia respōsio ad 8m. Potētia est infinita dupliciter.

Moter quilibet est ꝓportionat' suo mobili.

Tex. co. 71.

Potētia est duplex.

Tex. c. 17.

Tex. c. 20. Cœlum habet potentiam activā motus ꝓpetui vnius numero.

QVAESTIO XXI.

An Primum Mouens immediatè moueat primum mobile.

GRatia prędictorum quęritur consequenter. Vtrū primum mouens mouat immediatè primū mobile. Arguitur primo q̄ sic. Quia, si primus motor nō moueret tomediatè primum mobile, sed esset alius motor immediatus, tunc numerus mouentiū separatorum non esset 8m numerum motuū cœlestium. & patet hæc consequentia, quia motus primus latiē esset à duobus mouentibus: & sic plura essent principia per se mouentia separata q̄ motus. hoc autem vī esse contra Arist. in 12. Meta. vbi inquirit numerū substantiarum s. paratarum 8m numerū motuum cœlestiū. quare &c. Item arguitur auctoritatibus Arist. & Com. 1. Arist. dicit in 12. Meta. illa verba. videmus aūt præter vniuersi simplicem lationem, q̄ mouere dicimus primam substantiam &c. vult ergo q̄ prima substantia qui est Deus, causat motū simplicem vniuersi. aut ergo immediatè, & hc hī intentum, aut mediante al quo alio motore, & hoc vī inconueniens: quia hc nō magis causaret motum primi mobilis q̄ alium, cum ipse Deus sit ea cum libet motionis, & per consequens mutus mediante motore aliquo appropriato: quare &c. Item Cōm. in 12. Meta. cōm. 36. Inquens de motu primi. dicit, q̄ primū mouens mouet illum motū sine medio. quare &c. Item ipse dicit in eodē, q̄ in separatis à materia idē est efficiens motū, & finis motus: & h. d. cōm. 33. Constat aūt q̄ Deus est cā finalis primo motus, cū sit optimum eorum, q̄ in natura. ergo est cā efficiens, sed non pōt esse cā efficiens remota, quia hc efficeret immediatus aliquid aliud. s. intelligentia appropriatam, quę esset cā mediata activa vel efficiens talis motus: hoc autem vī inconuenieos: quia substantiæ aternæ non habēt causam agentem, vt ipsemet dicit ibidē, & in 4. Cœ & Mun. Item in eodē. 12. Meta. dicit Com. 36 q̄ intelligentiæ abstractæ in eo q̄ sunt abstractæ sunt principia eorum quorū sunt principia duobus modis, s. 8m mouens, & 8m finem: & per mouens intelligit efficiens motum. ergo, cū primum principium sit intelligētia abstracta, debet esse cū motu non solum 8m q̄ finis, sed sicut agens. Et sic sequitur idē quod prius. Item, ut eodem 12. dicit Com. cōm. 43. q̄ illud, quod dicunt quidam moderni, prima substantiam esse priorem motore tantus, falsum est. Et subdit. quælibet n. substantia illarum substantiarum est principium substantiæ sensibilis 8m motorem & 8m finem. & ideo dicit Arist. q̄ si essent aliquæ substantiæ non mouentes essent oiotæ. Item in eodem 12. dicit Comentator sic declaratum est ergo in hoc tractatu, q̄ primum principium substantiæ abstractæ est etiam & substantia, & finis. & forma, & q̄ mouet vtroque modo. Deus autem est primum principium substantiæ abstractæ, vt omnes concedunt. ergo mouet, vt forma & vt finis. Quod autē mouet vt forma, videtur mouere vt mouens appropriatū, quia forma est propria ei, cuius est forma. quare &c.

Tex. co. 36.

Tex. p.

Tex. co. 45.

Tex. co. 49.

Oppositum arguitur auctoritate Comm. in illo Octauo. vbi vult, q̄ iooueno primum, quod est cā prima perpetuitatis motus, non est finitum nec infinitū pro tanto, quia non est in magnitudine. mo Com. non debet intelligere ipsum oon esse finitum nec infinitum pro tanto, q̄ nō sit in magnitudine subiectiuè. ex hoc. n. nullo modo sequitur ipsum nō esse finitum nec infinitum, quia sicut dicebatur prius, nulla intelligentia mouens cælū, est in magnitudine subiectiuè: & tamen quælibet est finiti vigoris, vt ipse concedit hic, & in 12. Meta. & 2. Cœli. ergo relinquitur, q̄ Com. intelligit ipsum primum mouens oon esse in magnitudine appropriatiuè, quia si non appropriatur ad mouendum aliquod mobile immediatè. Ita hoc enim necessario consequitur, q̄ non hēt virtutis activæ finitæ nec infinitæ ad agendum motum. 1. Phy. 79.

CONCLVSIO.

Primum mouens simpliciter, quod est Deus, non mouet immediatè primum mobile, absque proprio motore, qui immediate effici primi mobilis motum.

AD istam qōnem dimissis aliis opinionib. dico ad ꝓpositum breuiter 8m Com. q̄ primum mouens. s. prima cā perpetuitatis motus. s. principium oino primum, qđ est Deus supremus non mouet immediatè primū mobile ablq; motore aliquo proprio, imo est alius motor proprius, qui effi cit immediatè motum primi mobilis. Et hoc aliqui hc probant, præter illum motorē, qui mouet vt amatū & desideratum, oportet esse aliq̄d aliud mouens, qđ moueat vt amans & desiderans. hac recipit pro manifesta. sed primū principium, qđ est Deus bēdictus mouet vt amatū & desideratū, vt dicit Arist. in 12. Meta quare &c. Item aliqui hc arguunt. Oē, qđ immediatè agit aliquē motum, agit ipsum ꝓp aliquid aliud nobilius eo. sed primū principiū non pōt agere ꝓp aliquid aliud nobilius eo: ergo &c. Maior ꝓpositio hī ab Arist. 2. Cœ & Mun. c. de duab. qōnibus difficilibus, vbi sic loquit, actio aūt semper est in duob. & cuius gratia fit, & qđ hmōi gra. Et minor est manifesta 8m nēs. Nam Deus oon pōt agere ꝓp aliquid aliud nobilius eo. totaliter. n. optimū eorum q̄ in natura Deus, sicut dicit Arist. in Prooe. Me. Optimum aūt nihil est melius & nobilius. & idem vult Arist in 12.

Meta.

Tex. c. 39. Meta. quare &c. Item arguo sic. Si primum principium mouens efficeret immediatè motum primũ, oporteret. q̃ mueret in non tpe hoc autem est impossibile ſm omnes. probo consequentiam. Nam ſuppono, q̃ ipſum primũ mouens, ſi mouet primum immediatè, est vigoris infiniti, & virtutis infinitæ, & hoc oês concedunt q̃ ipſum primũ mouens erit prima cã infinitatis motus. Secundo ſuppono ſm Aristo. q̃ ſemper maior virtus existès in magnitudine ſubiectiuè siue appropriatiuè mouet in minori tpe. Tunc arguo, ſi primũ mouẽs mouet immediatè primũ mobile, aut mouet in tpe, aut in non tpe. ſi ſecundo modo, hĩ inconueniens. ſi in tpe, tunc oportet q̃ tps illud habeat proportionẽ ad tẽpus, in quo mouet aliqua virtus finita. na cuilibet tpis finiti est aliqua proportio ad aliud tps finitum. tps igitur, in quo primũ mouens reuoluit primum mobile, habebit aliq̃ proportionem determinatam ad tps, in quo aliqua virtus finita mouebit. Tunc accipiatur aliqua alia virtus finita, & addatur illi virtuti finitæ, manifestum est, q̃ mouebit in minori tpe, & vlterius alia virtus finita tertia in minori tpe, & sic ſemper addendo ad virtutem diminuetur de tpe, vnde tandẽ peruenietur ad hoc, q̃ aliqua virtus finita mouebit in æquali tpe, cum infinita: quod est impossibile. Sed aliquis ea

Obiectio. uillaret hic, qđ non est inconueniens virtutẽ minorem mouere in æquali tpe cum maiori virtute, quia constat, q̃ virtus, quæ reuoluit cœlum in 24. horis, q̃cunq; illa est, maior est, saltem maioritate perfectionis, qua quæcunq; virtus materialis & finita. Et tñ aliqua virtus malis pòr mouere in 24. hotis, ſicut vnus equus pòr trahere currum in 24. horis, & sic in multis alijs. ergo maior virtus bene potest moueri in

Responsio: æquali tpe cum minori & è conuerſo. Dicendũ ad hoc, q̃ licet minor virtus possit mouere aliquod mobile in æquali tpe cum maiori, ĩ illud idem mobile, qđ mouetur à maiori virtute in aliquo tpe, non mouet virtus minor in æquali tpe, dummodo maior virtus ageret ſm vltimum ſuæ potentiæ. & hoc notum est cuilibet intelligenti. Vñ, ſi virtus infinita mouẽs primum mobile reuoluit ipſum in 24. horis, & in

Obiectio. minori non pòt ipſum reuoluere, impossibile est q̃ aliqua virtus finita moueret ipſum in 24. horis. Sed tunc ita cum illabit aliquis, q̃ quãuis primum mouens existens infinitæ virtutis moueat primum mobile in 24. horis, nunquam ĩ ſequitur inconueniens, ad qđ deducebatur: quia impossibile est esse aliq̃ virtutem finitam, quę moueat primũ mobile, & sic non ſequitur, q̃ virtus finita moueat in æquali tpe illud idem mobile, qđ mouetur ab infinita. Dicendũ ad hoc, q̃. ſi impossibile est aliq̃ virtutem finitam materialem primum mobile mouere, hic illa conditionalis est impossibilis, q̃, ſi aliqua virtus finita & materialis moueret, & mouere posſet cœlum, q̃ posſet ipſum mouere in æquali tpe cum virtute infinita. vtillud debet iudicari impossibile, ex quo ſequitur iſtam conditionalẽ, quæ falſa est impossibile, esse veram, modo, ſi primũ mouens, qđ de ſe est habilis motionis, mueret immediatè primum mobile in 24. horis, tunc illa conditionalis esset vera, q̃, ſi aliqua virtus finita posſet mouere cœlum, moueret ipſum in æquali tpe. ponamus. n. q̃ aliqua virtus finita moueat aliqđ mobile in 3. horis, tunc, ſi esset aliqua virtus finita potens mouere cœlum, q̃ haberet eandem proportionem ad illam virtutem finitam, q̃ proportionem habet 48. ad 24. illa posſet mouere cœlum in 24. horis, quod est impossibile nimo: & sic intelligenda est demonſtratio Aristo. vt credo. Propter has ergo rõnes & consimiles, vt esſe probabile, q̃ primum principium nõ mouet immediatè primũ mobile, imo necesse est esse mororem appropriatũ, qui est cã proprię velocitatis determinatæ primi motus. ſicut & quilibet alius motus cœlestis habet velocitatẽ determinatã à motore appropriato. Perpetuitas aũt motus, cuiuſlibet est ab ipſo primo principio principaliter & primo, quia ipſe est oĩno intransmutabilis & per ſe & per accidens quocunq; mõdo transmutationis. Et q̃ hæc ſit intentio Cõm. pater ex multis. Primo quidem in verbis primo allegatis in

Perpetuitas motus est à primo principio. Comm. 41. ,, ,, sa. Met. vbi ipſe ſoluens qõnem Ioan. Grammatici, dicit sic. Iſte motus cõponitur ea duobus motoribus, quorũ vnus ,, est finitæ motionis, & ed alia existens in eo, & alter motionis ,, infinitæ, & est potentia, quę non est in materia: ſm igitur q̃ mouetur à potẽtia finita, mouetur in tpe. Et qui nullam interpotitis ſubdit. Et per diuersitatem proportionis in corporibus cœlestibus. ſ. eorum quæ est inter corpora eorũ, & alias, diuersificantur in velocitate & tarditate & in hoc in quo conueniunt, ſ. q̃ mouentur à potentia non in materia, habent æternitatẽ motus & continuitatem. vult ergo planè Cõm. q̃ motor, à quo primus motus cœlestium habet æternitatem non est in magnitudine. aut ergo intendit ipſum nõ esse in magnitudine tubi. Et hoc ſolũ, aut intendit ipſum nullo mõdo esse in magnitudine, nec ſubiectiuè nec appropriatiuè. Non primo modo. q̃ in hoc non differt motus a quo est æternitas motus ab illo, à quo est velocitas determinata: quia vterq; eorum est ſine magnitudine. ita q̃ non inhæret magnitudini. ergo relinquitur, q̃ ſecundo modo, & hoc est quod volumus. Item. in eodem cõm. verſus finem dicit Com. q̃ potentiæ mouentis in corporibus æternis pñt ſemper mouere, & non ſemper mouere. poſſunt. n. non ſemper mouere, ſi pñſuerimus illud, ad qđ mouetur. l. primum mororem, esse recipibilẽ transmutationis cuiuſcunque modi. pñt autem ſemper mouere, ſi poluerimus illud, ad quod mouetur, non transmutabile aliquo modo. vt ergo velle Com. q̃ quilibet motor appropriatus corpori cęleſti mouet pp aliquid aliud nobilius, à quo est perpetuitas motus primi. Idẽ intendit in ſuo Tracta. de Subſtantia Orbis. vbi dicit sic. Et cũ conſideraret in virtutibus appetitiuis illis, l. mouentibus corpora cœleſtia, vidit eas mouere ad appetibile nobilius. Primus autẽ motor non mouet pp appetibile nobilius, & ideo non est dicendũ q̃ immediatè mouẽs primũ mobile. Item io 12. Meta. dicit Com. loquẽs Comm. 36. de Arist. Ea hoc qđ dicit hic pater, tua intentio est, qđ immediatè mouens cęlum appetit maius bonũ ſe. ſed primum mouens, qđ est Deus, oõ appetit aliqđ bonum, cum ipſe ſit totaliter optimum eorum, q̃ in natura. ergo non est immediatè mouẽs cœlum. Verum est alia comenta habent ibi lit. Et oĩa illa dixit ad declarandũ. q̃ corpora cœleſtia habent appetitum pp intellectum: intentio aũt maius bonum ſpecies appetit: contingit aũt ſæpe, vt corpora cœleſtia appetat in hoc motu aliquod maius bonum ipſis, & cũ ſint nobiliſsima eorum ſubſtantiarum & meliora, necesse est, q̃ illud bonum, quod appetunt, ſit nobiliſsimum ipſum eorum, & maius quod appetit totum rœlũ in motu diurno. ſed primo mouente, q̃ est Deus non appetit aliquod maius bonum, cum ipſe totaliter optimum ſit eorum q̃ in natura ſunt: ergo non est immediatè mouẽs cœlum. Sed contra illud vt Instantia. esse vna auctoritas Comm multum expreſſa. Dicit. n. in 12. ,, Meta. cõm. 35. Et intendebat per hunc ſermonem differen- ,, tiam inter primum principium & alia principia abſtracta. Alia. n. videntur electa & deſiderata pp alia. ſ. principia aliorum motuum cœleſtium præter motum diurnum. quod autem hunc motum facit, vt esse electiuum per ſe, & deſiderarum propter ſe. Et ſubdit parum poſt, est. n. electum per ſe & amatum ab oĩbus, tale autem est perfectum in fine. Modo, hinc dubio inter principia abſtracta, nullum vt esse deſideratum propter ſe omnino & perfectum in fine, i. ſumme perfectum & nobiliſsimum, niſi primum principium, quod est Deus. ergo ipſe est, qui facit motum diurnum. aut ergo mediatè, aut immediatè. ſi immediatè habetur ,ppoſitum. ſi mediatè, tũc ſimiliter potest dici, q̃ illud quod facit alius motus. ſ. mediate est deſideratum propter ſe, & sic non est differentia in hoc inter principium motus diurni & principium aliorum motuum. Et ad hoc dico breuiter q̃ Cõm. Responſio. intelligit illam esse differẽtiam inter principium remotum motus diutor, & principia propria aliorum motuum. primum. n. principium, q̃ agit, i. quod cauſat motum diurnum, ſicut finis, propter quẽ mouet motor appropriatus, est deſideratum propter ſe primo & principaliter, & est perfectum in fine. i. in ſummo perfectionis. Et q̃ hæc ſit mea intentio Cõm. patet in eodem commen. parum poſt, vbi exponit hic autem primum mouens. primum motum ab eo, ſicut mouet amatum primum amans, abſq; hoc q̃ ad amatum moueatur: & parum poſt ſubdit. primum. ſ. cœlum mouetur ab illo motore ſecundum deſiderium, vt aſſimiletur ei ſecũdum

suum posse, sicut amans monetur, vt assimiletur suo amato. Constat aũt ꝙ ipsum primum cęlũ non amat nec desiderat illud primũ, nisi per intellectum aliquẽ sibi appropriatum minus nobile illo primo. Ridiculum.n. esset dicere, ꝙ prima substãtia corporea primi cœli amaret & desideraret ipsum primum principium. quare &c. Sed quæret aliquis, si primũ monens non mouerer primũ mobile nisi vt finis, quare magis dẽ mouere primum mobile, quàm alia mobilia, cum oia illa moueat vt finis ſm intentionem Arist. & Cõm. Dicendum, ꝙ pro tanto magis dicitur mouere primum mobile, quia perfectius intelligitur & perfectius desideratur à motore appropriato primo mobili, quàm à motoribus aliorum orbium. Vnde & motus primi mobilis est velocior omnibus alijs, vt sciunt Astronumi Item, quamuis primum monens sit finis omnium aliorum motuum, tamen est propinquior finis ipsius primi motus quàm aliorum. Et ideo dicitur secundum excellentiã mouere primum mobile, non quia moueat ipsum sine omni alio motore appropriato.

Dubitatio.

Responsio.

RESPON. TVnc dicendum est ad rõnes & auctoritates in contrarium. Ad primam dico, breuiter, ꝙ Arist non intendit inuestigare per numerum motuum cœlestium nisi numerũ motorum appropriatorum & immediatorum: præter quos oẽs necesse est esse vnũ motorem in rõne finis, gratia cuius oẽs mouent, & ab ipso habent ꝑpetuitatem & continuitatẽ motus, vt dictũ est. Ad auctoritatẽ Arist. dicendum, ꝙ pro tanto dicit primã substantiã mouere ſm simplicem latiõnẽ vniuersi, nõ quia prima substantia sit immediatè agens illũ motũ, sed quia motor, qui facit hmõi motũ immediatè quodã nobiliori & excellentiori modo intelligit & amat ipsam primam substantiam, quàm oẽs alij. Et per ipsum primũ motum mobile primũ & eius immediatus motor ꝑfectius agit aut cõseruat similitudinem ad primam substantiam q̃ alia. Ad aliam cum dicit Cõm. ꝙ primũ mouens mouet illũ motum sine medio, dico, ꝙ non intelligit sine medio motore, sed sine mobili medio, & hoc est bene verũ. Ad aliam cum dr, ꝙ in separatis à materia &c. Dico, ꝙ sic est intelligendũ, ꝙ in separatis à materia oẽ, quod est agens motus, est finis motus aliquo mõ, sed non è conuerso, & in hoc differũt sb eis, quæ mouent nos. Nã illud, quod mouet nos, sicut agens motum. s. esse fiois in aĩa, non est cã motus ſm finem gratia cuius, vt forma balnei existens in aĩa est agens desiderium & motũ, & non est finis motus, vt dicit ibi Cõm. Ad aliam cũ dr, ꝙ intelligentię abstractę &c. põt sic exponi, ꝙ intelligentiæ abstractę vtr sunt principis eorum, quorũ sunt principia sgentia duobus modis. s. ſm mouens & ſm finem, ita ꝙ nõ solum sunt principia agentia illorũ, quorum sunt principia agentia. sed ẽt aliam caulalitatem super eam habent. i. cãlitatem finis: & hoc sufficit ad intentionẽ Cõm. ibidem. Ad aliam cum dicit Com. ꝙ illud, quod dicunt quidã &c. Ista est multũ difficilis ad exponendum & intũ ꝙ aliqui dicunt Cõm. sibi esse contradictorẽ in hac materia. Alij verò dãt, ꝙ ipse nõ dicit ex intentione & per modũ determinationis illud qđ ipse dicit in isto Octauo. s. ꝙ mouens primũ non est finitum nec infinitũ, nec illud qđ dicit in 12. Meta ꝙ motus cœli componitur ex duobus motoribꝫ. Sed ista sunt dicta hominum non intelligentiũ aut non amantium veritatem sermonum Comm. ipse. n. fuit excellentior Philosophus post Arist. inter oẽs posteriores, & ꝑcipuus & subtilissimus imitator Arist. & ideo dicere ipsum esse sibi contradictorẽ inbonestum est. dicere ẽt ipsum non loqui ex intentione nec per modum determinationis fictitiũ est, & superficiale. ꝙ nullum signũ apparet in eius verbis, ex quibus ꝓtendat vel ex quo ꝓtendat se loqui ſm aliam opinionem, aut per modum dubitationis, vt patet inspicienti verba eius. Et ideo dico ſm meum posse, ꝙ Com. in istis verbis loquitur contra quosdã errantes in Philosophis, qui posuerunt, aut ad eorũ positionem consequebatur, ꝙ prima substãtia. s. Deus, esset prior duratione q̃ motor totius. Posuerunt. n. ipsam primã substantiã, quæ est Deus producere de nouo primam intelligentiam, & sic oĩa alia entia. Contra quos loquens Cõm. dicit, quod aũt dicunt quidam primam substantiã esse priorem motore totius, supple ſm durationem, falsum est. Sed non intendit negare ipsam esse priorem ſm naturam & dignitatem. Quod aũt subiungit ibidẽ, ꝙ quælibet substantia &c. difficilius vr. & dico, ꝙ sic est intelligendũ, quælibet. substarum substantiarum. s. separatarũ, est principiũ substantię sensibilis ſm motionem & ſm finem, i. sicut finis motus. Et hoc intendit cum dicit ſm mororem, & sicut finis substãtię mobilis: & hoc intendit cum dicit, & ſm finem. vult ergo dicere Cõm. ꝙ quęliber substantia separata est sempęr finis alicuius motus substantiæ sensibilis & non solum finis motus, sed ẽt finis substantiæ motæ. Et ideo credo ipsum intelligere in de Substantia Orbis, vbi dicit. ꝙ cœlũ indiget virtute actiua. i virtute quæ est finis substantiæ luæ, non solũ finis motus. Et ideo dicit ibidem. ꝙ mouens totum est sgens totum. i. cã finalis totius motus cœli est finis totius substantiæ cęli. Ex his ergo non hr ꝙ prima substantia sit eã effectiua immediatè motus primi cœli, sed ꝙ semper est finis ipsius motus & substãtiæ motæ: qđ non fuisset, si fuisset prior duratione motore totius. Et Cõm. subdit, & iõ dicit Arist. ꝙ, si essent aliquæ substantiæ non monentes, essent ociosæ. i. si essent aliquæ substãtiæ non cantantes motum aliquo mõ, essent ociosæ. motus. n. licet non sit finis substãtiæ separatæ, gratia cuius & principalis, tñ est finis quo. i. conseruat suam causalitatem super entia: & sic, si non moueret esset ociosa per priuationem finis gratia cuius: quod est inconueniens. Non. n. est aliqua natura nõ innata ad largiendũ, vt ipse innuit in 2. Cęli. Dubitant aũt aliqui de quibusdã verbis, quæ subdit ibi Com. & sunt hæc. Dicamus ergo, ꝙ nulla forma est quasi fiois cõis & vniuersalis, nisi illa ex his, quæ habent actionem cõem. & hæc est dispositio formæ mouẽtis primũ cœlũ motu diurno. Vult ergo Com ꝙ forma mouens primum cœlũ motu diurno, est finis cõis omnium motorũ cœlestium, sed nullus est finis cõis omnium mouentium cœlestium nisi primum, qđ est Deus: ergo Deus est illa forma, q̃ haber actionem cõem, & quæ mouet primum cœlũ. Vel dicatur, ꝙ nulla forma, i. nullus motor appropriatus, est finis oẽs & vniuersalis, nisi mouens primũ motu diurnoũ præter illam formã & præter oẽs alios motores ꝟppropriatos est alia ca nobilior, gratia cuius moueat oẽs, & ꝙ in illa litera. Mouet aũt vt amatum. ibi aũt loquitur sic. hæc sit intentio Com. in eodem com. patet, vt ibi sic dicit. Illud. n. qđ intelligit motor primus de primo motore, est cã manifesta cęli. aliud habeo. qđ intelligit motor Saturni. Et ergo dico, ꝙ totum hoc est verissimũ si bene intelligatur. Deus. n. est illa forma. i. substãtia separata, quæ habet actionem cõem. i. quę causat motum cõem, & quæ mouet primum cœlum motu diurno rõne amati & desiderati, & per consequens in rõne finis, sed nõ in rõne agentis immediati & appropriati. Quare autem magis dicit esse cã primi motus qnàm aliorum, eum ẽt sit finis aliorum, & quare dr mouere primũ cœlum magis q̃ alia, cum etiam alia moueat vt finis, dictũ est superius. Oẽs autem proportiones & formæ, quæ sunt in potentia in materia prima, sunt in actu in primo motore: hic vocat primum motorẽ ipsum motorẽ appropriatum primo mobili, quia iste est primus in ordine agentium. Ad aliam auctoritatem, cũ dicit Cõm ꝙ primum principium substantiæ abstractæ est substantia, forma, & finis, & qui monet vtroq; modo: dicũr aliqui, ꝙ ly vtroq; modo, debet referri ad substantiam & finem, sed non ad formam, ita ꝙ mouet vtroq; modo. i. sicut substantia & sicut finis, non sicut finis de genere accidentis. Aliter potest dici, ꝙ ipsum principiũ substantię bene mouet vt forma, non quidem vt forma perficiens mobile quantum ad esse, nec vt forma, i. vt motor appropriatus, sed vt forma. i. sicut substantia abstracta, non sicut substantia corporea. Consueudo. n. est apud Arist. & alios Philosophos, substantias abstractas nẽs vocare formã, nõ quidem ab informando, sed per priuationẽ materiæ vniuersaliter. Iterum aliter põt exponi talis cõpetenter, ꝙ primum principiũ substantiæ mouet vt forma, & vt finis. i. sicut finis substantiæ mobilis. Et hoc intendit cũ dicit, vt forma & vt finis motus, & hoc inteodit cum subdit. Et vt finis.

Tex. c. 59. Dubitatio:

Responsio. Dr mouet primũ cœlum motu diurno rõne amati.

Quælibet substãtia abstracta est finis alicuius subæ sensibilis.

QVAESTIO XXII.

An Primum mouens sit vigoris infiniti.

COnsequenter quæri potest. Vtrum primum monens sit vigoris infiniti. Et arguitur primo ꝙ hic, quia illud quod facit aliquid ex nihilo est vigoris infiniti: sed primum principium quidem, qđ est primũ monens simpliciter, facit aliquid ex nihilo: quare

&c. ma-

&c. maior paret. Nam sicut ipsius entis ad nihil est infinita distantia, sic virtus, quæ facit aliquid ea nihilo debet in infinitum excedere virtutem, quę facit aliquid ex aliquo, & per cosequens talis virtus debet esse infinita. Et minor apparet, quia qđ agens agat ex aliqoo præsuppoſito, & non possit agere aliquid ex nihilo, hoc prouenit ea diminutione agentis. cum igitur primum principium sit perfectissimum
Tex. cō. 39. nulla diminutio est in ipso, vt patet in 12 Meta. sequitur, q̄ potest aliquid educere ex nihilo, ergo &c. Item, illud quod cōseruat aliquod corruptibile per tempus infinitum, debet esse vigoris infiniti. sed primum mouens est hmōi. ergo &c. Maior apparet, quia videmus in virtutibus conseruantibus aliquorum corruptibilium, q̄ quanto aliqua virtus diutius conseruat aliquod corruptibile, tanto iudicatur esse perfectior & vigorosior. vt medicina aliqua, quæ conseruaret aliquid à putrefactione per annum, esset perfectior illa, quæ conseruaret solum per diem. similiter autē & in alijs, & sic patet maior, & minor etiam patet. Primum. n. mouens conseruat motum cœli perpetuum infinitum, motus autē cœli est
Comm. 41. corruptibilis, vt patet per Cōm. 12. Meta. ergo &c. Item, si primū mouens non esset vigoris infiniti, tunc nō oporteret esse aliquem mororē appropriatum primo mobili præter ipsum primum mororē: sed hoc est falsum ſm Cōm. vt patet prius. probatio consequentiæ. Nam propter aliud non oportet esse motorē appropriatum primo mobili, nisi quia motor primꝰ esset virtutis infinitę. & sic moueret in non pe. ergo &c. Item, primū principium est infinitum ſm durationem: ergo est infinitum ſm vigorem. Antecedens est concessum & manifestum, ſm omnes consequentia probatur. quia duratio primi, & eius vigor, est voum & idem, quia ro ipso nulla est diuersitas, vt patet ex 12. Meta. quare &c.
Tex. c. 41. Oppositum arguitur auctoritate Com. qui vult, q̄ primū mouens non est finitum nec infinitum propriè: quia nō est in magnitudine. Et arguitur rōne, quia, si primum mouens esset vigoris infiniti, tuoc moueret in nō tempore, quod est impossibile: probatio consequentiæ: quia, si moueret in tempore, tūc aliud tempus haberet aliquam proportionem ad tempus, in quo moueret aliqua virtus finita. Nam cuiuslibet temporis finiti est aliqua ꝓportio ad aliud tempus finitum. sed ꝓportio temporis motus ad tempus motus est ſm proportionem virtutis mouentis ad virtutem moti. nam. ergo virtus infinita haberet proportionem determinatam ad virtutem finitam: quod est impossibile. ergo primum mouens non posset mouere in tempore, si esset vigoris infiniti, & sic moueret in non tempore. Et hæc ratio specialiter valeret, si poneretur primum mouens esse vigoris infiniti, & cum hoc moueret immediatè primum mobile. quare &c.

CONCLVSIO.

Primum Mouens, quod nec mediatè, nec immediatè motum aliquem agit, sed causa motus tieut finis, non est propriè finis vel infinitus vigoris.

AD quæstionem dico breuiter ad præsens, intentionem Arist. & Cōm. fuisse q̄ primū mouens, quod est ea perpetuitatis motus, simpliciter prima, non est propriè vigoris infiniti, nec finiti: quod sic probatur, Illud, qđ non est causa actiua alicuius velocitatis motus, nō est vigoris finiti nec infiniti: sed primum mouens modo prędicto non est ea actiua alicuius velocitatis motus: ergo &c. Maior patet, quia propriè loquendo vigor motoris dicit virtutem actiuā alicuius velocitatis motus, & vigor finitus est ea actiua determinatæ velocitatis. quæ. f. virtute motor facit talē velocitatem & non alia. Et vigor infinitus est cā velocitatis infinitæ actiua, quia. f. ipsum mouens intelligitur posse facere velocitatem infinitam excedentem quamlibet velocitatem determinatā. Illud ergo, quod non est cā actiua alicuius velocitatis motus; sed solum mouet vel agit vt finis, & non vt agens motum, non est vigoris finiti nec infiniti proprię. Et minor patet ex præcedentibus, vbi ostensum est, q̄ mouens primū no mouet immediatè primum mobile tanq̄ agens eius motum, de quo in magis videretur. Si aūt dicatur q̄ ipsum primum mouens efficiat motum primum, tanq̄ agens remotum, tunc oporteret, q̄ ageret prius aliquē alium effectum immediatum. f. intelligentiā appropriatam primo mobili, aut ipsum primum mobile, & sic substantia æterna dependeret a causa agente: qđ pro impossibili relinquitur à multis.

Et confirmatur, quia cœlum nō diceretur agens remotum istorum inferiorum, nisi ageret aliquid, quod esset cā actiua istorum inferiorum, vt lumen aut aliquid hmoi. Similiter non est rōnabile, q̄ prima cā dicatur agere motum primi mobilis, sicut agens remotum, nisi ab ipso efficeretur aliqd, quod immediatè ageret ipsum primum motū: & quid esset illud nisi motor appropriatus, non pōt assignari nisi fingatur. Sicut aūt non habet pro inconuenienti, q̄ prima cā efficiat immediatè motorē proprium primi mobilis ind geret longa curatione, & ad ꝓsens nolo de illo determinare, nisi q̄ Cōm. vī velle eorum in multis locis, specialiter Comm. 85.
in 12 Met vbi dicit, q̄ agens apud Arist. extrahit, vel educit factum de potentia ad actum. In talibus aūr subtilantijs nō est potentia, vt supponit. De hoc igitur est speculatio pulchra, & inquiretur super ſm Meta. ſi Deus voluerit. Et, si concederetur primū principium efficere immediatè primā intelligentiam. f. appropriatam primo mobili & mediante ipsa efficere primum motum, forte adhuc nō haberetur q̄ esset vigoris infiniti, quamis primus sit determinatæ velocitatis: quia vigor propriè dr virtus immediatè actiua velocitatis motus: & vigor infinitus propriè dr virtus immediatè actiua determinatæ velocitatis. Si quis tū diceret, q̄ imo vigor dicit quantūcunq; virtutem actiuā velocitatis motus, siue propinquam & immediatā, siue remotam & mediatā, tunc solum contentio esset de noīe: quia concedendū esset ſm hoc ipsum primum mouens esse finiti vigoris, supposito. f. q̄ efficiat primum motum mediante subtilantia proprij motoris. hoc. n. supposito non esset dicendum, q̄ sit vigoris infiniti ſm Philosophiam, quia Philosophus nihil habet po Philosophꝰ
nere nisi quod manifestum est ad sensum; vel quod conuin- ad sensum
citur ex manifestis immediatè vel mediatè. Vnde Com. di- manifestat.
cit in illo Octauo q̄ experimentū sermonum verorū est vt concordent rebus sensatis. & in 3 de Aia dicit q̄ condītio Comm. 25.
necessaria veris demonstrationibus est, vt apparentia sensui non differant ab eo, quod vī per tationem, supple non differant dria oppositionis & repugnantiæ, & ꝓp hoc Arist. dicit in quadam epistola ad Ales. q̄ licut vita est eligibilis sine tristitia, ita ō sensata amabilia. Nunc autem indubitanter ex oculo effectu apparente ad sensum pōt conuinci sufficienter, q̄ primum mouens sit vigoris infiniti, sic intelligendo, q̄ habeat virtutem actiua velocitatis infinitæ. i. tucomparabiliter excedentis oēm aliam velocitatem, & hoc est dicere, q̄ habeat virtutē actiuam ad mouendum oon in tempore. Et hoc est verum siue ponatur causa actiua motus remota siue propinqua & immediata. omnis. n. motus cœlestis est finitæ & determinatæ velocitatis, & quilibet motorum cœlestium habet proportionē determinatam ad suum mobile. & ſm diuersitates proportionum motorum cœlestium ad sua mobilia diuersificantur motus in velocitate & tarditate, vt dicit Cōm. 2. Cœli. Nec debet aliquis dice- Comm. 71.
re, quòd infinita duratio motus arguat primum mouēt, quis est prima causa huius infinitatis, esse vigoris infiniti simpliciter, quia ad hoc sufficit infinitas durationis cum omnimoda transmutabilitate, & cum hoc q̄ est ens optimum gratia cuius sunt omnia alia. Et hoc apparet: quia mouens omnino infatigabile & intransmutabile æquali virtute potest mouere per maius tempus & per minus tempus: q̄. n. maior virtus mouentis requiratur ad mouendum in maiori tempore quàm in minori, hoc non est, nec prouenit nisi ex eo q̄ mouens est fatigabile & transmutabile. sicut v. g. in homoo requiritur maior virtus ad hoc q̄ ambulet per annū quàm ad hoc q̄ ambulet per horam: quia homo in ambulando fatigatur & debilitatur. Vnde, si omnino & eodem modo se haberet homo in fine 2ooi vel diei, sicut in fine horæ, vique per eandem & æqualem virtutem moueret per annum aut per diem, sicut per horam. Quòd ergo maior virtus mouentis requiratur ad mouendum in maiori tempore, hoc non est fine hoc quòd mouens sit fatigabile & transmutabile. sed primum mouens est omnino infatigabile & intransmutabile, vt sciunt Philosophi. Et ad hoc vt cauleī motum in tempore finito, non requiritur vigor infinitus, vt manifestum est. ergo ad mouendum similiter per tempus infinitum noo requiritur infinitas vigoris. Diceretur ergo recol- Epilogatio.
ligendo prędicta, quòd, si primum principium non agit immediatè aliquem motum, nec etiam mediatè, sed solum est

causa motus secundum finem, tunc non est vigoris infiniti, nec etiã finiti propriè. Et istud est mihi probabilius ad præsens ſm Cõm. Si verò ipsum primum mouens est causa actiua motus remota, ſmediante intelligentia appropriata, tũc non est vigoris finit. nec infiniti propriè nisi vigor extenderetur ad quãcunq; virtutem actiuam. Si autem mouet immediatè primum mobile, sicut agens primum motum sine alio motore, tunc credo, ꝙ oportet dicere ipsum esse vigoris finiti secundum Philosophiam. Sed omnium istorum probabilius est mihi ad præsens primum. ꝙ solum est causa motus vt finis, non autem vt agens præcise sequendo verba Commentatoris in isto Octauo. vt visum est prius.

Dubitatio prima. Comm 33.

Contra hoc tñ sunt difficultates multæ, Prima est, quia ſm Cõm. in 12. In ſeparatis à materia idem est mouens ſm agens & secundum finem: constat autem ꝙ primum mouens est ſeparatum à materia. ergo non solum est mouens secundum finem, sed secundò agens: quod est contra dicta.

Dubitatio secunda.

Item, q̃cunq; mouens per cognitionem mouet propter aliquem finẽ esse illius finis in alia mouente est efficiens motum, sicut cũ homo mouetur ab anima sua ꝓp fui mam balnei, q̃ cognoscit & approbat, & esse ipsius formæ balnei in anima est cã agens deliderium & motum, vt Cõm. dicit in 12. Meta. similiter autem vĩ & in alijs. Constat autem, ꝙ, si non esset motor appropriatus primum principium moueret in instanti, vt vĩ velle Cõm. hoc autem non esset, nisi ipsum primum principium esset vigoris infiniti intensiuè. Dicendum, ꝙ verũ est, ꝙ esset vigoris infiniti intensiuè, si moueret oino immediatè, sed non sequitur, ꝙ simpliciter & absolutè sit vigoris huius motus appropriatus mobili. Si mouet ꝓp primum tanquam propter finem, mouet ꝓpter eius cognitionem & appetitum, vt oẽs concedunt. & habetur in 12. Meta. ergo esse ipsius primi mouentis in alia à Cœli, scilicet intelligentia appropriata debet esse efficiens seu agens ipsum motum, sed esse primi principij in hmòi intelligentia & suum esse simpliciter, sunt vnũ & idem, quia in ſeparatis à materia non est aliud esse in anima & extra animam, imo est idem esse ſm Cõm. in 12. Meta. ergo ipsum primũ mouens

Dubitatio tertia.

mouet ſm se effectiuè, quod est contra dicta. Item, aliud dubium est, quia entia diuina vel intelligentiæ primariæ intentione agunt propter se, vt Cõment. dicit 12. Cœli. Et in 2 huius Philosophus dicit, ꝙ hæc est dispositio entis necessarij simpliciter, ꝙ eius actio est propter ipsum. Constat autem, ꝙ quilibet motor cœlestis est ens diuinum & necessarium simpliciter, cũ sit ſeparatus à materia. ergo primo agit modo propter se, & sic non moueret propter ipsum primum principium, vt propter finem: cuius oppositum dictum est.

Comm. 6.

Dubitatio quarta.

Item, mouens simpliciter primũ quamuis non sit cã efficiens summę rõnis motus, quia rñ est causa finalis eius, ideo concedunt esse infinitus ſm durationem. ergo similiter, q̃ius primum mouens non sit cã actiua velocitatis motus, quia rñ est causa finalis eius, cum sit optimum, gratia cuius sunt omnia alia entia, vt ꝙ debet esse motus ſm vigorem. Item,

Dubitatio quinta.

si primum mouens, quod est Deus, non est vigoris finiti nec infiniti, cum vigor sit idẽ quod virtus, sequitur, ꝙ primum mouens nullius est virtutis: quia conſtat ipsum ou esse virtutis passiuæ, cum sit immaterialis & sine magnitudine, & actus primus & purus non erit virtutis actiuæ, quia virtus actiua idem est cũ vigore, & ponitur ꝙ non alicuius vigoris, quia is vigor aut est finitus aut infinitus: & sic nullius est virtutis. hoc autẽ derogat nobilitati diuinæ, & nefas est

Dubitatio texta.

hoc dicere de ipso. Item, si primum principium non esset vigoris infiniti, tunc demonstratio Arist. qua ipse vtitur ad probandum ipsum non esset in magnitudine, non valeret: quia ipse sic procedit, in magnitudine finita non potest esse potentia infinita: primum aũt mouens est potentiæ infinitæ: ergo &c. Aut igitur intelligit ꝙ primum mouens est potentiæ infinitæ ſm durationem, aut ſm vigorem. si primo modo, maior propositio est falsa, quia in magnitudine finita &c. in cœlo est virtus infinita ſm durationem: ergo relinquitur, ꝙ intelligit ipsum esse infinitæ potentiæ ſm vigorem. Ad primum istorum pòt dici, sicut dictum fuit in quæ præcedente. Vel dicatur, ꝙ in ſeparatis à materia idem est agens motum & finis propinquus ipsius motus. sed nõ oportet de fine remoto & vltimo, quod sit agens motum: sic. o. concluderetur, ꝙ ipsum primum principiũ esset agens quemlibet motum cœlestem, & non solum primũ motum. Item, potest dici satis probabiliter, ꝙ illud dictum Com. debet intelligi secundum non repugnantiam. ſ. quòd in ſeparatis a materia, inquantum sunt ſeparata à materia, non repugnat esse causas vtroque modo, sed non oportet quòd vniuersaliter omne ſeparatum a materia sit vtroque modo causa.

Ad secundũ

Ad aliud cum dicitur quicunq; aliquod mouens &c. pũt dici, ꝙ illa propositio est vera in his quæ mouent ꝓp acquisitionem alicuius perfectionis prius non habitæ, sicut patet in exemplo, quod mouebatur. sed non est vera de illis, q̃ mouent ꝓp conſeruationem vel ſaluationem perfectionis habitæ, & hic est hic. Motores. n. corporum cœlestium nõ mouent ꝓp acquisitionem alicuius perfectionis, q̃ non habuerunt, quia sunt oino incorruptibiles & sine magnitudine, sed mouent ꝓp conſeruationem perfectionis suæ. ſ. similitudinis q̃ habent ad primum principiũ intelligendo causas eorum aliorum: & ideo non oportet ꝙ esse ipsius finis in hmòi motoribus. hæ tamen artũ efficiẽs motũ, & hic licet esset primi principij intelligentia & suum esse ſm se esset idem, non tamen oportet ꝙ sit principiũ actiuum ipsius motus. Rõ autem istius diuersitatis forsitan est hæc, quia mouentia, q̃ mouent ꝓp perfectiones acquirẽdas, sunt de se indeterminata ad mouere & non mouere, & ad diuersos modos mouendi: & ideo oportet ꝙ determinentur ad eliciendum motum ꝓ appetitũ ipsius finis, & ideo Arist. dicit in 9 Met. Quod. n. appetitus principalitet, hoc facit ad hoc specialiter, verum est de motore per rõnem, sed motores ſeparati ipsi sunt determinati ad mouẽdum & ad determinatum modũ mouendi, ita ꝙ mouẽt de sui natura, sicut lux de sui natura lucet. & ideo non oportet ꝙ cognitio huius, q̃ habent, vel esse finis in ipsis sit principiũ actiuum motus. Vel potest dici, ꝙ illa propositio est vera de fine propinquo & immediato. & quod esse huius in anima est actiuum ipsius motus, sed nõ de fine remoto & immediato.

Vnum, cum intelligentia appropriata sit finis propinquus motus, esse eius in ſeipsa eo modo quo potest esse in ſeipsa inquantum cognoscit ſeipsam, est propinquũ principium actionum motus, sed primum principiũ non est finis immediatus ultius motus: ideo non valet. Item, pòt dici aliter, sicut aliqui dicerent cõcedendo totam rõnem vsq; ad hoc, quod est, ꝙ esse primi principij in intelligẽtia appropriata & eius ſm se esse est vnum & idem, quia in ſeparatis à materia &c. Istud est bene dubium, quia per istam rõnem probaretur, ꝙ esse Dei in intellectu humano cognoscente Deum est idem quod esse Dei ſm se, & quod est ipse Deus: quod vĩ impertinabile. Nam esse Dei in intellectu humano cognoscente ipsum, vel est cognitio, seu intellectio Dei, vel aliqua species repræsentans essentiam diuinam; & vtrumq; istorum informat intellectum humanum & inhæret ei vt subiecto. Deus autem cum sit ens primum per se subsistens, non existit in intellectu humano subiectiuè, nec inhæret ei.

Item, si esse Dei in intelligentia mouẽte primum cœlum est idem omnino quod ipse Deus, vel cum esse ipsius Dei secundum se, eadem ratione esse Dei in intelligentia mouente orbem Saturni esset idem cum ipso: tunc argueretur, ꝙ quæcunque vni & eidem numero indistinctibili deorsus fuot eadem, inter se sunt eadem omnino: ergo esse Dei in intelligentia mouente primum cœlum est idem cum eius esse in intelligentia mouente Saturnum & hoc vĩ esse contra Com. 12. Meta. vbi aperte dicit, ꝙ illud ꝙ intelligit motor primi cœli de primo motore, aliud est ab eo quod intelligit de eo motor a. Cœli. Et similiter de vnoquoq; eorum. Et idem dicũ aliqui, ꝙ illa propositio male allegat. Nouum dicit Cõ. quòd in ſeparatis a materia idem sit esse in anima & extra animam, sed bene dat intelligere quòd res ſeparatæ à materia non habent aliud esse in anima & aliud extra animam, scilicet rem materia. quia non sunt in materia, sicut formæ materiales, non tamen habetur ex hoc, quòd idem penitus sit esse Dei secundum se, & esse tuum in intelligentia inferiori. De hoc tamen ad præsens nou dico per modum determinationis, quia magis habet locum in 12. Meta. vbi inquirendum est quantũ intelligẽtia intelligit primum, & amat ipsum. Ad aliud cum dicitur. intelligentiæ primariæ intentione agunt propter se, potest dici, quòd verum est hic intelligendo, ꝙ prius & principalius agunt propter se quàm propter ista inferiora: solum enim agunt propter ista inferiora

Ad tertium

riora secundaria intentione. sed non vult Cõmen. dicere q̃ quodlibet eus diuinum solum agat ꝓpter se principaliter, & nullo modo propter aliud principalius ipso, imo omnes alij motores mouent principaliter gratia primi mouentis, vt eius bonitas multiplicetur ſm quod est possibile & participetur ab alijs. Similiter ad aliud. Verum. n. est. q̃ actionis entis necessarij simpliciter est propter ipsum principalius q̃ propter entia generabilia, sed non est propter ipsum, ita q̃ nullo modo propter aliquod principalius. Ad aliud dico, q̃ non est simile de infinitate durationis, & de infinitate aut finitate vigoris, quia infinitas durationis debetur alicui propter carentiam materiæ, ſm Cõmentatorem in 2. Cœli: & ideo omne, quod nõ habet materiam, potest dici & esse infinitum ſm durationem, primum autem mouens nõ habet materiam, vt scitur ex 12. Meta. & ideo potest dici infinitas ſm durationem. sed infinitas vigoris aut finitas debetur alicui ratione virtutis actiuæ. & ideo quod non habet propriè virtutem actiuam non habet finitatem nec infinitatem vigoris: primum autem mouens non habet propriè virtutem actiuam motus, sed eſt causa motus tertio modo. ſ. vt finis vltimus gratia cuius. Ad aliud dico, q̃ virtus potest accipi strictè pro principio actiuo, aut receptiuo trãsmutationis. Alio modo cõiter pro quacunq; causaliter per se: modo, q̃ ipsum primum principium non habet virtutẽ primo modo. ſ. principium actiuum aut receptiuum trãsmutationis immediatè, non haberet Arist. pro aliquo inconuenienti, vt multi ponunt. Dicit. n. sic in 2. Cœli, c. de duabus quæstionibus difficilibus, q̃ autem optimè habens nihil indigat actione, & alibi in eodem cap. dicit. vt autem optimè quidem habenti optimè existere, q̃ bene sine actione. Constat autem quòd primum principium, quod est Deus, est optimũ & optimè habens. Vnde Arist. in Prooemio Metaphysicæ. totaliter autem optimum & quæ in natura Deus. Et ſi quis dicat quòd Arist. intelligit ipsum optimum non indigere actione, quia sit in ipso subiectiuè, sed tñ indiget actione, quæ est ab ipso effectiuè. hoc non vr ad intentionem Arist. quia in hoc non differret ipsum optimum, quod est Deus supremus, ab alijs intelligentijs: quia aliæ intelligentiæ non indigent actione sine dubio aut motu, qui recipiatur in eis, cum sint immobiles, sed bene indigẽt actione vel motu, quæ est ab eis actiuè. Si ergo Arist. intelligit tbi per optimum ipsum Deum supremum propriè, & inquitur de ipso ſm differentias ad alia principia cœlestia, videtur esse intelligendum quòd nõ indiget actione quæ procedit ab ipse actiuè. sed sufficit, q̃ alia agant gratia ipsius, & sic concedere dicitur Arist. quòd primum non habet talem virtutem, sed, ſi accipiamus virtutem pro causalitate quacunque, sic indubitanter ipsum primum habet nobilissimam virtutem. i. non nobilissima causalitatem: quia est causa finalis principalissima omniũ aliorum entium, gratia cuius principaliter sunt quæ sunt, & operantur quæcunque operantur, & hoc competit eius excellenti nobilitati. Aliter potest dici & forte melius q̃ aliquid dupliciter dicitur potens, & habere potentiam actiuam ſm Arist. 5. Metaphysicæ. cap. de potestate. Vno quidem modo aliquid dr̃ potens agere, & per consequens habere virtutem actiuam, eo q̃ ab ipso immediatè procedit motus, & tale oportet q̃ sit finitum vel infinitum, & sic primum nõ habet potentiam actiuam seu virtutem actiuam. Alio modo dicitur aliquid potens & per consequens habere potentiã, eo q̃ ab ipso aliud habet potestatem transmutandi & mouendi, & sic indubitanter primum est potens mouere & habet virtutem actiuam, & talis non est finita. nec infinita ſm se. omnes n mouerent. Alij habent ab ipso virtutem mouendi aliquo modo. & hoc sufficit. Ad aliud dico, q̃ Arist. intelligit primum mouens esse infinitum ſm durationem. & cum dicitur, q̃ in cœlo &c. Dico, q̃ in cœlo non est virtus infinita secundum durationem, quæ sit potentia causa infinitæ durationis motus, & de illa intelligit, q̃ virtus infinita secundum durationem, quæ est potentia causa perpetuitatis motus nullo modo est in magnitudine finita vt dictum fuit prius. Sed aliquis hic cauillaret, q̃ secundum illam exposition Arist. non probaret per illam demonstrationem alius motores à primo, esse in magnitudine: quia ipsi non sunt prima causa infinitatis motus. Ego veritate coactus & victus, vt credo, concedo illam demonstrationem non valere, nisi ad probandum, q̃ mouens omnino primum nõ est magnitudine. & hoc etiam satis innuit Commen. in hac 2. & etiam Arist. Sed quomodo tunc demonstrabitur alios motores esse separatos, & sine magnitudine, forte demonstrabitur ea alijs propositionibus, quas Arist. nos docuit, scilicet q̃ nullum mouens motum mouet continuè per tempus infinitum, vt prius declaratum est. nunc autem motor corporis cœlestis mouet continuè per infinitum tempus, vt patet ex illo Octauo, & 1. Cœli & ideo nullus motor cœli potest esse mouens motum: sed, ſi esset corpus, aut virtus in corpore, esset mouẽs motum: quia omne corpus est mobile, & omne quod est in corpore, vt patet ea Sexto huius. quare &c. Item, cum mouens omnino primum moueat sicut intelligibile & desiderabile, vt patet in 12. Meta. oportet esse aliquod mouẽs, quod moueat, vt intelligens, & appetens. Omne autem intelligibile est separatum a corpore, vt satis habetur ea 3 de Anima ergo &c. Et consideradum est diligenter vlterius, q̃ sicut per illam demonstrationem non conuincitur alios motores esse separatos, ponendo q̃ primum mouens non sit vigoris finiti, ita nec ponendo ipsum vigoris infiniti. Esset. n. demonstratio talis, mouens vigoris infiniti nõ est in magnitudine finita: sed primum mouens est vigoris infiniti: quare &c. Constat autem, q̃ nullus aliorum motorum est vigoris infiniti &c.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Text. c. 36.

Tex. c. 32.

Tex. c. 36.

Tex. c. 4.

Ad sextum. Virtus capitur dupliciter.

Ad secundũ

Instantia.

Alia ratio.

Tex. co. 71. Potens dicitur aliquid dupliciter.

RESPON.

A Dratione. Ad primam concedetur maior, & negatur minor, secundum Aristotelem & secundum omnes Philosophantes, vt dictum fuit in Primo huius. Communis. n. conceptio omnium Naturalium Philosophorum est, q̃ ex nihilo nihil fit, imo semper oportet aliquid subijci ei quod fit. Et cum dicitur, q̃ ex diminutione agentis &c. diceret Aristoteles & Commentator. quod falsum est. non enim ex diminutione agentis potest facere impossibile fieri, imo dicere agens facere impossibile fieri est error & deceptio. nunc autem illud, cui non præexistit aliquod subiectum, est impossibile fieri, vt manifestum est ea Primo huius. & 7. Meta. quare &c. Ad aliam cum dicitur illud quod conseruat &c. falsum est, imo aliquid vigoris infiniti, dum modo sit intranimutabile potest conseruare aliquod corruptibile per tempus infinitum. Et, cum dicitur, quòd quanto aliqua virtus diutius conseruat aliquod corruptibile &c. Dico, quod hoc est verum in virtutibus materialibus, quæ in agendo reparantur & debilitantur, in immaterialibus autem non habet locum. & huiusmodi sunt motores corporum cœlestium. quare &c. Aliter posset dici, distinguendo de corruptibili. Vno enim modo aliquid est corruptibile, ita q̃ aliquando corrumpetur totum simul, vt illa inferiora corpora mista. Alio modo aliquid est corruptibile secundum suas partes succedendo, & non q̃ simul totum aliquando corrumpatur. modo, verum est, q̃ illud quod est corruptibile primo modo, nõ posset conseruari in esse vnũ numero, nisi per vigorem infinitum: sed illud, quod est corruptibile secundo modo, bene conseruatur in esse sine vigore infinito simpliciter. nunc autem motus cœli non est corruptibilis primo modo, q̃ totus simul aliquando deficiat, sed secundo modo, i. secundum eius partes succedendo, & sic intelligendum est dictum Commentatoris q̃ motus cœli est corruptibilis, cum habeat contrarium, ſ. quietem, verum est secundum partes eius sibimuicem succedentes. Cum. n. cœlum moueatur secundum vnam circulationem caret alia, quæ sequetur, & est aptum ad aliam, & sic quodammodo conseruatur. Et propter illam corruptibilitatẽ luam necesse est, ſi debet perpetuari vnus & continuus, q̃ sit aliquod agens perpetuum vnum numero, à quo perpetuetur: sed non sic est de corpore cœlesti. non. n. est aliquod subiectum, quod non sit in potentia ad esse substantiale cœli, vel alicuius partis eius, & careat illo esse, vel q̃ prius fuerit in potentia ad aliquod esse substantiale cœli, vel partis eius. & ideo non indiget aliquo actiuo conseruante ipsum, ne deficiat per corruptionem, ad quam est in potentia. Et forte prior solutio est melior. Ad aliam nego consequentiã. non enim est necesse esse intelligentiam appropriatam primo mobili pro tanto, quia primum principium sit vigoris infiniti, sed pro tanto, quia de se est infinitæ virtutis secundum durationem, ita q̃ est prima causa infinitatis motus. Vnde, ſi immediatè ageret motũ primo mobilis, oporteret q̃ mo-

Alia ratio.

Corruptibile est aliqd dupliciter.

neret ipsum in non tempore, vt declaratum fuit prius. Ad aliam, negn cõsequentiam. & cum probatur, quia vigor primi, & eius duratio sunt idem Verum est, si haberet proprie vigorem, sed non est ita, vt dictum est in quæstionne. Vel dicatur, q & si habeat vigorem aliquem, bene est infinitus secundum vigorem, eo modo quo est infinitus secundum durationem. Est autem infinitus secundum durationem sic, quod eius duratio non habeat primum, nec habuit principium, nec habuit terminum durationis Et similiter vigor eius eo modo, quo vigorem habet est infinitus, sic q non habet initium durationis, nec habebit terminum durationis, sed non est infinitus intensiue, sic, scilicet quòd possit agere velocitatem infinitam, vt prius dictum est. sicut igitur duratio primi est infinita per priuationem terminorum durationis, sic etiam vigor eius est infinitus per priuationem terminorum durationis: sed non sequitur, q sit infinitus in qualitate actionis modo prius dicto. Et sic diceret Aristo. & Commentator vt mihi videtur. Sed secundum fidem & veritatem dicn, quòd primum principium quod est Deus, siue moueat immediatè actiuè, siue non, est infiniti vigoris simpliciter. Et hoc non probo aliqua ratione, quia neque scio, neque puto possibile secundum principia naturalia, sed sola fide sic affero & simpliciter confitent.

Primũ principiũ est infiniti vigoris secundũ finem.

Rationes autem in contrarium soluuntur propter hoc quòd primum mouens est mouens per intellectum & voluntatem, & non de necessitate naturæ, imo etiam posset non mouere, & ideo non oportet quòd moueat quantum mouere potest: quia subiectum, scilicet mobile nõ est possibile recipere illud quod ipse Deus de se posset facere, scilicet velocitatem infinitam.

QVAESTIO XXIII.

An Primum motus principium vnum solum sit.

CConsequenter quæritur, Vtrum primum principium motus sit vnum solum. Arguitur q non, quia, si esset vnum solum, hoc deberet cognosci ex vnitate primi motus: quia non videtur aliud medium sufficiens ad hoc probandum. sed per vnitatẽ primi motus non cognoscitur primũ mouens esse vnum: quia motus proiectionis est vnus numero, cum sit continuus, & tñ est à diuersis motoribus. & à diuersis partibus medij, in quibus mouetur proiectum. Quod autem motus proiectionis sit continuus, patet, quia est vnus mobilis numero, vt lapidis aut aliquid huiusmodi, & est ad terminum vnum numero. & ad vnum vbi, in quo cessat, cum ad ipsum peruenerit, & est in tempore vno non intercepto quiete media. Cũ enim lapis aut lagena proijcitur nulla quies media intercipitur inter partes illius motus, vt manifestũ est ad sensum. est ergo continuus, & per consequens vnus numero, & ideo est à diuersis mouentibus, vt etiã vult Arist. ergo &c. Item, si primum mouens, quod est primũ principium esset vnum solum, tunc mala non essent causata ab aliquo primo principio: quod videtur impossibile, q, si non essent causata ab aliquo primo principio: tunc non esset ab aliquo secundo principio, cum primum præsupponat secundum, & posterius præsupponat prius. Et probatur consequentia: quia cõstat q est aliquod primum principium bonum, & illud non potest esse principium malorum: quia ipse Deus, qui est primum principium bonorum, est totaliter optimum eorum, quæ in natura, vt vult Aristo. in proœmio Meta. & ab ipso dependet cœlum, & tota natura. ergo illud principium non potest esse principium malorum, & sic mala non erunt ab aliquo primo principio, nec per consequens ab aliquo posteriori principio, & sic à nullo principio: quod est absurdũ & impossibile, quare &c. Item potentia pura non est vna sed plures. ergo actus purus est plures, Et patet consequentia: quia quot modis dr vnum oppositorum & reliquum, potentia autem pura & actus purus sunt opposita. & sic patet cõsequentia. Et probatur antecedens: quia materia prima est eius pure potentia 1. Phys. & 7. Meta. Et similiter intellectus possibilis est ens pure potẽtia cum nullam habeat naturam nisi q possibilis est vocatus 3. de Anima. ergo purus actus non est vous sed plures. Sed purus actus non est nisi principium primum: quia nulla forma est liberata a potentia omnino nisi prima secũdum Comm. Tertio de Anima: ergo primum principium non est vnum solum.

Oppositum sequitur auctoritate Arist. & in 12. Meta. vbi dicit, vnus ergo Princeps. Comm. 5.

CONCLVSIO.

Primum principium motus secundum rationem finis, est tantum vnum.

DIcendum breuiter qd ipsum primum principium, quod est primum mouens secundum finem, nõ est nisi vnum. Quod probo. Primo ratione communi: quia quod secundum superabundantiam dicitur vni soli conuenit, vt accipit Arist. 5. Eth. sed primum dicitur sm superabundantiam: quare &c. item, si essent plura prima principia, aut essent æqualiter perfecta, aut vnum esset perfectius & nobilius alio. non primo modo, quia tunc vnum illorum superfluet: esset enim entibus, cum per vnum illorum posset fieri omne quod per alterum fieret, nisi ponerentur æque perfecta & nobilia. & retum sic ponendo, sequitur, q essent multi sdem specici & numero diuersa Nam licut æquale sm quantitatem est idem secundum quantitatem, sic æquale secundum perfectionem est idem secundum perfectionem: species autem & perfectio idem sunt. Vnde, quæ sunt æqualia secundum perfectionem, necessario sunt eadem sm speciem, & sic principia prima essent plura numero & specie eadem, & talia haberent materiam, vt sunt in materia, vt patet in 1. Cœl. & ex 7. Meta. quod repugnat primo principio, vt patet ex ista. 8 & 12. Meta. Nec est dicendum, q vnum illorum sit perfectius & dignius alio, quia tunc vnum illorum. s. nobilius, esset prius alio, & sic alterum esset posterius, & sic non esset primum similiter, & sic esset primũ & non primum: quod est impossibile. Huc etiam probatur ratione sumpta ex vnitate motus primi, Cum. n. motus primus sit vnus sm plicitet & continuus, oportet q sit ab vno motore propinquo sufficiente. non. n. potest esse a pluribus motoribus diuersis numero & conuenientibus specie, sicut tractus nauis à pluribus hominibus: quia talis multitudo repugnat rebus immaterialibus secundum philosophiam, nec est immediatè a pluribus motoribus secundum speciem: quia à diuersis motoribus sm speciem immediatè mouentib. deberent esse plures motus cœli. relinquitur ergo, q est ab vno motore immediate agente ipsum & multo fortius ab vno vltimo fine. Primum autẽ principium est vltimus finis ascendendo in consideratione mouentium, quia magis possunt esse multæ causæ propinquæ eiusdem causati quam remotæ, vt patet inducendo. quare &c. Aequale secundũ perfectione est idem secundum perfectionem. Alia ratio.

AD primam rationem potest negari maior, quia vnitas primi principij potest cognosci alia via quam per vnitatem motus, vt iam patet ex dictis. Vel dicendum, q imo per vnitatem motus concluditur vnitas primi principij modo prædicto. Et, cum dicitur, q vnus motus potest esse à pluribus motoribus, vt patet in motu proiectionis. Potest dici, quod motus dicitur dupliciter vnus quantum spectat ad propositum. Vno modo secundum subitantiam, alio modo secundum dispositionem & proprietatem: modo motus proiecti bene est vnus secundum subitantiam, vt probatum est, sed non est vnus secundum dispositionem: quia non est regularis & vniformis, sed est velocior in vna parte quã in alia, vt toa inse tum est ad sensum. Et dicitur in 2. Cœli. Motus autem primus est penitus vnus, scilicet secundum essentiam & secundum dispositionem, quia omnino regularis & vniformis. & ideo oportet q sit ab vno motore. Ad aliud dico, quòd mala non dependent à principio primo bonorum nisi per accidens & non per se, inquantum mala suot, sed prouenium in rebus naturalibus ex occessitate materiæ, quæ est causa omnis irregularitatis contingentis in istis inferioribus rebus materialibus. vt dicit Alexand. super 2. Meteororum. Mala autem in operibus humanis procedunt ex corruptione appetitus, qui aduersatur & obuiat rationi, vt Aristo dicit in Primo Ethicorum: ab ipso autem principio primo non causantur mala, vt mala sunt per se & directe, quia ipsum est totaliter optimum eorum, quæ in natura. Cui sit honor, laus, virtus, potestas, & victoria, per infinita & ætera secula seculorum. Amen. Mals vnde prouenint.

Quæstionum Ioannis de Ianduno super octo Libros Physicæ Auscultationis, finis.

PRAE-

PRAEFATIO HELIAE HAEBREI CRETENSIS PHILOSOPHI ACVTISSIMAE QVAEDAM QVAESTIONES HVIC OPERI ex ingenio ac doctrina ſua additæ, nuper recognitæ.

ICVT habetur à Philnlopho 4. Erh. Tractatu Sc̃o, qui de Magnanimitate ſermonem faciens, Puſillanimus priuàs ſe bonis ſibi dignis opponitur magis magnanimitati, quæ eſt qd bonũ, quàm ſuperbiæ, quæ eſt ipſi quędam ſtultitia. magis .n. per ſuperbiam quis ſe dignificat q̃ ſit dignus. Puſillanimus verò ſe laudabilibus operibus & rerum ſpeculabilium veritatis inuentione priuatum reddit. Optimũ iraq;, imo omnibus rebus anteponendum arbitror, vt quiſq; veram rerum cognitionem, maxime verò difficiliũ diuinarumq; indagari pro viribus annitat: qnamuis id fortè ſuperbiæ aſcribendũ nonnullis videreť, neq;. n. aden dandum eſt vitio ſiquis ſuperbus quantũ ſi puſillanimus efficiat. Humanum. n. eſt & naturale hoi quærere rerum cognitionem quantum poſsibile eſt vnde pater oium Philoſophorũ & maximus inquiſitor phyſicæ veritatis Ariſtotcles, imo inuentor, & eius imitator, & Cõment. fidelisſimus Auerrois mirabilis Philoſophus 17. de Animalib. loquendo de apibus dicunt. Conueniens eſt homini & naturale inueſtigare valde de rebus, in quibus poſsibilis eſt multa inquiſitio. & hoc vel ſm diſpoſitionem rei, vel ſm cõfidcrãtis poſſe. & ſi id, quod inuenir, non ſit demonſtratiuũ, erit initium vel via poſteriorib. ſi aũt demonſtratio ſit impoſsibilis, tunc vtilius humanæ cognitionis in tali genere eſt tale genus cognitionis, & maxime de rebus arduis & diuinis: qnarum cognitio, etſi ſit panca, delectabilior eſt & nobilior multa cognitione aliarum, vt dicunt in fine 11. & in alijs locis, vt dicebamus his diebus cum doctoribus digniſſimis nobilibus dño Antonio Picimano, & dño Dominico Grimani. plena tñ cognirio diuinorum propheratum eſt & aliorum talium, qui de fide tractant, quibus maxime credẽdum eſt: Philoſophorũ autem via alia eſt. ipſorum .n. eſt res cognoſcere per rationem demonſtratiuam, vel vt poſsibile eſt volentes ſine ratione rationes conformes eſſe rebus, nõ vt melancholici credentes videre diuina & mirabilia, vt quoſdam vidi. tales .n. Galeno & Medicis ſunt dimittendi. ego autem pro nunc, vt imitans Philoſophos, loquor in eorum doctrina, & ſi in quibuſdam aliter dicendum ſit. Quare mihi viſum eſt ea circa has quæſtiones aggregare, quæ Peripateticorum principijs congrua viderentur. Mouit me inſuper nobilitas Magnifici & generoſi doctoris digniſsimi Domini Hieronymi Donati filij magnifici & illuſtris militis Patritij Veneti Domini Antonij, qui olim in hoc ſtudio Patauino quæſtionem hic publice optime diſſeruit, cuius quidem mandato quæſtiones has compilare volui. Vale.

DE PRIMO MOTORE, ACVTISSIMA QVAESTIO.

An Deus Gloriоſus, omnium rerum Primum principium moueat primum cœlum, ſicut efficiens & ſicut finis, vel tantum ſit mouens ſicut finis.



VAERITVR quæſtio difficilis, in qua multi dubitauerũt, & opiniones in ea diuerſę ſunt inuentę. conſiſtit enim in primo omnium rerum principio. Et eſt, an omnium rerum primũ principium, quod eſt Deus glorioſus, mouer primũ cœlum ſm efficiens, & finem, ſicut inuenitur hoc in reliquis motoribus cum corporibus cœleſtib. aliquo modo, vel ſit mouens tantum ſecundum finem, ita quod ſit alius motor appropriatus, præter Deum, mouens primum mobile. Et hæc quæſtio eſt valde difficilis & nobilis. Difficilis quidem propter diuerſas opiniones in ipſa repertas, in tantum φ omnes quaſi Philoſophi, & maiores eorum in ipſa diuerſificati ſunt. vel ſm diuerſitatem in opinione, vel ſm diuerſitatem in verbis met quorundam ita φ aliquando videtur ex verbis eorum, φ non eſt alius motor primo corpori præter primum cauſam. Aliquãdo autem videtur oppoſitum, & non ſolùm propter eorum verba diuerſa in hac difficultate reperta, verum etiam propter fundamenta ſuper quæ ſunt in hac ſcientia ſuſtentati. Et ideirco Latinorum maiores in ſequẽtes Principem Potentiorum Commentatorem Auerroim, ſimpliciter dixerunt, φ Deus non monet primum corpus, & dicunt quòd hæc eſt eius optimo ſuis principijs conueniens. Præterea, Difficultas videri poteſt in hac quæſtione, cum ſit de primo principio, vt 2. Metaph. dicit Philoſophus. Diſpoſitio enim intellectus in anima apud illud quod eſt naturaliter valde manifeſtum, ſimilis eſt diſpoſitioni oculorum vel pertinens apud lucem Solis. vbi dicit Commentator φ hoc non oſtendit res abſtractas intelligere eſſe impoſsibile nobis, ſed difficile: & etiam propter paucitatem propoſitionũ repertarum in illis quæſtionibus difficilibus. Nobilis autem, quia eſt de ente nobiliſsimo ac etiam declarationis modus ſecundum naturam ſubiecti actis huius, erit ſufficiens quam per propoſitiones primas in hac ſcia ſtatim concedendas ab homine bene diſpoſito, nõ nihil de rerum natura ſciente cum ſcierit quòd demonſtrationes in omni ſcientia debent eſſe conuenientes naturæ ſuiecti illius ſcientiæ, eo modo quo in illa ſcientia conſideratur, vbi bene declarat Philoſophus Primo Ethic. Et ideo viſum eſt mihi ponere rationes ad vtranque partem. Nam iſte modus eſt vtilis. Et ideirco Philoſophus in multis locis ponit rationes probabiles ad vtranque partem. Nam, cum fuerit inuenta veritas apparebit ſolutio illarum rationum, ſicut eſt de natura deorſum tendentis. Et quia etiam in illis rationibus eſt aliquid veritatis. ſicut dicit Commenta.

Argumẽta afferuntur ad partem negatiuam.

PRimo igitur arguere ad partem negatiuam rationibus multis acceptis ex verbis Auerrois & aliorũ: Ipſe enim in ſua ſumma Scientiæ Diuinæ, particula quarta verſus finẽ, hanc difficultatem præcipue conſiderans, ponit hæc verba. Iam declaratum eſt ex ſermone prędicto, quod nobilior horum motorum eſt motor cœli ſtellati. Et quòd iſte eſt cauſa aliorum motorum. Et hoc eſt quod iam eſt declaratum ex illo ſermone. Sed cum nos conſiderauerimus proprietates primi ideſt quòd eſt vnus ſimplex non intelligens de ſua eſſentia aliquam multitudinẽ, & inter actionem huius motoris non conueniunt huic iſtæ proprietates. vult dicere, φ primum ſimpliciter intelligit de ſua eſſentia tam exiſtente in ſua eſſentia non in alio. Nam ipſe intelligit ſuam eſſentiã tantum ſine relatione & ſua eſſentia non eſt cauſata, & in eo non eſt multitudo: nec propter veritatem intellectus & intellecti, neque multitudo intellectorum, vt dicit Commen. commento 51. Duodecimo Metaphy. Sed alij motores vel intelligentiæ intelligunt ſuam eſſentiam quam habent à primo. Et hoc modo intelligunt rem, quæ eſt præter ſuam eſſentiam aliquo modo: quanquam illud, quod intelligũr de primo, eſt ſua eſſentia, ſicut declarabitur. Et ideo in eis reperitur multitudo aliquo modo, & relatio: quamis intelligens, intellectus & intellectum in ipſis abſtractis ſunt vnum, ſicut declarabitur. Iſte tamen modus declarationis non eſt omnino conueniens poſitioni, ſed veritati, vt apparebit. Poſtea autem dat ipſe cauſam in multitudine repertam in quolibet motore modo conuenienti poſitioni. Et dicit, quòd iſte morer de neceſsitate ab ipſo peruenit magis, quam vna forma. Nam ipſe dat formam cęlo ſtellato, & eſſe motoris mouens cœ-

uens cœlum, quod est post ipsum, & ab vno simplici inquantum simplex tantum vnum provenit. Quomodo ergo provenit ab ipso multitudo diuersarum rerum, qui diuersificantur in digoirate? nam motor de necessitate est nobilior quàm forma orbis, & essentia ex qua illa duo sequuntur, habet partes quasdam nobiliores, quasdam verò minus nobiles. Vult dicere, quia prouenium aut sequuntur ab ipso duæ res distinctæ sm dignitatem & agens agit simile essentiæ eius, de necessitate illud agens non erit omnino vnum sed cõtinet in seipso partes dissimiles. Et cum fuerit talis dispositio huius essentiæ, s. motoris cœli stellati, de necessitate erit causarum habens causam, quæ est câ sui esse. Et illud principium est illud, cui conueniunt illæ proprietates, & ei æqui pollent, & hoc est Deus gloriosus. Nam ponere aliud principium prius isto, de necessitate est superfluum, & in natura non est superfluum: sed qualis est ordo istorum principiorum ab hoc primo videtur esse magis conueniens quod magis propinquum ipsi sit intellectum magis simplex, & magis nobile. Et, quia non inuenitur hic motor nobilior motore rotus, sequit de necessitate, q ipse sit potentia res ordinata vel producta ab ipso. s. primo principio; videtur ergo. q propria sua opinio est hæc, & componatur sermo eius sic, ab vno simplici, sm q est vnum simplex, non provenit ab ipso multitudo: sed primum simpliciter, est vnum simpliciter: ergo à primo non provenit multitudo. Et, cum coniungat hunc conclusioni, q à primo motore ordinatur vel provenit multitudo, sequitur q primus motor non est primò simpliciter. Propositio autem dicens, q ab vno, inquantum vnum non provenit ab ipso multitudo, nisi vnum tantum, declarata est perfectè à Cõm. in Lib. de d. quem compoluit cõtra Alg. zel. Et aliquas earum rationum dicsin. Dicit. n. ibidem. si fuisset possibile ex vno effectis multas actiones provenire, fuisset possibile aliquid fieri sine efficiente. oam ens ab ente producitur, nnn à non ente. Et ideo impossibile est priuatum ex se pronuci. & cum efficiens aliquid agit & extrahit illud de potent. a ad actum, extrahit illud efficiens, sm quod est in actu, erit de necessitate modus rei actæ sm modum efficientis exirshentis illud à priuatione su esse. Nsm, si quodlibet actum fieret ex quolibet efficiente, non aũt determinate, fuisset possibile res esse in actũ de se, non pp efficiens producens ipsas: & si multæ species extrahunt de potentia in actum ab vno effectiente, de necessitate oportet esse in ipso aliquid, quod sit proportionale ipsis speciebus. Nam, si in agẽte non fuisset nisi vnus modus ex ipsis, reliqui modi, qui extrahuntur extra herẽtur de se sine efficiente. Sed tunc ibidem ipse dubitat contra hanc rationem dicens, forte aliquis diceret; q cõditio agentis est esse in actu absolute tantum, non esse sm actum determinatum. Et respondens huic dicit, q, si hoc esset, ita quodlibet producere tur per quodlibet efficiens non determinatum à determinato. Et sic entia confundetentur. Præterea, Esse absolute ideat vniuersale magis est propinquum priuationi quàm esse. Et ideo negant ens vniuersale & colorem vniuersalem, dicentes mente intentionum, vult dicere, vt puto quia omne ens in actu est vnum numero determinatum, sicut declaratum est in 7. Meraph & in multis alijs locis. Et dicit, q verificantes intentiones dicunt ipsas, neque esse, neq; non esse. Vult dicere, q vniuersalia, quæ hũt ab intellectu, aliquo modo non sunt in actu extra animam, nec simpliciter priuata: quia tunc vniuersale esset figmentum, sed sunt extra animam in potentia. Præterea dicit, q, si sufficeret efficienti esse ens absolute, tantũ intentiones iuissent causæ rerum. Declaratur hæc conditionalis, vt puto sic. Nam, si sufficeret efficienti agere proprium & determinatum rem, vel res determinatas esse tantum in actu: & q non sit habens proprietates determinatas conuenientes aliquo modo rebus actis fuisset possibile q vniuersale quod sit per operationem intellectus, quod est idem, vt dicit cum ente absolute tantum esset ea rerum extillentium extra animam. Nam, postquam agens non indiget modo proprio cõuenienti effectui, esset proportio entis in potentia vniuersalis, quod fit per intellectum, quod est idem, cum ente absolute ad causatum proportio entis absolute in effectiente in quo nũ est modus conueniens effectui. Aut sic declaratur: quia ens absolute tantum non proprium & determinatum est intentio, vt dixit & sic interio sufficerer causare res. Adhuc probans istam propositionem, dicit, q nos scimus res esse diuersas secundum definitionem, & q quidditatem propter diuersitatem actionum ea ũ. & ideo. si quodlibet vel quælibet actio produceretur à quolibet efficiente, nnn fuisset possibilis diuersitas in quidditatibus eorum. Et sic non esset definitio, nec quidditas, neque scientia. Adhuc posuit multas rationes ad quæsitum, quas hic dimitto. Propositio autem dicens q primum est vnum simpliciter absolutè declarata est ab ipso in dicta sua summa, & in 10. Metaph. & in lib. Destructiõ Destructionum. vbi inquirtur de proprietatibus. De ordine autem aliarum intelligentiarum videtur etiam dubium sicut dicit ibidem. s. in sua summa. Nam sicut dicit, necesse est intelligentiam nobiliorem esse priorem: sed nobilitas in istis inuenitur aliquo quatuor modorum, aut propter velocitatem motus, aut magnitudinem corporis mobilis pluris circundantis, aut propter multitudinem stellarum vel magnitudinem earum, vel propter multitudinẽ motuum & paucitatem eorum, quibus perficitur motus stel'ç. Nsm illud, q indiget ad motionem stellæ plus vno motore, est diminutũ respectu indigentis paucioribus motoribus. Nam hoc non indiget motoribus ita multis præter ipsum. Et dicit hic. nã ipse credidit, q omnis motus determinatus necessarius ad motionem stellæ habet motorem determinatum. verbi gratia, si ad motionem Saturni requirantur quinque motus habet quinq; motores secundum illam viam. ergo dicit, q motor cœli stellati est nobilior, alijs motoribus. nam in ipso inuenit nobilitas omnibus modis supradictis. De ordine autem aliorum motorum dicit, q non habemus propositiones veras vel necessarias, nisi tantum. q videtur magis conueniens sicut consueuerant exponentes in hoc loco idest q post dignitatem motoris corporis stellati est motor Saturni. Et similiter dicendum est de alijs motibus idest q ordo eorum in nobilitate est secũdum ordinem cœlorum vnum post aliud vel sub aliud, vt declaratum est in Astronomia. & dat causam propter quam dicit non habere propositiones in hoc necessarias. Nam secũdum proprietates, quas diximus prius attribuere dignitatem eis accidit cõtradictio. Nsm, si posuerimus dignitatem in motoribus secundum situm corporum eorum, & esset propositum q circundans est maius circundato, quod est sibi quasi forma, sicut declaratum est in loco suo: & postea cõsideraueritmus dignitatem secundum velocitatem multitudinem & paucitatem & magnitudinem stellæ & paritatem, sequitur oppositum. Nam nos videmus cœlos magis inferiores esse velociores vt cœlum Solis & Lunæ, nisi dicat quis, q hæc velocitas est respectu magnitudinis vel distantiæ nuo in se: vult dicere, quòd hæc corpora sunt minora. Et ideo perficiunt circulationes eorum tempore breviori: sed, cum consideramus magnitudinem & circulstionem forte superiora sunt velociora. Et ideo non valet hæc conlequentia, sunt velociora: ergo perficiunt circulationes eorum vel reuolutiones tempore minori. nec hæc, perficiunt circulationes tempore minori. ergo sunt velociores. Postea autem dicit, q hoc videtur à dispositione Solis. Nam ipse est mator, & habet pauciores motus omnibus. Dicit etiam, q posiumus opinari, q mouens Solem ordinatur à motore cęli stellati, & posita ordinatur vel producitur è motore Solis motor Saturni. Et sic secundum istum ordinem vsque ad motorem Lunæ. Et dat signum super hoc illud, quod semper videtur de motu stellarum in comparatione ad Solem, & à conseruatione eorum perpetua in velocitate & tarditate secundum distantias determinatas eorum: & maxime Venus & Mercurius. nam motus istorum duorum cœlorum sunt æquales motui Solis. Luna etiam videtur quod procedit æqualiter apud cuniunctionem & oppositionem, & apud quadraturas. Et ideo videtur quod motor Solis est nobilior, & reliqui cœli præter primum, quasi seruiunt Soli, & sequitur eum sicut diximus. Et ideo dicit vniuersaliter, q non habemus demonstrationem de hoc, & similem sententiam posuit 12. Metaph. commen. 44. Deinde adducit difficultates accidentes in hac materia, & solutiones earum. Primum est, q sm istum ordinem prouenit à motore Saturni. nõ ergo anima corporis eius idest sua substantia, & motor cœli, qui est post ipsum, & motus corporis eius perficitur per plus quàm vnum motum, & illud quod

lud quod ordinatur ab ipso, est plus quàm vnus motor: imo ſm hoc ſunt ſex, vnus motu motor corporis exiſtentis poſt ipſum, & quinque, quibus perficitur motus Saturni. Sed ſm illud, quod præceſſit, videtur neceſſarium ꝙ non debeat ordinari ab iſto motore niſi tres. Nam ipſe eſt in tertio gradu. Et eſt neceſſariũ, ꝙ multitudo inuenta in actione eius ſequatur multitudinem exiſtentem in ſubſtãtia eius, ſicut ea vna eſſentia prouenit vna actio tantum. Et ad hanc reſpondent, quod hoc ſequereť, ſi poluerimus res ordinatas ab iſto tertio motore vniformiter, & ſm vnum modum ab ipſo. Sed nos dicimus, ꝙ à motore Saturni ordinantur primarie & principaliter tria: vnum eorum eſt motor cœli exiſtentis poſt ipſum, & anima cœli, & vnus motorum, quibus indiget ad motum illius ſtellæ. & poſtea ordinantur vel procedunt ab iſto motore tres reliqui motores ordinatè .i. ſecundus à primo, & tertius à ſecundo. Secunda difficultas eſt ꝙ ſequeretur ſm hoc, ꝙ motores Solis & Lunæ ſunt multi ſm multitudinem inuentam in ſubſtantia eorum duorum, cum ſit illa principijs multitudo exiſtens in ſubſtãtia eorum, & habebit Luna v.g. nouem motus, & Sol, ſi poſuerimus ipſum ſuper Lunam, & ſub Venerem, & Mercurium ſecundum diuerſitatem, quæ eſt in hoc inter Aſtronomos. Et huic reſpondẽt, quòd ſecundum hanc opinionem eſt neceſſarium, quòd multitudo ordinata à quolibet eorum eſt ſecundum multitudinem, ſecundum quam diuiditur hæc eſſentiã non plus & ideo ab vno ordinatur vnum, non duo. Et impoſſibile eſt, vt illud, cuius eſſentia diuiditur in duo, prouenirẽt ab ipſa tria non tamen eſt neceſſarium, ꝙ illud, quod prouenit ab eſſentia multiplici, ſit ſecundum numerum, ſecũdum quem diuiditur illa eſſentia, & dat cauſam in hoc. Nam non eſt poſſibile, ſicut poſtea declarabitur, quòd aliquod illorũ principiorum ſit ſine actione. Sed, quòd actiones cuiuſlibet eorum ſint ſecundum numerum, ſecundum quem diuiditur eſſentia illius, non eſt neceſſarium. Et cauſa huius eſt, ꝙ illud, quod eſt ex eis magis nobile, quorum eſſentia diuiditur vel multiplicatur, actiones eius ſunt numeratæ per ſe. Illud autem quod eſt minus nobile, actiones eius ſunt pauciores multitudine exiſtente in eſſentia eius. & vniuerſaliter non ſequitur ex hoc, quod dicimus, ex vno non ſit niſi vnum, ꝙ ab illo, cuius ſubſtantia diuiditur in duo, prouenient duo. In libro autem d.d. quem compoſuit contra Algazel, ponit talem difficultatem de mente ipſius Algazel contra hanc poſitionem. dicit enim ſic, ꝙ hæc videntur fabulosè dicta & phantaſticè. Nam & ſi conceſſerimus illas ſuppoſitiones quomodo tunc verificabitur dictum eorum ſcilicet quòd primum cauſatum? quia eſt poſſibile in ſe prouenit ab ipſo ſubſtantia cœli ſupremi: & ſecundum quòd intelligit ſe proceſſit ab ipſo anima cœli: & ſecũdum quòd intelligit ſuam cauſam prouenit ab ipſo alia intelligentia & quomodo differt, ille ſermo à ſermone dicente cum fuerit homo poſſibilis ex ſe intelligens ſe & ſuam cauſam prouenit ab ipſo ſecundum ꝙ eſt poſſibile cœlum. Et ſecũdum quòd intelligit ſe & ſuam cauſam duæ aliæ res Nam eſſe poſſibile ex ſe, non diuerſificatur propter diuerſitatem ſubſtantiæ, poſſibilis fuerit homo vel intelligentia vel cœlum: & tunc quærit, quæ eſt habitudo inter eſſe poſſibile ex ſe, & prouenire cœlum ab ipſo, & multum deridet hanc poſitionem. Dicit autem ſecundum quòd eſt poſſibile prouenire ab ipſo cœlum, & ſecundum quòd intelligit ſe prouenire ab ipſo anima cœli, quia ipſe credidit, quòd anima cœli eſt alia à motore ſeparato, & à corpore ſecundum opinionem Auic. Auerro autem ponit tantum motorem & corpus ſimplex, ideo diuerſificantur in exemplis ipſorum. Cui reſpondet Auer. ib. dem dicens quamuis hæc opinio non conueniat principijs Phyſicorum, tamen inconueniens, quod adducere voluit Algazel, non ſequitur. Nam exemplum eius de homine fuiſſet verum, ſi poneretur homo poſſibilis ex ſe, neceſſarius ab alio intelligens ſe & ſuam cauſam producens entia ſecundum ſuam eſſentiam, & ſecundum ſuam cognitionem, ſicut poſitum eſt totum hoc in ſecunda cauſa apud hanc opinionem. Nam, cum fuerit ſic poſitum, ſequitur, quòd procedunt ab illo homine duæ res, vna earum ſecundum quòd cognoſcit ſe, altera ſecundum, quòd cognoſcit ſuum efficiens. Nam poſitus eſt efficiens ſecundum cognitionem, & non eſt remotum etiam dicere, ſi poneretur efficiens ſecundum ſuam ſubſtantiam, ꝙ illud, quod prouenit ab ipſo, eſt ſecundum quòd eſt poſſibilis ex ſe, aliud ab illo quod prouenit ab ipſo, ſecundum quòd eſt neceſſarius: ea quo hæ duæ intentiones inueniuntur in ſua eſſentia vel in ſua ſubſtantia. Et dicit vniuerſaliter, quòd nõ differt hoc à ſermone dicente, ſi poneretur homo, in quo ſint omnes proprietates exiſtentes in primo prouenirent ab illo totus mundus. Nam propter proprietates exiſtentes in primo, iudicamus mundum eſſe ab ipſo. Et in fine dicit in abbreuiatione eius, quòd hæc eſt via modernorum Philoſophorum arabum, ſicut Alpharabij, Auic. & aliorum: & putat, quòd hæc eſt via Platonis & Themiſtij, & eſt fortior via, in qua ſuſtentati ſunt in hac opinione. Iam valde prolõgauit in iſta prima tatione, quæ eſt poſitio Auicen. & aliorum. Nam ab illis dictis intelliguntur multa dicta Commentatoris, quæ poſtea adducentur contra hanc opinionem tali modo, ꝙ non poſſet quis errare in expoſitione illorum dictorum, nec eatorquere dicta Comment. propter quorundam opiniones. Secundo arguitur auctoritate Cõmentatoris Duodecimo Metaphyſicæ. Commento 40. ſoluendo difficultatem Ioannis Grammatici. vbi dicit, Sed quæritur aliquis, ſi mouetur à potentia, cuius actio eſt infinita, neceſſe eſt, vt moueat ipſum non in rempore, ſicut contingit cum fuerit exiſtens in ea: & diſſolutio eſt, quòd ille motus componitur, vt declaratum eſt, ex duobus motoribus, quorum vnus eſt finitæ motionis, & eſt anima exiſtens in eo: & alter eſt finitæ motionis, & eſt potentia, quæ non eſt in materia. Secũdum igitur quod mouetur a potentia infinita mouetur in tempore: cum dicere nnitatem eſt habere proportionem determinatam ad rem motam, & in ſua ſuoſtantia eſt æterna, quemadmodum ſuum ſubiectum eſt æternum ſcilicet in neutro eorum eſt poſſibilitas in ſubſtantia, ſed eſt poſſibilitas in ſubiecto eorum ad recipiẽdum motum. In eis aut non niſi mouere tantum, & per diuerſitatem illius propoſitionis in corporibus cœleſtibus ſcilicet quæ eſt inter corpora eorum & animas, diuerſificantur in velocitate & tarditate: & in hoc in quo conueniunt, quia mouentur à potentia non in materia, habent æternitatem motus & continuationem motus. Ex hoc modo verum eſt dicere corpus cœleſte habere potentiam finitam. Et clarum eſt, ꝙ non eſt intentio Auer quòd cœlum ſit compoſitum ex anima exiſtente in ipſo ſibi inhærens, aut ea materia & forma. Nam ipſe vbique valde ſolicitat illam opinionem deſtruere cõtra Auic. non intelligit ergo per illa animam aut motorem, qui eſt in ipſo, niſi motorem appropriatum ſibi in materiali, qui aliquo modo dicitur anima: & dicitur eſſe in corpore, ſecundum quod eſt motor appropriatus, proportionatus corpori determinato. Motor ergo, de quo dicit non eſſe in materia, eſt motor non exiſtens in materia etiam appropriatiue id eſt non eſt motor appropriatus alicui corpori, nec exiſtens in ipſo: & hoc non verificatur de motore primi mobilis. Nam ipſe etiam eſt appropriatus ſuo corpori, vel mobili: propterea quomodo verificabitur de illo primo mobili habere bas duas intentiones, niſi cum poſuerimus aliam ſubſtantiam priorem motoris eius appropriato. patet ergo, ꝙ eſt alius motor præter motorem appropriatum primi mobilis prior ipſo, & eſt Deus, & non eſt aliqua via, ſecundum quam mouet, niſi ſecundum finem. Et hæc ratio eſt valde fortis, & difficilis expoſitionis, & maxime apud non intelligentes principia Commen. in Scientia Diuina, in tantum ꝙ propter hanc rationem abſolute dicit Ioannes de Landunis in Octauo Phyſicorum. & maior pars Expoſitorum Latinorum, quod opinio Comment. eſt, quòd Deus non mouet corpus determinatum, ſed eſt mouens tantum ſecundum finem, & illud quod ſortificat iſtam eſt natura. Comment. in Octauo Phyſic. in ſolutione cuiuſdam dubitationis, dicit. ꝙ motor incorporeus non eſt finitus nec infinitus. Nam non eſt quantus, & iſtæ ſunt proprietates quantitatis, in quibus verbis ſunt difficultates, vt patet per dicta Expoſitoris Thomæ Nam ipſe ibidem arguit contra Commentato. dicens, quòd magnitudo finita & infinita dupliciter debentur formæ & potentiæ mutuæ. Vno modo per accidens ſecundũ extenſionem ſui ſubiecti, vt albedo dicitur magna ſecundum extenſionem ſuperficiei, in qua eſt. Alio modo magnitudo debetur formæ ſecundum rationem propriæ perfe-

ctionis,

ctionis, ita quod albedo perfectior & intensior in patua quãtitate dicitur esse maior albedo quàm albrdo remissa in magno pariete, quamuis ergo forma non existens in materia non habet magnitudinem primo modo: tamen habet illo secundo modo, & alia plura contra Commentatorem adducit. & quod videtur magis difficile est, Nam ipsemet dicit in multis locis, ꝙ proportiones motorum diuersificantur ſm velocitatem, & tarditatem, & dicit ipsos esse finitos, vt patet in verbis eius, Octauo Phyſi. & Duodecimo Metaph. auctoritate prallegata. & Primo Cœli & Mundi. commento 38. & 39. & 71. quæ omnia non videntur posse solui, nisi dicendo, ꝙ primus non est finitus, nec infinitus: quia non appropriatur alicui corpori per aliquem motum determinatum, sicut reliquæ intelligentiæ, nec exilit in corpore, sed est finis tantum. Tertio arguitur. præter motorem mouentem secundum amatum & intellectum oportet de necessitate ponere motorem amantem & intelligentem: sed primum principium, quod est Deus, mouet secũdum quod est amatum & intellectum: ergo oportet ponere præter ipsum amantem & intelligentem. Maior probatur, supponendo. quod declaratum est à Philosopho, in 12. Metaph. ꝙ nullus est motus, ſm quem mouentur corpora cœlestia a motoribus eorum, nisi ſm intellectionem & desiderium, & tunc declaretur hic Cœlum mouetur ſm ꝙ est intelligens & desiderians: ergo mouetur ad amatum & intellectum. sed cœlum non mouetur secundum ꝙ est amans & intelligens nisi intelligendo per cœlum aggregatum ex corpore cœlesti & motore suo immateriali, & motor eius est illud quod intelligit. Nam non est alia anima in cœlo nec forma, nec phantasia secundum Commentat. ergo ille motor mouet ad amatum & ad intellectum. Quòd autem primũ simpliciter mouet secundum quod est amatum & intellectum patet. Nam motor corporis primi, sicut & alij, mouet secundum ꝙ est amans & intelligens: ergo est præter ipsum amatum & intellectum, apud quod mouetur vel mouet, & hoc non est nisi Deus. nam non oportet procedere adhuc causam priorẽ illo amato. Et hæc omnia videntur esse manifesta ex verbis & intentione Philosophi & Comment. Nam Cõm. 12 Metaph. versus finem commenti 36. loquens de Anaxag. dicit. Et dicit omnia ista ad declarandum, ꝙ corpora cœlestia cum habent appetitum propter intellectum. Intellectus autem magis bonum ipso appetit, contingit necessario quod corpora cœlestia appetunt in hoc motum aliquod magis bonum ipsis: & cum illa sunt nobilissima corporum sensibilium & meliora, necesse est, ꝙ illud bonum, quod appetunt, sit nobilissimum eorum, & maxime, quod appetit totum cœlum in motu diuino. Declaratum est ergo, ꝙ appetcus appetit nobilius ipsius ipso, & nihil est nobilius motore, & maxime totius præter amatum ab ipso, quod est Deus, & dicit in eodem 12. commento 37. versus finem. primum. n. cœlum mouetur ab isto motore secundum desiderium, vt assimiletur ei secundum suum posse, sicut amans mouetur, vt assimiletur suo amato. alia autem corpora cœlestia mouentur secũdum desiderium ad motum primi corporis, & in commento 44. dicit. illud igitur, quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & est causa ipsius animæ cœli, aliud est ab eo, quod intelligit ex eo motore orbis Saturni, & similiter de vnoquoque eorum scilicet ꝙ perfectio vniuscuiusq; eorum est intelligendo causam primam & propriam, & manifestum est, ꝙ cœlum, quod post est scilicet cœlum Saturni, est primum ſm eum & Philosophum. præterea cum perfectio vniuscuiusque eorum est in intelligeodo primam causam, secũdum eum videtur, ꝙ perfectio motoris primi corporis est in intelligendo primam causam. ergo prima causa est præter motorem primi corporis. & in Substantia orbis, verius huem inquit. Et cum conſideraut in illis virtutibus cœlestibus appetitiuis, vult dicere, motores, inuenit eas monere ad appetibile nobilius ipsis. Hoc autem non verificatur de motore primi corporis, nisi ponatur ꝙ ipse non est Deus. Quarto arguunt Posteriores Latinorum hc, simpliciter nobile & perfectum non indiget actione, vt dicit Philosophus Secundo cœli, in duabus quæstionibus difficilibus: sed Deus est simpliciter nobile: ergo & confirmant hoc sic, Omne mouens secũdum efficiens, aut mouet propter perfectionem quam acquirit, aut propter conſeruationem suæ perfectionis, sicut dicit Comment. in 12. Metaph. commento 37. sed Deus nullam acquirit perfectionem, cum sit prima causa, & simpliciter perfectus. nec indiget conſeruare suam perfectionem. nam nihil est ea nobilius, cui appetit assimilari. Et hæc est conſeruatio perfectionis, sicut videtur ex verbis Commeut. in illo loco. Præterea dicunt, ꝙ Philosophus dicit in loco prallegato a cœli, ꝙ omne mouens aliquem motum est diuinum, mouet propter ſm nobilotem ipso: nihil autem est nobilius Deo. ergo &c. Quinto arguitur ratione cuiusdam Moysi de Aegypto dicentis hæc verba. & non est conueniens, ꝙ intellectus mouens primum mobile sit prima causa, quæ est necessaria ex se. quia tam conueniret cum aliis intelligentijs in una dispositione, & est mouere corpora. quasi ergo arguit sic, substantiæ diuersæ omnino, quarum una est causa aliarum non prouenit ab eis vnus effectus: sed substantia primi principij multum differt a substantia aliarum intelligentiarum secundum perfectionẽ & dignitatem, & est causa earum necessaria ex se: ergo non communicat cum reliquis intelligentijs in motu, & videtur bona ratio. Sexto arguitur ratione, quam ponit Dominus Cõment. in quibusdam suis exemplis, & videtur ea suis verbis ꝙ sit accepta ex verbis Them. & est hæc, stellarum cœlum nobilius est non stellato, ita ꝙ quasi motus cœli non stellati est propter motum cœli stellati sed primum non est stellatum secundum opinionem Posteriorum: ergo cœlum stellarum existens post ipsum, est nobilius ipso, & motus eius, ideſt non stellati, ordinatur propter motum cœli stellati; & illud, quod tali motu mouet, mouetur per accidens. ergo motor primi cœli mouetur per accidens: sed primus non mouetur nec essentialiter nec accidentaliter: ergo motor primi corporis non est primum simpliciter. propositio autem dicens, ꝙ illud, quod sic mouet, mouetur per accidens, declaratur hoc modo de mente ipsius in illo loco. Nam motus cœli stellati constituitur vel fit à duobus motoribus, qui intendunt motum vnius mobilis, ideſt stellati. Nam, illud, in quo non est stella est propter stellatum: & de necessitate illi duo motus diuersi habent duos motores & inquantum sunt quasi in potentia vnius mobilis, sequitur, ꝙ quilibet eorum intendit vnum motorem, postquam ista principia mouent, secundum ꝙ sunt fines. & ideo quilibet istorum motorum duorum mouetur ab alio per accidens. Vult dicere, ex quo quilibet istorum motuum intendit motum alterius. Nam isti duo motus scilicet non stellari, qui ordinantur propter motum stellati, & motus cœli stellati, sunt quasi vnus motus compositus vel constitutus. sicut dicimus, ꝙ reliqui motores mouentur per accidens, quasi corpora eorum mouentur secundum motum primi corporis: & quasi motores eorum intendunt istum motum eundem. Dicit præterea ibidem ad declarationem huius ꝙ sicut motus multi, qui sunt propter vnamquamlibet stellam, motores eorũ scilicet corporum intendunt ad vnum motorum, & est primus motor illius stellæ, hoc est in istis duobus motibus, quos videmus in cœlo stellato. ea hac tamen ratione non habetur ꝙ mouet tot quot finis sunt unus: forte enim mouet mediante alio, aut contingit nõ mouere effectiuè nec mediatore, nec immediatè: quia ab ipso primo tantum sequitur primus motor, & nihil aliud: quia est omnino simplex & ab vno tantum prouenit secundum ipsum & similiter contingit rationi rabi Moysis. & ideo hæc opinio est omnino contraria positioni Philosophi & Cõm. & omnes rationes quas dicemus sunt contra ipsam. non sic autem est de opinione Themistij, quamuis ipse differt ab opinione Philosophi & Cõm. ꝙ non indigemus in hoc duobus motoribus. hæ sunt rationes fortiores, per quas hæc positio videtur esse vera.

Rationes ꝑ parte affirmatiua.

Ad partem affirmatiuam arguitur auctoritate Commentatoris in Duodecimo Metaph. commento 44. vbi illam difficultatem determinans ex intentione, affirmit partem affirmatiuam. dicit enim. Sed quæret aliquis, quoniam, si motus omnium orbium intendant eandem actionem & eundem ordinem cõem omnibus, necesse est vt habeant eadem formam intellectam extrinsecam à formis quas intendit vnusquisque per se, scilicet formis proprijs. erit igitur forma quasi finis addita super formam propriam, ergo quam mouetur orbis stellatus, & vnusquisque orbis aliorum orbium. Dicamus igitur, ꝙ nulla forma est quasi finis & cõis & vna, nisi illa ex

illa ex eis, quæ habet actionem cõem. Et hæc est dispositio formæ mouẽtis primum cœlum motu diurno. dispositio. n. in iuuamento corporum cœlestium adinuicem in creando entia, quæ sunt hic & conseruando ea, est sicut dispositio regentium bonorum, qui iuuant se adinuicem in regẽdo bonam ciuitatem: qm̃ omnes actiones eorum sunt erga actionem primi principis. ponunt. n. actiones suas seruientes & consequentes actionem primi principis. quemadmodũ igit primus princeps in ciuitatibus necesse est vt habeat actionem primam, quæ est nobilissima actionum, & sic non esset ociosus, quam actionem intendant per suam actionem oẽs qui sunt sub primo principe. quemadmodum igitur necesse est in istis principatibus, vt primus principatus sit, sic est necesse in actionibus principium, vt prima actio, sit, & sic accidit in artificijs, quæ iuuant se adinuicem erga vnum artificiale: & sunt illa, quorum quædam sunt participantia alijs, & omnia reducuntur ad vnum artificium: verum igitur qm̃ plura artificia seruiunt artificijs equitandi. Sic igitur est intelligendum de istis corporibus cum suis formis, à quibus mouentur, & de istis formis adinuicem. postea ibidem dicit tm̃ esse illic intellectus & intellectum, & perfectum & perficiens: quemadmodum artificia perficiuntur adinuicẽ in hoc, q̃ accipiunt principia adinuicem, & omnia reducuntur ad accipiẽdum omnia sua principia ab artificio vniuersali continenti ea. Sic ideo videmus, q̃ scientia magis propria Primi Dei. s. est illud, quod continetur sub prima Philosophia, & scientia propria proprius, quæ sunt sub eo, est similis scientijs particularibus, quæ sunt sub Prima Philosophia. Vẽ ergo ex verbis eius expresse, q̃ nõ est hic forma præter formas appropriatas apparet etiam, q̃, si prima forma non esset mouens, & haberet actionem, sicut reliqui motores, quamuis sit illa actio magis nobilis & magis vtis, esset ociosa. vẽ etiam, q̃ ille primus motor est Deus, & mirum est de Latinis quo intelligunt istam qnem. Nam, si poneretur hic forma non appropriata mouens fm finem tm̃, sicut dicunt, qõ est vera, & nulla indiget solutione: & quo verificatur apud eos, q̃ non est forma quasi finis & vtis, nisi forma habens actionem eoem, & est motus diurnus. Et, si velint exponere q̃ Deus est habens illam actionem mediatè, tm̃ hoc est falsum. nam nulla est positio poncns inter primũ motorem primi mobilis & Deum aliam intelligẽtiam, vel saltem non apparet verisimilis positio, nec motuum Cõm. ad hoc inducit. quare ergo mouetur hęc difficultas, si Cõm. concedit hoc, scilicet q̃ Deus est mouens mediatè secundũ finem? Et quare negat quæstionem? imo verum est secundũ hoc, q̃ est quasi finis addita super formam propriam. Præterea, Ipse asimilauit hoc primo principi, & arti principali. Et dixit, q̃ primus Princeps habet actionem determinatã, nobilissimam tm̃ actionem: & q̃ alij ponunt suas actiones seruientes & consequẽtes actionem primi Principis, & hoc non verificabitur nisi de motore appropriato motui diurno primi corporis, quem consequuntur alia corpora cœlestia, & motores eorum. Præterea, Ipse ponit hanc dubitationem contra se, quia iam dixit, q̃ non est substantia prior motore totius, quia quilibet eorum est mouens fm agens & finem. Hæc aũt dubitatio probat oppositũ. s. q̃ est vna & addita. vnde Cõm. solvit istam. ergo solutio hæc vult, q̃ nõ est aliqua cõis præter appropriatos. hoc patet etiam ex dictis eius in illo commento ante quæstionem prædictam, vt dicit. etiam est intelligendum, q̃ motus aliorum orbium intenduntur motum orbis stellati, & q̃ perfectio vnius cuiusque mouentium vnumquodq; eorum, id est orbium, s. primorũ, perficitur per primum motorem omnium. Et ideo omnes intendunt hunc motum diurnum, qui est primi motoris actio & principium aliarum actionũ. Et cum hoc fuerit adiunctum illud, quod dicit cõm. 25. scientia erit magis clara.

CONCLVSIO AD MENTEM Philosophi, & Commentatoris.

Primũ principium, qđ est Deus, mouet primum cœlũ effectiue immediate, sicut motores cæteri sua determinata mobilia.

IN ista difficultate sic procedam. Primo declarabit̃ positio, quæ est Philosophi, & sui excellẽtiss. Cõm. & adducã quasi oia verba eorũ reperta in hac difficultate, & declarabo ea fm posse meũ. Secundo, ponam qualdam suppositiones, ex quibus apparebit solutio argumẽtorum, & difficultatum ferè omnium accidentium in illa quæstione. Tertio soluam argumenta. Dico ergo, quòd conclusio, quam tenent Philosophus, & Comment. est hæc, quòd Deus vel primum principium simpliciter entium, mouet immediatè primum cœlum effectiue determinatum, sicut & reliqui motores mouent sua corpora determinata, in hoc tamen est aliqua differentia sicut postea declarabitur. Hæc conclusio declaratur multis modis. Primo, si ponerentur forma abstracta prior, vel alia à forma mouente primum cœlum esset frustra, cum aliqua indigentia vel ratione cogente ad hoc ponendum; sed tunc ratione non est aliquid ponendum vel affirmandum esse: ergo &c. Minor patet. maior declarabitur cum erunt soluta argumenta: quæ videntur hoc probare Secundo sic probatur, si ponetur talis forma abstracta, scilicet non mouens effectiue, remouebitur ab illa forma, quòd est maxime proprium formis abstractis illius scilicet mouere erunt ergo sine actione, & sic ociosę vel frustra: sed hoc est falsum. Nam natura nihil facit frustra, vel ociosum, imo patet, q̃ actio propria illis formis, secundum quòd sunt abstractæ, debet maxime attribui formæ perfectissimæ simpliciter, ita quòd ei & maxime conuenit mouere & hæc ratio est forte, super quam sustentatus est Philosophus ad probãdum numerum abstractarum formarum, & maximè, quia totus mundus est quasi vnum animal, cuius quædam partes ordinantur propter quasdam & quædam earum colligantur cum quibusdam, & omnes cum primo. vnde nos inuenimus Philosophum & Commen. Secundo cœli. commento 34. ponentes istam propositionem tanquam per se notam scilicet q̃ omne, in quo inuenitur melius & nobilius, suum esse melius est vt sic secundum dispositionem meliorem. Natura enim, sicut dicit, non tantum facit necessarium, sed etiam illud, qđ est melius. Quòd autem mouere est conueniens bonum illis formis probatur. Nam Comment. Secundo Cœli. commento 17. inquit, omne enim habens actionem in se habet actionem in alio Et per hoc illic voluit Philosophus declarare necessitatem motus & mobilis, & multitudinem motuum, vide illic verba sua maximè in translatione noua seu latina. Et idem in eodem Secundo dicitur, commento 25. illud, quod inuenitur propter se prima intẽtione, necesse est vt inueniatur propter aliud secunda intentione, nisi illic nõ esset natura vinata ad largiendum. Item commento 17. dicitur. in rebus autem diuinis est è conuerso, scilicet quòd actio eorum prima intentione est propter suum esse, & secunda propter aliud: Et declarabitur adhuc magis in processu hoc totum. Præterea, Dominus Auer. in sua summa vel abbreuiatione, capitulo quarto, loquens de numero abstractorum dicit, sed cum posuerimus quòd sit aliud principiũ ex istis principijs præter ista, quæ numerauimus, oportet de necessitate, quòd illud principium habeat actionem aliquã sibi determinatam vel propriam. Nam impossibile est, q̃ sit aliquod principium ex istis nobilibus principijs sine actione: Nam substantia ignis impossibile est quin ab ipsa ordinetur vel proueniat combustio, & ista principia agunt naturaliter. Vult dicere, non voluntarie vniuocè, cum voluntate nostra, nec naturaliter ideſt sine cognitione, sed actio eorum sequitur naturam & substantiam eorum: quæ natura est * cognitio, sicut cõbustio vel esse combustiuum sequitur naturam ignis, & sicut Sol naturaliter illuminat. Item dicit, quòd, si esset aliquod principium ex istis sine actione, iam natura fecisset aliquid ociosè vel frustra, quamuis esse eorum prima intentione non est propter eorum actionem, sed secunda intentione: sed hoc æqualiter secundum vnam dispositionem inuenitur in eis, scilicet quòd nõ inuenitur in eis principium ociosum. Vult dicere, q̃ non est possibile inuenire formam ex illis, quę non habeat actionem propriam præter actionem eius in se, & est intellectio, quæ est substantia eius, quæ inest sibi propter seipsam prima intentione, sicut posui ex dictis eius in Secundo Cœli. motus etiam vel mouere est prima intentione per seipsas, vt sint meliori dispositione, secundum quam esse possunt: secunda autem, vt conseruent istum mundum inferiorem, sicut declarabitur. Postea dicit: Item, & ideo debemus absolutè hic dicere, q̃ numerus eorum est finitus, & impossibile est esse principia non agentia. Et manifestum est, q̃ ipse intelligit hic de actione, actionem aliam ab intellectione.

* Cognatio

Nam

Nam ipse dicit, q̃ esse eorum non est prima intentione propter suas actiones, & hinc patet etiam ex dictis eius & intentione ibidem. Item, in illo loco parum post inquit. Sed motus eorum est vnus & continuus modo quo dicam. Nam ipsa cum cognoscunt bonum, in cuius cognitione consistit eorum perfectio, appetũt assimilari sibi in perfectione, & hoc cũ esse eorum inuenitur ſm melintem dispositionem, quæ est possibilis in ipsis &, quia melius est quòd moueãt, quam vt quiescant (Nam motus est vita aliqua rerum nonnullarũ) sunt semper in motu, & hoc non est, quia cognitio eorum est propter motum: nam si sic, esset magis nobile propter minus nobile, sed, quia, motus prouenit à perfectione, & sequitur ipsam, sicut combustio sequitur formam ignis, & sicut nos, cum peruenerimus ad vltimam perfectionem, melius est nobis influere in alios, vel docere per illã perfectionem alios ſm mensuram sibi possibilẽ, non quod perfectio nostra sit propter illud aliud, ita est in corporibus cœlestibus cum istis inferioribus. Et debes scire, q̃ Comment. intelligit hic per corpus cœleste aggregatum ex corpore, & suo motore. Item, notandum, q̃ ea istis dictis & ea verbis eius in Secundo cœli, commento 17. apparet solutio quorundam argumentorum, quibus putauerunt quidam Latinorum arguere contra ipsum dicẽdo in multis locis, quòd, quamuis non agunt hic aut mouem, tamen non sunt frustra aut ociosa. Nam esse eorum non est propter motũ, nec propter inferiora, sed propter se, & suas proprias actiones, quæ sunt intellectiones eorum. Et propter hoc putauerunt, q̃ errauit Comment. commento primo primi Metaphysicæ. Et ipsi verè errauerunt, & non intellexerunt verba sua: quis enim Posteriorum Philosophorum æquipollet ei, aut priorum præter Arist. sed de hoc alibi magis dicam. Reclamus ad nostrum propositum. Item Comment. Duodecimo Metaphysi. Commento 48 dicit nulla substantia abstracta quæ non mouet. quia tunc inueniretur in dispositione diminuta, & patet q̃ non intelligit mediate vel ſm hoc: quia hæc non esset tunc via numerandi istas substantias abstractas secundum numerum motiuum sicut dicit ibidem. & Philosophus dicit ibidem, omnis natura, & omnis substantia impassibilis: etenim per se inuenit dispositionem meliorem. vult dicere mouere. vt patet. Item Comment. in media sua expositione in 12 Metaph. inquit q̃ illud, quod nec est istis principijs abstractis. ſm quod sunt abstracta est quod sint mouentes. Dicit præterea Duodecimo commento 44. Et iidem dicit Arist. q̃ si aliquæ substantiæ essent non mouentes, essent ociosæ. patet ergo expresse, q̃ abstracta debent esse ſm meliorem & nobiliorem dispositionem, sed melius est mouere. & ideo, si non mouent, essent frustra ſm hunc modum, & maxime primum. esset enim possibile dicere, q̃ mouere est imperfectio respectu primi, si separata mouerentur, seu fatigarentur aliquomodo, quando mouent, sed non est ita. Tertia declaratur sic tantum abstractarũ proprietates, quorum esse est declaratum in Physica, per motum, declarantur in Metaphysica: sed in naturalibus non est declaratum nisi esse motorum, secundum q̃ suos motores: ergo tantum proprietates eorum declarantur in Scientia Diuina huic appropriatæ. & ideo non loquitur in Scientia Diuina nisi de illis, quorum esse est declaratum in naturalibus per motum: sed loquitur de illis in Scientia Naturali secundum quòd motores, & in Scientia Diuina secundum q̃ sunt formæ & fines. Et ideo, si sit hic forma non mouens, sed est tantum causa secundum finem, de illa non est loquendum nec in Scientia Naturali. nam Naturalis non habet de hoc considerare, nec in Diuina. Nam Scientia Diuina non considerat nisi de formis abstractis, quorum esse accipit à Naturali, & hoc maxime istum est secundum aliquid de philosophia Arist. & Comment. Declarauit iam hoc Comment. Duodecimo Metaphy. commento 6. Nec aliquis potest dicere, q̃ hoc supponitur tanquam per se notum. na hoc est valde dubitabile: & puto fortè impossibile sicut tu videris: nec etiam dicere possumus q̃ mouens secundum finem tantum non est corpus cum motu æterno mouet. nam hoc est omnino notum, vel saltem non est declaratum per illas rationes Octauo physicorum. quomodo ergo scitur non esse corpus saltẽ in illo loco? Quarto arguitur, si poneretur, sicut diximus, sequeretur q̃ demonstrationes Arist. in Octauo Phy. in hoc proposito non probant illud quod intendit probare. Consequentia probatur, supponendo illud, quod est per se notũ illo loco: ex verbis Philosophi. & est, quòd intentio sua est declarare esse primæ causæ, & quod non est corpus nec virtus in corpore, & est perpetua. Modo, si poneretur prima causa alia a primo motore effectiue, hoc nunquam declarabitur, nec declaratum est per illas demonstrationes acceptas à motu perpetuo, nisi apud non intelligentes Arist. de inuolutionibus in illo loco. Et Comment. ibidem in exponendo verba Philosophi, q̃ primus motor est in circumferentia maximi corporis dicti, & ideo omnes leges conueniunt in hoc quoniam Deus habitat in cœlo. Videtur ergo quòd Deus sit primus motor, & quòd demonstrationes Philosophi probant esse Deum incorporeum, & nos videmus quòd Comment. reprehendit Auic. Cũmen. vltimo. Primo Physicorum. dicendo, quòd ipse voluit declarare primum motorẽ alia via, pro qua declarauit hoc Philosophus Octauo Phytic. sed Auicen. non declarauit alia via nisi primum principium. ergo Deus est primus motor immediatè. nam Philosophus non declarauit ibidem nisi hoc, vel reprehensio Commentatoris nulla. & Philosophus & Comment. in secundo Physicorum. in commento 72. dicunt expresse, q̃ proprietates primi motoris sunt quòd mouet & non mouetur, & quòd est primum omnium rerum. & patet ibidem, quòd ipsi loquuntur de motore propter se, quamuis sit etiam finis. ipsi enim loquuntur ibidem de causa motiua, vt distinguitur ab alijs causis. Quod hæc sit opinio Philosophi & Comment. declaratum est ex prædictis, & declarabitur iterum perfecte adducendo verba eorum fore omota in hoc proposito dicta. Primo. num. 12 Metaph. in sua exp̃ositione media ponit hæc verba ad literam. Postquam illud quod dixit de ordine motorum in dignitate, & quòd moderni non habeut in hoc demonstrationem. Dicit enim. Et sic debemus credere quòd dictum eorum de primo principio, quòd oõ sit motus corpus cœleste per motum diurnum, non habet demonstrationem eorum. Nam nihil sustentati suo in hoc quòd hæc substantia prima, quia est in fine summi bonitatis & virtutis, sicut declaratum est in alia scientia, & ab vno non prouenit nisi vnum, & motor cœli secundum motum diurnum proueniunt ab ipsis duæ res, vna est anima cœli, & alia motor cœli existẽtis post ipsum, & motor cœli motus non est vnus nec simplex simpliciter: ergo ipse non est primus, & duæ mediæ propositiones suorum falsæ. Haec non est illic productio nec prouentus verè, nisi dicetur æquiuoce postquam illa principia non sunt causæ effectiuæ nihil secundum motum istum quia mouet: prouentus autem & productio intelligitur in causis agentibus id est verè: sed tantum verificatur de eis consecutio & esse sicut dictum, quod res consequitur, & est propter suam formam, & inuenitur cum eius forma. Nota tamen quod hæc collocutio, est consecutio dicta ab ipso Commentatore commento 44. 12. Metaph. vbi dicit, nec consecutio dicitur æquiuoce, si translatio sit recta. nam ibe loquitur de consecutione secundum agentem, hic autem secundum formam: & alio modo redeamus ab eius verbis, & secundum hanc dispositionem verificatur de corporibus cœlestibus. q̃ sunt eorum propter illas substantias, inquantum illæ substantiæ sunt principia eorum secundum motum aut motiones, & secundum formam, & perfectionem. Et cum hoc sit ita, non est impossibile q̃ à forma simplici perficiantur duæ res, quæ sunt eius perfectiones diuersæ in cognitione secundum magis & minus, & magis nobile & minus nobile. Et hoc secundum q̃ est in natura vnius cuiusque intelligere de ipsa, & ipsa in se est vna simplex. Nã ipsa non est causa nisi propter cognitionem tantum, scilicet q̃ intellectum est causa intelligentis ipsum, & hoc modo dicitur de illis, q̃ vna earum inuenitur per aliam, & consequitur, & est causata propter illam. Et hoc modo dicimus, q̃ omnia corpora cœlestia mouentur sequentia motum diurnum primi cœli. Et hoc propter appetitum illius, quod intelligunt de prima causa, & mouentur per motus proprios, per illud quod intelligunt de principijs determinatis eorum: & est ordo particularis, apud quem mouentur illæ stellæ absque hoc q̃ sit multitudo in substantia illius principij primi: quamuis multa intelligunt ipsum. Nam quodlibet eorum intelligit illud modo distincto, & cognitione diuersa, & sic dicimus nos, q̃ illud, quod intelligit cœlum meta de primo principio, est secundũ alium modum, scilicet non

secundum

secundum modum, quem intelligit ipsum secundum principium, & considera hoc. nam manifestum est. Vult dicere, q̃ cæteliquæ intelligentiæ non intelligunt primam eo modo, quo ipsa intelligit seipsam. Nam, si sic, nulla esset diuersitas inter eas, & esset substantia, quæ est eius propter aliud conueniens substantiæ quæ est eius propter se. Dicit vlterius, q̃ illud, quod dicunt, quod ab vno non prouenit, neque producitur neque fit nisi vnum, & reliquos modos, quibus vtuntur in illo loco, si voluerunt in hoc, q̃ ex vno simplici non prouenit nisi vnum simplex, nihil esset causatum nisi vnum tantum simplex. Nam illud, quod contingit in primo, in secundo etiam contingit: & sic intelligit, q̃ ab ipsa prouenit compositum scilicet propter vnum simplex, vel ab vno simplici, iam concesserunt q̃ ab vno simplici prouenit multitudo, & hæc omnia sunt falsa extranea, Nam non inuenitur illic aliqua res vel dispositum, propter quam oportet nos imaginari hæc verba, sed deduxit eos ad hoc, quia voluerunt dare intelligere vulgo istas intentiones per modum cognitionis conuenientis eis secundum sermones leguntur in esse entium in prima causa. & ideo omnes loquentes huius legis dicunt, q̃ concedens æternitatem mũdi, negat primum principium, & negãt actiones, & isti voluerunt congregare hæc duo scilicet moderni ex Philosophis arabum, & appropriare istam intentionem intentioni, quam vulgus intelligit, & imaginatur primo de principio. vult dicere, q̃ vulgus non intelligit mundum habere efficiens ponẽdo ipsum æternum. & quis negat efficiens secundum modum quem vulgus ponit? Putatur à vulgo, q̃ negat primam causam. & ideo dixerunt moderni, quòd ipse facit vel ab ipso prouenit secundum ordinem positum, quamuis credderunt ipsas esse æternas, & quasi posuerunt productionem perpetuam. & iam Commentator locutus est de hoc Secundo Cœli, commento 104. Dicit vlterius prolequens dictum suum, & in hoc gloriati sunt intantum, quòd posuerũt hoc modo considerationis pro principio, quod probare volunt primam causam esse aliam à motore per motum diurnum. Et considera hoc, quia manifestum est & Deus scit: &, si esset hic principium abstractum non mouens omnino, fuisset natura posita otiosa vel frustra, sicut dicit Aristot. Nam illud, quod inest istis principijs abstractis secundum q̃ abstracta sunt, est q̃ sint mouentes secundum desiderium. & isti volendo declarare demonstratiuè primum principium negauerunt ab illo maxime proprium sibi, qđ est mouere. non remansit principium apud eos nisi secundum formam & finem. vult dicere, q̃ est valde inconueniens, q̃ alia principia sint principia secundum motorem, finem, & formam, & primum non possit mouere. nam si potest, moueret necessario: possibile autem in rebus æternis est necessarium. deinde dicit Commentator, & Arist. multum reprehendit Platonem, quia posuit formas abstractas non mouentes, & si posuerimus quod mouens totum non est primum, quia est compositum, & concesserimus q̃ ab vno non prouenit nisi vnum sequeretur q̃ hoc compositum productum ab ipso productum est etiam propter compositum vel à composito, & sic in infinitum: & non esset hoc principium simplex. & hoc est inconueniens & absurdum sequens istam positionem. Et propter has intentiones vel opiniones, quas posuerunt in illa scientia, intantum q̃ crediderunt ipsas esse partem scientiæ Diuinæ, dixerunt multi considerantes in hac scientia, q̃ illa est debilior scientijs alijs peripateticorum, scilicet scientia Diuina, & non est sicut putauerunt: sed illud quod de istis verificauit Arist. est magis firmum vel fortius alijs demonstrationibus factis in alijs scientijs, sed falsificant hoc, quia posuerunt isti homines istas res in ista arte, sed illud, quod affirmare vel credere debemus de istis rebus est, quòd motus corporum cœlestium sunt æterni, & q̃ eiusslibet motus eorum est motor æternus mouens ipsum secundum desiderium, & mouetur ipsa apud eum: quia intelligunt per intellectum idest cognitionem modi intellecti, versus quem mouetur et & quod est hic ordo vniuersalis & intellectus, & est primus, versus quem mouetur cœlum-met, & ordines particulares intellecti, & sunt illi, versus quos mouet vnumquodque corpus, scilicet referendo singula singulis. & q̃ illa omnia per suum motum consequuntur motum primum, & quòd dispositio in hoc assimilatur dispositioni artis principalis, sub qua sunt multæ artes particulares. quælibet earum secundum quod est determinata ab arte principali, & finis eius ordinatur propter finem artis vniuersalis principalis: verbi gratia, in arte regiminis ciuilis, cum reliquis artibus particularibus, quibus perficitur regimen ciuitatis. & hæc tamen duo in hoc differũt, quia cognitiones intellectuales sunt priores quã actiones earum, & actiones productæ ab ipsis, sunt propter illas cognitiones, & in regimine: bus é contrario, idest cum cognitiones sunt propter actiones, hic similis artis vniuersalis regiminis ciuitatis est ordo intellectualis vniuersalis, quo intelligit cœlum. vult dicere primũ, & similes artibus particularibus reliquis sunt intellectiones, quas intelligunt reliqui cœli. vult dicere aggregatum ex corpore & intelligentia: & hoc est quod debet intelligi in ista scientia non plus neque minus, & sunt illæ res, super quas sunt demonstrationes necessariæ, sicut tu vides: hæc sunt verba eius. Patet ergo expressè, q̃ dominus Auerro. non tantum negat eorum propositiones, sed etiam conclusionem. illud autem, quod non est bene intell. ctum hic ex verbis eius, erit clarum per illa, quæ dicam in prima suppositione. Et debes scire, q̃ iste sermo scilicet q̃ intelligentiæ prouenium aut producuntur à primo, & quod in illis est aliqua compositio, est conueniẽs principijs Auicennæ Nam ipse ponit q̃ intelligentiæ abstractæ propter primum sunt possibiles esse ex se necessario ab alio. Sed Comment. multum contradicit huic opinioni in multis locis, & maxime in libro Destructio Destructionũ. Nam dicit ibidem, q̃ iste sermo idest possibile ex se necessario ab alio, est sermo malus nam possibilitas est proprietas siue dispositio a ia à re in qua est possibilitas. Illud ergo, qđ apparet ex manifesto huius sermonis est quod illud, quod est sub primo, est compositum ex duobus. vtr eorum appropriatur possibilitas, & aliud, cui appropriatur necessitas. Et dicit præterea, q̃ cum dicunt q̃ multitudo, quæ est in secunda causa, est per illud quod intelligit de se, & quod intelligit de sua causa, sequitur ex hoc, q̃ substantia huius est ex duabus naturis, aut ex duabus formis, & vtinam scirem quę earum est ordinata vel proueniens à prima causa, & quæ non. Et sequitur apud eos cum dicunt de ipsa, q̃ est possibilis ex se necessaria ab alio. Nam natura possibilis necessaria est alia à natura necessarij, quam accipit à necessario ex se. Nam natura possibilis non potest esse necessaria nisi natura possibilis conuerteretur in naturã necessitatis, & ideo in naturis necessarijs non inuenitur possibilitas. & hoc vel si sint necessariæ ex se aut ab alio: & hæc omnia dicta ab eis sunt sophisticationes & sermones debiliores sermonibus loquentium, & sunt intentiones additæ in Philosophia, & non conuenientes principijs Physicorum, & nullus eorum habet sufficientiam sermonis rhetorici, & maxime sermonis topici, vel probabilis. & si hoc fuisset sic, quælibet earum formarum esset vna secundum subiectum, multæ secũdum diffinitionem. Dicit præterea in illo libro, in quæstione quæreote, ao primus sit simplex, q̃ necessarium, quomodocunque ponatur, non habet in se aliquam possibilitatem, & nõ inuenitur aliquid habens vnam naturam, vel q̃ sit vnius naturæ, & dici potest de illa natura q̃ sit possibilis secundum aliquid, necessaria secundum aliquid, quia iam declaratum est, q̃ necessarium nullam habet possibilitatem. nam possibile opponitur necessario: sed illud, quod est possibile, est quod sit aliquid necessarium secũdum vnam naturam, possibile secundum aliam, sicut dicitur de corpore cœlesti, qđ est necessarium secundum substantiam, possibile secundum motum in vbi Sed inueni in dictis Comment. dicto libro, modum, per quem ipse vult moderare dicta Alpharabij & Auicen. Dicit enim, q̃, dum dicerunt, possibile ex se, nõ intelligunt ex hoc proprietatem additam supra substantiam, sicut intelligit de possibili secundum veritatem, vel non vult dicere de possibilitate materiæ: nam materiale est vere possibile. Dicit vlterius. sed intelligũt ex hoc, quod substantia aut natura eius dat quod nõ sit necessarium nisi propter causam, ita q̃ significat substantiam, à qua, cum fuerit oega a sua causa, non est necessaria, idest q̃ negatur necessitas ab ipsa: & quasi volunt dicere, q̃ necessarium vel est necessarium per se idest q̃ sua necessitas est in se, vel ex se, vel est necessarium propter causam, & illud, quod est necessa-

eium

rion propter causam, non est necessarium ex se & dicit, q nullus dubitat, q illæ dictæ non sunt substantialis id est dicentes substantiam, neque additæ super substantiã, sed sunt intentiones dictæ fm negationem, aut relationem, sicut dicimus de aliqua re, q est eius. nam non significat intentionẽ sibi additam extra animam. unum etiam non significat intẽtionem additam super quidditatem & substantiam: non. n. quælibet res in qua intelliguntur dispositiones dictæ sic, necessario illæ dispositiones sunt additæ supra suam substantiam extra animam. & iste est modus negationum vel privationum, & relationum: & ideo non videtur multis antiquis enumerare prædicamentum relationis inter entia existentia extra animam: & non est impossibile in una substantia vel essentia esse negatio vel affirmatio solius dispositionibus absque hoc q sit multitudo in substãtia & essentia. Sed tamen adhuc Comment. dicit, q iste sermo aut oratio Auic, non est bonus. Nam ens, quod habet causam in suo esse non habet significatum nisi privationem. Volo dicere, q omne, quod est ens ab alio vel per alium, nõ habet de se vel ex sua essentia nisi privationẽ, nisi natura illius sit natura veri possibilis. & ideo divisio entis in necessarium & possibile non est divisio nota, cum non intelligat de possibili quod est verum possibile, iam amor declarationis induxit me dicere illa, quia per iam dicta multa dicta occulta erunt manifesta. Rẽ deamus a nostrum Dicit enim Cõm. in sua abbreviatione loco prælegato, postquam recitavit opinionem Auic ut posui in prima ratione. Et in hoc est dubium. Nam cum dicimus, q ab vno non provenit nisi vnum, est verum in efficiente, fm q est efficiens tantum, non fm q est forma & finis. Nam forma & finis dicitur de eis agere similitudinarie, sed quæritur proprium in hoc est, an sit possibile. q ab vno simplici ordinetur plus quam vnũ, & quòd perficiatur ab ipso plus quàm vnum, & si hoc sit impossibile, quæritur est vera. vult dicere per hoc, quòd Deus non est motor primi corporis, si hoc est verum, quæstio est falsa. & iam locuti sumus de hoc in alio loco, Aliquamus igitur sic, sortior rationẽ ad probandum illam conclusionem, sicut ibidem dicit, est hæc licet Auic. sed hæc est falsa, & multum debilis, sicut dixi de mente Cõm. ergo hæc conclusio non est ponenda, scilicet quòd Deus non sit movens fm efficiens. similem huius quod posui ex verbis Commen. in sua media expositione dicit. 12. Metaph. 44 commento, dicit enim quod antiqui moderni dicunt, substantiam primam esse priorem motore totius, falsum est. quælibet enim substantia illarum est principium substantiæ sensibilis secundum motorem & secundum finem. Et ideo dicit Arist. q, si aliquæ substantiæ essent non moventes, essent otiosæ, sed Joannes autem de Jandino in suis quæstionibus Octavo Physic. voluit exponere hoc dictum. dicit, q Cõmentator in hoc quod dicit priorem motore totius intelligit prioritatem temporis, ita q Cõm. vult contradicere dicentib. q intelligentiæ sunt de novo productæ, & dicit, q, cum dixit Commentator, q quælibet substãtia illarum est principium substantiæ sensibilis fm motorẽ & fm finem. q intelligit cum dixit, fm q est movens, secundum q est finis motus, & otiosa intelligit cum dixit, & secundum finem, secundum q est finis substantiæ sensibilis. & quamvis dictum Commentatoris valde est manifestum, & maxime cum consideradum fuerit illud, quod posui ex verbis illius in sua media expositione. vbi dicit, q illi negaverunt a primo principio materiæ proprium sibi, & est movere et & non remanebit apud eos principium nisi secundum formam & secundum finem tantum. Tamen præter hæc dicta, volo tamen videre expositionem eius, quia verè est expositio hominis non intelligentis primum. sic Comment. arguit contra Auicen. Sed Auic. non posuit intelligentias esse a Deo de novo productas, sed dixit, q Deus non movet primum corpus, vt patet per eius rationem, quamvis ipse sit causa finalis, sed alia intelligentia a Deo movet illud: ergo &c. nec vult Cõmen. hic removere creationem mundi de novo, quia si hic, quare arguit contra dicentes, quod est prior motore totius, & nõ arguit contra dicentes ipsum esse priorem omnibus aliis intelligentijs & entibus. Et cum hæc ratio quam ponit contra sic opinantes scilicet quòd, cum illic non est potentia nec actus ut sortior contra credentes creationem mundi, quare ergo non concludit primo. sequi ex dictis eorũ creationem esse de novo? quod sequitur ex dictis eorum, sicut dicit Joannes, quia est maxima ratio contra dicentes productionem intelligentiarum, & tunc ratio facta etiam erit sortior, sed dicit contra eos, quòd non est illic proventus vel successus, sed intelligens vel intellectus & intellectum. & quamvis sequitur ex ratione eorum, quam posui, creatio de novo. Præterea, qualis erit & ordo & habitudo huius dicti., cum dicto ante hoc si dicere volumus, q contradicit, creationi, sicut dicit Joannes, nam ipse dicit in principio commenti, quoniam ratio declarandi est ex hoc sermone substantias æternas esse plures vna, & quarum est prima, scilicet illa, quæ omnia movet: vult dicere, primum cœlum, ipse enim sic omnibus quasi suis commentis, vocat motorem primi exit movens totum, vel omnia. Dicit vlterius, & secundam & tertiam secundum ordinem motuum. ipse ergo dicit substantias æternas, & non dicit motores & postea dicit, q prima earum est movens totum, vel omnia. & ideo bene patet, q opinio modernorum, quam recitavit, est contra hoc de quo dicto cui contradicit Commentator: & quomodo secundum opinionem Joannis contra dicit huic opinioni, per rationem quam ibidem dixit scilicet q quælibet substantia earum est principium &c. & maxime secundum modum secundum quem ipse capooit dictam propositionem, & quomodo dicit postea Commẽtator ibidem, quòd primum principium habet actionem, & reliqua, quæ ibidẽ dicit contra illam opinionem, vide commentum. expositio autem Joannis de illa propositione Commentatoris est error, nam ipse ponit per ly motorem, q dicit Comment. motionem vel motum. secundo, quia hoc dictum est hominis, quasi non intelligentis, quomodo illæ substantiæ suot principia substantiæ sensibilis secundum principia philosophicorum Nam Commentator commento scato. 12. Metaph. dicit declaratum igitur est in hac scientia, q ens non materiale, quod iam declaratum est esse movens substãtiam sensibilem, est substantia antecedens substantiam sensibilem: & quod est principium eius secundum formam & finẽ &c. ergo abstracta sunt motores & forma & fines substantiæ sensibilis. Et hoc intelliguntur de omnibus substantijs abstractis, vt patet illic. Præterea sermo demonstrationis est per se, & de omni. & Commentator Quinto commento, eiusdem inquit declaratum etiam in hoc tractatu, q principium primæ substantiæ abstractæ etiam est substantia & forma & finis, & quod movet vtroq; modo, principium autem substantiæ abstractæ non est nisi Deus, & dicit in media sua expositione, vt iam dixi: & secundum hanc dispositionem verificatur de corporibus cœlestibus quòd sunt entia propter istas substantias, inquantum illæ substantiæ sunt principia eorum secundum motionem, & secundum formam & perfectionem. Modus autem declarationis huius declarabitur in quæstione sequenti: & iam Commentator locutus est de hoc commento 37. 12 Meta. Et Auerrois in de Substantia Orbis reprehendit dicentes, quod Arist. non posuit causam efficientem, nisi tantum moventem. & dicit in libro, quem fecit contra Algazal, q iam hæc quæstio fuit inter Peripateticos & Platonicos, scilicet an mundus habeat efficiens. Nam secundum Platonem ponentem mundũ productum, non est dubium quòd ponit causam efficientem. Sed Arist. postquam ponit mundum esse æternum quomodo habebit causam efficientem secundum eum? Et Peripatetici respondent, q Arist. bene ponit causam efficientem. & solutio stat in hoc, q esse corporum cœlestium consistit & remanet per motum, & dans motum facit motum: & cũ illa corpora cœlestia non perficiuntur eorum esse vni per motum, dans ergo motum est perficiens corpora cœlestia, vult dicere, aliquo modo Dicit virtutis, q iam declaratum est apud eos, q ipse dat virtutem, per quam mundus est vnus. Vult dicere. Duodecimo Metaph commento 52. & in libro cœli, dicit virtutis, q dans virtutem, quæ est conditio in esse compositi, dat partes, ex quibus est compositio. Nam compositio est causa earum, sicut declaratum est in illo libro. Et hæc est dispositio primi principij cum toto mundo, & ideo mundo æternitatis in ipso, scilicet mundo, est quod non habet principium neque finem, &, quia non intelliguot hoc loquentes, videtur eis difficile dicere mundum æternum & Deum æternum. Et ideo productio æterna magis vera-

gis verificatur de ipso quam æternitas: videtur ergo expreſ
ſe ex dictis eius, q motor mundi eſt efficiens mundum, ſcili
cet dans motum & efficiens ipſum. & certum eſt, q ille, cui
appropriatur eſſe efficiens mundi, eſt Deus, ſicut Auer. aſſe
rit expreſſe ibidem. ergo Deus eſt mouens & efficiens mo
tum. & quare ſm expoſitionem Ioannis non dixit Cõm. q
quodlibet eorum principiorũ eſt cauſa finalis motus & cœ
li, ſed dixit ſm motorem & ſm finem & ſm expoſitionem
eius eſt, ac ſi diceret, eſt cauſa finalis motus & cauſa finalis:
& deficit iſte ly corporis cœleſtis, & ſic inutiliter repetitur
cauſa finalis, & ſic eſt nugatio. & eo magis, q illud, quod eſt
cauſa finalis alicuius, eſt etiam cauſa finalis accidentiũ pro
priorũ illius. non ergo indigebat hoc dicere. Præterea, quo
includit ſimul oia abſtracta in iſta propoſitione. Nam ppo
ſitio tunc ſm ſua dicta eſt quaſi æquiuoca. verè n. hæc expo
ſitio eſt multum extranea & phantaſtica. Item ad princípa
le. nam Cõm. 12. Meta. commento 37. dicit exponens ver
ba Philoſophi ibidem dicentis. & eſt etiam illud, quod dili
gitur propter ſe, & deſideratur inter hæc principia abſtra
cta: quorum vnumquodque eſt aliquid vnũ ſimplex, & ele
mentum corporis quod mouet eſt illud, quod eſt ea eis in
fioe nobilitatis, & ſimplicitatis & vnitatis, & intẽdebat per
hunc ſermonem diſtinguere inter primum principium, &
alia principia abſtracta. Alia enim videtur eſſe electa & deſi
derata propter alia, ſcilicet principia aliorum motuum cœ
leſtium, præter motum diurnum quod autem hunc motum
facit, videtur eſſe electum per ſe, cũ verſus ipſum moueatur
omne motu velociori & mainri motibus proprijs vnicuique
eorum. eſt ergo electum per ſe & amatum omnibus: ra
le autem eſt perfectum in fine. Ioannes autem exponit, quòd
mouet mediatè, ſed hoc eſt falſum. nam Cõm. dicit, q prio
cipium deſideratum propter ſe inter hæc principia, quorũ
vnumquodque eſt elementum corporis, quod mouet. ergo
principium magis perfectũ mouet corpus determinatum,
ſicut reliqui motores. & quare ſecundum ſuam opinionem
non dat differentiam inter primum & reliquos, quod ipſe
mouet, tanquam finis, reliqui autem ſicut efficientes? & pu
to, q non conſideraut principium huius dicti Cõm. aut di
mittit illud ex intentione propter amorem opinionis pro
priæ. nam, quo Philoſophus ponit differentiam inter reſ nõ
conuenientes in vna actione, & quomodo verificatur hoc
quod dicit Commentator, q verſus ipſum mouetur omne,
motu velociori motibus proprijs vnicuique eorum, niſi di
cendo q Cõm ponit differentiam inter motorem, & motũ
primi corporis immediatè, & inter reliquos motos & mo
tores. Item, Philoſophus & Commentator commento 49.
12. volendo probare numerum abſtractorum non motorum, niſi quia ſubſtantiæ abſtractæ ſunt motores, ſecundum
eos præciſè, non plus neq; minus, dicit Philoſophus, Omnis natura & omnis ſubſtanna, in qua pars non exiſtit & eſt
per ſe, inuenit diſpoſitionem meliorem. & in alia tranſlatio
ne loco de ly, io qua pars nõ exiſtit ponitur impoſſibilis. Di
cit vlterius, non igitur eſt alia omnino niſi iſta. imo neceſſe
eſt q numerus ſubſtantiarum ſit iſte, quoniam, ſi alię ſint,
mouebunt igitur, quia ſunt perfectio motus: & in alia trãſla
tione finem loco de ly perfectio, ſed impoſſibile eſt vt alij
motus ſint à prædictis, & in principio illius textus dicit, ne
ceſſe eſt igitur reputare, q principia immobilis & ſenſibilia
ſunt huius numeri. Intentio ergo ſua eſt declarare numerũ
ſubſtantiarum abſtractarum. nam oõ dixit in hoc ſermone
morores, & q oumerus motorum ſi ſm numerum motuũ
vel mobiliuni, ſed dixit numerus ſubſtantiarum: & dat ra
tionem ſuper hoc, q abſtracta ſunt ſm nieliniem diſpoſi
tionem: melius autem eſt mouere, quia ſunt finis & perfe
ctio motus: ergo non iouenitur forma de illis non mouẽs
numerus ergo eorum eſt ſecundum numerum motuum
æqualirer. Et Commentator exponens ibidem dicit, ſi autẽ
poſuerimus, q impoſſibile eſt vt ſit corpus cœleſte, quod
non habet iuuamentum in motione ſtellę alicuius, & poſue
rimus q principia mouentia impoſſibile eſt vt ſint niſi in
diſpoſitione meliori, vult dicere, principia abſtracta, & ſic
non in ſuo dicto ponetur aliquid ſuperfluo. Nam non eſt
dubium, q formæ mouentes mouent: & addit, q non acci
dit eis paſſio materiæ, cum ſint entia per ſe non in materia.
Et eſſe eorum in diſpoſitione melior eſt, vt ſint mouentia
neceſſe eſt vt via numerandi iſta principia ſit via iſta, ſ ex nu
meratione motuum ſtellarũ, cum. n. poſuerimus quod oulla ſubſtantia abſtracta eſt quæ non moueat, quia tunc inue
niretur in diſpoſitione diminuta. Et, cũ poſuerimus, q omnis orbis eſt propter ſtellam, & ſi non eſſet orbis ſum, manife
ſtum eſt q via numerandi illas ſubſtantias eſt via numeran
di motum ſtellarum. Et dicit, q hic Philoſophus confirmat
hoc vlterius, quoniam neceſſe eſt, ſi aliæ ſubſtantiæ ſint ab
iſtis ſubſtantijs, vt ſint corpora motus cœleſtia alia ab illis
corporibus, quoniam vnaquæq; illarum ſubſtantiarum eſt
perfectio & finis motus. Et concludit, impoſſibile eſt igitur
vt ſubſtantiæ mouentes ſint niſi illæ quæ ſunt ſecundum nu
merum motuum. Dictum autem Ioannis in hoc dicentis, q
præter iſtas formas ponitur forma mouens ſecũdum finem
tantum, & Philoſophus non intendit niſi numerum moto
rum, falſum eſt. Nam Philoſophus ibidem dicit, quia & ſub
ſtantias & principia immobilia & inſenſibilia tot rationabi
le eſt æſtimare. & parum poſt addit, imo neceſſe eſt, q nume
rus ſubſtantiarum ſit iſte, & non diſit motorum. Præterea
ratio Philoſophi eſt, ibi contra hoc. Item, Philoſophus &
Commentator commento 43. dicunt oppoſitum. Nam Phi
loſophus inquit, nos autem dicimus de ſubſtantijs cuiuis.
principium. o. & primum entium non mouetur neq; eſſen
naliter neq; accidentaliter, & mouet & facit primum mo
tum etiam. verum eſt tamen qđ in tranſlatione hebraica ſic
inuenitur: nos dicamus. m ea poſitis & determinatis, q
principium & primum omnium eorum non mouetur, ne
que eſſentialiter neq; accidentaliter, & q ipſum mouet pri
mum motum æternum, & non ponitur, & facit. & dicit vl
terius, & nos videmus præter iontum totius ſimplicẽ, de quo
dicimus moueri à ſubſtantia non mobili duos motus æter
nos, qui ſunt erraticorum. Videtur exponere ergo, q primũ
principium entium mouet primum corpus. Ioannes autem
dicit, q mouet mediatè, & hoc nihil eſt. nam non ſolum mo
uet primum corpus tantum mediatè ſm hoc, imo oia. quare
ergo attribuit ſibi primum tantum? cui reſpõdet Ioannes
q primum ſibi tantum attribuitur, quia motor illius corpo
ris primi eſt nobilior, & intelligit primum modo perfectio
ri reliquis; ſed hoc nihil eſt. nam motus corporũ cœleſtiũ
omnium ſecundum motum diurnum eſt vnus motus, & pp
vnam intentionem, quamuis ſit aliqua diuerſitas inter eos,
ſicut declaratum eſt in multis locis, & maxime in ſecundo
Cœli. cõmento 42. 58 70. & 71. Et in abbreuiatione Meta.
Et ideo ſm iſtum motũ debemus dicere, q ipſe mouet illa
corpora oia non tm primum ſm iſtam poſitionem. Præter
ea Philoſophus ibidem dicit. Manifeſtum eſt igitur, q ſub
ſtantiæ ſuot ſm numerum illorum & loquitur deſeparatis,
vt patet expreſſe in alia tranſlatione. Et Cõm. ibidem expli
cans magis dicta Philoſophi dicit, oos autem poſſumus de
clarare bene multitudinem iſtarũ ſubſtantiarum ex rebus
dictis, & inducere ad viam, qua quis poteſt ſcire numerum
eorum. principium autem illius eſt hoc, q priua declarauimus, ſ q primum principium entium eſt aliquid immobile
& q hoc facit primum motum æternum & diurnum. Et pa
rum poſt dicit, ſed nos videmus in cœlo plures motus, præ
ter motum totius cœli, quem dicimus fieri à prima ſubſtan
tia immobili, ſ. motum ſtellarum erraticarum. Et mirũ eſt
ſm opinionem Ioannis, quo nunquam attribuit neque Phi
loſophus nec Cõm. motũ primi corporis ſuo motori appro
priato, ſed ſemp dixit, q eſt actio primi principij. Et poſtea
Cõm. dicit, q numerus earũ eſt ſm oumerũ motuũ, & hoc
eſt valde extraneũ ſm modernos latinorum, ſ. q dicit ſp de
numero earũ, & uunq̃ loquit de prima ſubſtantia, imo ponit
primã in numero earu numeratio motores, vt pater. & hæc
erit eã erroris in cognoſcendo primam cam. Itẽ, Cõm. 12.
in fine commenti 391. ſuper illud Philoſophi. hoc. n. Deus,
dicit ſm hoc quod ſonat hoc nomen, eſt vnum æternũ val
de nobile, & declaratũ eſt rõne aliquod tale eſt eſſe, & eſt il
lud, qđ mouet omne: hoc igit eſt Deus, & in noſtra tranſla
tione inuenitur, & eſt illud quod mouet totum. Item, com
mento 37. dicit. incæpit demõſtrare, q intellectum eſt illud
intellectum, quod mouet totum cœlum mutu diurno, qui
eſt maximus & velocisſimus motuum. & poſtea in illo com
mẽto dicit, q ille motor eſt in fine nobilitatis, & in cõmen
to 30. inquit, declaratũ eſt ergo ſubſtantiam eſſe æteroam,

semper monentem. Et ideo nihil prodest ponere substantiã & æternam, in qua non sit principium mouendi. Et hoc expressius dicit ibidem Philosophus & Cõm. commento 38. dicit, vult declarare modum colligationis entium trãsmutabilium cum prima substantia. Et postea dicit loquendo de motu diurno: & quia illud, quod mouet ipsum, est non motum, cum sit in actu, impossibile est, vt sit ẽm alium dispositionem. Idest, quod mouet ipsum primum motum, quia est actus purus sine aliqua potentia. Et postea dicit, q̃ primus motor mouet illum motum tantum sine medio. Et Ioannes exponit sine corpore medio, non sine motore medio: & puto, q̃ ipse non expouit per primum motorem appropriatũ primo corpori, quia vidit, q̃ Auerrois dicit de ipso, q̃ actus purus. & in principio dixit, q̃ vult declarare modũ colligationis &c. cum prima substãtia. & non dixit cum primo motore quomodocunq; sit, expositio sua est extranea. nam nõ est dubium in illo loco, q̃ primus motor mouet corpus primum sine corpore medio, & hoc nõ indiget declaratione. præterea negatio, quæ ponitur ibidem, s. sine medio, negat oẽ medium, vt sciunt Logici. Præterea Philolophus & Cõmentator expresse Secundo Cœli. cõm. 37. hoc dicũt. Philosophus ibidem. n. dicit, & cum ita sit dignũ est vt motor primus sit hmõi, cã. n. prima mouet primum causatum mõi. primum corpus, vt patet ibidem, & Commentator dicit, ne cesse est motor primi motus sit non trãsmutabilis, quia motor primi moti, est primus motor, & ens simplex est qđ mouet motum simplex, & intelligit Cõm. per primũ motum corpus supremum, & per alia mota, res existentes sub ipso, vt patet ex verbis eius. 12. Met. 37. & 34. Item, Cõmentator Secundo Cœli. cõm. 64 dicit, quædã acquirunt propinquitatem primi, q̃ est Deus pauca operatione. Et est orbis totũ continens, & commẽto 62. declarauit hanc magis. vnde Cõ. Et considera etiam commento 71. illius secundi, & ex solutione secundę difficultatis patet intelligenti, q̃ primum est, quod monet primum corpus. vnde dicit, similiter intelligẽdum est: quod vltimus orbis mouet alios orbes. l. sicut, dicitur, quod nobilius mouet totum, quoniam ista principia prima potentia spiritualis, non diuiditur in alijs orbibus, nisi quia potentia diuiditur in vltimo orbe quemadmodum potentia mouens animal, non diuiditur in alijs membris, nisi quia primo diuiditur in corde. videt ergo, q̃ intet hanc potentiam, quæ immediatè procedit à primo, & primũ corpus non est medium, i. q̃ non est medium inter primum & corpus primum, neq; corpus neque intelligentia. Quod autem hæc virtus causetur immediatè à primo simpliciter, cuius proportio ad aliqua abstracta est sicut proportio primi Principis in ciuitate cum alijs regibus particularibus. patet per Auerroim in libro Destructio Destructionum. nam ipse ibidem dicit, quod autem omnia principia abstracta & non abstracta sint causata vel producta a prima causa, & id est aliquo modo. & quod propter illam virtutem productã. s. de qua dixit, primus mundus est vnus, & per illam liguntur oẽs partes eius intorum, q̃ totus est conuenientia actionũ, sicut vnum animal, in quo sunt multæ virtutes & actiones & membra diuersa. nam ipsum, apud scientes, ponitur vnum. q̃ autem hæc potentia sit causata à primo est res cõcessa ab omnibus. Nã omnes cœli apud eos, s. Philosophos, est quasi vnum animal. & motus diurnus assimilatur motui vniuersi animalis, i. ẽm locum: & motus partium cœli, i. aliorum corporum, præter primum, assimilatur motibus particularibus membrorum animalis. Et dicit postparum, q̃, si non esset hæc virtus, non esset hic ordo, & ẽm hoc verificatur, q̃ Deus facit omnia & conseruat ipsa. Argno igitur ex dictis Cõm. sic. Illa potẽtia immediatè diuiditur, vel est in primo corpore: sed illud, à quo hæc potentia causatur, est Deus: ergo immediatè causatur à Deo io isto corpore primo: sed hoc non est verum ponendo aliquam intelligẽtiam inter primam substantiam & primum corpus. ergo talis intelligentia non debet poni. Adhuc dicit, assimilat multum ciuitati, quemadmodum ciuitas regitur & sustentatur per primum Principem. & per principes particulares sub primo, ita est in mundo. & certum est, quòd primum habet actionem sicut declarauí, & sicut apparet ex exemplo eius. Nota tamen, q̃ hoc argumentum patitur cauillationes, si non recte intelligatur. nam diceret quis, prouenit à primo in primo corpore sine medio corporeo, nõ tamen sine medio omnino: hoc tamen remouetur cõsiderando in dictis, & quia Cõm. assimilauit hoc corpus cordi propterea remouetur considerando rationem, propter quam ponitur hæc virtus. Quid autem si hæc virtus, tũ est declaratum, & forte dicam postea. Item, Philosophus & commentator commento 55. 12. Metaphy. dicunt contra Anaxagoram, q̃ ipse dixit sermonem diminutum, quia cõtingit ei ponere aliud principium, nam sicut dicimus, q̃ principium mouens mouet secundum perfectionem & complemẽtum, vt videmus. medicinam mouere ad se: mouet enim ad sanitatem, & medicina est forma sanitatis. vult dicere, q̃ omnis medicina, quæ est in anima medici, mouet ad sanitatem: & illa scilicet forma, quæ est in anima artificis, est quodammodo sanitas sicut forma domus, quæ est in anima artificis est quodammodo domus. Et dicit in fine commenti, si igitur sanitas nõ esset in subiecto, sicut est de primo principio, tunc medicina moueret vtroq; modo, s. ẽm quod est agens motum & finis. & hoc est magis manifestum ex dictis eius hic, quam illud. quod dicit comento 44. vt posui. nam illic dicit secundum motorem, hic autem dicit secundum q̃ est agens motum. Ideo expositio Ioannis illic non est vera, secundum qđ omnino declarat positionem Cõm. etiam sicut diximus est illud, quod inuenitur in quadam sua epistola, vbi dicit hæc verba, Alpharabius, & Auicen. & sequentes eos opinantur primum principium non mouere primum corpus cœleste, & putant, q̃ hoc sequitur, quia est vnum omnino & in fine simplicitatis, & nos semper hanc viam cõsideranies scimus ipsam non esse demonstratiuam. nam, si esset demonstratiua, non fuisset incognita Aristotel. & reliquis Peripateticis. Et ideo, si secundum hoc ponunt ipsum non mouere aliquid, & sequitur ipsum esse ociosum sine actione & quod sit quædam phantasia, vel quid phantasticum, & similitudo quædam. postea ponit rationem Themistij pro ista positione & declarat eam sicut iam dixi. deinde dicit, q̃ non sequitur per rationem Themistij, q̃ primus motor non sit mouens omnino, sicut sequitur ẽm eos. Illud autem, quod isti dicunt, quod ab vno non prouenit nisi vnum, vaoum est nihil non est aliquia prouentus ab aliqua causarum. nam a materia nihil proueoit, neque à forma, neq; ab efficiente. Nam à forma proueoit actio habentis formam, & ab efficiente, proueuit motus generationis vel tranlmutationis: vult dicere quasi, & ideo in abstractis non est prouentus neque habens. vel è efficiens, sed sicut efficens sensibile, qui mouet materiam intaotũ, q̃ facit illud, quod est eos in potentia esse ens in actu, non quod facit formam: & ponit eam in materiam. Et quia ibi non est materia, non est efficiens vel è. nam actio agentis non est nisi motus trausmutationis vel generationis & motus requirit subiectum: oth diceret quis, aliquid fieri ex nihilo, sicut ponunt leges: & tunc erit verum dicere abstracta esse producta. inuenitur in meis intelligens & intellectum, perficiens & perfectum. Hoc est visum mihi adducere in declaratione huius conclusionis de mente Illustriũ Philosophorum. Et declaratũ est ex hoc, istam esse positioem Cõm. sine dubio, & maxime si quædã eius verba exponantur per aliqua. nã adducam quasdam suppones seu propositiones. q̃ a oon debet simpliciter dici suppositiones, ex quibus apparebit solutio argumentorum contra istam conclusionem, & per ipsas declarabunt multa fundamenta Scientiæ Diuinæ. Declarabo aũt illas ex mente Cõm. & ex verbis eius ẽm posse meũ. Primum suppositio est, q̃ anima cœli & forma eius abstracta & motor suus vnũ in esse, distincta aũt ẽm considerationem, i. cum considerata fuerint ẽm modos diuersos. nam forma abstracta cõsiderata ẽm q̃ est mouens, vocat aia, ẽm le aũt considerata, vocatur intelligẽtia. Hæc suppositio vel compositio, quia oon oino deberet dici supponens declaratur ex verbia Auerrois, & fundamentia eius, q̃ aũt sint aiata corpora cœlestia, patet ex verbis eiua in libro Destructio Destructionum. vbi licut loquens Peripatẽticis, Sed positio eorum vera est, q̃ motum ẽm motum circulare non quęrit per ipsum. s. motum locum, seil quærit motummet circularem. q̃ autẽ est tale motor eius, necessario est aia ooo natura, vult dicere, sine cognitione. nam motus non habet esse nisi in intellectu, nam non inuenit extra animam nisi mobile vel motum, & in ipsum est aliquid motus vel

tus vel aliqua pars motus non mensurata vel non mensurabilis illud autem, quod mouetur ad motum, ſm q̃ eſt motus, appetit ipſum neceſſario appetena, aut motũ cognoſcit ipſum neceſſario & hęc eſt vna via, per quam probatur coelorum cœleſtia habere intellectum & appetitũ: & iam patet hoc per alias vias multas. Vna earum, q̃ vnum motum ex illis corporibus mouet ſm motus oppoſitos ſimul, ſcil. ab oriente in occidentẽ & è conuerſo. Et hoc non poteſt eſſe à natura. nã quod mouetur naturaliter mouetur ſm vnũ motum tãtum, & iam præceſſit ſermo de rationibus, à quibus moti ſunt Philoſophi, q̃ eęlum habet intellectum, & quòd manifeſtior eorum eſt, quia declaratum eſt eis q̃ motiones eorum ſunt intelligentiæ abſtractæ à materia, de neceſſitate non mouẽtis niſi in quantum ſunt intellectæ & cognitæ: & cum ſit ita motum ab ipſa, eſt intelligens & cognoſcens neceſſario. Apparet hoc, etiam quia motus eorum ſunt neceſſario requiſiti in eſſe iſtorum inferiorum & conſeruatione ipſorũ. & nõ poteſt hoc eſſe accidentaliter vel à caſu. Vult dicere, q̃ hoc prouenit ab ordine intellectuali, qui eſt cauſa in eſſe iſtorũ: & patet q̃ ipſe intelligit hic cũ dixit ipſa habere intellectum, ipſa eſſe animata. nam quæſtio ibidem eſt an ſint animata. Præterea ipſe probat per hoc ipſa eſſe appetitiua: appetitus autem eſt proprius animæ: ſicut dicit Aue. in epiſtola de poſſibilis conſeruationis c. 9. Vide loquẽdo de intellectu poſſibile inquit, & iſte intellectus materialis, q̃ nõ habet aliquam formam, aſſimilatur valde animabus corporum cœleſtium. Nam diſpoſitio vel inclinatio animæ in ipſis nihil aliud eſt niſi appetitus ad motum cognoſcendi illam formam abſtractam per modũ receptionis. Et dicit in fine commenti 4 t. 12. Meta. hoc etiam nõ proprio magis apparet: corpus. n. cœleſte animatum eſt neceſſario. Similem ſcientiam omnino ponit Secundo Cœli. commento 61 iam. n. dixit ibidem expreſſe, q̃ cœlum eſt animatum & adduxit rationes ſuper hoc iam locutus eſt de hoc 1 ertio commenti. Secundi cœli. Item, dicit commento 36. 12. Et ex hoc quidem apparet hunc, hæc corpora eſſe animata, & q̃ non habent de virtutibus animæ niſi intellectũ & virtutem deliderativam, quæ mouet in loco. Et in hoc Tractatu de Subſtantia Orbis, verſus finem dicit. Neceſſe fuit & hæc virtus, quæ neq; leuis neq; grauis ſit in corpore ſimplici, & ipſam non habere ſubiectum, aut contrarium, & vt ſit anima neceſſario non admiſta materiæ, ſed anima corpori æterno. ita q̃ iſta anima non ſit abſtracta a corpore ſuo. Et cum hoc ſeparata ab ipſo, inquantum illud corpus nõ indiget ipſa, quia eſt permanẽs per ſe. vult dicere, q̃ hæc anima non eſt abſtracta a corpore ſicut res, quę non appropriatur corpori. Nam ipſa eſt motiua illud corpus, mouens autem eſt cum moto. nam omne motũ ex le mouetur per virtutẽ exiſtentem in eo, ſicut dicit ibidem: ſed tamen non inhæret corpori, l. q̃ ipſa anima non exiſtit in materia mediate nec immediatis, nec ut formæ materiales. nam tũc eſſet compoſitũ, & gnabile & corruptibile. Et ideo eſt abſtracta a materia. Poſtea ibidem dicit, & cum conſideranti deciſis virtutibus declaratum fuit ipſi appetitiuam ipſam eſſe virtutem de virtutibus animæ tantum. Hoc etiam videtur. nã nos videmus hæc corpora cœleſtia eſſe determinatæ magnitudinis & figuræ, & q̃ mouentur ex le à partibus determinatis, non à quacunq; parte. nec per aliquid extrinſecum. tale autem eſt vnum de neceſſitate, propter hæc. n. dicimus rem eſſe vnã, dixi autem non per aliud extrinſecum, quia ferrum mouetur ad magnetem ab extrinſeco, hoc autem impoſſibile eſt in cœlo, l. moueri ad aliquod corpus extrinſecum, ſeu ab aliquo corpore extrinſeco, vt patet ſuo loco: tale etiam mouetur à quacunq; parte, &, ſi adiungitur hunc. q̃ ipſum mouetur ſimul ad partes oppoſitas, et hæc ratio magis completa. dixi autem ferrum nõ moueri ab extrinſeco, q̃ quia mouetur præſente magnete, quæ eſt quid extrinſecum. Quod autem hæc ſit idem cum intelligẽtia abſtracta, patet per principia Philoſophi & Auer. Nam ſua anima eſt abſtracta à materia, vt declaratum eſt in commento 36. 12. Meta. in hoc propoſito. vbi dicit, q̃ declaratum eſt in libro de Anima, formas abſtractas & intellectas: quia propter hoc mouens eſt intellectus, & hoc mouens eſt anima, ſicut dicit ibidem. ergo anima & intelligentia vel intellectus in ipſis ſunt idem & vnũ. Et dicit in de Subſtantia Orbis. Et ideo videtur, q̃ formæ corporũ cœleſtium & maxime forma corporis vltimi continentis ſit quodãmodo anima ſ. pp appetitum exiſtentem in eis, & mouere & quodammodo intellectus, & eſt forma, ſimplex, per quam aliqua cœleſtia componitur ex vo mouẽte & vno moto. Et in ſua abbreuiatione Meta. poſtquam probauit corpora cœleſtia eſſe animata dicit, & cũ ſint animata ipſa mouentur pp ſenſum aut imaginationẽ, aut per cognitionem intellectualẽ: ſed impoſſibile eſt habere ſenſum. nam ſenſus poſiti ſunt in aliis pp ſalutem. Et hoc corpus declaratum eſt ipſum eſſe æternum, & ſimile eſt de imaginatiua: nã ipſa data eſt aliis pp ſalutem. Præterea vbi nõ eſt ſenſus nõ pt eſſe imaginatiua, & ſi fuiſſet motus huius, corpus pp tenſum aut imaginatiuã motus eius non eſſet vnus continuus: vult dicere, quia vna venit poſt aliam ſm diuerſas imaginationes & ſenſationes ſm poſitionẽ Auic. dicentis, q̃ ipſa imaginantur ſitus diuerſos, quos mutant. Et ipſe ibidem declaratis illam conſequentiam, magis & in aliis locis. Et dicit concludendo, &, cum ita ſit, non remanet quod mouetur niſi propter appetitum, qui eſt pp cognitionẽ intellectualem vel à cognitione intellectuale. Et poſtea dicit, & cum declaratum eſt hoc de eſſe iſtorũ principiorũ oportet cõſiderare quale eſt eſſe eorum, & quo ſunt motores, & quot modis ſunt principia iſtorum corporum cœleſtiũ diuinorum. & via ducẽs ad hoc eſt ponere hic illud, quod declaratum eſt in Scia de Anima. nam maior pars principiorum, quæ hic ponũntur ſunt accepta ab illa ſcientia, & nulla eſt via ad cognoſcẽdum hoc genus entiũ ſm q̃ eſt ſibi proprium, niſi poſt cognitionem illius Sciæ. Et ideo ponitur in legibus cognoſce te, & tunc cognoſces Creatorem tuum. Dicamus ergò, q̃ iam declaratum eſt in illa ſcientia, q̃ formæ habent duplex eſſe, vnum ſenſibile aut ſimile ſenſibili, & eſt eſſe earum in materia. Dixit autem ſimile ſenſibili, quia forma ſubſtantialis non eſt ſenſibilis ſaltem per ſenſum exteriorem eſſe & intellectuale, quod habent ſm quod abſtrahuntur à materia. Et ideo, ſi ſic, ſunt hic formæ, quarum eſſe eſt ſm q̃ non ſunt materiales, de neceſſitate ſunt intelligentiæ abſtractæ: nam forma, ſm q̃ forma, nunquam habet terminum eſſe. eſſe ergo iſtorum motorum eſt ſm q̃ ſunt intelligentiæ. Et dicit in hac quæſtione ſexta, q̃ Philoſophus ponit q̃ ens non materiale, ſua lubilatia eſt cognitio. nam ipſi vidẽt, q̃ formæ non ſunt cognoſcentes niſi pp hoc, quia ſunt materiales. Et ideo, cum inueniũt aliquid immateriale, ſcitur ipſum eſſe cognoſcens: & ad hoc habent tonam, nam ipſi vidẽt formas, quæ ſunt abſtractæ immateriales, q̃ ſunt cognitio & intellectus: & q̃ intellectus nihil aliud eſt q̃ formæ abſtractæ à materia: & cum ſit ita, illud quod non eſt abſtractum in fundamento ſuæ naturę magis debet eſſe cognitio & intellectus illud, quod in fundamento ſuæ naturæ eſt abſtractũ. Et dicit in q. 2. & cum verificatio eſt apud eos eſſe iſtius ſubſtantiæ, videlicet abſtractæ, conſideraueruntin natura formarum naturalium, & inuenerunt quaſdam earum propinquas ad actum & remotas à potentia: quia quædam earum ſunt magis paſſibiles quibuſdã, q̃d eſt ſignum materiæ proprium eis, & inuenerunt animam magis puram à materia, & maxime intellectum. Vult dicere, vt credo, generabilem & corruptibilem, vt virtus cogitatiua ſequẽs formam hois propinquam, intus q̃ dubitauerũt de ipſo, an ſit materialis, vel no: & quia viderunt formas cognitas ex formis aliis, & inuenerunt eas ſine materia, ſcierunt q̃ cã cognitionis eſt eſſe abſtractum à materia, &, cũ inuenerunt intellectum nõ eſſe paſſibilem, cognouerunt q̃ cã, pp q̃ non cognoſcit forma nihil aliud eſt niſi quia eſt perfectio quædã potentialis. Vult dicere, q̃ etiam materia ſ. ed, q̃ eſt perfectio completa cui nõ admiſcetur potẽtia, vult dicere, q̃ nõ eſt ſo materia: tũc eſt intellectus, & de alijs iã locutus eſt. Com. in lib. de Aia. poſtea ibidẽ arguit aliter de hoc dicẽs, cum ipſi, ſ. Philoſophi, viderũt ẽt ordinẽ exiſtẽtiũ in natura, & in actione eius præcedẽtes ſm ordinẽ intellectualẽ ſimilẽ ordini artificiali, ſcierunt, q̃ eſt hic intellectus, q̃ dedit illis potẽtias naturales huic, ſ. q̃ actiones corũ ſint ſm actiones intellectus, ita q̃ ſint in genere ſuæ, & pp has rõnes dixerũt abſolute, q̃ hoc eius, q̃ eſt intellectus ſimplex eſt ſians ordinẽ actibus inuentũ in actiones corpis. Nam ſicut dicit Auer. 12 Meta. in ſua media expoſitione, ordo intellectualis, qui inuenitur in entibus, quæ ſunt præter ſubſtantiam. Vult dicere, abſtractum in eis propter op-

dinem existentem in substantia simplici non composita, qa ipsa non est in se intellectus in actu, sed est intellectus per aliud, & in potentia, & ea eius est ordo intellectualis. q est in substantia simplici, cui non admiscetur materia: sed est intellectus p se & sua substantia est in actu, & est vere vnus & simples, & intellectus in ipso est intellectum: sed substantia composita non est vere vna neque simplex, neq; est per se intellecta, sed est intellecta per aliud: & non intelligo hic de simplici illud, quod dicitur respectu compositi. sicut dicimus elementa esse simplicia respectu miti ex elementis, sed intelligo, q in ipso non sit aliqua multitudo, & quòd est vnum omnino, & cum sit ita, illud quod intelligit corpus cœleste de primo ordine abstracto à materia, qui est causa in æternitate corporis cœlestis. & finis est eã in esse ordinis intellectualis in omnibus partibus mundi, sicut illud, quod intelligit Res & Princeps de legibus, & regimine, est causa in esse ordinis & regiminis in omnibus partibus ciuitatis, Vult dicere in summa, q illud, quòd est intellectum in potentia, & non est in se & in sua substantia intellectum, opocet q fit tale propter intellectum in actu per se talem continens in se illum ordinem intellectualem, & est causa illius. Et dixit commento. 61. secundo Cœli declaratũ est in Philosophicis, q motor corporum cœlestium non est in materia, & declaratum est in libro de Anima. qd illud, quod est huiusmodi, est intellectus, & declaratum est in Prima Philosophia, q forma intelligibilis non mouet nisi secundũ desiderium, quod fit à suo intellecto. patet etiam ex fundamentis Auerrois contra Auic. q cœlum non habet formam neque animam præter motorem abstractũ, à motore abstracto. Declaratum est ergo cœlum habere intellectum, & q anima eius est intellectus & motor. Quod autem anima ipsorum & intellectus est idem cum forma eorũ, probatur. nã ipse Comm. in 12 Meta. commento. 36. dicit. sm igitur q illa intellecta sunt formæ eorum, sunt mouentia sm agens: &. commento. 6. eiusdem dicit, declaratũ est igitur in hac scia, q ens non materiale, quod iam declaratum est esse mouens substantiam sensibilem, est substantia antecedens substantiã sensibilem, & q est principium eius sm formam & finem. Et postea in eodem commento inquit, & cecidit dubitatio in hoc, quod principium formale mouens non fuit nisi vnum numero, sed vnum in subiecto, & tria in ratione. Vult dicere sm diuersas consideratiões. vt patet ibidem per ipsum, & in media sua expositione. 12. dixit concludendo post hoc quod dixit de ordine intellectuali. Et ideo non iuuenitur illa substantia causa substantiæ sensibilis secũdm quod est mouens ipsum tm. sed secũdm quod est etiam causa eius secũdm finem & secũdm formã. Nã amatis & desideratis est causa amantis & appetentis secũdm istas tres dispositiones. vult dicere, qđ in quantum desideratum est bonum, apud quod uel p q quod mouetur est finis, & secũdm hoc est ea motus æterni: & est motor & forma etiam, quia est perfectio eius, & actiones eius sunt per ipsum actũ autem rei prouenit ab ipsa, propter eius formam. & hoc magis declarabitur in quæstione secunda. Declaratum est etiam per illud, quod posui quod illa dicitur anima inquantum appetit & mouet. nã illa sunt propria animæ, considerata aũt secundum se, dicitur intelligentia. & debes scire, q ex dicto Auer. in cõmento. 36. Duo decim, vbi dicit, q secundum q sunt formę, monent secundum efficiens: declarabitur q Deus mouet effectiue. Nã ipse est forma sine dubio, vt dictum est multoties: sed debes scire, q secũdm quòd est anima, dé, esse cum corpore nam motor est cum moto. & omne quod est ex se motum, monetur per virtutẽ existentẽ in eo. Et só secũdm illum modũ ut essentiam non in re, sed in actione, i q ipse mouet corpus determinatum secundum motũ determinatum: ita quod non potest mouere corpus maius, neq; motũ velociorem: secũdm. illum modum appropriatur corpori, & dé esse cũ ipso, qđ corpus est vere diuisibile & finitum: non tamen potest diuidi, sed habet partem extra partem: & illud est, quod vere dicitur esse finitum vel infinitum, sm autem q est intellectũ & desideratum, aut secũdm q est ipse consideratũ, sic dé esse finitum neq; infinitum eo modo, quo declaratum. Nam secũdm hoc nõ dicitur esse cũ corpore; sed dicitur de ipso secũdm q est intellectum & desideratũ, quod mouet vel est cã motus æterni per tempus infinitũ. Et vt mihi q hoc intellexit Commentator in Tractatu de substantia Orbis versus finẽ. vbi dicit. & cum considerauit in virtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas esse finitarum potentiarum. Et patet q ipse non intellexit finitatem secũdm durationẽ: ma hoc est contra fundamẽta sua. Patet præterea, q ab illis motoribus motus est perpetuus: ergo non distinguitur nisi per operationẽ intellectus, & secundum diuersas considerationes. Nam ipse ibidem dicit, & cum considerauit in continuationẽ motus eorum fuit declaratũ, q causa continuationis motus eorũ non est alia virtus, qua mouẽtur sed illud quod largitur eis continuationem, est aliquid appetibile: quia continuatio non prouenit nisi a motore non moto: sequitur, q illud mouẽs neq; est corpus neq; potentia in corpore, & q est intelligẽtia abstracta. Patet ergo, q causa cõtinuationis & perpetuitatis motus huius est, quia motor non est corpus neq; admistus corpori aut materijs, & hoc inuenitur in omnibus istis motoribus, & ideo non indigemus alia causa sicut putauit Ioannes, neq; etiam est dubium sicut postea declarabitur, q intellectum & desideratum sunt vnum in re cũ appetente & mouente. cum virtute qua mouetur. ergo appetibile, quod est causa continuationis motus, non distinguit in esse à motore, sicut intellexit ibidẽ Ioannes: non ergo distinguitur nisi secũdm intentionem & cõsiderationem sicut dixit: & quod facit hoc quod dixi esse clarum est: quod dixit Commentator in illo tractatu ante hoc. Inquit. n. & nõ est dicendum, q formæ, quibus mouẽtur corpora cœlestia sunt aliæ ab eis ad quas mouentur &c. ut ibidem declarat: & parum post dicit. Concludendo, ergo nihil est in corporibus cœlestibus, per qđ forma, quæ est motus, differat ab ea ad quam est motus, imo sunt eædem formæ: & nõ differunt nisi in dispositione & ad id, quòd sunt post, vt dicit Auic: quod intellectus & intellectum ibi sunt in corporibus cœlestibus. Declaratur præterea ex dicto eius ibidem. obi dicit, & cũ consideravit de istis virtutibus, declaratum fuit ipsi ipsam esse virtutem appetitiuam de virtutibus animæ talium. Vult dicere, q ipsius in ipsis præsupponit cognitionem, i. nõ est sine cognitione. Et ideo intelligunt etiam. Et dicit ulterius q cum considerauit de istis virtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas moueri ad appetibile ab huiusmodi ipsis: declaratũ aũt postea, q desideratum est intell. ctum, & ipse & sũ intellectum sunt vnũ. Et ideo non possumus intelligere ex dicto Commentatoris, q differunt in re & materiã, qa animæ eorum abstractæ sunt a materia: abstractũ aũt a materia est intellectus, sicut dixit. Intellectus aũt & intellectum, de quo ia dixit esse idẽ, quod desideratu sunt vnũ & idẽ in ipsis & in hoc dicit, q illud corpus cœleste intelligit hanc intelligentiam. Vult dicere, desideratum, quæ est causa continuitatis motus: & patet, q ipse intelligit hic corpus cœleste, animam cœli, quæ est intellectus, sicut declaratum est, declaratum autem postea, q intellectus in abstractis & intellectũ sunt vnum & idem. Et si dicta Commentatoris non intelligantur, sicut dixi, nullo modo verificabitur illud quod posuimus in declaratione principalis conclusionis ex uerbis eius in sua media expositione. vbi dicit illud quod intelligũt de principijs determinatis, vel propriis eorũ & multa alia ibidem ponita non erunt vera si non intelligentur verba Commentatoris sicut dixi, & considera illa uerba.

In abstractis, intelligens, intellectus, intellectum idẽ sunt.

Secunda propositio, q intelligens, intellectus & intellectum sunt vnum & idem in quolibet abstractorũ, i. q quodlibet abstractũ, intelligens, intellectus, & intellectum in eo sunt idem in hoc tamen est differentia inter primum & reliqua intelligentias. Hæc suppositio est quasi nota per illud, quod iam dictum est, & magis declarabitur. quod autem intelligẽs & intellectus & intellectum in abstractis sunt vnũ, declaratum est ex verbis Philosophi & Cõmentatoris cõmento. 33. 12. commento. 51. & in libro Destructio Destructionum, quæstione tertia, in tertio modo prope finem secundi incipientis. Dico, cum dicimus rem esse possibilem esse. Et in quæstione decima, an Deus sit vnus in sermone incipiente. Et cum totum hoc ipse dicunt Deum. Et in quæstione nona quærente, an Deus conneat cum alio aliquo in genere, in sermone incipiẽte, Compositio autem, quæ est inter genus & eam, & in multis aliis locis ibidem: & abbreuiatione suæ Meta. & in quæstione septima inquit. Et si sit aliqd sine materia intellectus in ipso est intellectum, & dicit præterea in

terea in illo libro. Et quia primum, ſ. ens eſt apud omnes ſimplex. videtur iſti, i. Auic. & aliis difficile, quomodo ab ipſo primo venerit multitudo, intantum, q̃ inducti ſunt, propter hoc dicere, q̃ primus non mouet motum diurnum, ſed à primo proueniat mouens motum diuinum, & ab iſto motore proueniunt duo, cœlum, quod mouet, & motor, qui eſt præter ipſum: & hic eſt error ſm fundamenta Philoſophicorum. nam intelligens & intellectum ſunt vnum & idem in intellecto humano maxime in abſtractis: & poſtea dicit, q̃ cum fuit intellectum ea verbis Alpharabij & Auic. q̃ motor ſecundus intelligit ſuam ſubſtantiam & intelligit ſuam cãm: & ſm q̃ intelligit ſe oritur vel prouenit aliquid. Et ſm quod intelligit de ſuo principio prouenit ab ipſo aliud qua ſi ipſe haberet duas formas aut duas ſubſtantias vel naturas ſicut Intellexit Algazel ex dictis ipſorum eſt falſum. nam, ſi ſic eſſet compoſitus, plus quam ea vna forma, tunc illa forma eſſet vna in ſubiecto, multo ſm diſſinitionẽ, ſicut dicit. Et dicit in ſua abbreuiatione Met. q̃ hoc erit proprium intellectui ſm quod eſt non materiale, i. q̃ intellectus & intellectum eſt vnum. & ideo inuenitur hoc in oibus abſtractis: & hoc declarauit magis ibidem, ſed ego accepi intentionẽ quæſtionis. nam ſiquis voluiſſet ſcire illa ex toto, vbi ordinate de illis tractant Philoſophi, erunt ſibi probabilia, vt hõ declarat Comm. contra Algazel in libro Deſtructio Deſtructionum. Et dicit in libro illo in quæſtione quærente, an mundus ſit effectus Dei gr̃a in tertia difficultate, q̃ non eſt ſubſtãtia vel quidditas intelligẽs & caulata apud philoſophos, niſi illud q̃ intelligit ſuo principio. Et nõ ſunt hic duæ res, i. vna ex illis quidditas, & reliqua intẽtio vel res addita ſupra quidditatẽ vel ſubſtantiã. Nam, ſi eſſet ſic, eſſet cõpoſitum ſimplex, aut, ſ. abſtractum non eſt cõpoſitũ. patet ergo q̃ intelligens, intellectus & intellectũ ſunt vnũ & idẽ in abſtractis. Quod aũt dr̃ia in hoc inter ea aliquo mõ, declaro declarando prius q̃ aliæ intelligentiæ intelligũt primum hoc aũ probatur multipliciter, primo vniuerſali modo, & hoc declarãtũ, q̃ iſta abſtracta de neceſſitate habẽt primũ principium, & q̃ non ſunt oino diſtincta, ita q̃ non ſit inter ea dependentia cauſæ & cauſati. & hoc ſic, nam hoc nomen i. principiũ aut dr̃ de eis vniuoce aut æquoce aut ſm prius & poſterius, quod vocatur analogia, ſed non põt dici vniuoce. nã vniuoca non ſunt multa niſi pp materiã, hic aũt ſunt immaterialia. & falſum eſt etiã q̃ dicatur de eis pure æquiuoce, quia iam declaratum eſt ipſa eſſe vnius ghis. & non intelligo hic per genus, genus diuiſum in ſpẽs. ſed q̃d dicitur vniuoce. nã hoc impoſsibile eſt in eis: ſed intelligo quid vſe dictũ de eis ſm prius & poſterius, uel quãdam naturã: ſicut hoc nomẽ intellectus & abſtractũ & principiũ, ſ. q̃ vere dr̃ de ipſis, ſ. q̃ ſunt principia & motores vnius ens, ſ. mũdi & ſi non. mundus non eſſet unus & colligatus: & cũ hoc ſi ita non põt dici de ipſis hoc nomen principiũ niſi ſm prius & poſterius: ſed illa, à quibus dr̃ aliquid ſm prius & poſterius, de neceſſitate ſunt attributa, ſed ad aliq̃d, q̃d eſt cauſa eſſe illius diſpoſitionis in eis. Verb. g. hoc nomen calidus dr̃ de rebus calidis per habitudinem ad ignem, qui eſt cauſa caliditatis aliorũ calidorũ: & ea hoc apparet q̃ eſt aliquod primum principium iſtorum notorum. Præterea, Nos videmus illos motores eſſe diuerſificatos in nobilitate & dignitate. Nam motor motus diurni nobilior eſt oĩbus, ſicut declarãtũ eſt ſuo loco: res aũt diuerſæ in dignitate, quãdo non ſunt diuerſæ ſm ſpeciem, tunc diuerſitas inuenta in eis eſt priorum quorundam ſuper alios in illa intentione vel re in qua conueniunt. Res autem ſic diſpoſitæ, & de neceſſitate quædam earum ſunt cauſatæ à quibuſdã, & primum in eis eſt cauſa in eſſe oĩum aliorum. Et ex hoc vẽ, q̃ primus mouet ſm efficiens. Nam poſtquam abſtracta conueniunt in ſubſtantia, ſicut dictum eſt, debent conuenire in actione ſequente ſubſtantiam. Hoc etiam patet alia via magis propria. Nam nos videmus actiones iſtorum corporũ cœleſtiũ ordinatas vel productas per eorũ motus & iuuant in eſſe cuiuslibet entis illorum inferiorum & in conſeruatione eorum in tẽ, q̃ nos videmus, q̃ ſi aliquis iſtorũ motuum non eſſet, corrumperetur eſſe rerum & ordo earum. Et hõ uidemus Lunam & Stellas erraticas, q̃d quaſi ſeruiũt Soli, & ſequuntur ipſum. nam nos uidemus ſemper eas pergere ſm diſtãrias detẽminatas, i. in propinquitate & remotione, & ſm vias determinatas, ſ. in velocitate & tarditate, ſicut declaratum eſt in Aſtronomia. Et hæc actio non puenit ab eis, vel non meſſ eis accidentaliter: & cum ſit ita ipſi de neceſſitate quærunt, & conſequuntur vnum finẽ, & quia eſſe eorum non eſt pp inferiores: finis ergo ille, in quo conueniunt, eſt cã in hoc q̃d conueniunt & concurrunt & adiuuant in productione cuiuslibet inferioris. Nam res alta vel producta cum eſſe illius perficitur per plus vno motore, illud perficitur per ſe quia conueniunt illi motores in uno fine: & vt mũdus eſt vnus per vnum principium: & ſic non vnitas inueniretur in entibus vel in mundo per accidẽs: vt de quo manifeſtum eſt per ſe q̃ mundus conſtat ex cauſa & cauſatis. Et per illas cauſas cognouerimus primam cãm. Et quod verificat hoc totum eſt, quia nos uidemus q̃ reliqua corpora cœleſtia mouentur motu diurno, & quaſi omia ſequuntur primum motorem & ſeruiũt ei. Declaratum eſt ergo per aggregata ex dictis Auer. & fundamẽtis eius hinc inde poſitis, q̃ primus eſt causarum motorũ: ſed nulla eſt via, ẽm quam eſt cauſa eorũ, niſi per illud, quod intelligunt de ipſo: ergo intelligunt primum. nam ſicut dicit dominus Auerroys in abbreuiatione Met. cum poſuerimus unũ eorũ eſſe cauſam alterius, de neceſſitate cauſatũ intelligit ſuã cauſam. Nam hæc duo conueniuntur, in eis, ſ. q̃ intelligit ea intis principijs aliud, illud aliud eſt ſibi cã: & illud quod eſt cauſa illius cauſatum intelligit illud. Et declaratur etiã hæc concluſio per rationem vltimam probantem cõcluſionem præcedentem immediate, i. q̃ primus motor eſt cã aliorũ. Et ideo dicit Auer. in ſua abbreuiatione, reliqui motores conueniunt cum hoc mobili, i. primo in motu eius: ergo in cognitione eius conueniunt. Probatur præterea alia via, q̃libet eorum intelligit ſuam ſubſtantiam: ſed non põt intelligere ſua ſubſtantiam niſi intelligendo illud per q̃d ſubſtentatur vel cõpletur ſua eſſentia: ſed ſua eſſentia ſuſtentatã aue completur uel eſſet in eum per primũ: ergo intelligit primum quilibet eorum. Præterea apparet hoc. nã intellectus ſm q̃ intellectus uerſatur circa ens non circa priuatum. volo dicere q̃ intellectus non dr̃ eſſe intelligens nõ entia: ſed non eſt aliquod ens præter ita entia, quę intelligimus. ergo intellectus illorum cognoſcunt hæc entia uel uerſantur circa hæc. Et cum declaratum eſt, q̃ cognoſcũt hæc entia, aut cognoſcunt ipſa eo mõ quo nos cognoſcimus ipſa, aut modõ nobiliori: ſed falſum eſt q̃ cognoſcunt illa uel conſiſtant in cognitione eorum eo mõ quo uoſter intellectus, quia hõ minus nobili perficerẽtur & eſſent cauſata ab iſtis entibus; ſicut deducit hõ Comm. 12. Metaph. & in libro Deſtructio Deſtructionum. ergo cognoſcunt illa mõ perfectiori & ſm eſſe nobiliori q̃ eſſe circa quod, vel ſm quod conſiſtit intellectus vel cognitio noſtra. Nam vera cognitio eſt illa, quæ eſt conformis rebus. Et ideo, ſi illa cognitio ſit nobilior cognitione noſtra, cognitio earũ verſatur circa entia ſm nobiliorem modũ eſſendi q̃ mõdũ, ſm quem uerſatur noſtra cognitio, etiam eſſe nobile entis, ſ. eſſe intellectuale, quod eſt ea nobilius aũt eſſe entiũ eſt eſſe q̃d habet in prima cã, & ſic Deus eſt oia entia aliquo mõ & cognoſcit ipſa cognoſcendo ſuã ſubſtantiam, reliquæ, xũ intelligentiæ intelligunt illa ſm q̃ intelligũt de ordine exiſtente in primo. intelligũt ergo primum. Nam reliquæ intelligẽtiæ alsimilatur principiis particularibus, qui ſunt ſub primo Principe. eſſe aũt illorum Principium, inquantum ſunt Principes particulares eſt per illud quod habent de ordine vniuerſali, q̃ habent a primo: & quia entia illarũ intelligentiarum eſt illud quod intelliguntur de ordine vniuerſali exiſtente in primo, ſequitur q̃ eſſentia illorum eſt illud quod intelligunt de primo. Virum aũt intelligunt primũ ſm q̃ ſunt cauſatæ ab ipſo, an intelligunt ſe eſſe cauſatas, no eſt hic locus huius. & forte declarabit p dicta & dicenda hic poſtq̃ aũ hoc ſic declaratũ eſt, declarabitur facilius dr̃ia, quæ eſt inter unitatẽ intellectus, intelligentis & intellecti in prima cauſa, & vnitatem earũ in reliquis intelligẽtijs: & non oportet aliud facere in hoc nin congregare dicta Auer. in hoc, & exponere illud, quod eſt difficile in eis p illud quod eſt notu magis & hũc erit hæc conſideratio copioſa: inuenio. 11. Cõtẽ. 12. Meta. cõm. 51. dicentem. & ſic debet eſſe in aliis intelligentijs abſtractis: ſed primus eſſe ſimplicior eorum. Et ideo eſt vnus ſimpliciter huc aliqua multiplicitate, nec pp alientia.

tatem intellectus & intellecti: neq; propter multitudinem intellectorum. quasi. n. ostendit per hoc medium, quo possumus scire differentiam inter vnitatem primi & aliorum motorum cum dicit, neq; propter alienitatem intellectus & intellecti sicut magis declarabitur. Dicit etiam in libro de Sed. in modo tertio quæstionis, quærentis an mundus sit effectus Dei. necessarium autem per aliud vult dicere eo modo quo superius declaraui circa positionem Auicē. intellectus intelligit in ipso aliquam compositionem ea causa, & causatu, & si sit corpus inuenitur in eo multitudo vno modo & vnitas aliquo modo, i. vnum in actu, multum in potentia. & si sit incorporeum intellectus non intelligit in ipso multitudinē neque in actu neq; in potentia, sed vnitatem omnibus modis. Et ideo antiqui vocant hoc genus entium simplicia. Et cum hoc dicūt de illis entibus quod causa est simplicior causatum. Et ideo dicunt antiqui q̄ primus est simplicior. Nā primus non intelligitur in eo causa & causatum. Vult dicere, sed tm̄ est causa. Alij autē, primo intellectus intelligit in eis aliquā compositionem; Vnde Cōm. loquēs de Auic. ibidem cōplens suum sermonem inquit: & si intellexit per possibilitatem dispositionem intellectualem, i. vt credo per operationem intellectus: non sequitur p̄ hoc q̄ aliquis istorū sit compositus, sed intelligitur in ipso compositio, s̄m q̄ est ex eā & causatum. Et debes scire q̄ hoc quod dixit, & si sit corpus vsq; in finem declarabitur est ab ipso perfectē in illo lib. 10 sermone incipiente. Compositio aūt, quæ est inter genus & dr̄iam. Et postea dicit loquēs de Algazel illud, quod ponit de mēte Philosophorum, i. q̄ inuenitur multitudo in alijs à prima causa, tm̄ est sermo corruptus non conuenientes principijs Physicorum. Nam nulla est multitudo in illis intelligentijs apud eos. Et non distinguuntur apud eos p̄ simplicitatem & multitudinem. Vult dicere q̄ non est multitudo sicut ponit Algazel in quidditate vel essentia, q̄ peridē accipio in isto loco, i. loquendo de separatis quorum quidditas eo modo quo dicuntur habere qualitates: quia s̄m veritatem sunt quidditates, non tō constituę ex genere & differentia non distinguuntur ab essentia: sed illi distinguūtur per causam & causatum, & dr̄ia in hoc q̄ primus intelligit suam substantiam & reliqui motores suas substantias est, q̄ primus intellectus intelligit de sua substantia rem existentē in sua substantia, non rem quæ refertur ad eam: reliquæ autem intelligentiæ intelligunt de sua substantia rem relatam ad eam earum, & ita ingreditur earum substantias multitudo hoc modo, & dicit postea in illo loco, nō sequitur q̄ intellectus & intellectum & oibus intelligentijs abstractis est vnum & idem quod oēs sint causæ æque simplices. Nā ipse i. Philosoph: ponuit, q̄ hæc dispositio inuenitur vel dr̄ de intelligentijs s̄m magis & minus. Et non inuenitur verè nisi in prima intelligentia; & cā in hoc est, q̄ primus intellectus in sua substantia consistit uno per ipsum, reliquæ autem intelligentiæ intelligunt de suis substantijs quod ipsæ consistunt per ipsum: & si intellectus intelligēs & intellectum in quolibet illorū esset vnum eo modo quo in primo esse substantia existens per se conueniens substantiæ existentes per aliud, vel intellectus non cōtinuaret eam rem intellectam. Dicit præterea in illa qōne in tertia difficultate modi tertij. & dr̄ia inter causam & causatum est, quod primæ causæ esse eius vnum est per ipsam, esse aūt secundæ per relationem ad primā causam. Nam esse causata est suamet substantia, & non est res addita ei: sicut est dispositio hæc in causatis materialibus. v. g. Color est res existens in le in corpore, i. est res absoluta, ipsum aūt esse causa visionis est s̄m quod est relatum vel relatiuum. Visio aūt non habet esse nisi per illā relationem, vel suum esse consistit in relatione. Et ideo abstracta a materia sunt substantiæ de natura relationis vel relatiui. Et ideo referūtur causa & causatum in formis abstractis à materia. Et si hoc erit bene intellectum, vna quæ dicta sunt in hoc de mente Auer. erunt quasi intellecta: & ea hoc aūt q̄ reliquæ intelligentiæ intelligunt q̄ prima est causa earum. Nam ipsa intelligunt substantias earum, sed substantiæ earum sunt de natura relatiuorum: ita q̄ suum esse constituunt per relationem: ergo intelligunt rem ad q̄ referunt. Præterea. Intelligunt primum, & intelligunt se intelligere primū, vel illud quod est primum. intelligens aūr hoc per se ēt, de necessitate intelligit se esse causatū à re intellecta. ergo &c. Item, in sua abbreuiatione Metaph. in hoc quæsito dicit. primum & verè simplex est illud, quod non indiget alia re extra se in cognitione suæ substantię. & vult ibidem, q̄ reliquæ intelligentiæ indigeant hoc. & dicit cōmen. 5. Tertij de Anima. in solutione tertiæ difficultatis. opinandum est. n. q̄ illud, s. intellectus materialis, est quartum genus esse: quemadmodum. n. tenibile esse dividitur in formam & materia, sic intelligibile esse dividitur in coelestia multa his duobus. s. in aliquod simile formæ, & in aliquod simile materiæ. & hoc necesse est in oī intelligentia abstracta, quæ intelligit aliud, & in oū esset multitudo in formis abstractis: & ideo declaratum est in prima Philosophia, quōd nulla est forma liberata in potentia simplicitatis, nisi prima forma, quæ nihil intelligit extra se, sed essentia eius est quidditas eius. illæ aūt formæ diuersificant in quidditate & essentia quoquo modo: & nisi esset hoc genus entium, quod scimus in scientia animæ, nō possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis, quemadmodum, si non sciremus hic naturā intellectus, non possemus scire q̄ motores abstracti sunt intellectus. Hoc aūt vltimum iam declarandum est, per illud, qđ iam dixit: reliquum aūr sui sermonis declarabitur ponēdo verba eius, circa hoc, in libro Destructio Destructionū. & in alijs locis: dicit. n. in tertia qōne versus finem. Vī. n. q̄ causa multitudinis intelligentiarum abstractarum est propter diuersitatem naturarum receptiuarum earum p̄ illud quod intelligunt de primo principio, & per illud quod acquirunt ab ipso de vnitate, quę est vna actio in se, multa vel multiplicata p̄ multitudinem recipientium ipsam, i. voira tē: sicut est de principe sub quo sunt multi duces particulares: & aote hoc in illa qōne inquit. & non est remotum, q̄ q̄ ipsum, s. primum principium sit vnum in se, considerārur tamen de ipso multæ intentiones & cognoscūtur cognitiones distinctæ vel diuersæ, i. intelligitur modus distinctus ab intelligentijs & simile huic dicit ibidem multoties. & dicit in epistola de possibilitate continuationis c. 13. dicens, q̄, si poluerimus quòd quæ intelligunt formas abstractas à magnitudine oēa sint aliquo modo eum magnitudine, apparebit huius contrarium in corporibus cœlestibus. Nā potentiæ earum, quibus intelligunt abstracta, sunt eū magnitudēne & aote hoc dicit in illa epistola. nam intellectus materialis, quia non habet aliq̄ formam suarum, fuit similior oībus rebus animalibus corporum cœlestium. Nam dispositio aiæ ipsius, ut aliud est nih appetitiua ad mntū apud cognitionem suarū, illam formam abstractā per modū recepti. onis. Et hoc totum verificatur sicut dixi superius, cum considerata fuerint, s̄m quod sunt animata. Declaratum est ergo q̄ vnum intellectus, intellecti, & intelligentis non est in omnibus abstractis vno modo. Declaratum est etiam, q̄ in reliquis abstractis & intelligitur in eis aliquo modo recipiēs & receptum, & potentia. iam. s̄m qđ in ipsis intelligitur recipiens, de necessitate intelligit potentia: in primo aūr nō intelligit recipiens & receptū, nisi forte alio modo, potentia aūt non intelligit in ipso. & bene considera nec putabis cōtradictionem in verbis. Nā reliqui motores recipiunt intellectionem suā à primo primus aūt intelligit de se rē existentē in se non existentē in alio, & intelligit illā per modū receptionis: tm̄ in primo ēt intelligit intellectus, intellectū & intelligens, sicut declaratū est com 39 12. Meta. Ea istis patet intentio Com. in lib. de Anima, cui dixit. nisi esset hoc genus entium &c. Nā non possemus intelligere multitudinem vel diuersitatē in eis, nih p̄ naturas earum receptiuas aliquo modo, sicut dictū est per dicta aūt Ioannis in 3. de Aia non verificatur hoc dictum Cōmen. vt sciunt intelligentes, q̄uia multa bona dixit. debes tamen scire, q̄ non debet dici potētia absolutē illa potentia, quæ intelligitur in istis abstractis: neq; est simplis vnum potentię intellectus nostri. nā oon sunt in aliqua hota vel instāti in potentia, vt recipiant tē vel dispositionē, quia ipsæ sunt æternæ, & si de nouo vel verè reciperēt esse gnabiles & corruptibiles, & maxime, quia intellectus eorum est idem eum substantia eorum. Præterea. Si sic, quare nō recipiunt hoc intellectum vel illam intellectionē aute, cum producens & recipiens inueniuntur semper s̄m vnā dispositionem, & semper est inter illa eadē habitudo & ipse sub æ noo intelliget hæc inferiora eo modo, quo sunt? & si dicatur facta est in eis noua potētia vel dispositio, hoc

idem,

idem, quæro tunc de illa potentia: & sic erit processus in infinitum. Cum igitur non sit in eis tes nona, nun habent verè efficiens, sicut est intellectu nostro, sicut dicit Cõm. in li de Anima. in principio commenti prædicti: & in fine cõm. secundi. & cum non habent verè efficiens non inuenitur in eis recipiens verè, neq; receptum, s. aliquo modo. ex istis patet, q prima causa est verè vna nullam habens compositionem in substãtia, neq; intellectus aliquo modo differt ab intellecto in ipsa, neq; habet aliquo modo potentiam neq; est aggregatum ex substantia & proprietatibus. Nam sicut dicit Cõm. 12 Meta. cõm. 39 omne compositum est nouum, vult dicere, si sit compositum in substantia s. fit compositum ex materia & forma aut ex genere & dñs aut simile genere & dñx. verbi gratia, substantia & proprietates pertinentes ad essentiam, quæ sunt partes essentiales est verè nouum, & si sit aggregatum ex substantia & proprietatibus additis extra animam essentiæ est compositum vel constitutũ ex conditionne vel conditionata vel ex causa & causato: & cum hoc est vnum de occessibrate causatum, ilem declaratũ est ab ipso in libro D ifinctin Deiffectionum expresse loquendo de proprietatibus & sua abbreuiatione Metaph & aliqualiter commento 31. 12. & à fortiori si sit continuum per efficientem, vel recipiẽtem, & receptum vel causatum. Nam tunc illud aggregatum non est prima causa, sicut opime declarat in dicto libro, sed est actus purus perfectè vnus, secundum principia Philosophorum. dixi autem proprietatibus additis extra animam essentialibus vel non, quia, qñ sunt multæ illæ proprietates propter diuersas considerationes vel proprietates dictę secundum negationem, ita quod ex illis non resultant aliqua multitudo non negatur à Philosophis, sicut dicit ibidem Auerrois. Verum autem hæc potentia in abstractis sit distincta in esse ab intellectu entium, aut secundum considerationem tantum, & difficultates accidentes non est hic locus proprius, sed hoc habet tractari in quæstione de vnitate intellectus: ibi enim dixi multa de hoc & quasi de omnibus istis suppositionibus. Debes autem scire, quòd si intelligatur principio de Anima, & recipiens aliquo modo intelligatur, tamen modo alio à modo, secundum quem intelligitur in reliquis abstractis. Nam ipse recipiunt intellectum vel intellectionem aliquo modo ab ipso primo: ipse autem primus est sibimet intellectus.

Tertia propositio, q desideratus vel appetens & desideratum in abstractis est intelligens & intellectum. Ex illa sequitur q appetens est idem in ipsis cum desiderato vel appetito: hæc suppositio declarata est per illud quod declaratum est in anne primæ suppositionis, & per illud quod apparuit ex dictis Cõm. q sunt causæ secundum motorem & mutem: & non est dubium q finis in ipsis est idem cum desiderato, sed ipse declarat hoc ex intentione 12. Metaph. 36. cõm. Et in principio istius commenti inquit. & vt de istis principijs, quæ sunt in corporibus cælestibus, quod desideratum in eis idem est cum intellecto. Etiam declaratum, q appetitus eorũ prouenit ab intellectu & cognitione: ergo desiderans est intelligens vel intellectus. nota tamen, q inquantum dicit desideratum, s. secundum illam considerationem videtur magis nobile & honorabile tot appetente Nam desideratũ, assimilatur fini vel est finis in ipsis, finis autem, inquantũ finis nobilior est eis quæ sunt pp finem. Et hoc valde manifestum est intelligentibus Comm. Auerrois, & principia eius.

Motores corporũ cælestium per se primo & propter se mouent, secundario aũt propter horum inferiorum; generationem ac cõseruationem.

Quarta suppositio, quod motores corporum cœlestium mouent per se & primo propter se, secundario autem propter aliud, s. propter exitum illorum inferiorum in actum & conseruationem eorum. Illa suppositio tam posita est superius, & declarata est eam Cõmeot. 12. Metaph. cõm. 36. vbi dicit q non mouentur nisi quia intelligũt ex se, q perfectio & substantia eorum est in motu &c. & etiam intelligunt, quod motus est cã exitus eius, quod est in potentia in illis formis abstractis ad actum, s. ad formas materiales: & declarat ibidem quod intendit, cum dixit in potẽtia quemadmodum dicimus, q formæ artificiales habent esse in actu in materia & in potentia in Anima Artificis. Et dicit postea sed tñ motus eorum non est pp exitum istarum formarum à potentia in actu non ita q illud est perfectio prima eorũ, sed ita q illud est consequens primam perfectionem eorum. Intelligit ergo ut hoc sermone p corpus cœleste, aggregatum ex corpore & suo motore, quod est sicut vnũ animal. mouetur ergo per se primo, vt assimiletur primo, s. vt sint ẽm meliorem dispositionem quæ possibilis est in natura eorum: melior aũt dispositio est esse mota quàm quietcere. nã motus est perfectio viui, & est vita rerũ naturalium, & ideo quærunt motum pp motummet: nam ipsa intelligunt ex se q perfectio eorum est in motu, sed non intelligo q cognitio eorum ordinatẽ propter motum. Nam si hoc esset sic, magis nobile esset pp minus nobile. sicut dicit Auer. in sua abbreuiatione sed quod motus prouenit à perfectione & cõsequitur ipsam, sicut combustio sequit ignem, s. esse combustiuum: hoc tñ debet intelligi diuersimodè in abstractis, & in corporibus eorum. Nam prima actio abstractorũ est intellectio, quę est substantia eorum, secunda autem actio, esse quens substantiã eorum, est mouere: & ideo continuat perfectio eorum per mouere, corporum autem cœlestium actio prima est recipere motũ æternum circularem, i. moueri in æterno & semper à motoribus eorum, quæ tñ est principaliter pp suum esse, i. pp æternitatem motus illius corporis, vt dicit Cõm. 2. Cœli cõm. 7. ordinatur tñ corpus illud & motus ad motorem. Nam si sit abstractũ æternum, cuius actio est mouere semper, oportet esse corpus æternũ semper motum. Et ideo dicit Cõm. in libro d. q motus est actio eorum propria pp quem inuenta sunt. Et ideo, si motores eorum non essent, non esset motus, & si motus non esset actio eorũ propria non esset, & tunc substantia eorum non esset. probatur præterea q perfectio eorum est in motu. Nam reliqui motores suorum entia vel habent esse pp colligantiam, quam habẽt cum primo motore. ligantur aut cum primo, quia ipse dat cuilibet eorum finem, propter quem inuenta sunt illa principia particularia. & est ordo intellectualis mouentis in qualibet eorum. primus autem est causa istius ordinis, sicut est de principe primo ciuitatis cũ reliquis principibus, qui tunc ipse, & qa finis in ipsis est forma intellectus & intellectum, & non est in eis seruitus addita super substantiã: sunt ergo entia per illud quod habẽt de illo fine: & ideo verisimile, sicut in sequenti quæstione declarabitur, q Deus est efficiens illa aliquo modo. finis autẽ eorum est quasi ẽm q sunt regentia particularia, s. nõ ita vniuersalia sicut primus. Nam ille finis nil aliud est præter hoc: non sunt aũt regentia nisi per motum. nam mundus non potest esse sine motu. mouens ergo pp se. nam si cessabit regimen eorum cessabit esse eorũ: mouent ergo pp ordinem intellectualem quẽ habent a primo, vt assimilent ei, cum sint ẽm melioremdispositionem eorum. primus aut mouet ẽm ordinẽ intellectualem vtem, quem habet in se Et ideo ipse solus perfectè mouet pp se, & est vere finis: nam ipse mouet pp se non vt assimiletur alteri nili sibimet. Debes autem scire q non intelligo per illud quod dixi, sicut cõbustiuum esse sequit ignem, q actio eorum sit naturalis sine cognitione: & iam dixi de hoc aliquid. Quod autem mouent pp productionem illorum inferiorum patet. Nam per motus illorum producuntur hæc entia & conseruantur modo perfecto: & hoc non est per accidens. Nam de natura perfectionis formarum est esse agentes vel efficientes in illo mundo inferiori, & nos videmus eas semper producere illos effectus, s. esse illorum inferiorum & coseruationem illorum, sicut declarabitur in secunda quæstione. Quod aũt non mouent pp ista inferiora prima intentione patet, quia actio æterni & diuini est ppter suum esse & perpetuitatem sui, vt declarat. Comm. 2. Cœli, cõm 17. & hoc etiam patet, quia æternum & abstractũ non est pp generabile & corruptibile. nam magis nobile non ordinatur propter minus nobile, sicut declarauit Cõm. in multis locis: & in 12. Metaph. & in 2. Cœli & in sua abbreuiatione Et ideo dicit Cõm. in sua abbreuiatione Met. q sicut nos, cũ habuerimus vltimam perfectionem, melius est nobis influere alijs aliquid de illa perfectione, ẽm q eis est possibile recipere de illa perfectione, non est q perfectio nostra sit pp illos, sic est dispositio in corporibus cœlestibus cum istis inferioribus. Et dicit post. 2. & cũ fuerit ita, patet quod illa principia, s. abstracta sunt causa huius mundi sensibilis ẽm formam, & efficiens, & finis. & ideo esse vel productio huius mundi sensibilis ab illis, s. aliquo modo non est, quia ipsa, i. abstracta sunt ppter illum mundum, sed ipse est pp ipsa, sicut declaratur ex isto sermone. Et cũ hoc ut ita,

non remanet ꝙ perueniat ab ipla niſi ſecundaria intẽtione eo modo quo dicimus, ꝙ lex vel ponens legem eſt cã boni hominibus digni, non ꝙ ipſe acquirat perfectionem in ſe. vt ergo ꝙ entia ſunt dupliciter modis, quædam ſunt vt ſeruiũt alijs vel alio, quia ipſum eſt finis: quædam ſunt, quæ perficiunt alia & perficium ipſa: quia alia, ſ. per ſcientia ſunt principia vel Principes, non quia ſunt ꝓp ipſa. & ſi bene conſiderabis commen. 17. & 31. ſecundo Cœli, erit tibi nutum Ante autem quàm veotam ad ſolutionem argumentorum apparet mihi adducere hoc quæſitum ex verbis Cõmen. in ſua abbreuiatione Meraph. nã hoc eſt valde bonum & vtile, vt puto in hoc. & hæc ſunt verba eius, primum aũt efficiens, ſm ꝙ de neceſſitate eſt æternum, ſequitur, ꝙ nõ ſit in materia: quod aũt non haberet formam, neceſſarium eſt etiã. Verum aũt habet cauſam finalem indiget conſideratione. Nam, ſi poſuerimus ipſum habere cauſam finalem, erit cauſatum de neceſſitate ab ipſa: nam finis eſt nobilior efficiente. Vnde dicere, vt puto in iſto caſu, ꝙ finis ſequens motum. vel mutationem nobilior eſt mutatione, nõ illo qui mouet. ſecus eſt de fine non ſequente tranſmutatione, ſed eſt ens quoddã quia finis, vt ſic, nobilior eſt illo qui mouet vt mouens eſt, ſicut eſt in ęternis. ſed de hoc dictum eſt aliquid. & cum ipſe non eſt in materia: ergo finis tantum eſt cã ſui eſſe. & quia nos iam ponimus ipſum primum efficiens. erit ergo cauſa finis: & ſic erit cauſa ſibipſi. huc autem non ſequitur in rebus materialibus. Nam efficiens eſt ea finis, ſm ꝙ eſt finis, & quia hoc eſt impoſſibile, non remanet niſi ꝙ ipſe ſit finis eius met, ſicut ſciens, cuius finis in docendo eſt influere bonum tm̃, & ponens leges, qui ducit homines ad dignitarem abſq; hoc quod ipſe acquirat dignitatem: & ſic vſq; ꝙ prima forma non habet efficiens. nam ſi habere: eſſiciens, non eſſet vltima forma. Nam ipſa eſt etiam prior in eſſe efficiẽte, & magis remotum eſt ꝙ ſit materialis, & cum nõ habebat efficiens, ipſa & vltimus efficiens ſunt vnum in ſubiecto. Nam, ſi poſuerimus illa duo numero, ſequitur ꝙ ſit cauſata ab efficiente, & efficiens cauſatus ab ipſa, inquantum eſt habens formam, & non erit primum efficiens o, ortet etiã de neceſſitate ꝙ ipſa nõ habeat finem. Nam finis, v. putu habens finem vel forte finis eſt etiam forma: & dicit de ipſo ꝙ habet formam, & erit ergo forma prior ipſa, & ſic non erit illa vltima forma; & cũ ſit ita, finis eius eſt ſua ſubſtantia: impoſſibile etiã eſt ponere ꝙ finis primus ſit aliud à primo efficiente, & à prima forma. Nam prima forma, vt iam declaratum eſt in iſto ſermone, & vltimũ efficiens ſunt vnum in ſubiecto. & non eſt poſſibile, vt iam diximus, vt vltimum efficiens habeat finem præter ſe & ſuam ſubſtantiã. Iam ergo declaratum eſt ex illo ſermone, ꝙ omnia omnia aſcendunt ad cauſam vnam, & ipſa eſt finis & efficiens & forma: declarabimus autem hoc via magis propria poſtea, via autem quam dixi hoc declarare ſimilis eſt viæ, de qua diximus in 12. commento 36 in exemplo balnei, & aliqualiter tactum eſt de hoc, & magis in ſequenti tangetur. & dixi ante hoc in iſto libro, quòd intelligit per vltimum efficiens vltimum motorem. & declaratum eſt ergo quòd motor primus & forma & finis primus ſimpliciter ſunt vnũ, & ꝙ primus eſt cauſa ſecundum efficiens & ſm formam, & ſecundum finem, & quòd finis eius eſt ſubſtantia eius, ita quod ipſe eſt finis eius. Puuam ergo nunc ſolutiones argumentorũ.

losophos est occessarium per alium, i. per causam. nota tñ q̃ non est possibile ex se necessarium per aliud: & iam ineuntes sum de hoc in alia quæstione. Motus etiam localis circularis consideratus absq; eius causa est possibilis: quia habet oppositum, i. quietem: & potentia semper est ad utrumlibet motui. & ideo semper indiget motore, unde, quamuis corpus cœleste de sua natura sit in potentia ad motum, & est aptū sic ab illo motore moueri, iamen ipsum est de se eos actu, & nisi esset motor haberet priuationem motus: & ideo aliquo modo resistit vt Cõm. tract. de Vacuo, & aliquo modo non. & eius motor non potest ipsum velocius mouere. & hoc inest ei propter talem naturam illius corporis & motoris illius, s. sic moueri. Consideratus autem in comparatione ad omnes eius causas est occessarius æternus, ita q̃ nõ est possibile non esse, & totum hoc est elatum scientibus cõmentatoribus, & maximè in Meta. vbi loquitur de Ioanne Grammatico. Et cum hęc sunt hanc considerata, soluuntur multæ difficultates. Nunc est visum mihi aggregare ex dictis Auer. illud quod est conueniens huic, q̃ omnia entia dependent a primo. Inquit n. in sua abbreuiatione Meta. postquam complenit sermonem de motoribus abstractis, q̃ abstracta sunt causæ corporum cœlestium, eo modo quo diximus: & primum abstractorum est causa aliorum, elementa autem sunt de necessitate causata a motu corporum cœlestium: & hoc iam declaratum est in Libro cœli. Ibidem. n. dictum, q̃ de natura motus est causare calidrationem. Ad esse autem caliditatis sequitur leuitas, q̃ est forma ignis. vult dicere elementa formam ignis vel q̃ accipiunt loco formæ. Et dicit vlterius, q̃ ad priuationem motus sequitur oppositum, i. grauitas & & ideo ignis terminatur in concauo corporis cœlestis. terra autem est in medio propter remotionem eius a motu continentis. amplitia autem media, quæ sunt inter ignẽ & terram, s. aer & aqua: inueniuntur ſm duplicem dispositionẽ, ita q̃ sunt grauia & leuia: grauia respectu superiorum, & leuia respectu inferiorum: & vniuersaliter, quia esse corporum simplicium est ſm q̃ sunt contraria. causa autē in contrarietate eorum est aliud aliud est nisi motus corporis cœlestis. Corpus cœleste de necessitate est efficiens eorum, & eorum. & non tantum hoc habet corpus cœleste respectu illorum, sed etiam ponit vt quasi forma eorum, & simplicia respectu eius quasi materia. Inferiora eorum perficitur per superius & omnia perficiuntur in fine corporis cœlestis. & hoc etiam declaratum est in Lib. Cœli. corpus etiam cœleste inquantum rotundum non potest esse sine corpore, circa quod reuoluitur & est eorum. recta autem est talis respectu cœli cum autem terra sit, reliqua elementa sunt de necessitate. ergo elementa sequuntur esse corporis cœlestis, sicut sequuntur lapides & partes formam domus. Et cum hoc ut ita, corpus cœleste est causa esse elementorum, ſm conseruans, & efficiens, & formam, & finem. Debes tamen scire, q̃ hæc declarata sunt perfecte ab ipso in commentis eius & maxim. in dictis de Cœlo & Mundo: sed hic tantũ supponit ista. Et ideo non multum insistat, cura etiam Philosophi non est de nominibus. Et ideo potest in illo Libro poni dicta quasi media inter dicta sua & Auic. Ego autem accepiam ex dictis eius quod est conueniens positionibus eius in commentis suis. vnde vlterius affert, q̃ de rebus homogeneis & animatis non indigemus in assignatione causarum eorum nisi elementis & motibus corporum cœlestium, & hoc in homogeneis: sed in animatis oportet ponere generans etiam de specie eorum aut aliud loco illius. Et ideo dicit Arist. q̃ Sol & homo generant hominẽ. Nam ista generabilia & corruptibilia indigent qualitatibus propriis & figuris propriis determinatis, quæ prouenunt a motibus diuersis & aspectibus corporum cœlestium: & hæc mensura in vnum specie istorum non prouenit nisi a certa diuina intellectu per se. nam illæ formæ habent esse multiplex, & esse eorum perfectum est in abstractis. Et maximè in primo, sicut declarat Comm. in 12. Meta. & in aliis locis contra Platonem & Themistium & Auic. & dicit in sua abbreuiatione in loco prædicto. & quia ista corpora sunt via dantur vnam istis inferioribus. Nam nihil potest mouere materiam ad perfectionem animalem nisi corpus animatum. Nam res attribuit alijs similem substantiæ eius, & in dicta abbreuiatione, dicit in hoc proposito post iam superius dicta: & cum hoc sit ita sicut narrauimus & declaratum est de corporibus cœlestibus, q̃ sunt causa in esse elementorum, & ſm quos modos sunt causæ eorum, dicamus, q̃ formæ elementorum sunt causæ propinquæ in esse primæ materiæ communis eis ſm formam & finem tantum. Nam materiam primam impossibile est habere causas præter istas duas tantum. nam efficiés producit rem dando actu vel rei actæ rem tibi similem & est forma. materia autem prima nõ habet formam, ideo neq; efficiens. vult dicere, q̃ non habet formam, quæ si ne subitantia vel essentia eius vel pars essentiæ. neque habet aliam materiam: quia ipsa est prima. Ipse etiam declarauit commen. 2. 4. Cœli, quia res attendæ non habent efficiens, nisi ſm q̃ est forma eorum aliquo modo & conseruans. declarauit hoc etiam commento 92. Secundi Cœli. Possumus etiam alio modo imaginari materiam esse causatam. Nam hoc nomen materiæ dicitur de corpore cœlesti, & dicuntur ipsa materiam ſm prius, & posterius: quæ autem talem habent dispositionem primum eorum est causa aliorum. ſm hoc ergo erit materia corporum cœlestium causa in esse istius materiæ. & causa in esse materiæ corporis cœlestis sunt formę eorum, i. motores abstracti, vt declaratum est. occessitas autem illius ordinis in illis intelligitur hoc modo: quia. n. sunt abstracta ſm esse perfectum habent producere vel ordinantur ab ipsis alia entia: sed, quia quædam istorum entium formæ eorũ non possunt esse sine subiecto de necessitate est vel sequitur esse subiecta: & esse illarum formarum in materia est propter necessitatem, sed esse eorum in se est propter nobilius. Nam esse eorum de necessitate melius est non esse vel priuatione earum. & propter hoc soluitur dubium accidentis in esse illarum formarum. nam potest quis dicere, ex quo entia habent perfectius esse in rebus abstractis, quare inueniuntur ſm modum minus nobilem: nisi quis dicat, q̃ finis in hoc est esse earũ in materia: & sic magis nobile erit propter minus. Sed nos dicamus, q̃ esse earum hoc modo est de necessitate aliud esse, & est, quia est nobilius esse priuatione: & ideo esse earum est diminutum, esse autem earum diminutum est magis nobile respectu priuationis, esse autem earum diminutum & materiale est propter necessitatem, quia nõ possunt esse secundum dispositionem perfectionem. vult dicere, secundum q̃ sunt in actu. quia quando sunt in potentia sicut dictum, quia forma artificialis est in potentia in anima artificis, vt dictum est in quæstione præcedenti, habens nobilius esse: in actu autem non possunt habere maiorem perfectionem quam istam, s. esse materiale. & dicit vlterius, q̃ sicut nos nobiliores lumina docendo alios cum habemus vltimã perfectionem secundum q̃ est possibile esse sic est dispositio principiorum abstractorum in esse corporum cœlestium ab ipsis: sed formæ quatuor corporum, elementorum sunt propter necessitatem, i. propter esse formarum corporum cœlestium. vult dicere sicut dictum est: quia elementa tunc propter corpora cœlestia inquantum sunt rotunda. Corpora autem propter motores eorum, vel forte, quia mensura illorum motorum est prouenire ab ipsis alia entia. Dicit vlterius, q̃ inueniuntur etiam in materia propter necessitatem, quia accidit eis necessitas duplici modo, secundum q̃ sunt entia, alio modo ſm q̃ sunt in materia. Causa autem aliarum necessitatum in eis est esse corporum cœlestium. nam necessitas eorum esse est esse corporum rotundorum, & esse eorum in materia est esse corporum cœlestium in subiecto, vt puto si non sit error in scriptura: q̃ vult dicere, cũ dicit in subiecto corpus circa quod voluuntur, & est eorum: & forte, intelligit per subiectum corpus cœleste, qd dicitur subiectum respectu formæ abstractæ quo materiæ: sed illud quod magis videtur secundum positionem sua est, q̃ necessitas in essendo entia est propter perfectionem motorum. nam res abstractæ & perfectæ prouenunt ab ipsis alia entia, vt dictum est. & causa materiæ est, quia non possunt habere perfectionem nobiliorem ista: & quia necesse est esse corpus circa quod voluitur cœlum. Sequitur vlterius, dicens, formæ autem, quæ prouenient post mistionem elementorum & complexionem, sicut forma vegetabilium & forma hominis, esse eorum est propter animam intellectiuam: & esse animæ intellectiuæ vel rationalis propter nobilius sicut est dispositio in corporibus cœlestibus,

puto

puto quod intelligit per hoc, ſi per animam intellectiuam intellexit abſtractum à materia quod ipſa inuenitur pp ſe, & quia habet eſſe nobile, ſicut reliquæ intelligentiæ cauſatæ aliquo modo. Et ideo dicit, q ens magis propinquum corporibus cœleſtibus ſm nobilitatem eſt homo, & eſt quaſi medium inter eſſe æternum & gñabile & corruptibile: ſed, ſi intelleait per animam intellectiuam virtutem cogitatiuã ſequens formam materialem propriam hominis, vt vſ ex dictis eius, cum dixit, & eſſe animæ intellectiuæ vel rationalis etiam in materia eſt propter neceſsitatem: tũc intelligo, per illud quod dixit propter nobile, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus cœleſtibus, q hæc anima, quæ aliquã vocatur intellectus, eſt propter animam intellectiuam, ſicut corpora cœleſtia ſunt propter motores eorum, ſed magis vſ mihi, q hoc eſt dictum Auempace de intellectu poſsibili. hũc.n. librum compoſuit ante commentum multis annis, Cuiam ſummam Philoſophiæ & Logicæ, in qua propter breuitatem ſecutus eſt alios in multis: innuit tñ quaſi ſemper illas non eſſe firmas ſententias. Et ideo dicit poſtea, q proportio animæ rationalis cum formis inferioribus ipſa eſt proportio rationalis ad intellectum acquiſitum: & ex hoc vſ, q ipſe loquitur hic ſm opinionem Auempace, ſed ſm poſitionem propriã, in qua ponit q materialis intellectus eſt æternus & acquiſitus corruptibilis, non verificatur hoc. nã corruptibile non eſt nobilius æterno & abſtracto: & fortè vult dicere, q eſſe animæ intellectiuæ ſm quòd eſt recipiens, eſt propter eſſe nobilius hominis, ſ. vt homo per ipſam ſit intelligens & nobilius, & etiam propter naturam ſuam ineſt ei hoc: ſed eſſe ipſius ſm ſe ipſã eſt propter te. illud autem qđ dixit, ſicut eſt diſpoſitio in corporibus cœleſtibus, i. quibus appropriantur motores propter melius, & vt ſint nobiliora cum autem dixit, hanc animam eſſe in materia, fortè vult dicere, q ipſa attribuitur corpori, & recipit à potentijs animę materialis: & ſm hoc fortè intellectus acquiſitus ſeu in habitu, eſt nobilior alia intellectiua, vt eſt receptiua. Nec eſt remotum, q ſi in aliquo abſtracto non ita perfecto, aliqua diſpoſitione prope perfectionem hominis: & magis imè qñ hoc inuenitur in ipſo propter luam naturam diminutam reſpectu aliarum intelligentiarum: & forte hoc inuenitur in ea ſecundaria intentione propter hominem: primaria autem propter ſuã naturam, quia non poteſt aliter eſſe, & melius eſt ſic eſſe quàm non eſſe omnino. Inquit vlterius, & proportio ſenſitiuæ ad rationalem eſt proportio vel habitudo materiæ: & proportio vegetatiuæ ad ſenſitiuam, & proportio homogenei ad vegetatiuam etiam eſt proportio materiæ: & ipſamet eſt proportio formæ homogeneæ ad elementa. & homo eſt illud, in quo cõungitur eſſe ſenſibile cum eſſe intellectuali, pp quod autem inuenitur de anima ſenſitiua & vegetatiua plus vna ſpecie. Vſ.n. q eſſe eorum eſt propter perfectionem, & vſ q quædam earum ſunt propter hominem, vel quædam propter quaſdam. In aliquibus autem animalibus hoc non vſ. & ideo poſtea declarabitur, q quædam etiam corrumpunt quædã per accidens, & propter neceſsitatem materiæ, ſicut ſcorpiones & alia venenoſa, quæ videntur corrumpere quædam alia, quæ ſi non ſint nobiliora, non ſunt minus nobilia: & dicit loquendo de ſolicitudine: q ſi inuenirentur illæ res, quæ ꝓueniunt de neceſsitate materiæ, à quorum eſſe accidit malum eſſe magis malum. Nam impoſsibile eſt in eſſe eorum magis hoc & es emplificat de igne, cuius vtilitas eſt manifeſta, ſed ſibi accidit corrumpere multas res. & concludit vlterius dicens. Iam declaratum eſt ea illo ſermone quis eſt modus eſſe rerum quarundam à quibuſdam, & proportio quorundã entium ad quandam imperfectionem, & q omnes perfectiones attribuũtur ad primam perfectionem, vel dicuntur per attributionem ad ipſa, & de neceſsitate eorũ eſſe eſt cauſatum ab eſſe primi. Et declarat poſtea loquendo de ſolicitudine, quod motus corporum cœleſtiũ eſt conditio requiſita in eſſe cuiuſlibet rei hic productæ, & in conſeruatione illius: & magis apparet hoc de Sole, & poſtea de Luna Nam declaratum eſt de diſpoſitione Solis, q. ſi eſſet maior quàm eſt, & locus eius magis propinquus, ipſe corrumperet vegetabilia & animalia per intentam caliditatem: & ſi fuiſſet minor vel remotior, corrumperet illa propter intenſiones frigiditatis, & vſ hoc etiam. nam res, per quam Sol agit caliditatem, ſunt motus eius vel retractio radiorum, & multa ſunt loca, quæ non ſunt habitabilia propter nimiam caliditatem & nimiam frigiditatem, & vſ etiam hoc. Nam, ſi non haberet circulum obliquum, non eſſet hic ver, neq; æſtas, neq; autumnus. Et clarum eſt, q iſta tempora ſunt neceſſaria in eſſe vegetabilium, & dicit præterea, q ſi non eſſet motua diurnus, non eſſet dies neq; nos: & eſſet medietas anni nox & medietas dies, & tunc res corrumperentur in die pp caliditatem, & in nocte propter frigiditatem: poſtea ponit actiones Lunæ, & dicit poſtea, q hæc eſt diſpoſitio aliarum ſtellarum & corporum eorum ipſæ.n procedunt ſm diſtantias determinatas ad Solem. Et ideo dicit Ariſto. q motus eorum eſt ſm motum Solis: dixit autem hoc, quia videtur ſequi motum eius, & quærunt quaſi ſimilare ſibi. Et ideo debemus hoc accipere ab Aſtrologis. Et vlterius inquit, ſed propter nobilitatem iſtorum corporũ cœleſtium ſicut multoties diximus, nõ videtur q ſolicitudo vel cura eorum ſit prima intentione propter illa inferiora. & ſi non res æternę eſſent propter corruptibiles, & magis nobile ꝓpter minus nobile: ſed quia acquirunt iſtam æqualitatem & ordinem in motibus eorum per illud, quod intelligunt de ſubſtantia principiorum eorum. vult dicere, cum ſint conſideratia, inquantum ſunt animata & habentia intellectum, ſicut iam. dixi: principia autem iſtorum acquirunt hoc à primo principio, quod eſt Deus, & ipſe eſt cauſa eſſe rerum ſuper terrã & omnium hic exiſtẽtium, quod eſt bonum ſimpliciter eſt ab ipſo. Hoc eſt quod viſum eſt mihi Heliæ de Creta hebræo aggregare ex dictis Philoſophorum fideliter recitatis in hac nobili quæſtione. Et ſi Deus prolongauerit vitam & bona fortuna ſucceſſerit, dicam magis prolixe in iſtis rebus nobilibus &c. ſi quid tñ dictum ſit contrarium legi non mirum eſt: quia tantum intentiones Philoſophorum ſm ſuam. dãmẽta eorum dicere volui. ſcitur.n. q via legis, cui magis creditur, alia eſt à via Philoſophica. Finis huius opuſculi factum eſt Venetijs in 1480. ſecundum numerum latinorum.

QVAESTIO DE ESSE ET ESSENTIA ET VNO.

Cum eſſem Peruſij cum doctiſſimo Comite magnifico domino Ioanne Mirandulano Philoſopho clariſſimo, multa de eſſe & eſſentia & vno diximus: quia tamen poſitio Commentatoris circa hoc quoque modo occulta eſt, nuſquam completè poſita: ideo hæc paucа aggregaui magis declarãdo quam diſputando: & maximè quia eum bene diſpoſitis tantum loquendum eſt de his.

Quanam ſit vnius natura, & quomodo ad ens ſeu decem prædicamenta ſe habeat.



IRCA id quod dicit Cõm commen. 3. Terrij Metaph. cõtra Auicennam de vno, Nota q Auicen. credidit vnum ſicut & eſſe quoddam accidens reale nõ ſolum in prædicamentis accidentium, ſed in prædicamento ſubſtantiæ, ita q vnum ſemper ſignificet accidens realiter additum enti. Cuius ratio eſt primo. nam, ſi vnũ in numero ſeu numero ſignificatum accidenti accidens, & in ſubſtãtia ſubſtantiam: numerus eſſet compoſitus ex accidentibus & ſubſtantijs, & nõ ingrederetur ſub vno genere, & à fortiori ſub prædicamento quantitatis: hoc autem eſt falſum. Præterea ſi poneretur ſignificare ſubſtantiam tñ, ſequeretur ex hoc aliud falſum, ſ. q ſubſtantia exiſtit in accidentibus, ex quo de aliquo accidente demonſtrato dſ ipſum eſſe vnum numero. vnde concludit, q eſt vnum accidens dictũ vniuocè de omnibus decem generibus non ſm prius & poſterius, & q hoc vnum eſt vnum numerale, ſeu ens quo cõponitur numerus. Hoc confirmat ſic, quia in quibuſdam manifeſtè apparet q ſignificat accidẽs. v.g. cum dicimus de aliqua aqua eſſe vnum numero: hoc.n. eſt accidens in aqua. & ideo aqua remanet aqua ſiue ſit diuiſa, ſiue non, eo modo quo accidẽtia ſuccedunt in ſubiecto vnum poſt reliquum præter corruptionem ſubiecti. manifeſtum eſt.n. bene diſpoſitus, q. cũ aqua diuiditur, in quantitate ſi in qua poteſt ſtare eius forma non corrumpitur illic aliqua aqua neq; generatur per

acquiſi-

acquisitionem nouę formæ substantialis vel per corruptionem.aqua.n.existens corpus homogeneum, non determinans sibi figuram per se modo declarato in Lib. Cœli, nec organice habens formam eatenus non corrumpitur in tali diuisione: sed illæ,quæ prius fuerunt partes coniunctæ,nūc non sunt partes. vnde per diuisionē vniuersalis substantiæ factæ sunt duæ: non tñ aliqua forma quæ non prius fuit acquiritur nec corrumpitur in diuisione,imo eadem pars formæ,quæ fuit in vnaquaq; parte aquæ, remanet,separata tñ ab alia: & simile accidit in quibusdā animalibus, in quibus anima est quasi vna ſm formam non ſm numerum. vt dicit Philosophus & Cōm.in cōm.penult.& vlti.1.de Auima. & 2.cōm.secundo illic ponit,q talis anima est quasi vna in forma,& in actu plures in potentia: & hoc manifestum est: sed diai hæc, quia quidam dicunt aliter contra intentionem Commentatoris & Auic.hic,& contra veritatem notā. Præterea ipse arguit,vt dicit Cōm.in dicto commēto, quia hoc nomen vnum est nomen denominatiuum,seu concretum: ista aūt nomina significant substantiam & accidens. Præterea ipse arguit,si vnum non dicit dispositionem additā substantiæ rei,tunc idem esset dicere homo est vnus, & homo est homo,vt dicit Cōm.cōm.9.to.Meta. Præterea ipse credidit, quod vnum dictum seu inuentum in oibus prædicamentis est illud, quod est principium numerorum seu eiusdem gencris: oumerus autem est accidens,quia est de prædicamento quātitatis.ergo vnum significat accidens in entibus: & ideo opinatus fuit q vnum non est idem quod ens, seu non est idem cum prædicamentis: ea quo.n.est accidēs de prædicamentu quantitatis non possunt esse iplamet prædicamenta. vnde concludit, q est accidens commune omnibus prædicamentis, de quibus omnibus dicitur seu prædicatur.vnde & ipse Auicen.putauit,q multitudo.quæ ponitur in genere numeri,cum dicitur,q numerus est multitudo vnitatum est vnum cum numero & ideo dixit, quomodo multitudo potest esse genus numeri & ipsa est nomerus met.nam multitudo in eo, q multitudo diuiditur ad talem & talem multitudinem, sicut numerus diuiditur ad talia & talia numerabilia,s.sensibilia. vnde ipse putauit q ois multitudo est multitudo numeri de prædicamento quantitatis, sicut credidit, q omne vnum est vnum de prædicamento quantitatis: cui ubijcit Commentator in multis locis in dicto commento & in cōm.8. Noni & in media sua expositione: quem locum dominationi vestræ traduxi, & in alijs locis.primo n.contradicit ei in hoc, q ipse credidit, q omne vnum significat accidens.secundo in hoc, q credidit q omnis multitudo est multitudo de prædicamento quantitatis. tertio in hoc q credidit q vnum significat accidēs semper. quarto in hoc,q credidit ipsum significare accideus cōmune omnibus decem prædicameotis, quod dicitur vniuocè de ipsis,vt saltem sequitur ea dictis eius,imo videtur,q etiā voum,quod est principium numeri,non dicitur vniuocè de omnibus,de quibus dicitur, imo ſm prius & posterius,nisi saltem ſm magis famose & minus, vt apparet ea distinctione vnius numero, & vt postea apparebit: ea quibus sequitur quintum,s.q Auic.male dixit in hoc, quod credidit q vnum.quod est principium numeri de prædicamento quantitatis, de quo considerat Arithmeticus est idem cum vno, de quo cosideratur Metaphysicus: vnde hoc fuit causa sui erroris.sequo contradicit ei in hoc q credidit q vnum sit accidens reale in entibus,dato q non sit anima.hoc.n.non est verum,saltem de vno,quod est principium numeri: de quo ipse erraut,& credidit esse vnum accidens cōmune voiuocum.vnde,vt innuit Commentator in locis prælegatis,& vbi loquitur de significatione vnius numeri multipliciter dicitur. dicitur.n numerus numerale prius & famosius de continuo, sicut dicitur vna linea & vna superficies: dicitur etiam de corporibus homogeneis,quæ continuant dispositionem aliqua in eis,& isto modo dicimus de aqua demonstrata q est vna aliquando, quando autem dicitur vnum de colligatis & de continuis, & maximè de colligatis ſm naturam,vt manus & pes: posterius autem isto dicitur de colligato per artem,sicut dicitur de vna domo:dicitur aliquando de vno individuo ſm formam sicut Plato & Cicero, & de illo q est primum indiuisibile,& voiuersaliter omnia,de quibus dicitur voum continentur in quatuor vt dicit Commentator primo cōmento 10. Meta.multa tamen dicta apparent diuersa in illis: quæ omnia à sapientibus bene intelliguntur. de his.n.omnibus dicitur vnum. numero famose, & vniuersaliter apud multos significat has res ſm q ipsæ sunt distinctę ab alijs & indistinctæ in se: & ex his abstrahit intellectus intentionem vnius seu vnitatis, quæ est omnino indiuisibilis,quæ est principium numeri, ex cuius multiplicatione fit quantitas discreta absolutè.q est numerus. Illud autem vnum, sicut & iste numerus, est quoddam accidens factum seu fabricatum per operationem intellectus: & iste est numerus, qui est de prædicamento quantitatis, de quo considerat Arithmeticus. ipse.n.considerat de vno, ſm q est vnum tantum abstractum à subiecto. vnum autem non numero dicitur etiam multipliciter, vt dictum est in loco. sun.vnum autem,de quo considerat Metaphysicus est synonymum enti, & dictū analogice. de quo dicit Philosophus & Cōm.q est idem cum ente, & nō differunt nisi quodammodo; vnde ambo significant vnam naturam, modis tñ diuersis. vnum,n.de quo considerat Metaphysicus dicit ens cum priuatione diuisibilitatis suæ substantię & quiddetatis, ens autem non dicit priuationem diuisibilitatis. vnde vnū, de quo considerat Metaphysicus dicitur analogice de decem prædicamentis,s.de vno in substantia & de vno in quātitate, quod est principium numeri, & sic de alijs prædicamentis: vnde dicit Cōm. vnum, quod est principium numerorum, est ex entibus, de quibus dī hoc nomen vnum, licet sit magis dignum huius,i.hnc nomen vnum, quod est analogum ad decem prædicamenta, & tanquam genus ipsorum,non tñ vniuocum dicitur magis digne de vno, quod est principium numeri quantitatiui, qui est aliquid decem prædicamentorum, de quo dī hoc nomen vnum analogice: quia ipsum est vnum omnibus modis, imo magis debet dici vnitas,quę vnitas siue vnum inter omnia de quibus dicitur, vt dictum est prius, dicitur de primo indiuisibili in vnoquoque genere. Quomodo autem vnum,quod est analogum ad decem prædicamenta inuenitur in omnibus prædicamentis, & quod non est accidens additum substantijs ipsorum declaratum est à Cōmētatore in locis prædictis: & alijs, vnum.n.quod est synonymum enti, siue ens, accipiendo ens seu esse pro illo, quod est tanquam genus, cui opponitur priuatio, non pro illo, quod dicitur in propositionibus de iecundo adiacente: & etiā copula in alijs propositionibus,seu hoc verbū est, quod idem significat quod verum,s.q sicut intellectus intelligit illam rem, ita est ea in anima: & vniuersaliter est de secundis intentionibus,seu est synonymum, non q est quoddam accidens rerum,s.q eorum esse in anima est conueniens ei, quod est extra animam esset additum subiectum rei,s.accidens,vel hæc dicuntur vniuocè de decem prædicamentis,vel analogice seu ſm prius & posterius vel omnino æquinocè non omnino æquinocè:quia talia non habent vnam definitionem.neq; vniuoce.neq; ſm prius & posterius: neq; etiam habēt subiectum essentiale seu per se,neque habent prædicata per se, quibus diuiduntur prima diuisione,& non mediatè, vt dicitur,cui aliquod est in potentia,aliquod in actu & similia.neque dicitur de eis vniuocè:alias.n.si essent vniuoca cū alijs dispositionibus,quas etiam habent,essent genera decem prædicamentorum.impossibile autem est vt sit vnum genus vniuocum substantiæ & reliquis prædicamentis, cum sint naturæ omnino & totaliter diuisæ:ergo hęc dicuntur analogice:ego significant substantias prædicamentorum.nam ista sunt quæ dicuntur seu significantur ſm prius & posterius. vt prædicamenta haberent alia prædicamenta,s q esse, quod est accidens in substantia, est prius, & in alijs est posterius, sicut ipsa,s.q esse in quantitate proportionatum esse in qualitate,sicut quantitas ad qualitatem & similiter in substātia: hoc igitur accidens dicitur analogice,i.quod tale accidens in substantia est habitudo eius, ad tale accidens in quantitate,sicut est proportio substantiæ ad quantitatem, & similiter in alijs: & secundum hoc tale accidens in substātia est in quantitate,quantitas: & sic erunt istis prædicamentis alia prædicamenta, & idem etiam contingit de illis: & si sic,esset processus in infinitum.confirmatur, si essent vniuoca & genera, sequeretur, q substantia esset pars accidentis, vel accidens pars substantiæ. nam illa vel sunt substantiæ, vel

sunt

ſunt accidentia. Et ſequeretur, q̃ ſubſtantia & accidentia non eſſent entia, & ſi dicatur q̃ iſta ſunt vniuoca nó tamen genera; nam ſunt accidẽtia, hoc eſt ſallum. nam res inferior prædicabilis, de quibuſdam vniuocè eſt, genus, & maximè quando reſpondetur in quid: & hoc eſt notum eſſe: igitur accidens genus ſubſtantiæ. ſi eſt accidens, & ſequeretur qđ accidens eſt prius ſubſtãtia. nam primum quod eſt in re eſt eſſe. Et etiam ſi diceretur, quod eſt accidens ſequens, quomodo eſt poſsibile quod ex numeris ita diuerſis fluat vnum accidens vniuocum? ſiue in fit prius ſiue poſterius, impoſsibile eſt vnum accidens vniuocum eſſe omnibus prædicamentis. ex diuerſis. n. ſecundum quod diuerſa omnino non ptouenit vna res vniuoca per ſe. vnum. n. accidens vnam naturam aliquo modo ſequitur, ſaltem per le, ſicut vnus effectus per ſe ab vno agente aliquo modo. Alias multas intentiones fecit Philoſophus & cõmentator in multis locis, vide eas. non. n. verè eſt intelligibile eſſentiam eſſe, non dico in potentia vel in anima ſine exiſtentia, ſicut oportet iſtis extranee intelligentibus dicere omnino. bene. n. poſsibile eſt imaginari verè eſſentiam eſſe in potentia ſine exiſtentia illius in actu, ſed in potentia verè: accipiẽdo autem eſſe pro verè aliter eſt dicendum. Ea in multitudine autem talis vnius analogice dicti, cauſatur multitudo in vnoquoque prædicamentorum, ſicut ex multiplicatione vnius, quod eſt principium numeri, & eſt vniuerſale commune. de quolibet de quo dicitur hoc nomen vnum cauſatur numerus, qui eſt de prædicamento quantitatis. aliquod vnum autem quod eſt ſubiectum illius vnius, ſ. ſynonymum enti, quod etiam dicitur analogicè, non eſt aliud niſi decem prædicamenta, i. res vnæ, quæ tantũ in vno quoque prædicamento notæ in ſuis locis: & ſicut quodlibet ens per ſe eſt vnum & è conuerſo, & ideo diuerſimodè ſignificant, ita vnum vertib, & prius dicitur de primo in vnoquoque genere, quod eſt indiuiſibile in illo genere, vt dictum eſt, niue hoc ſit naturaliter, vel in ſubſtantia principium ſubſtantiæ, ſ. Deus, & in qualitate album dicitur cõmentator ſeptimo decimi, ſiue ex cõſtitutione, vt dictum eſt locis ſuis. Similiter ſimile eo quærere primum rius in vnoquoque genere, & primum indiuiſibile in vnoquoqoe genere, ſed tantum differunt in modo: qnælibet autem res cuiuſlibet prædicamẽti eſt vna non omnino indiuiſibilis, niſi vnum quod eſt principium numeri quod magis debet dici vnitas: vnum autem tale omnino indiuiſibile, quod eſt principium numeri, non eſt in actu niſi in anima, & per animam, extra animam autem eſt in potentia, ſic vnum coim indiuiduum, ſcilicet ſubſtantiæ, verbi gratia. non eſt omnino indiuiſibile, ſed eſt vnum indiuiſibile in ſua ſubſtantia in tali genere, & ipſum, vt ſic, eſt in potentia, ſcilicet à quo abſtrahit intellectus vnum & actu omnino indiuiſibile, quod eſt principium numeri, & aliquod tale vnũ in potentia non eſt accidens illius ſubſtantiæ, imo eſt ipſa eadem ſubſtantia accepta ſecundum indiuiſibilitatem ſubſtantiæ eius & quidditatis. dixi autem aliquod, quia non omne vnum in potentia vnitas in ipſo non eſt accidens, vt dicam. & ſimiliter eſt in alijs prædicamentis, & vnum in potentia eſt ſubiectum vnius, quod eſt principium numeri, ſubiectum, ſcilicet eitca quod, vel de quo dicitur: non tamen de ipſo verificatur quod eſt vnum omnino indiuiſibile, ſcilicet omnibus modis: eſt etiam ſubiectum, à quo abſtrahit intellectus, vt dictum eſt. vnde Commen. non omnibus modis dicit vnum eſſe idem cum ente: ſed tale vnum ſynonymum enti dictum analogice, quod eſt indiuiſibile in quocunq; genere ſeu ſpecie, ſcilicet in diuiſibile ſecundum ſuã ſubſtantiam & quidditatem, id eſt ſecundum illam naturam, ſecundum quam dicitur ens, verbi gratia, in humanitate & in aſinitate: & ſic de alijs, quod vnum non dicit accidens ſed tem additam enti ſeu ſubſtantiæ illius, ſed tantum addit priuationem diuiſibilitatis ſubſtãtiæ illius, ſeu quidditatis. vnde tantum ens dicit cum illa priuatione, quæ priuatio non eſt res addita præter naturam illius ſeu eſſentiam, ſed intellectus intelligit illam rem eum illa priuatione, ſeu illam rem, vt ita ea eſt illa priuatio, id eſt intelligit ipſam verè non diuiſibilem illo modo, ita q̃ vnum in quantitate ſeu in natura quantitatis idem eſt cum ente in quantitate ſeu quanto, & ſimiliter ens in ſubſtantia eſt vnum in ſubſtantia, & ens in homine ſeu homo eſt vnus homo ſeu vnum in homine: & ſic de alijs. differunt tamẽ modo dicto, & vniuerſaliter ens ſubſtantiæ eſt vna ſubſtantia: & ſimiliter de alijs. ſi enim per ens ſubſtantiam intelligimus vnam ſecundum genus, i. non diuiſibilem ſecundum ſubſtantiam generis: ſimiliter ſi intelligimus per ens ſubſtantiam ſpecificam vel indiuidualem, intelligimus per vnam ſecundum ſpeciẽ vel indiuiduum, ſcilicet indiuiſibilem ſecundum ſubſtantiam ſpeciei vel indiuidui, & ſimile eſt de alijs prædicamentis. vnde tale vnum ſic ſynonymum enti dicit Cõm non eſſe accidens. certum. n. eſt q̃ alijs modis vnum eſt accidens ſeu non eſt in ſubſtantia idem cũ illo, de quo dicitur. vt verbi gratia. vnum ſecundum locum, vel vnum in conſignatione, vt eum dicimus hoc eſt vnum cõtiguum, & ſimiliter de alijs ſimilibus, vt v. g vna aqua ſecundum continuationem. ſimiliter vnum de prædicamento quantitatis ſno modo. vnde poſtea, ſ. indiuiduum de prædicamento ſubſtantiæ, eſt indiuiſibile ſecundum formam, ſ. q̃ non diuiditur in formis diuerſis numero, ſ. diuerſis indiuiduis: ſimiliter homo ſeu natura & ſpecies humana eſt indiuiſibilis in humanitate, & tamen diuiſibile ſecundum quãtitatem: & ſimile eſt de reliquis. ſimiliter autem vnum ſecundum formam, ſ. vniuerſale non modo ſibi conuenienti, & alia de quibus dicitur vnũ ſecundum indiuiſibilitatem ſuæ ſubſtantiæ. vnum autẽ commune. quod eſt principium numeri, eſt omnino indiuiſibile, vt dictum eſt: & ideo magis verè dr̃, hoc nomen vnum dictum eſt analogicè de ipſo: vnum autem q̃ dicitur de aliqua parte aquæ, quæ poſtea diuiditur & non corrumpitur, non dicitur vt hic vnum, ſ. q̃ eſt ſynonymum enti aquæ ſecundum priuationem diuiſibilitatis ſuæ ſubſtantiæ & quidditatis, ſed talis natura: & ideo tale eſt accidens, quia nõ dicit priuationem diuiſibilitatis ſuæ ſubſtantiæ ſeu naturæ, ſ. aquæ ſecundum modum, ſecundum quem dicitur ens, verbi gratia ens aquæ, ſed dicit priuationem diuiſibilitatis ſecundum quoddam accidens, vt dictum eſt, vt verbi gratia ſecundum talem continuitatem vel huiuſmodi vnum. Simile autem eſt in reliquis ſimilibus, vnum autẽ quod eſt principium numeri aſsimilatur vniuerſali ſecundum q̃ ipſum eſt noo materiale. aſsimilatur autem particulari ſecundum q̃ eſt vnum indiuiduum in anima, & ſecundum q̃ accidit ei multitudo indiuiduorum, vt numerus: & ipſum non eſt vna natura vniuoca in omnibus, de quibus dicitur vt forma vniuoca: & fortè etiam vnum quod eſt ſynonymum enti quodammodo aſsimilatur particulari & quodammodo vniuerſali. & in quærere modum. & ex iſtis patet ſolutio omnium, quæ bene dicta ſunt per Auicennam in hoc. Omnia. n. quaſi procedunt ea corrupta imaginatione: quia ipſe nõ diſtinxit de voo quod eſt principium nuoeri: & de vno quod eſt ſynonymum enti: quod dicitur analogicè. & ereddidit ambo eſſe accidentia, ſeu de prædicamento quantitatis, ſ. ſignificant accidens, vt dictum eſt. id autem, qđ dicit, q̃ vnum eſt nomen denominatiuum, nihil eſt. vnde vnum in quantitate, vt dictum eſt, magis debet dici vnitas. in alijs autem dictum eſt, q̃ ipſa non ſunt omoioo indiuiſibilia omnibus modis: & ideo dicuotur vnum nõ vnitas. dato etiam q̃ hoc nomen ſit denominatiuum, hoc non nocet: quia eſt nomen artificiale acceptum ac ſi eſſet abſtractum. Id autem, quod dicit Auic. contra definitionẽ numeri, in qua ponitur multitudo, ſolutio eſt manifeſta. nam iam dictum eſt, q̃ multitudo abſolutè ſumpta vniuerſaliter eſt vno numerali, qđ eſt principium numeri. dictum. n. eſt, q̃ vnum & multitudo ioueniuntur in vnoquoque prædicamento, & dato q̃ eſſet, vt ipſe dixit, adhuc poſſumus imaginari numerum, ac ſi ipſe eſſet ſpecies de ſpeciebus rerum numeratarum, & erit multitudo genus eius, & aliarum rerum moiarum: & hoc non eſt impoſsibile per operationem animæ, ſed hoc accidit oumero, ſm q̃ iple eſt actio animæ in numeratis. Id aũt, quod dicit Auicenna in quibuſdam ſuis dictis contra definitionẽ vnius & multitudinis, quia vnum, quod accipitur in definitione multitudinis, eſt numerus, & vnum definitur ſeu cognoſcitur per priuationem multitudinis in ipſos voũquodque igitur iſtorum doorum accipitur in cogoitione ſeu definitione alterius, & eſt quaſi petitio principij: ſolutio autem huius apparet ex his, quæ norauit vobis de mente eo omen in definitione relatiuorum, & hæc ſufficiunt ad præſens & for-

tasse, si Deus prolongauerit vitam, fortè aliquando ero vobiscum & declarabo hæc omnia demonstratiuè. & id quod dicit Cõm. de ente, seu de esse contra Auic. si illa, quæ iam dixi non sufficiunt. Hoc autem quòd aliquis possit dicere contra hoc quomodo potuit numerum, ex qua est per operationem intellectus, in prædicamẽto quantitatis, iam solutum est in eis, quæ nuper vobis iam ex media sua expositione. dictum enim est, quòd in prædictis locis loquitur de rebus, secundum quòd ipsæ sunt famosę & magis ortæ vobis, non in se. vnde in quãtitate etiam ponitur præteritum temporis, & ipsum non est nisi per operationem intellectus, & quę dicta sunt de vno, & de ente, seu esse a Commentatore: est scientia Philosophi expresse in 10. Meta. textu commenti octaui. & maximè secundum translationem latinam. in arabica enim non ita manifestum est, quamuis quasi idem dicunt: & vide 12. Metaphysicę, textu commẽti. 19. dictum Philosophi, quoniam inuenitur carra substantiam &c. quia uis non sit totaliter ad propositum. & vide etiam de analogia istorum. Commentum. 19. & 20. & 21. ta. & 12. Secundi. & intellige rationes Philosophi & Commentatoris illic bene. sin Octauo Nono Decimi Libri, & hęc sufficiunt. Illa autem, quæ dicunt quidam latini contra Commen. in istis, nihil sunt, & oia faciliter franguntur ab intelligentibus distinctiones harum nominum bene, & ea quæ in tuos vnicuique significationibus istorum. Vnde sciendum, quòd esse, secundum modum loquendi Commentatoris, dupliciter ad propositum accipitur tantum. Vno modo pro esse, quod idem est ꝙ ens, quod est tanquam genus decem prædicamentorum. Alio verò modo, si est synonymum, vt dictum est primo modo &c. i. quòd res differunt tãtum modo quodam, quia res non connotat existentiam actualem vel potentialem, esse autem sic. s. vel actualem vel potentialem, & diuiditur in substantiam & accidens & in actum & potentiam, cui opponitur priuatio: & secundum illum modum intelligitur quæstio Philosophi 1. Physicorum. cum autem dicimus substantiam esse, intelligitur secundum alium modum, s. vt est, synonymum vero: aliter esset aliqua negatio. cum autem dicimus substantia habet esse per se, seu est ens per se est ens, accipitur ly esse seu ly ens per id qđ est tanquam genus. & talis descriptio aliqualiter, sed nõ perfecte, facit cognoscere rem & multæ tales descriptiones fiunt in scientijs: esse autem primo modo ptius est natura vel causa, esse secundo modo sequitur esse primo modo intelligitur hoc quod dicimus substantia habet esse per se, accidens autem habet esse secundum ꝙ habet esse in alio, quod est: seu habet esse per le, esse autem pro vero modo dicto conueniunt omnia prædicamenta æqualiter. & iale vt dictum est constituitur per operationem intellectus, & talis cognitio præcedit cognitionem quidditatis rei. s. quòd non quærimus naturaliter procedẽdo cognitionem quidditatis rei donec sciamus ipsam esse extra animam in actu vel potentia, sicut est in anima: cognitio tamen quid nominis præcedit hanc, accipiendo autem esse secũdo modo, significatum eius est aliud à quidditate seu essentia, & tali modo potest quis cognoscere quidditatem, non dico quidditatem esse & ignorare esse rei secundo modo accepto. cum autem intelligitur per esse id quod intelligitur per rem. est tanquam genus dictum secundum prius & posterius: & per hęc solui possunt omnes difficultates. vnde id, quod quidam dicunt probando ꝙ esse differt ab essentia, seu ꝙ est existentia, & aliud ab istis duobus modis, nihil est. dicunt enim, ꝙ quandocuoq; sunt aliqua duo, quorum vnum affirmatur de aliquo à quo alterum negatur, illa sunt diuersa: sed quidditas dicitur de aliquo. s. de rosa non existente, & ab ipsa tameo negatur esse. ergo &c. & alias similes ratiooes ponunt: sed certe ex malo intellectu huius rei procẽdunt. nam quidditas & essentia, quod est idem ꝙ res & esse, ꝙ est tanquam genus, vel est in actu vel in potẽtia. vt dictum est. similiter esse vel accipitur primo modo, vel secundo: & si primo modo, vel in potentia vel in actu: & tunc manifestum est, quòd, si accipiatur essentia in actu, de quacunque re dicitur, de ipsa etiam dicitur esse in actu primo modo. & si dicitur essentia in potentia, similiter & esse primo modo; vnde quidditas in actu est esse tale in actu & quidditas in potẽtia, potentia est tale esse in potentia primo modo. manifestum igitur est, ꝙ non est alius modus esse præter hos. quos Cõm. posuit. esse autem in actu est quidditas & tale esse primo modo in actu & quidditas in potentia est essentia, & tale esse in potentia, si vocari debet essentia, cum sit in potẽtia, ita ꝙ per illam naturam & per quam est ens & quidditas seu essentia, per illam existit siue in actu siue in potentia: nunꝙ sit hic aliquod accidens per quod res seu eus existit seu habet esse in actu vel potentia secũdum primum modum. esse autem secundo modo, quod est per operationem intellectus, ꝙ differt à quidditate, est id quod negare possumus & etiam ignorare nota existente quidditate. id etiam, quod dicunt, ꝙ quidditas dicitur de rosa non existeote, vel intelligunt ꝙ dicitur esse in rosa siue in potentia siue in actu vel non si intelligunt quod dicitur esse in rosa, tũc manifestum est ꝙ esse secundo modo dicitur de ipsa in actu vel in potentia. si non, non bene est intelligibile id quod dicunt dicitur de rosa: & de his nolo plus ad præceos prolongari magis: quia videtur mihi quòd hæc sufficiunt, & maximè tibi.

HELIAE CRETENSIS
PHILOSOPHI, ET MEDICI,
In dictis Auerrois super Libros Physicorum clarissimæ annotationes.

INTENTIO AVCTORIS.

VM voluerit Comes Illustris. D. Ioãnes della Mirandula habere aliqua, quæ circa Lib. Physicorum mihi apparent, hoc nullo modo negare potui. Ipse. n. verè est vir tuosissimus, naturaliter dispositus ad rectè Philosophandum, imo iam dignissimus est factus Philosophus, & hęc fuit causa, vt aliquid de eis scriberem. Quamuis enim pauca breuia & fortè obscura sint, ipse suo clarissimo intellectu hæc & obscura intelligit. Si quis. n. ex se intelligere potest, imo inuenire aliorum dicta facillime cognoscit. Et ideo ego Helias hebræus Cretensis volui hæc aggregare. hæc tamen quidem non sunt bona nisi sibi & eis, qui ei assimilantur, quia pauci sunt. Præsupponendo tamen multa dicta moderoorum, quæ tamen omnia clara sunt ei, quæ omnia debent ordinatè videri, aliter erit quędam confusio. In istis tamen omnibus loquor vt Philosophus noo aliter: via tamen legis quæ firmior est, est alia &c.



Irca proœmium, vbi dicit, ꝙ quædam scientiæ speculatiuæ sunt propter exercitium &c.

Auer. in proœmio Primi Physicorũ.

Si textus est rectus sic intelligitur ꝙ quædam scientiæ speculatiuæ sunt propter exercitationẽ intellectus scilicet vt intellectus exercitetur, & acquirat habilitatem intelligendi & rectè intelligendi in scientijs speculatiuis, quæ sunt propter scire & perfectionem intellectus tantum: Vt Naturalis & diuina, quę sunt de speciebus & rebus à natura intentis, nõ autem sic sunt mathematicæ. Quòd autem scientiæ mathematicæ laltem quædam sint tales, & quod sunt quasi tanquam Logica, & maximè apud antiquos non habentes Logicam saltem complete, declaratum est à Platone in suo de Regimine ciuitatis: & ab Auerroi in commẽto horus libri, quem traduxi vobis de hebraico in latinum: & iam dixi de hoc in quæstione mota de possibilitate continuationis in fine. Item in eodem vbi dicit. Sed vsus quo vtitur enthymema & ioductio &c. Nota qđ Dialecticus vtitur inductione inferẽdo vniuerlalem à multis, vel ab omnib. indiuiduis, vt dictum est in Secundo Priorum, & hoc facit per se ea inductione. In hac autem scientia non vtitur tali modo inductione. Inductio. n. ingressum habet in scientiam demonstratiuam hoc modo. v. g. Nos videmus hunc hominem esse animal rationale, & hunc: & tunc intellectus cognoscit prædicta inesse subiecto per se, & ꝙ est habitudo essentialis & necessaria inter subiectum & prædicatum, & facit tunc propositionem vniuersalem. & hæc vniuersalis aliquãdo acquiritur ex cognitione vnius indiuidui tantum, vt aliqualiter dicit Commentator secundo hu-

De inductionis vsu demõstratiuus scienoꝫ.

do huius. vbi Philosophus dicit, quòd hirundo facit nidum propter finem. Aliquando multorum vt bene declarat Cõmenta 2. Poster. cõm. 104. & 106. vnde non acquiritur vniuersalis scientia demonstrativa per inductione. Nam verificatio vniuersalis est propter habitudinem essentialem prædicati & subiecti: & hæc dicta sunt a Commentatore in Lib. Topicorum, in Primo vel Secundo quem non habetis traductum. Et per iam dicta patet etiam, q̃ dicit de enthymemate: nam aliquando ex vno individuo seu specie acquiritur individuum vniuersale, vt exemplificani de hirundine. Verum est etiã q̃ inductio Topica & enthymema ingressum habent in scientias demõstrativas, non ad probandum ignotum naturaliter, sed ad declarandum notum per se: quod tamen indiget modicula declaratione. Sed hoc non intendit hic Comen. vt intelligens intelligere potest.

Comm. t. Commento primo vbi dicit Cõmentator sed quidam considerant de causa formali tantum, s. Mathematice: & quidam de tribus causis, s. de motore, fine, & forma, & est sententia Diuina. Circa hoc notandum est illud quod dicit Commentator cõm. 5. & 6. 12. Metaphysicæ. nam ibidem declarat, & est q̃ Metaphysicus declarat q̃ prima substantia abstracta est forma, finis, & efficiens, seu motor. præterea declaratur in Duodecimo, quo modo mouet, & q̃ mouet tanquam amatum & desideratum. Et videtur mihi q̃ Themistius erraut, & accepit locum ly efficiẽs motorem. Vnde in Primo suæ summæ Metaphysicæ dicit, q̃ id quod declaratum est in Scientia Naturali, sunt duæ causæ vltimæ tantum, s. materia, & mouens, & remanst super ipsam hic declarare causam finalem, & formalem, & efficientem. nam iam ponitur q̃ differentia est inter motorem & efficientem: nam motor dat motu motum tantum, efficiens autem dat formam, propter quam est motus. Hæc sunt verba eius, & vult, dicere vel propriè vel metaphorice, vt dixi in quæstionibus de motore & efficiente. in istis autem inferioribus verè mediante tamen motu & agentib. proprijs propinquis, in alijs autem metaphorice, vt illic dictum est: & Cõmentator etiã illuc hoc dixit aliqualiter, non tamen declarat primus Philosophus substantias separatas esse neq; primum motorem esse, neq; hoc est possibile, nisi naturali per motum nam substantias esse separatas non possumus probare nisi per motum æternum, vt declarat Philosophus Octauo huius, neq; per rationes Auicen. probabile aliquo modo primum motorem esse separatum. imo si aliquid concludunt non concludunt nisi primam causam esse, non tamen esse separatum, & maximè apud ponentes cœlum esse simplex, non compositum ex materia & forma date ei esse, vt est intentio Philosophi, & est veritas: nisi diceret quis, q̃ omne quod mouetur ab alio mouetur: sed tunc medium esset motus. & vide rationes eius. neq; etiam per rationem Auicen. probatur primum motorem esse, & maximè eo modo quo formauit ipse Auic nam propositio dicẽs, q̃ quodlibet ens vel est necessarium vel possibile siue causatum vel non. Si intelligit per possibile verum, possibile, s. materiale seu q̃ existit potentialiter in materia, tunc propositio est vera. Sed tunc ipse probat hoc de necessitate per motum. Nam, quãdo dicit, q̃ possibile indiget causa, est ac si diceret, indiget mouente seu transmutabilitate, deducemus ipsum ab esse potentia materiæ ad actum: ex quo per possibile intelligit materiale, vt dictum est. Præterea, quomodocunq; sit, hoc adhuc non probauit per illam rationem primam causam esse, imo potest quis dicere, q̃ non inconuenit in quibuslibet causis processus in infinitum. ego enim sum a patre meo, & ipse a suo, & sic in infinitum. Et si intelligit per possibile vel causatum illud, quod est omnino sua natura priuatum seu priuatio, & producitur totaliter ab agente. i. non ex subiecto, tunc alia sua propositio est falsa: & adhuc dato q̃ sit vera non deducit per hoc nisi ad causam necessariam, non ad primam, sed necessariam ex alio. Possem. n. dicere q̃ sunt causæ infinitæ necessariæ non habẽtes primam, & quamuis hoc est falsum, tamen Auicen. non probauit hoc, nota tamen q̃ quomodocunq; sit hoc Metaphysicus non potest probare saltem substantiam esse separatam. nam nullus artifex probat principalem partem sui subiecti. Et quæritio, nũ artifex probet suum subiectum, est alia abista. verum separata esse, possunt demonstrari nisi per motum, quamuis sint mouentem connexæ. vnde si esset alia via à motu, sequeretur q̃ aliquis artifex probaret seu posset probare suum subiectum. Metaphysicus vt ianuit Cõmen. 12. Meta. cõm. 5. vnde per hoc etiam, q̃ nullus potest probare suum subiectum, probatur q̃ non est alia via, & similiter e cõuerso. Et ad vnam respondeo simpliciter, q̃ nulla est alia via a motu, vide commentum. 22. Secundi huius. & commentum 5 Duodecimi Met. Et Liber. d. d. circa hanc materiam. Ad aliam respondeo, q̃ nullus potest demõstrare partem principalem sui subiecti, & maximè quia secũdum antiquos, Metaphysica diuiditur in duas scientias. Vna est de separatis a materia, reliqua de alijs. Quod autem nullus artifex potest probare suum subiectum, vt dictum est, patet. nam subiectum formaliter acceptum manifestum est. quod non potest probari in illa scientia à posteriori: quia hoc non pertinet ad illum artificem, neque à priori: quia medium, per quod probabitur illud subiectum, vel est medium conuertibile cum subiecto subiecto formaliter accepto, vel ei attributum vel non si non, ergo non eiusdem artificis. si sic, ergo præsupponitur subiectum formaliter acceptum seu sua ratio Sed Com alio modo declarant hoc in 1 Posteriorum in commento magno, vbi Philosophus loquitur de hoc: ibi dicit Meta. non probat Deum esse, seu primam causam omnium causarum. & quãuis probet quòd substantia abstracta est principium substantiæ sensibilis, & intelligat principia substantiæ in eo q̃ substantia, tamen hoc facit, quia accipit probata a Naturali, vt dicit Commentator cõmment. 5. 6. 12 Meta. Et si dicatur, q̃ Naturalis probat primum motorẽ, qui est principalis sui subiecti, respondeo q̃ non est verum: non. n. est pars subiectiua principalis, sicut entia separata sunt respectu entis simpliciter. Sed est causa prima sui subiecti à posteriori, & hoc habet attributionem ad ens mobile, seu corpus mobile, non autem res hic se habet in prima philosophia nã ibidem considerator de ente secundum quòd ens: principia autem abstracta seu principia prima entis in eo quod ens sunt pars subiectiua entis, imo principalissima. Intelligo autem hic per principia entis principia substantiæ æternæ. Et cum hoc q̃ sint pars principalissima, sunt etiam principia: nec hoc inconuenit in tali subiecto. nam ipsum est ens inquantum ens. vnde & huiusmodi entia sunt hoc modo, imo principalissima & simplicissima & maximè primum ens, quod est causa omnium aliorum, & sunt causæ entis in eo quod ens essentialiter, non in eo quod mobile, seu aliud simile: non tamen sunt causa totalis entis subiecti, nisi aliquid esset causa sui. Vltimo no 2. quòd Commentator in media sua expositione 10. Meta. dicit quod nullus Artifex probat definitionem sui subiecti quãdo fuerit ignotum esse. nam hoc non potest probare nec per demonstrationem simpliciter, nec à posteriori. Simpliciter autem nun. quia tales demonstrationes sunt a posterioribus. s. demonstrationes, quæ sunt definitiones in potentia. Impossibile autem est partes esse notas, & totum ignotum. vult dicere, vt dixi commento. 1. Primi Posteriorum, quod partes definitionis non dant definitionem, vt ignotum per se cognoscitur à nota, sicut est in conclusione ex præmissis. Vide ibidem. nec per demonstrationem à posteriori, quia talis fit à rebus, quæ insunt subiecto. Talium autem est, q̃ subiectum sit ignotum. Cum sit, & res quæ existit in eo sit nota esse idem sit nota esse in ipso. vel ab ipso, quia aliter illud non demonstratur: & dicit in summa, q̃. si subiectum est ignorum. i. eius esse impossibile est ipsum probare in illa scientia. Sed recipit ipsum esse ab alia scientia, in qua declaratum est, sicut Metaphysicus a Naturali recipit subiectum vel partem principalem subiecti scilicet substantias separatas esse seu motores separatos seu modum essendi eius: vt Mathematicus accipit à Metaphysico. Et dicit quod hoc, quod dixit de subiectis artium, manifestum est, scilicet cum esset eius esse ignotum, artifex illius artis non declarat illud. Sed verum si pars illius subiecti sit ignota, potest artifex illius artis demonstrare, illud dubitationem habet: & dicit, quod impossibile illud probare per demonstrationem simpliciter, ex quo impossibile est habere causas, ex quibus constituitur cognitio eius: & ipsum esse ignotum vt dictum est: sed, si sit accepta a verificatione quadam solum possibile est, vt si vnum contrarium sit notum in vna arte, & aliud ignotum, possibile

De demonstratione subiecti in artibus & scijs.

eſt probare ignotum ex contrario noto in illa arte. Et hoc iam fecit Ariſt. in eſſe ignis. Verum autem hoc fieri poteſt per locum à ſimili perſcrutatione indigei: quia ſimile eſt locus. i. Topicus: & aliquando in quibuſdam materijs poſsibile eſt eſſe locus demóſtratiuus. Sed io hoc quod dicit hic Commentator eſt dubium, quia in Quarto Cœli cóm. 32. probat Philoſophus & Cóm. ignem eſſe, & eſt pars ſubiecti, quæ eſt pars mundi de quo illic conſideratur: & illa probatio non videtur eſſe à contrario nec à ſimili. Et forte dicendum eſt, quod Philoſophus non probat hoc illic, vt talis artifex, ſed vt artifex communis diſputando cõtra antiquos, vt apparet ibidem. Vel forte hoc probat per locum à ſimili, vt dicit illic Cóm. ſicut ſi vniuerſum aquæ &c. Et forte hoc non eſt illic totaliter ignotum, quia notum eſt de partibus ignis, vt dicit illic Cóm. De igne autem comprehenditur nihil niſi partes: & tu conſidera & comple per te. Id autem quod dicit Cóm. in 2. de Anima non cõtradicit huic conſideranti bene. Intẽdit igitur Com. in illo primo quod definitio ſubiecti non probatur eſſe in ſubiecto ſeu definito, ſeu non probatur eſſe vt definitio nec à priori nec à poſteriori in illa ſcientia, cuius eſt ſubiectum, cum ſubiectum fuit ignotum eſſe: & hoc probatur vt dictum eſt. Si autem ſubiectum eſt notũ eſſe, tunc non probatur definitio à priori, ſed bene à poſteriori probatur de definito ſeu de ſubiecto. Subiectum autem non probatur eſſe nec à priori nec à poſteriori in illa ſcientia cuius eſt ſubiectum. Et hoc intelleait Philoſophus 10. vel 11. Metaphy. cum dixit quòd ſubſtantię & eius quod quid eſt non eſt demonſtratio. Intelligeos per ſubſtantiam ſubiectum. Et per quod quid eſt definitionem ſubiecti. Diuerſimodè igitur intelligit hoc Philoſophus. nam ſubiectum nullo modo probatur. Definitio enim aliquomodo ſic. Et bene conſidera in hoc quod dico definitionem probari ne cootiogat error. quia non poſſum ad præſens magis prolongare. Et vide cõmentum primum 6 Meta. & concorda. Vide etiam in 2. Poſteriorum commento. 55. & 56. & in ſecundo commento. 12. & in Duodecimo Meta. commento. 5. & 6. In commeoro enim primo Sexti Metaphyſicæ intelligit per ſubſtantiam definitionem ſubiecti, cum dicit ſubiecta non habent demonſtrationem. Hoc etiam poteſt habere aliam declarationem quam intelliges ea dictis in commento Libri Poſteriorum in locis dictis, Et tu conſidera & comple, & concorda: omnia enim non poſſunt ſcribi. Et nota vlterius, ꝙ dato ꝙ primam cauſam poſsit Metaphyſicus probare eſſe, non tamen poteſt probare ipſam eſſe ſeparatam, qa vt ſeparata, eſt pars principalis ſubiecti: dato ꝙ concedatur ꝙ prima cauſa non eſt pars principalis. Nota etiam ꝙ aliquid probant rationes Auic. illæ præſupponunt motum & declarata à Phyſico, vt dicit Commentator in 2. Meta. quando probat proceſſum infinitum in aliquo genere cauſæ eſſe impoſsibile. imo vtitur demonſtrationibus phyſicis. Iple etiam ſuppouit ibidem cauſam finalem eſſe: hoc autem propriè non probatur niſi per rationes naturales, neq; probauit Auic. quæ eſt prima iſtarum quatuor quam dicimus primam ſimpliciter, neq; ꝙ ſit ſeparatus finis. Et ſi quis diceret primum à nullo dependet. Corpus autem dependet à ſuis partibus: ergo dicere poſſum quòd primum non dependet ab alio tanquã ab agente. Sed non eſt probatum per hoc ipſum non dependere à partibus, & vniuerſaliter hoc probare nõ poſſumus niſi motum ſupponendo mediatè vel immediatè. Sed dominatio tua dicebat contra hæc. nonne dictum eſt in quæſtionibus Phyloſophi: quia viderunt ordinem mirabilem & ingenioſum inuẽtum in entibus ſciuerunt, quòd ille, qui dedit eis hunc ordinem intellectualem artificialem eſt intellectus per ſe: ergo ſine via motus, probatur hoc, & reſponſum ſuit per me, ꝙ quamuis habetur ea hoc ꝙ eſt intellectus, & quamuis clarum eſt quòd non intelligit particulariter, nec vniuerſaliter, vt dictum eſt aliàs, tamen poſſum dicere ꝙ eſt in materia ſeu in corpore, ſicut anima noſtra, quain virtus cognoſcitiua ſequitur. Sed dicebatis contra hoc, ſequeretur quòd intellectus noſter qui eſt ſeparatus à materia ſecundum doctrinam Cõmentatoris eſſet nobilior primo ſeparatum. n. nobilius eſt materia hic. Ad hoc autem reſpõſum eſt, quod dato quòd ita ſit, tamen hoc erit verum, ſi cætera ſint paria: ſed non eſt ita in propoſito. Primum enim quamuis ſit materiale, tamen habet alias multas dignitates, & illo ſimpliciter nobilius eſt intellectu noſtro: & ſi dicatur ſequeretur ſecundum hoc, quod primum eſſet generabile & corruptibile, dico quod tunc tu probas per viam motus & vniuerſaliter, hic non poteſt hoc probari niſi motu primo, vt declaratum eſt in octauo, niſi ſuppo natur aliqua propoſitio inſtabilis vel forte aliqua alia propoſitio, quæ eſt declarata per motum.

Circa commentum ſecundum tertium & quartum eiuſ dem primi nota, quod Philoſophus in principio huius libri ponit duas quæſtiones præter primam, ſicut etiam aſſeruntomnes græci. Vna earum eſt, quod debemus incipere prius loqui de rebus magis vniuerſalibus: nam ipſæ ſunt notiores minus vniuerſalibus. Alia autem eſt, ꝙ modus doctrinæ & inueſtigationis in rebus naturalibus eſt proceden do à compoſitis ſenſatis ad ſimplicia: nam compoſita ſunt notiora apud nos in hoc incompoſitis. Et hæ quæſtiones ſunt valde diuerſæ: nam per vnã earum declaratur de qua re naturali debemus prius loqui. an de magis vniuerſali an de minus. verbi gratia, an de materia ſimpliciter, an de aliqua materia, ſ. hominis & equi. Et declaratur ibidem, quod debemus loqui de magis vniuerſalibus ſeu communib. pee cauſas quas poſuit ibidem Commentator. Vna earum eſt, quod magis vniuerſalia ſunt magis nota, & debemus incipere à magis noris. Alia autem quæſtio declarat modum declarationis ſcientiæ. Iam proceditur à compoſito ad ſimplex, & a priori ad poſterius: & verificauit ibidem primam partem, quia compoſita ſunt notiora nobis. Et hæ quæſtiones ſunt multum diuerſæ. Et manifeſtum eſt quod hæc eſt intentio Ariſt. ibidem. nam ipſe concluſit bis, & in vna concluſione terminus medius eſt quod compoſitũ eſt notius, & in alia quod vniuerſale eſt notius. Et ipſe nnu declarauit in illo libro propoſitionem ſeu minus vniuerſale per medium vniuerſale, ſed declarauit materiam ſimpliciter per compoſitum. Sed hic accidit dubitatio. nam nos debemus incipere à notiori, vt dicit Philoſophus: & dicit ꝙ hoc eſt vniuerſale, & in alia quæſtione dicit, ꝙ poſterius eſt magis notum. Arguatur igitur ſic. Poſterius ſeu vniuerſale eſt magis notum. Et in alia quæſtione dicit, ꝙ poſterius eſt magis notum: ergo contradictio. Et quamuis poſſumus dicere, ꝙ poſterius non eſt minus vniuerſale; nam nos nõ accipimus poſterius determinatum, ſ. aliquod individuum demonſtratum ſeu quodcuoq; poſteriusſi ſue ſit homo ſiue ſit aſinus, & hoc eſt quod vocauit Auerrois compoſitionem ſpecificam vel compoſitionem ſpeciei, ſ ſpeciei compoſiti. Et ſecundum illum modum non eſt minus vniuerſale. Tamen propter veritatem ego reſpondebo melius: quamuis eſſet concella propoſitio dicens, ꝙ poſterius eſt minus vniuerſale, & dico, quod magis & minus ſunt relatiua: & dico, cum dicimus minus vel magis vniuerſale eſt minus notũ & magis notum: debemus declarare reſpectu cuius eſt minus vniuerſale vel magis vniuerſale ſeu commune. Dico ergo, ꝙ poſterius & compoſitum eſt magis notum ſimplici vniuerſali ſeu communi in rebus naturalibus: vt compoſitum, eſt magis notum apud nos, quàm materia vniuerſalis: nam ex eſſe & tranſmutatione compoſiti in ſpecie in qua percipimus compoſitum individuum, cognoſcimus eſſe primæ materiæ. Cum hoc tamen totum etiã eſt verum, quod ſimplex magis vniuerſale eſt magis notum ſimplici vniuerſali. verbi gratia. Materia abſolutè eſt magis nota vel facilius peruenimus ad cognitionem materiæ aſini vel hominis, nõ ꝙ ipſa ſit notior homine vel aſino, quæ ſunt compoſita: & per hoc ſoluitur contradictio. Nam Philoſophus dixit in vna quæſtione, ꝙ debemus prius loqui de rebus magis vniuerſalibus, & poſtea de minus vniuerſalibus. nã magis vniuerſalia ſunt nobis magis nota minus vniuerſalibus, vel facilius deducimur in cognitionem iſtorum in rebus ſimplicibus. a facilioribus autem debemus incipere: ſicut declarauit Commentator in principio Libri Poſteriorum in cõmento magno, illic enim ponit hæc verba. Et neceſſarium eſt in ordine Doctrinæ incipere à magis noto, ſicut neceſſarium eſt in inuentione concluſionis, ſcilicet ꝙ volendo concludere procedimus à magis noto ad minus notum: ſed ſunt vniuerſale apud nos notius particulari, ſcilicet minus vniuerſale ipſo. nam vniuerſale aſsimilatur tou compoſito &

Com. 2. 3. 4

ſito & particulare aſsimilatur parti. & ſicut totum compoſitum eſt magis notum apud nos parte, ita magis vniuerſale eſt magis notum apud nos minus vniuerſali, ſeu determinato. Nam ipſum continet res multas proprias ſeu determinatas vel partes vel quomodocunque volueris vocare illa, & iam declarauit hoc Ariſto. declaratione perfecta in Libro Phyſici Auditus: hæc ſunt verba eius, & intelligendo iſta poteſt quis intelligere ea quæ dicta ſunt. In alia autem quæſtione dicit, quod nos debemus procedere à compoſito & poſteriori ad ſimplex prius. Nam cõpoſitum eſt magis notum nobis quàm ſimplex vniuerſale, & poſsibile eſt etiam ꝙ ſit notius proprio ſeu determinato: ſed cognitio huius non eſt neceſſaria. hic cum ergo dixit, ꝙ pollerius eſt magis notum. vult dicere, ꝙ eſt magis notum quàm ſimplex vniuerſale: quamuis ipſum ſit minus vniuerſale: & hoc accidit ei propter compoſitionem, non quia ipſum eſt minus vniuerſale & propter compoſitionem: vel ſecundum quòd ipſum eſt compoſitum per quam compoſitionem eſt magis notum: dixit ꝙ debemus procedere à compoſito poſteriori ad ſimplex prius. Cum autem dixit, ꝙ magis vniuerſale eſt magis notum vel facilius cognoſcitur, volunt per hoc qd eſt magis notum quàm minus vniuerſale ſimplex nunquam compoſitum: & hoc eſt valde manifeſtum: ſed prolongatum de hoc tantum: quia vidi ferè omnes expoſitores latinorum in quæſtionibus eorum & expoſitionibus eſſe cõfuſos in declaratione huius & multa dixerunt: ſed non peruenerunt ad intentionem Philoſophi & Commẽtatorum in illis, quia nõ intellexerunt verba eorũ: & ideo erraverunt in duobus: vnum eorum eſt quia non referunt magis & minus ad rem ad quam debet referri. Aliud autem eſt quod acceperunt illud quod eſt per accidens loco illius quod eſt per ſe putauerunt enim quòd minus vniuerſale eſt magis notum: quia videtur compoſitum, quod eſt minus vniuerſale, ſi enim neſcirent hoc quod eſt magis notum magis vniuerſali. Sed hoc accidit compoſito pollerioti, non ſecundum ꝙ eſt minus vniuerſale: ſed quia eſt compoſitum. Et ſecundũ modum, i. ſecundum ꝙ eſt compoſitum propter quod illud eſt magis notum: dixit quòd debeamus incipere ab ipſo, non quia ipſum eſt minus vniuerſale: nam ipſum eſſe minus vniuerſale ſecundum ꝙ ab ipſo procedimus ad magis vniuerſale toeſt ei per accidens. nam nos non procedimus ab ipſo ad prius, niſi quia ipſum eſt magis notum, & hoc inuenitur in ipſo, quia eſt cõpoſitum. non quia eſt minus vniuerſale, & ideo dicimus, ꝙ quædam res minus vniuerſales ſunt magis notæ rebus magis vniuerſalibus, non ſecundum ꝙ non ſunt minus vniuerſales, ſed ſecundum aliam modum. Sed debes ſcire, ꝙ ſenſibile ſeu ſenſatum, ſecundum ꝙ eſt ſentatum, non eſt notum apud natura aliquo modo, & vniuerſale eſt magis notum apud nos minus vniuerſali, vt genus & ſpecies: ſicut eſt apud naturam. ſed vniuerſale cauſalitate, vt prima materia & primus motor ſunt magis nota naturæ quàm ſint apud nos, & non eſt hoc ita in rebus vniuerſalibus, quæ inuenũtur in multis, ſicut genus & ſpecies, ſicut diximus: ſed intellectiones vel intellecta ſenſatorum, ſicut intellectiones compoſitorum & deſcriptiones eorum ſunt magis notæ apud nos intellectionibus ſeu intellectis ſenſatorum remotarum à materia, vel a ſenſu: & ſunt cognitiones cauſarum & cauſæ cauſatum, & è conuerſo apud naturam, ſicut declarauit hoc Auerrois principio Libri Pollerioturn in cõmento magno: & ideo dicens abſolutè, ꝙ minus vniuerſale eſt magis notum apud nos magis vniuerſali erraſ. dicẽs etiam ꝙ ſentatum ſeu ſenſibile eſt magis notum apud nos quàm intellectum vniuerſaliter, erratnam prima intellecta ſunt notiora apud nos quam ſenſata. In cõmen. 5. vbi dicit. & huas cauſas ſecundum fideni, & infectus dicit, Cauſa ſuas ſecudum imaginationes. Nota, ꝙ per fidem intelligit verificationem, affirmationẽ vel negationem. per imaginationem autem intelligit apprehẽſionem ſeu cognitionem ſimplicem, quæ vocatur apud latinos ſimplicium apprehenſio, & iſte fuit modus loquendi arabũ & hebræorum: & Cõm iſto modo loquitur multoties 10 3. de Anima: & hoc etiam intelligitur ex ſua intentione hic & maximè in principio cõmenti. quamuis n. traductor non ſecũdum ſuam intentionem: tamen moderni debent hoc intelligere ex verbis Commẽtatorum. In cõm. 21. vbi dicit: & eſſe eius ſecundum albedinem eſt aliud ab eſſe eius ſecundum muſicã &c. Nota ꝙ capitur hic eſſe in alio modo & cõm. 45. alio modo Illic. n. intelligit per eſſe ſeparationem ſeu per ſe ſtare: hic autem rationem ſeu definitionem. In cõm. 36. vbi dicit. Partẽ quæ eſt de ſpecie partium in quas totum diuiditur &c Nota ꝙ ea hoc concludit, ꝙ per partes actuales intelligũ minima naturalia quæ poſſunt exiſtere actualiter diuiſa In com. 44. in principio commẽti vbi dicit. Sed principaliter & per ſe corrompitur in aliquid terminatum vnum &c. Nota ꝙ illud quod ponitur in quinto non cõtradicit huic: nam fortè omnis motio ſic abſolutè conſiderata eſt ſic contradicloria in contradictorium primo & per ſe: & de vno in vnum. Conſideratio tamen ſpecialiter ſpecie numerationis nõ eſt vnus modus de quibus. nã generatio ſimpliciter eſt de non eſſe in eſſe primo & per ſe: nam nihil aliud principaliter intelligitur per generationem ſimpliciter: & corruptio ſimpliciter eſt de eſſe in non eſſe: hoc tamen non eſt hic ſimpliciter verum: & vide commentum octauum quinti. dealbatio &c. & ſimilia dicunt motum de nigredine ad albedinem ſeu de nigro ad aliũ & primo & per ſe. & ratio eſt quia iſte motus eſt inter res contrarias poſitiuas patibiliter acquiſitas ſeu ſucceſsiuè in ſubiecto entre in actu & ideo in me diatè mouetur de albedine in nigredinem: & è contra. non autem ſic eſt de generatione & corruptione ſimpliciter. & vide cõmentum ſeptimum quinti: & veritas eſt ꝙ illud quod corrumpitur ſeu generatur corũpitur ſemper in aliquod vnum determinatum, ſimiliter in generatione: & hoc ſemper. Quando n. album corrumpitur corrumpitur in nigrum ſemper. nam & ſi corrumpitur ad rubeum vel ad palliduin non corrumpitur ad illa niſi ſecundum ꝙ ſunt in aliquo modo nigra, ſicut dicitur in quinto cõm. ſeati: & maximè ſecundum illam expoſitionem Cõmentatoris in qua dicit. Cum igitur propoſitio dicens ꝙ tranſmutatiu &c. Vnde primo & per ſe album corrumpitur ad nigrum. Secundario autem ad media quæ ſunt terminata: & hoc vult hic Comm. & hoc nulla eſt contradictio ponitur. n. quod contrarium primo & per ſe corrumpitur ad cõtrarium poſitiuum: vt dicit ibidem Commentator expreſſe in com. 8. ad huc verum eſt ꝙ res primo & per ſe corrumpitur ad vnum. In cõmento 45. verſus finem commenti. vbi dicit. & eſt illud in quo eſt priuatio propria illi compoſitioni. ideſt non habens illam cõpoſitionem: eſt tamen aptum natum illam habere & in eodem commento parum poſt vbi dicit. Sed illud in quo eſt priuatio illius compoſitionis &c. Nota, quòd videtur ꝙ quando ex ſimplicibus non albis fit album compoſitum fit ex oppoſito ſecundum habitum & priuationem: quia fit à ſimplicibus non coloratis per commiſtionem certam ad quam ſequitur color ſeu talis color: non enim ad quamlibet commiſtionem ſequitur color nec ſapor nec odor vt dicit Commentator in quinto colliget, & in aliis locis hæc tamen non ſunt niſi in miſtis & ideo paſsiones miſti dicuntur: tamen inueniuntur in pluribus miſtis & quaſi in omnibus. In commento. 50. vbi dicit, Quod principia &c. non generantur ea aliis Intelleat non conſtituuntur tanquam ea partibus: & in eodem commento in fine vbi dicit. Non tranſmutabilia. Intellexit inter ſe adinuicem: quia priuatio nec fit forma neque è conuerſo, neque generantur ex aliis tanquam ex partibus eſſentialibus. Reliqua autem, ſcilicet non prima conſtituuntur ex primis: & hæ prima non ſunt tranſmutabilia aliquo motorum modorum: ſed ſunt permanentia. In commento 60. in fine commenti in illa parte in qua ponit Commentator quatuor rationes ad probandum nihil produci ſeu fieri ex nihilo vbi dicit. Et impoſsibile eſt vt ſit in illo cuius partes &c. ideſt quia motus eſt in recipiẽte: & recipiens remanet cum receptio. In cõmento ſeptuageſimo vbi loquitur de materia & potentia materiæ: eſt notandum vt puto: quòd per potentiam duæ intentiones intelliguntur: Vna eſt relatio ſeu reſpectus rei ad actum. & hæc ſorentio eſt defectus quidam & priuatio quædam, ſcilicet quòd non eſt in actu. Secunda eſt diſpoſitio ſeu aptitudo per quam ſubiectum ſecundum ſuam naturam eſt aptum ſeu diſpoſitum: & hæc diſpoſitio non eſt priuatio omnino ſed eſt quædam qualitas, ſcilicet de ſpecie qualitatis quæ dicitur potentia naturalis: & eſt illa per quam res eſt apta ſeu diſpoſita agere vel pati. & hæc eſt diſpoſitio remota

Comm. 5.

Diuinus ac oaturalis diuersimodè materiã specu. antuc.

actus sunt differentię entis. Et ideo Diuinus declarat perfecte naturam materiæ per habitudinẽ seu respectum ad omnes differentias entis, sed Naturalis declarat, quod est in potentia respectu formarum materialium, i. quod ipsa est in potentia recipere formas: non quod declarat absolutè ꝙ ipsa est ens in potentia, secundum quod potentia & actus sunt differentiæ entis simpliciter, sed quod non declarat quod est in potentia secundum quod potentia opponitur actui, qui est differentia entis simpliciter. nam de hac cosiderat Philosophus Primus, qui considerat de rebus secundum ꝙ sunt entia. & considera commentum. 21 secundi. Et forte vult dicere, quod Metaphysicus declarat quomodo est vna & quomodo habet esse, & quomodo non, vt declarauit hic Commentator commento. 1. Duodecimi Metaphysicę. & illic dicit Iste sermo facit intelligere, ꝙ esse est esse materię, & est proprius huic Scientiæ, & non de Scientia Naturali.

SVPER SECVNDVM LIBRVM ANNOTATIONES.

De principio alterationis.

CIRCA idquod Commẽtator dicit in principio huius Libri, quod principiũ alterationis non est ab extrinseco. & dubitatur cõmuniter de reductione aquæ calefactæ ad suam frigiditatem similem primæ. Nota ꝙ ex dictis Auicen. accipitur solutio. & pro hoc vide vlimum commentum primi de Generatione. Commentator autem & Philosophus aliter soluunt, vt sit veritas. Verum enim est, ꝙ principium initiatiuum alterationis est ab extrinseco, aliter idem ageret contrarium: sed tamen, cum habuit principiũ extrinsecum, erram remissum seu debile, à quo incipit alteratio, cumpletur seu intenditur ab intrinseco: & in hoc assimilatur eis, quę mouentur ab intrinseco: & illo modo nullum accidit impossibile: & de istis bene considera commentum. 24. Quarti Cœli. & in Duodecimo & Septimo Metaphysicæ. vbi loquitur de conuenientia agentis, & maximè circa tanitatem. sed, secundum quou Commentator dicit in 2. de Anima, quod aqua pura non calefit, ipsa remanet pura, & maximè secundum ipsum, quia formæ elementorum non suscipiunt magis & minus, aliter est dicendum.

Commẽ. 3. De huius libri subiecto

CIRCA secundum librum. commentum tertium. vbi dicit Subiectum huius Libri est natura, & principia naturalia &c. Nota, quòd vel vult dicere, pars subiecti vel ratio formalis subiecti, & verum est, quod principia naturalia & etiam natura quoquo modo sunt partes subiecti Scientiæ naturalis. Dicit autem quoquo modo. Quia subiectum ppriè est ens mobile seu naturale: cuius esse non declaratur à Naturali: sed oaturale est ratio eius formalis. & forte vult dicere, ꝙ sit fundamentum seu principium. Item etiam in eodem commento. vbi dicit, Quoniam nauis mouetur ex principio in ipso, sed non primo &c. id est quod nauis est per se motum, tamen natura mouens est alia separata ab ea, & ideo mouetur ea principio in ipsa, seu non primo. Circa illud autem quod dicit de Arte Medicinæ. Nota, ꝙ per virtutem actiuam, quæ est in ipso super artem, curat se secundum quod corpus ægrum, sed accidit medicum curare se. nam nec omnis ægri est medicus, imo nec omnis homo est aptus, vt sit medicus, ita quod medicus agat in se, hoc tamen accidit secundum partem theoricam. & hoc est quod dicit Commentator, quia pars medicinæ, cui accidit agere in suum subiectum, est pars theoricæ non practica, id est per artem, quam habet, quam vocat theoricam, ipse agit in se secundum quod ipsi accidit esse corpus ægrum, vt dictum est. tamen vel nunquam inuenitur quod aliquis medicus agat in se secundum partem practicam, id est secundum operationem manualem, sicut phlebotomare se vel similia, seu tantum dicit per artem, qua habetur, quæ sunt faciendа: & aliquando accidit ipsum esse ægrum: nam non omnis homo est medicus. & dato quod esset, adhuc non est ars medicinæ naturæ, quia agit in illo, in quo est per accidens. In commento. 19 secundi Libri. Nota ꝙ ea hoc quod dicit Commentator. & contingit dicentibus formas esse defiore formas naturales abstractas a materia, patet ꝙ in definitione formę naturalis ponitur materia. In cõm. 26. in principio commenti. vbi dicit. Quod materia est de genere relationis. Ad declarationem huius, vide illa quæ notauimus in commento. 7. Primi Libri. Et forte materia est de genere relationis quo ad suam cognitionem, quia ipsa cognoscitur per analogiam ad formam: & hoc sufficit Philosopho ad suam probationem. Vel forte intelligit ꝙ potentia, quæ est eius differentia subiectiualis, est de genere relationis, id est potentia eius ad formam, non potentia eius in seipsa: quia non est talis potentia neque habet eam. & bene considera illa, quæ notaui. Item in commento parumpost, vbi dicit. Ad quem igitur ordinem oportet Naturalem pertinere in scientia formacum & non pertranire illud, scilicet in scientia quidditatis &c. Patet quòd Naturalis considerat de quidditate rerum materialium. & ideo dicit immediate post hoc, non in scientia eius, quod est esse: id est, quia, cùm omnium formarum tam separatarum quam nuu probatur a Naturali, sed quidditas materialium tantum considerat à Naturali. In commento. 47. vbi loquitur de casu & fortuna contra Auicennam circa principium commenti. Nota quòd innuit hic Comment. Sicut fit diuino decretis, ita debet fieri de causis; quia casus & fortuna sunt causæ. Et ideo Commentator reprehendit Auicennam quòd dixit quòd in eis quæ sunt æqualiter contingentia reuertitur casus, & si sic, esset aliqua causa æqualiter conungens. Contra quod probat Commenta. quod non datur causa æqualiter contingens. Sed ad maiorem declarationem dictorum Commẽtatoris in hoc commento. Nota quòd vt puto Commentator intellexit ex dictis Auicennæ quòd est hic aliqua causa naturalis per se, ex qua ponunt prouenire operationes, & non prouenire æqualiter: & tamen effectus prouenies ab ipsa non dicitur esse a casu simpliciter, sed est a casu respectu alicuius causæ. non autem respectu alterius causæ, sicut ambulatio, verbi gratia, quæ respectu virtutis motiuæ est a casu, vel a fortuna: & respectu appetitus ad motum non est à casu. Et sunt necessarium ei intelligere statua verba. Nam ipse voluit per hoc soluere rationem Themistij: & si non intelligeretur ita verba illius, non esset responsio in ratione Themistij, qui arguebat a virtute actiua. Et etiam Commentator dicit in principio commẽti. quòd, cum declarabitur natura rei aduenientis à casu, declarabitur dispositio causæ: & quæ causa est eam causata sunt non nota apud nos causis. Videtur ergo, ꝙ si in hac natura vel aliqua res naturalis, quæ secundum suam naturam est possibilis prouenire & non prouenire æqualiter, ꝙ si hic causa actiua naturalis, cuius dispositio est nutus. Et ideo concedit Auicenna esse huius causæ sicut concedit esse huius naturæ causæ & dicta vel sequitur ex dicto eius, quòd hoc causarum, in cuius natura est produci & non produci æqualiter, cum prouenit à causa naturali, cuius dispositio est talis, vel cum attribuitur ei, dicitur hoc quod est a casu. Et contra hoc arguit Commentator primo. Si esset hic aliqua res vna naturalis. ꝙ est a casu respectu vnius causæ, & necessaria vel possibilis vt in pluribus respectu alterius causæ. non erit illa res secundum suam naturam prouenies in paucioribus, neque secundum plurimum neque necessario, ea quo natura eius non est natura necessaria neque possibilis vt plurimum: neq; possibilis secundum paucum: ea quo ipsa attribuitur causis necessarijs, & possibilitas secundum plurimum & secundum paucum. Quare ergo natura actiua est magis natura eius, quæ est secundum plurimũ, quàm sit necessarij vel secundum paucum. non est ergo necessaria secundum suam naturam oam causæ eius non sunt necessariæ neque possibles: quia causæ eius fuot non necessariæ: & ergo esset hic alia natura ab hominis naturis. nam, cum causæ sunt necessariæ, id est agentes semper & necessario, causarum est necessarium. & si secundum plurimum, causarum est secundum plurimum, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus cum his inferioribus, sicut in aliquibus. nam quamuis sint agentia naturalia, seu agunt de occultiore, id est non possunt non agere, tamen non sunt causæ occultiores, id est non est necessarium, vt proueniant effectus ex eis. nam in natura illorum est possibilitas vt impediatur operatio eorum secundum paucum seu in paucioribus. & hoc ab impedientibus extrinsecis.

Diffinitio-oe formæ oaturalis po-nit materiã

Præterea contradicit Auicen. in hoc, quod dicit hic esse causam naturalem, i. actiuam dispositam seu aptam agere,

Mã quo ad genus relationis ipse stat.

Omne formarum genus speculatur naturalis, sed nõ sol⁹, sed materiales tm naturalis cõsiderat.

De casu & fortuna.

& non agere æqualiter, & hoc per se: nam sequeretur q̃ non proueniat ab ipla aliquid, vel vt proueniãt ab ipsa duo contradictoria simul: & maximè, quia non inuenitur causa naturalis, i. agens naturale, quod sit possibile agere per le secundum paucum, idest agere rem, quæ est possibilis secundum paucum, non duo secundum paucum temporis: & quod caula per le de sua natura est non agere hoc per se, nisi secundum paucum: coam hoc est impossibile. Sed illud, quod est possibile, est vt sit agens naturale agens per se secundum plurimum: & impeditur à sua operatione naturali secundum paucum: quia est in sua natura possibilitas, vt impediatur secundum paucum a sua operatione naturali propter impedientia, vel res extrinsecas vel materiã, & hoc impedimentum secundum paucum vocatur casus, idest q̃ effectus proueniens ab ipso est secundum paucum, non sicut in natura eius est agere secundum plurimum. Sed illud quod est secundum paucum propter impedientia vel res extrinseeas vel materiam, dicitur quòd prouenit à casu: & causæ extinsecæ non sunt in natura rei naturalis. Quæ non est à calu prouenire ab eis lunt causæ per se rei proueniẽtis à casu, non secundum quòd est à calu. Et considera io commento. 60. & 61. & 65. led est à casu à causa, de cuius consuetudine non est secũdum plurimũ cum accidit ei impedimentum: & tamen nulla res naturalis prouenit à casu, habens etiam causam naturalem per se ordinatã ad hoc. & ex hoc potest quis ratiocinari similiter in rebus prouenientibus à voluntate secundum fortunam. Sed in hoc est differentia aliqua. nam inuenitur vna res in specie à voluntate à fortuoa vel non à fortuna. Et si tu intelligis hoc rectè tu potes intelligere solutionem omnium dubitationum quas ponunt latini contra rationes Auctrois. Nam maior pars earum procedit ex malo intellectu. Illud autem quod dicunt quòd virtus motiua io loco animalis est apta seu disposita agere & non agere motum æqualiter, & hoc per se Ad hoc dico, quòd iam declaratum est in Tertio de Anima: & io Lib. de Motibus animalium, quòd motus localis in animali perficitur in animali per virtutes animæ & per corpora: & virtutes animę sunt virtus imaginatiua & appetitiua. Nã imaginatio mouet potentiam appetitiuam, & appetitus sequitur imaginatum, sicut sequitur abscisio gladium: & potentia appetitiua est potentia receptiua, seu passiua tantum respectu volitionis, seu appetitionis: & ipsa, scilicet virtus appetitiua mouet calorem naturalem, sicut declaratum est ibidem perfecte. & ideo virtus motiua animæ non est virtus potens mouere & non mouere æqualiter: sed virtus appetitiua, secundum quòd est recipiens, possibile est recipere ista duo æqualiter. & similiter corpora, quibus perficitur iste motus secundum quòd sunt mobilia. Sed quod inuenitur aliqua potẽtia naturalis potens agere & non agere æqualiter per se est impossibile. Et etiam virtus motiua noo est naturalis omnino. Nam sequitur rationem & electionem. & in Libro de Anima: considerabitur perfecte de istis rebus, & maximè in tua summa, & in illis quæ notaui ibidem. & videtur quod intentio Auerrois & tua ratio est, quòd nulla potentia actiua animalis seu naturalis potest agere & non agere æqualiter, & hoc per se: & quòd voluntas vel virtus appetitiua est potentia receptiua tantum respectu appetitus, qui sequitur cognitionẽ, sicut sequitur abscisio gladium. & considera io commento 8. Octaui Libri huius. Et nota etiam, quòd nulla res naturalis, scilicet non voluntaria: adneoit à casu & à causa naturali per se ordinata adhoc neque aliqua species producitur à natura & à calu, sicut declaratum est in Octauo huius, & considera in commento. 61. 62. 64. In commento. 74. vbi dicit. Quoniam, si naturalis non cooesserit eam, negat principium finale &c. Nota quòd in Vodecimo de Animalibus, multum loquitur de istis Commentator. & de Necessitate quomodo inuenitur in rebus naturalibus. In commcoto. 81. vbi dicit Commentator. Tunc poneremus hoc ex peccato naturæ. Nota, quòd vult dicere, quod non illa agat casu, id est omnia monstruosa & noo monstruosa, vt diait io principio huius cõmeoti. Vel vult dicere iodiuiduum, cui accidit monstruositas. In eodem commento versus finem, vbi dicit. Causa igitur istius vaccæ &c. Si fuerit verum &c. Nota in Decimooctauo de Animalibus declaratur, an hoc sit verum. In commento. 83. in principio commenti. vbi dicit. Quoniam cum posuerimus, quòd omne animal generatum ex spermate &c. non intelligũ quòd idem dicit bis, led vult dicere cum dicit, Generatur ex spermate, quòd vt plurimũ homo non monstruosus generatur ex spermate, & nunquam homo generatur ex non spermate. Et per hoc solnitur difficultas Burlei contra istam rationem Secundum eum solutionem Burlei Commentator petit principium. Nota tamen quòd hæc difficultas potest solui alio modo. In commento. 87. vbi dicit. Illa enim, quæ inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate non propter aliquid, vt mors &c. & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid &c. Nota, q̃ vult dicere principaliter, seu non ex accessitate materiæ etiam. nam multa sunt de necessitate materiæ, quibus tamen natura vtitur propter aliquid, vt patet in Vndecimo de Animalibus. Vel vult dicere propter formam, idest q̃ forma est finis eorum. Diuisibilitas autem est propter aliquid, seu dimensiones materiæ sunt propter aliquid, scilicet vt accipiat formam. nam indiuisibile, secundum quod indiuisibile, per se non patitur, neque recipit & maximè formam extensam, neque quantitatem. Indiuisibile enim non potest esse subiectum, neque susceptiuum diuisibilis, neque indiuisibile fit diuisibile: & hoc maximè efficaciam habet in bis, quæ aliquando verè receipiuntur, vt quidam dicunt de quantitate, quòd intraliter aliquando corrumpitur, scilicet per corruptionem formæ præcedentis: & alia toraliter verè de nouo producitur, & sine materia aliquando, saltem per instans remanet sine quantitate, vt patet lequi secundum istos: quia secundum principia vera non est idem modus omnino de quantitatis receptione, si quantitas verè recipitur, & formæ. Hoc non, nõ curo. Iusficit enim quòd est vera receptio, non hic autem est in materia prima cum quantitate interminata sibi coæterea secundum Commentatorem & huiusmodi: quia in æternis huiusmodi non est vera receptio, vt dicit Commentator in multis locis & maximè in Tertio de Anima. dicitur enim receptio io illis æquiuoce, ea qun est eius passio inseparabilis ab ipsa. hoc tamen est secundum prius & posterius in quantitate cœli, & materiæ. vnde, quia nunquam verè recipitur nec in rosanti, nec in tempore, non accidit ex hoc impossibile, sicut accidit in istis, quamuis enim intelligitur esse subiectum, tamen in re ounquam recipit verè, sicut materia recipit quãtitatem verè secundum istos: & tu supple & remoue cauillationes, quæ dici possunt circa hoc. Et ideo, si materia non habet dimensiones sequentes suam naturam tanquam proprium eius, non esset receptiua formarum: & si quantitas esset in materia mediante forma, tunc illa esset receptiua secundum quod formata, & tunc forma esset ratio principalis recipiendi: quod est impossibile, quia actus in co quod actus non recipit. Et ideo dimẽsiones sunt propter aliquid, vt patet secundum doctrinam Commen. in libello de Substantia Orbis secundum quòd illic notaui diffuse: & secundo boc oportet intelligere cum dicit, propter formam tanquam ad finem, non tanquam ab efficiente.

Quid à casu contingere dicatur.

De materię quantitate ac dimẽsionibus.

Quæ à voluorate euenionnt, à fortuna, & nõ à fortuna contingere suscipiendũ est.

Comm. 47.

Comm. 81.

Cõm. 81.

Quõ motus actionis & passionis rationcm habeat.

SVPER LIBRVM TERTIVM ANNOTATIONES.

IRCA tertium librum. in cõmento. 4. vbi dicit Commentator. Et intendebat declarare quoniam motus non dicitur vniuoce, ideo non habet definitionem dicta vniuoce. Nota, q̃ ea hoc patet, q̃ motus materialiter est definitum bic, vt pareteiam cõm. 21. quinti. Tamen videtur, q̃ hæc defioitio alio modo intellecta competit motui formaliter sumpio. vide commentum. 9 quinti. Item in isto commeoto, & vbi dicit. & similiter qui est in vbi & qualitate. Secundum autem quod est &c. Nota, q̃ idem motus omnino quando comparatur ad mouentem est actio, vt sic, quãdo autem comparatur ad motum seu passum, est passio siue pari, vt dicitur cõm. 23. Vnde passio est transmutatio transmutabilis de dispositione in dispositionem. vt dicit in sua Logica. Pati autem est rem transmutari. scilicet transmutabilem de vna dispositione in aliã passio ergo est transmutatio

tio comparata ad motum ſine paſſum paſſio, ergo addit iſtam comparationem ſupra tranſmutationem; & ſimiliter actio ſuo modo. & ideo motus ſeu mutatio reſpectu iſtarũ comparationum ſe habet tanquam ſubiectum, vt dicit commento 21. & 22. Tranſmutatio tamen, quę eſt actio motoris eſt in moto ſeu paſſo, vt dicitur commento 3. & 18. vnde mouere eſt actio motoris in rem motam, vt patet ex commento 22. & ideo tranſmutatio eſt magis in prædicamento paſſionis. Mutatio enim eſt, qua aliquid mutatur, & dicitur pati: ideo ſunt in eodem prædicamento ſeu eiuſdem prædicamenti. Pati enim eſt tranſmutari, ideo paſſio eſt tranſmutatio. Addit tamen comparationem ſeu reſpectum ad mobile, vt dictum eſt: & mutatio profluxu, vt ſtat ſub tali reſpectu, eſt prædicamentum paſſionis: & illamet mutatio, vt habet reſpectum ad mouens, ſeu agens eſt actio: & in hoc conſidera. Et ex hoc patet, q̃ idem eſt actus motoris & moti, ſ. motus & eſt in moto, ſita tamen eſt talis, actio eſt paſſio, ſed hæc eſt vera, id quod eſt actio, eſt paſſio ideſt de eodem motu verificatur q̃ eſt actio & paſſio non ſimpliciter, ſed cum iſtis reſpectibus, vt dictum eſt & credo ad præſens, q̃ iſti reſpectus actualiter ſunt per operationem intellectus apitu dinaliter extra animam, ſeu ex natura rei quod pro eodem in hoc habeo, ideſt quòd non omnino dependent ab operatione intellectus. vnde, ſi intellectus noo intelligit ipſum, ta meo eſt aptum mouere intellectum ad talem intellectionẽ ex ſua natura. Et forte actio ſic accepta, ſ. non pro motu, ſun dator in motore, ſicut reliqua relatiua, vt paternitas in parte ſeu in potẽtia generatiua, ſeu actiua patris. Vnde motor eſt cauſa actiua motus, & hæc cauſalitas, quam habet ſupra motum, eſt in motore ſubiectiue, vel eſt iple motor realiter. Motus tamen non eſt in ipſo motore. Item in eodem commento in fine commẽti. vbi dicit. Ille autem eſt verior. Nota, q̃ non vult dicere q̃ verius ſit dicere quod albedo diminuta ſit motus. Oppoſitum enim declaratum eſt Quinto Phyſicorum commento quioto. Sed vult dicere quòd forma diminuta eſt magis ens ſiue perfectior. In commẽto 1ex to vbi dicit, & manifeſtum eſt, q̃ illa definitio motus eſt cõmuois motui nouo, & æterno &c. Vbi loquitur de augmentatione, Nota, q̃ vt puto augmentatio eſt motus reſpectu animalis augmentabilis ideſt quod dicitur de ipſo moueri in toto rempore, in quo non eſt completa ſua augmentatio ſed illud additamentum, vel res, per quam augmentatur animal, non mouetur verè. nam eſt generatio in ſubſtantia reſpectu huius rei generatæ. Generatio autem in ſubſtantia eſt mutatio ſeu tranſmutatio non motus, ſicut declaratũ eſt in quinto. Sed vocauit illum hic motum ſecundum ſamoſitatem donec declarabitur veritas, ſicut dixit Auer. tu ſua ſumma in hoc loco. Quòd autem ſit motus reſpectu animalis augmentabilis manifeſtum eſt. nam ſubiectum augmentationis nõ dico generationis illius partis eſt animal: quod eſt ſubiectum ens in actu, & etiam tota augmentatio, quæ eſt quaſi ex genere perfectionis vltimę, quæ aduenit per augmentum, vel de ſpecie eius non fit in vno inſtanti: & ideo animal, quod mouetur, ſecundum q̃ mouetur in iſto motu coniungitur ei potentia. nam hoc acquititur ei paulatine paulatine. & ideo hæc potentia eſt coniuncta moto ſeu mobili & motui, donec peruenat ad perfectionem, quæ eſt finis motus: & tunc non dicitur, q̃ ipſa mouetur: quia noo eſt hic potentia coniuncta amplius, & hoc eſt conueniens exemplo Philoſophi de ædificatione i & conſidera. & hæc eſt continuatio. quæ apparet ex definitione motus, non coo tiouatio. quam putauit Alpharabius: & eſt q̃ ſint partes motus coniunctæ ſimul, non interciſæ. Nam hoc eſt impoſsibile in motu augmentationis, niſi inſtans eſſet continuum ſeu coninnctum inſtanti, ſicut dicit in Octauo. Sed hæc cõtinuatio, quam dicit Alpharabius non inuenitur niſi in motu locali. & forte etiam in quibuſdam qualitatibus. & ex hoc ſoluitur contradictio, quæ apparet inter dicta huius hic, & 10 octauo. Et vide in octauo, commento 33. in fine & videtur etiam, quòd generatio 10 ſubſtantia non eſt verè motua, ſed mutatio. nam ſubiectum generationis 10 ſubſtantia non eſt ens in actu, oeque eſt ingenerato, neque in corrupto in ſubſtantia, ſecundum q̃ eſt generatum ſeu generabile potentia coniuncta actui, ſcilicet illius generationis. Sed vltima perfectio, quæ ſouenitur in eis, & eſt forma, aduenit no in tempore, ideſt tota in vno inſtanti, ſ. tota animali. & ſimiliter ẽt eſt diſpoſitio in parte generata in ſubſtantia, per quam augetur animal: & ipſa eſt ſemper in vna duarum diſpoſinonum, ſ. vel in actu completo, vel in potentia cumpleta. Et non inuenitur potentia coniuncta actui ſecundum aliquod tempus, ſaltem in formis compoſitorum ex elementis. nam elementa forte hoc habent. ſed tamen generatio eorum nõ eſt motus. nam non eſt ſubiectum in actu illa mutatione: & conſidera in quinto. commento 10 Sed animal augmentabile mouetur verè, ſicut dictum eſt, Et bene cõſidera. Nam per iſta ſoluuntur multæ dubitationes abſque hoc q̃ concedimus tes extraneas. Et vide rationem, quam fecit hic ad probandum, q̃ motus augmentationis non eſt continuus: quia compleu. eam in octauo. Illic enim dixit, q̃ ſequitur ex hoc q̃ inſtans ſit continuum ſeu coniunctum inſtanti, aut q̃ cuilibet parti partium temporis ſenſibilis correſpondet res generata, per quam augmentatur animal: & illa augmentatio eſſet ſenſibilis, & ibidem perfecu hanoe rationem: & remouet difficultates, ſi tu intelligis. In commento 8. in fine commenti, vbi dicit, Sed in fine huius libri declarabitur &c. Nota, q̃ ex hoc patet, quia in fine Octaui loquitur de Deo: quia ipſe ſolus eſt, qui nullo modo mouetur, quia eſt actus purus. In commento 12. vbi dicit. Sed debes ſcire, q̃ illa definitio non eſt manifeſta per ſe &c. Nota, q̃ vult dicere omoino: ſed indiget modicula declaratione. In ſeeuo do enim Poſterior. declarauit ipſe perfectè in commento magno, q̃ nulla definitio ignota naturaliter probatur per has vias, ſcilicet per inductionem aut per viam compoſitionis vel diuiſionis, ſiue per viam acceptam a contrario. In commento 19. vbi dicit, Si igitur agere eſt in motore &c. Nota q̃ intelligus in hoc commento in illo loco, vbi dicit. Et ex hoc quod poſſumus. q̃ agere eſt motus &c. Declaratur hæc conſequentia. & etiam parum ante, vbi dicit. & vnicuique eſt motus. In commento 31. verſus principium commenti. vbi dicit. Illa igitur, quæ eſt nota per ſe & accidit ei quod ſunt probabilis &c Nota, q̃ vult dicere famoſa per probabile enim ſaltem aliquando intelligit commen. famoſum, vt ſciunt docti in ſua doctrina: & dat aliquid eſſe per ſe notum, non tamen famoſum. Item in illo commento parum poſt. vbi dicit. Et inſtans præſens neceſſario exigit tempus &c. Nota quòd hic ſupponit Commentator quod inſtans ſemper eſt principium futuri & finis præteriti. Et hoc optime declarauit Alpharabius & Commentator in libro Deſtructio Deſtructionum vbi declarauit quòd inſtans 10 tempore ſic ſe habet ſicut punctus in linea circulari. & vide commentũ 127. quarti. In commento 32. vbi dicit. & poſſibile in rebus æternis. Nota, quòd videtur dicere, quod poſſibilitas ſecundum rei veritatem eſt ad vtranque partem contradictionis: ita q̃ poſſit eſſe & nõ eſſe. hoc autem non inuenitur niſi in individuis generabilibus & corruptibilibus. In æternis autem non eſt hic, ſed tantum ſunt neceſſaria vel impoſsibilia. Quando ergo in eis eſt potentia ve ſint æterna illa ſunt neceſſario æterna: & ſimiliter quando poſſunt eſſe, ſunt de neceeſſitate. In libro autem Deſtructio Deſtructionum iple declarat hoc aliter. & forte in idem redit. In commento 41. vbi dicit. Neque etiam eſt poſsibile inueniri numerum in actu ſeparatum. Nota cõtra Auicen. qui ponit in ſeparatis à materia eſſe hoc poſsibile. Si enim dictum Philoſophi intelligeretur de numero rerum non ſeparatarum à materia tantum, tũc Philoſophus non indiget hoc: quia iam declarauit & declarabit nullum corpus eſſe infinitum. In commento 43. vbi dicit Commentator. Quoniam, cum aliquid ſuit compoſitum ex duobus, neceſſe eſt vt definitio illius compoſiti ſit compoſita ex definitionibus illorum duorum &c. Nota, quod credo q̃ intelligit Comment. q̃ corpus infinitum, ideſt corpus, quod eſt infinitum ſecundum quod eſt corpus, eſt infinitum, ſcilicet ex omnibus partibus, & hoc eſt neceſſarium, & hoc probat ſua ratio. Poſtea inuenit hanc reſponſionem tactam à Commentatore in ſua ſumma, & multum gaudius ſum. Tu dices forte, quòd nõ ponis corpus ſic infinitum, ſed es vna pars vel ex duabus tantum. Contra tunc infinitas eſſet in ipſo per accidens & non neceſſario. Iudicium enim eſt æquale de omnibus dimẽſionibus, ſcilicet eſſe finitas vel infinitas, & ideo vel omnes infinita vel nulla ſaltem neceſſario: quod eſt contra aduer-

Etſi hæc ſit falſa actio ẽ paſſio, hæc tñ vera eſt, id quod eſt actio, eſt paſſio.

Cõment. 6.

Augmentatio qõo fit motus & cõtinuus.

Cõment. 8.

Cõmen. 12.

Cõmen. 19.

Cõmen. 31.

Cõmen. 32. In æternis non differt eſſe & poſſe.

Cõmen. 41.

Cõmen. 43.

rus aduersarios, secundo etiam ratio est demonstratiua: nul
lus enim sanæ mentis dubitat, q̃ aggregatum ex duobus
quantis est maius vno eorum, siue sit finitum, siue infinitum: & est notum si ponatur esse sic. hoc enim nõ variat propositum. etiam est notum quasi per se, quòd infinitum ex vna
parte est infinitum simpliciter. Vel saltem sequitur ex hac, & hoc aliquatenus declarauit in quæstionibus meis de vnitate intellectus. vnde patet q̃ cauillationes modernorum nihil sunt: & ipsi malè intelligunt Commen. & vide Commentum 53. Item in illo commento verius finem, vbi dicit. Contingit infinitum esse maius infinito. Nota q̃ vult dicere si fic poneretur. & ideo non est contradictio cum hoc quod dixit in fine commenti 49. q̃ infinitum vni est maius &c.

Cõmen. 48. In commento 48. vbi dicit. Locus partis naturalis, in quo quiescit, & locus totius sunt idem numero &c. non oportet declarare hoc, quia ipse declarauit in commento 52 hanc propositionem. In textu commenti 53. vbi dicit Philosophus. Aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum &c. Nota, quod Philosophus forte intellexit hanc rationem, scilicet quòd non est maior ratio quòd vna pars talis infiniti debeat dici sursum, & alia deorsum, quam è conuerso: ex quo sm hæc sunt infinitæ: & nullis apparet distinctio, per quam vna pars sit superior seu supetius, & alia est è contra. In commento 54. vbi dicit, intendit q̃ sex partes, & sex vbi supposita partibus corporis inueniuntur &c. Nota, q̃ ex isto dicto & ex hoc qđ dicit in cõclusione, apparet, q̃ dictum Burlei hic dicentis, quòd hæ partes non inueniuntur in illis corporibus, scilicet inanimatis nisi per comparationem, non est verum, & considera in textu commenti 56. vbi dicit. quod autem non sit infinitum simpliciter multa impossibilia accidant manifestum est. Considera quomodo Philosophus asserit tempus esse finitum, esse manifestum impossibile. In cõ
Cõmen. 57. mẽto 57. vbi dicit. Ex tempore enim & hominibus recedit pars & euidenter corrumpitur seu desinit vna pars & alia fit. nõ
Cõmen. 60. autem sic est in magnitudine. In commento 60. vbi dicit. Et si hoc esset, tunc esset hic magnitudo infinita in actu: quoniam si magnitudo &c. Nota, quòd notabilius in hoc commento deduci aliter hanc consecutionem. Et considera. Idem in eodem commento parum post vbi dicit. Quando, si posuerimus quod magnitudo potest crescere in infinitũ, tunc infinitum exibit in actum &c. Et tunc potentia intelligeretur &c. Nota q̃ magnitudo est res potentia & actus quædam, & ideo additio est ire ad esse, cuius esse & additionis scilicet actus sit causa, est forma, & ideo finitas, quæ est quædam determinatio, est per formam. Cuiuslibet enim rei naturalis determinata est magnitudo, & hoc est per formam.

De infinito quõ fit in potentia. & videe commentum 67 Et ideo hæc potentia respicit sctũ, ita q̃ habet potentia in natura alicuius magnitudinis crescẽdi in infinitum, tunc esset possibile esse in actu infinitũ, imo esset in actu. & ideo hæc potentia est sicut quando dicimus hoc est homo in potentia scilicet q̃ potest exire ad actum completum, cui non admiscetur potentia. non autem ue est in diminutione. Diminutio enim est ire ad nihil, cuius causa, cuthil & diminutionis in infinitum est materia, & ipsam sequitur quantitas: & est tanquam eius passio: & vide cõmentum 72. Vel quia materia in se est infinita, ideti non habens formam propriam, sed semper variat formam in infinitum, debet attribui ei infinitas in diuisione, vt notaui cõmento 65. priuatio autem seu nihil non est actus, oeq; exit in actum: ita quòd res sit totaliter nihil, & ideo in diuisione continui semper potentia cõiungitur actui, vt dictum est commento 57. Et ideo hæc potentia non totelligitur, sicut intelligitur eum dicimus, hoc est homo in potentia: nec debet poni in esse nisi potentia quæ respicit actum completũ, cui non admiscetur semper potentia. ponere enim diuisionem completam omnino in actu, est destruere diuisionem: quia eius esse constituitur per potentiam, vt dictum est cõmento 57. Præterea. Ponere talem potẽtiam in magnitudine, s. habere potentiam excedendi omnem magnitudinem, sequitur impossibile latius: siue ponatur quod cesset additio, siue non: ponere autem diuisionem procedere in infinitum, non sequitur propter hoc aliquod impossibile nisi ponendo diuisionem cessare, vt dicit Commentator & ideo non sequitur, omni magnitudine data possibile est dare minorem, ergo possibile est quòd sit aliqua magnitudo minor

Diuisio, nõ sit additio in infinitũ ideò, & cur

omni magnitudine: nisi ponatur quod cesset diuisio: & cã est vt diximus, quia potentia ad additionem est potentia ad actum & ad esse, quod pertinet ad formam, potentia autem ad formam potest exire ad actum totaliter autem actus est infinitus: non autem sic est de diuisione. Vel forte & melius, q̃ additio inest rei propter formam, diminutio autem seu diuisio propter materiam. & ideo, si esset additio possibilis in infinitum in quantitate esset possibile formæ actu infinita: & tunc patet q̃ potentia intelligeretur in additione, sicut intelligitur cum dicimus q̃ hoc est homo in potentia quod potest exire in actum completum. Diminutio autem seu diuisio, quia inest rei propter materiam: quia est ire ad nihil siue ad priuationem, quod inuenitur per materiam, vt dicit commento 72. Et quia est terminata ab alio, non terminans in se, vt dicit commento 65. & ideo potentia diuisionis non in omnitum potest exire in actum totaliter, quia hæc potentia non est ad formam, seu non respicit formam vel actum, imo priuationem seu nihil. Additio autem in infinitum si esset possibilis maximè inesset formæ, & actui infinito secundum q̃ apprehenditur in esse forma vel habens formam & hoc propter formam. & ideo est impossibile vt additio in quantitate sit possibilis nisi finitum, nedum vt sit in actu quia forma est causa terminationis & continuitatis: & ideo impossibile est, vt ex ea accidat non determinato rei habẽtis formam. Vide commentum 67. vbi dicit. q̃ causa, quia infinitum non est in actu, est forma: & alia bona. & tu cum mento 68. Burleus autem malè intellexit hoc, & pejus argut, & pessime respondit. & considera quomodo Burleus & reliqui latini confusi sunt in turentione commenti 69. & miscenti mentiones diuersas vnam cum reliqua & tu considera & comple, quod deficit. & vide commentum 67. & 68. In eodem commento parum post. vbi dicit: Quoniam semper diminuitur sine considerantur secundum quod est in materia &c. Nota, q̃ vult, cum dicit in materia, non considerata ipsa vt est sub forma subsistentiali. Quia propter formã est ei impossibile diuidi in infinitum forma remanente: & ideo etiam potest quis dicere forte, q̃ diuisio procedit in infinitum etiam in naturalibus, ipsa tamen non remanente. Vel potest quis dicere quod continuum, siue mathematicum, siue naturale est diuisibile semper secundum magnitudinem, non q̃ extra animam fit sic, vt dicit in fine commenti. In commento 64. in principio eiusdem. vbi dicit. & totum & completum est oppositum infiniti. Nota, quod totum & completum est oppositum infiniti, & ex hoc potest accipi ratio sortis multum ad probandum infinitum in actu esse impossibile quomodocunque sit. & vide in sua summa in Tertio in hoc capitulo. In commento 65. vbi dicit. Et subiectum recipiens infinitum est, quod est materia &c. Nota, q̃ intelligo subiectum recipiens diuisibiliter quo infinito, ideti quod semper potest diuidi est materia connexa quantitati, quæ est tanquam eius passio. & ideo dicit quod infinitum accidit materiæ secundum quod est materia. Et non est curandum de argumentis puerilibus Burlei. Et considera bene omnia dicta in isto commento hoc. Nota, quem q̃ Commentator in sua summa dicit, q̃ materia est infinita, quia non habet de se formam, sed expoliatur ab vna forma & recipit aliam: & hoc in infinitum, & ideo de se est indeterminata & infinita. Infinitas ergo diuisionis in continuo & augmentationis debet attribui materiæ Et tolle hoc vult dicere Commentator in hac commento. Item in eodem commento parum post, vbi dicit. Causa in hoc est &c. Vult dicere q̃ causa in hoc, scilicet quòd est contens & recipies in infinitum. & hoc si intendit hic Commentator de infinitate quod notaui ex sua summa. Si autem non assignat eam sm continentiæ tantum. In commento 67. vbi dicit. Quoniam forma est causa terminationis & continentiæ. Nota, quòd videtur quòd ex hoc potest quis concludere quòd nulla forma est in actu infinita, siue materialis, siue non. Item in eodem commento in fine commenti. vbi dicit. Ex illa enim si esset infinitum &c. Vult dicere, si illud, quod est in potentia ad infinitum esset forma, seu habens formam, vt sic: tunc potentia esset, sicut quando dicimus, hoc est homo in potentia: & sic esset possibile esse in actum completum, & sic esset actu infinitum. In commento 68. vel sis principiũ, vbi dicit. Causa eorum additionis in numero &c.

Materia sua

Cõmen. 64.

Cõmen. 6

Infinitas rõ in continuo ex materia sua

Cõmen. 65.

Cõmen. 67.

Nota,

Nota, q̃ in iſto capitulo Philoſophus & Cõm. loquuntur de numero, de quo loquuntur Arithmetici, quæ eſt de prædicamento quantitatis, & eſt per operationem intellectus, i. qui conſtituitur ex vnitatibus omnino indiuiſibilibus. illa enim magis debet dici vnitas quàm vnum. & iſto modo nõ eſt in actu niſi in anima, extra animam autem in potentia. & eſt res numerata & non accidens: ſeu eſt ens quod dicitur ſm prius & poſterius de decem prædicamentis. & ſic vnum dicitur de quolibet ente, & de vno quod eſt principium numeri, quod inuenitur in actu in anima tantum. & ſi hoc vis intelligere reſolutè, vide Commẽtatorem contra Auicen. Nono Metaphyſicæ in ſua media expoſitione verſus principium. & cum hoc ſit ita Multa dicta Burlei hic de numero & Linconienſis non ſunt rectè dicta. & conſidera, & vide
Cõmen. 69. eommentum 133. quarti. in textu commenti 69. vbi dicit Philoſophus: quoniam contingit potentia eſſe & actu contingit &c. Nota, q̃ diſtinctio Burlei in iſta propoſitione, nulla eſt ad propoſitum Philoſophi. Philoſophus enim arguit vt dictum eſt ſupra. Si magnitudo, ſiue aliqua magnitudo, quod pro eodem hic habeo, haber potentiam creſcendi in infinitum, ſeu ſit maior omni menſura, ex quo iſta potentia reſpicit actum, poteſt exire ad actum: & ſic poſſibile eſt eſſe infinitum in actu: hoc autem eſt impoſſibile, ergo. Neque refert quantum ad hoc, ſine illa magnitudo quæ addirur ſit de nouo producta, ſiue non. & conſidera. Item in eodem commento. vbi dicit, & non ſequitur, ſi ponatur ipſam exiſtere in actu &c. Nota, quòd vult dicere Commẽrator, q̃, quando potentia eſt potentia alicuius rei demonſtratæ ſeu permanentis, tunc potentia, quæ eſt in ipſa ad omnes additiones poſſibiles in ipſa eiuſdẽ naturæ ſeu ſpeciei eſt vna potentia: & potentiæ partiales omnes ſunt partes vnius poſſibilitatis demonſtratæ exiſtentis in re vna permanente vna. & ideo illam potentiam contingit exire in actũ, aliter eſſet fruſtra. non autem ſic eſt in rebus ſucceſſiuis nõ demonſtratis, ſicut in motu. nam motus non eſt permanẽs vnum, & non eſt in vna parte motus potentia, vt alix ſunt: in mobili etiam non eſt vna potentia ad omnes partes motus. quia motus non eſt quid demonſtratum vnum permanens, ſicut eſt quantitas continua. Numerus etiam eſt vna res: quia numeri diuerſi non ſunt quid vnum, ſicut eſt in quantitate continua. Et per hoc conſidera errorem Burlei, qui voluit dare iſtam cauſam ſuperius, vbi dictum eſt, q̃ ex poſitione diuiſibilitatis in cõtinuo eſſe poſſibile infinitum non ſequitur impoſſibile, ſicut in addi tione. Vnde, nota, q̃ hæc conſequentia valet, Actus eſt vnus & permanens: ergo potentia eſt vna, & è conuerſo. non eſt vnus & permanens: ergo potentia non eſt vna ergo non oportet q̃ exeat in actum. Non tũ valet, potentia eſt vna. ergo pòt poni in actu. Sed oportet addere, & reſpicit actũ, vt dictum eſt ſup.

SVPER QVARTVM LIBRVM ANNOTATIONES.

IRCA quartum Librum commẽto ſexto in fine, vbi dicit. Et hoc eſt vnum eorum, quibus Ariſto. &c. Nota, q̃ in Libro Deſtructio Deſtructionum in quæſtione prima verſus finem primi modi declarat hoc. & Burleus de hoc non bene intellexit. In commento 15. vbi dicit. ergo prio-
Cõmen. 15. prium eſt materiæ vt habeat dimenſionem in potentia, & locus antequam in eo eaiſtat locatum ſecundum Ariſto. & in veritate eſt dimenſio in potentia. Nota, q̃ forte vult dicere, q̃ res, quæ eſt locus, verbi gratia, aer & aqua eſt corporis ſeu dimenſio in potentia, ideſt q̃ ſuperficies, quam habet diuerſificatur propter diuerſitatem locati, ſcilicet q̃ aer, verbi gratia cum conſideratur ſecundum quod eſt locus in potentia eſt corpus indeterminatum: & accidit ei terminus ſecundum iſtum modum à locato, & ſecundum diuerſitatem locati diuerſificatur terminus corporis illius ſecundum quod eſt locus: hoc tamen non eſt commune ſeu vniuerſale omnibus corporibus, quæ circundant. & forte voluit dicere, q̃ eſt in potẽtia vt ſit corpus antequam ſit in ipſo locatum, & hoc eſt in potentia: ſicut dicimus, q̃ res eſt in potẽtia antequam fit: & non eſt ita diſpoſitio in dimenſionibus tribus, quæ ſunt in materia. nam ipſę non ſunt corpus in potentia tali modo poſſibile, niſi diceret quis, q̃ tres dimenſiones, quæ ſunt in materia, eum conſiderantur ſecundum ſe, ſunt in potentia vt ſint corpus determinatum in actu, quamuis nunquam ſint in potentia: ideſt non determinatæ: & ſunt etiam corpus in potentia, quia ipſæ recipiunt diuerſitatem terminorum à formis diuerſis. In commento Cõmen. 20.
20. vbi dicit, Et quando acciderit vltimo continenti mouere rem per motum corporis. Nota, q̃ ſic intelligo, q̃ locus non mouetur per motum locati, niſi per accident & ſecundum paucum. Materia autem & forma mouentur ſemper per motum locati. ergo &c. Non ſic intellexit Burleus q̃ locus non mouetur per motum corporis, cuius eſt ſuperficies niſi ſecundum paucum, & ergo vult: tamen ex verbis Commentatoris hic, videtur quod expoſitio Burlei ſit vera. nã ipſe dixit, cuius eſt vltimum: & quomodocunque ſit, verba Burlei proceduntur ex malo intellectu. & in conſidera. Item in eodem commento in fine, vbi dicit Commentator, Quoniam locus, ſecundum quod eſt quantitas, nõ mouetur &c. Nota, q̃ intelligo ſic, q̃ locus, ſecundum quod eſt vltima ſuperficies, non eſt mobilis, ſiue ſecũdum quod eſt quantitas.
Quia quantum mathematicæ conſiderandum non mouetur. Quantũ nõ mouetur. Sed bene corpus naturale mouetur cuius corporis quãtitas ſiue ſuperficies mouetur per accidẽs ad motum illius corporis & vide commentum 42. Nota tamen, quòd locus, ſecundum quod eſt naturalis, in quo quieſcit mobile, nullo modo eſt mobilis ſecundum eãdem ſpeciem motus, ſcilicet corporis, quod mouetur ad ipſum: quia aliter mobile non quieſceret in eo, vt deducit Commentator commento 42.
In commento 36. verſus finem, vbi dicit. & hoc apparet de Cõmen. 36.
catapharo. Nota, quod eſt quoddam vas habens foramen ſurſum & deorſum: & ſi obturetur foramen, quod eſt in parte ſuperiori, aqua non fluit: & hoc demonſtrat vacuũ non eſſe & vide problemata Philoſophi circa hoc, & commentum 52. In commento 43. vbi dicit, Quoniam graue non quæ- Cõmen. 43.
rit hunc finem, niſi ſecundum quod eſt medium totius &c. Intelligo magis principaliter. Et vide commentum 49. &
36. & in ſua ſumma Quarti, de Cœlo. In commento 68. vbi Cõmen. 68.
dicit Commentator ſic, Omne quod mouetur naturali motu mouetur in aliquo, in quo eſt ſuperius & inferius: & in vacuo non eſt ſuperius omnino. ergo &c. Circa hoc nota q̃ forte diceret quis in defenſionem huius opinionis, quod vacuum eſt locus. Sed locus naturalis ignis, verbi gratia, eſt vacuum tangens cœlum, & locus naturalis terræ eſt vacuũ quod eſt in medio: & ſic in reliquis. & ideo monetur ignis ad concauum cœli, & quieſcit in ipſo. Et ſecundum hunc modum etiam forte reſpondebunt ad illa quæ dicta ſunt contra eos in commento 66. Sed hoc nihil eſt. nam rationes Philoſophi ſunt, quod cum ponatur vacuum, non poſſent moueri corpora in ipſo, vel quieſcere. nam ipſum eſt ſimile in omnibus eius partibus. & hoc ſufficit ei.

Præterea. Iph non ponunt locum eſſe ſuperficiem circundantem, ergo ſuperficies cœli non eſt locus naturalis ignis. ergo non mouetur ignis ad ipſam, neque quieſceret, quando eſt in ipſa: niſi eſſet locus ſuperficies circundant & ipſi non concedunt hoc. Præterea. Pars vacui propinqua cœlo eſt ſimilis reliquis partibus vacui, ex quo non ſunt in ipſo qualitates diuerſæ: quia non eſt in eo corpus naturale, ſicut dictum eſt iam. Præterea quomodo erit vacuum quod eſt medium, locus naturalis terræ, quia non eſt hic in vacuo res propter quam ſit naturalis? niſi diceret quis quòd ſuperficies aquæ eſt locus. Præterea. Quod dicere poſſunt in vacuo, quod ponunt extra mundum, & in mundo, quod eſt infinitum ſecundum eos. In eo enim non eſt ſuperius, neque inferius: neque medium. In commento 68. vbi loquitur de Cõmen 68.
motu proiecti. Nota, quòd de hoc loquitur magis Commẽtator commento decimo Sexti Libri, & 82. Octaui, & ideo non videtur mihi dicere aliud aliquid. In commẽto 75. pro Cõmen. 75.
pe finem degreſſionis. vbi dicit Commentator. Aut reſiſtentia erit ex vtroque, ſcilicet ex remoto & medio &c. Nota, quòd ex dictis Commentatoris patet hic expreſſe, quòd, ſi poneretur vacuum miſtum ex elementis ſucceſſiue moueretur in ipſo: quia vbicunque eſt reſiſtentia ibi motorem & motum, ibi eſt ſucceſſio in motu: ſed ſic eſt in miſto. ergo. Oppoſitum tamen apparet. nam, ſi aliquod miſtum mo-

uetur in

detur in vacuo ſi tempore, ſit illud tempus ſub duplum ad tempus, in quo illud idem mouetur in pleno, tunc fiet in eo tanta additio in quantitate, quod velocitetur motus eius in duplo: & patet q̃ æque velociter mouetur hoc in plenum, ſicut primum in vacuo: & tunc ponatur aliquod miſtum omnino æquale, ſicut primum. & patet, q̃ hoc æque velociter mouetur in vacuum, ſicut magnum. ea quo medium non reſiſtit. ergo magnum æque velociter mouetur in vacuo, ſicut in pleno. Item ratio Philoſophi commento 73. videtur concludere hoc, & deducam. Solutiones autem dictæ ad illas rationes videtur quaſi voluntariæ. & ideo dico ad primum ſenſum, q̃ poſito vacuo, vt dictum eſt, ſequuntur duo contradictoria prædicta: neque hoc eſt contra regulas Logicorum: & maxime, quia antecedens non eſt omnino vnum & idem. Reliquæ enim propoſitiones adiunctæ non ſunt æquales, neque eædem, ſicut dictum eſt aliqualiter in quæſtionibus de vnitate intellectus. & tu conſidera. In commẽto 6. verſus principium, vbi dicit. Et quia materia eſt cauſa paſſionis &c. ideſt tantatis & leuitatis, vt dicit parũ poſt.

Cõmen. 68.

Cõmen. 89. In commento 89 in principio. vbi dicit. Omne habens partes neceſſe eſt, vt omnes eius partes ſint omnes ſimul &c. Nota q̃ ſimiles rationes ſunt veræ de rebus permanẽtibus. Sed non de ſucceſſiuis, quarum nulla pars inuenitur ſimul tota. ſed tantum inuenitur aliquid eius non pars. & ideo habent eſſe diminutum, & ſic potentiale: & ideo indigent in ſuo eſſe actuali & completo anima, quæ conſideret tempus: ac ſi eſſent partes eius ſimul. & alia talia. vt poſſea dicemus. Vnde hæc propoſitio dicens, Omne habens partes &c. eſt vera de permanentibus non de ſucceſſiuis. Et ſimiliter propoſitio dicens, quòd compoſitum ex non entibus, &c. Verum tamen eſt quòd compoſitum ex non entibus aliquo modo non eſt. & cum hoc ſtat quòd compoſitum ex non entibus eſt, non tamen complete & in actu. Vide commentum centeſimum quintum. Et ideo hæc ratio eſt logica: accipit enim ſimpliciter, non verum vniuerſaliter. In hoc commento nonageſimotertij. vbi dicit. Sed plura tempora eſſe eſt impoſsibile &c. dato etiam quòd ſint plures mundi. In commento 97. & 98. vbi reprehendit Galẽ. non dico aliquid, quia in commento ſequenti ipſe bene declarat hoc totum, quod dicit hic. Item in eodem commento. vbi dicit. Et motus poteſt imaginari &c. Nota quòd forte vult dicere extra durationem & ſucceſſionem & maxime localis. Tempus enim addit aliud ſupra durationem, vt videbitur. & in media ſua capoſitione dicit, quòd non cognoſcimus ſen imaginamur motum hoc prius & poſterius. vnde difficile videtur imaginari motum ſine duratione, & maxime localem. In commẽto 99. verſus principium commenti. vbi dicit. & quando motum mouetur per continuum, motus eius erit continuus &c. Nota, quòd vult dicere diuiſibilis & compoſitus ex partibus, vt innuit in ſua ſumma, ſecundum quod notauit in Tertio quia motus eſt cõtinuus. Vide illud, & commentum 116. Si enim magnitudo eſſet indiuiſibilis, tunc per tranſitum illius ſcilicet motus, eſſet non quantus, neque continuus. imo motus, per quem pertranſitur indiuiſibile, eſt indiuiſibilis non quantus. Vnde diuiſibilitas in motu locali eſt propter magnitudinem. & vide commentum centeſimum ſeptimum. aliter magnitudo indiuiſibilis per tranſibilis eſſet diuiſibilis: quod implicat. & vide commentum quintum Sexti, Vide etiam commentum ſexageſimum Octaui. quia ibidem innuitur alius modus. Item in eodem in commento poſt hoc vbi dicit, quoniam ſi pars motus, quæ eſt in parte menſuræ prioris ſecundum initium ea quo eſt motus &c. Nota hoc quod dicit ſecundum initium &c. per hoc enim poteſt quis ſoluere quandam dubitationẽ hic fieri ſoltam. & conſidera, quamuis enim forte non ſit aliqua pars naturaliter prior alia extremitate, tamen eſt prius ſecundum initium motus ab ea. Item in eodem commento poſt hoc. vbi dicit, cum fuerint accepta, ſecundum quod ſunt in ſubiecto. Nota quod forte vult dicere, ſecundum quod ſunt ſubiectum temporis ſunt partes motus. partes enim motus ſunt illæ, in quibus fundatur prius & poſterius ſcilicet duratio, quæ diuiditur in prius & poſterius, quæ ſunt numerus, vt ſunt duo diſtincta: ſunt tamen numerus numeratus. & videtur quod iſte eſt modus loquendi Commẽtatoris ſcilicet quòd aliquando vult dicere ſubiectum: & dicit in ſubiecto, vt patet inſpicienti bene commentum centeſimum ſextum. In commento centeſimo ſexto in fine. vbi dicit. & quod terminatur ad duo inſtantia eſt tempus: igitur motus ſecundum quod terminatur &c. Nota q̃ iſtum modum loquendi videtur reprehendere in ſua ſumma. & vide quomodo limitat hoc in commento centeſimo quarto. vbi dicit. & dicendum eſt eis quod Sor. eſt idem quodammodo & eſt ſecundum ſubiectum: ideſt q̃ Sor. ſecundum ſe eſt vnus. & vide commentum quadrageſimum ſeptimum quinti. In commento 104. verſus principium. vbi dicit. & cauſa in hoc q̃ inſtãs & tempus ſunt ſimul eſt, quoniã inſtans eſt numerus tranſlati &c. Nota quòd forte vult dicere, quòd inſtans eſt numerus mutati eſſe tranſlati, & hoc aliquo modo manet idem: quia tãſlatum manet idem, & dum durat motus ſemper eſt tranſlatum mutatum. & ideo videtur eſſe vnum mutatum continuum, & ſimiliter inſtans, eſt tamen diuerſum ſecundum eſſe ſcilicet ſecundum prioritatem & poſterioritatem. & ideo iſto modo non corrumpitur, ſed variat eſſe. & ideo non oportet quòd corrumpatur in inſtanti, vt dicebatur in ratione Philoſophi ſuperius: quia nõ corrumpitur aliquod eius permanens ſeu actu exiſtens totaliter, ſed quædam ſuccedunt, & quædam iam præterita. Et tu bene conſidera. & vide commentum vigeſimum quartum Sexti. per illud remouentur multæ expoſitiones modernorum de hoc. Et forte hoc dicit, quia inſtans indiuiſibile non eſt extra animam in actu, ſed aptitudinaliter: ideſt quod in tempore eſt aliquid aptum natum ſic intelligi, non tamen eſt in ipſo indiuiſibile in actu, ita q̃ continuatio vnius temporis cum alio intelligitur ac ſi eſſet quid indiuiſibile in ipſo in actu. ſimiliter punctus in linea, & alia huiuſmodi. in hoc tamen eſt differẽtia, vt dicetur. Et ideo in re eſt idem aliquo modo cum tempore. & ideo non corrumpitur, ſed variatur ſecundum prioritatem & poſterioritatem. & intelligo hoc rectè. Poſſea inuenies in ſua media capoſitione hæc verba, quod inſtans eſt vnum. propterea quia ſubiectum in quo inuenitur inſtans eſt vnum numero, & eſt multum ſecundum quod in ipſa inueniuntur prius & poſterius, & intelligit per ſubiectum hic tranſitatum, vt in ipſo poſtea dicit ibidem. Et poſtea concludens dicit, & ſecundum iſtum modum inſtans eſt vnum ſecundum quod ipſum ſequitur vnũ ſubiectũ. Sed quia hoc tranſlatum non eſt ſimũ in vno loco. Sed inueniuntur in locis diuerſis diſtinctis ſecundum prius & poſterius inſtans eſt multa. In cõmento centeſimo ſeſto, vbi dicit. Et eſt neceſſe vt iſte punctus ſit in actu. i. quòd poteſt hoc demonſtrari, nõ quòd ſit extra animam indiuiſibilis niſi in potentia, vt ipſe dicit expreſſe in duodecimo Metaph. in ſua media capoſitione, Nihil enim quod eſt in corpore eſt in actu extra animam indiuiſibile omnino, ſed aliquo modo & in potentia. & ideo poteſt determinari aliquo modo. Vnde eſſe punctũ eſt magis propinquum ad actum, quàm eſſe inſtantis. nam in corpore demonſtrato in actu extra animam, verum eſt dicere, quòd in ipſo eſt punctus, & vnus punctus demõſtratur bis. non hic autem eſt de inſtãti & tempore. nam nullum tempus eſt demonſtratum ſimul, & ideo non poſſumus demonſtrare vnum inſtans bis. Item in eodem commento. parum poſt. vbi dicit, Incœpit tractare hoc, punctus enim eſt cauſa numeri lineæ, inſtans eſt cauſa numeri temporis &c. ideſt diuiſionis ſeu diuiſibilitatis, vt dicit inferius in hoc commento. ea tali autem diuiſione cauſatur numerus, ſcilicet prius & poſterius, quæ ſunt duo. In commento 109. vbi dicit. Continuatio accidit ei gratia materiæ & diſcretio, ſcilicet numerus gratia formæ &c. Nota quòd hoc ſic intelligo ad præſens, tempus enim eſt quantitas continua, ſeu ſequens quantitatem continuam, eo modo quo prius eſt dictum, quæ quantitas ſeu duratio habet ex ſua natura quædam, quæ competunt quantitati diſcretæ, ſcilicet minimũ, vt dictum eſt. hoc enim ineſt tempori ſecundum quòd eſt numerus. Eſt enim numerus non ſimpliciter ſed numeratus: de natura enim temporis eſt habere partes non ſimul, ſed vnam priorem, reliquam poſteriorem. & hoc habet per duo inſtantia, vt dictum eſt. Linea autem habet hoc à puncto vno: quia eius partes ſunt ſimul. Nota tamen, quòd illam diuiſionem & numerationem habet tẽpus extra animam potentialiter ſeu aptitudinaliter non tamen actu, ſed habet hoc

In ſubiecto q̃ ſubiecti vtitur Cõmentator. Cõmẽ. 103. 104. 105.

Inſtans temporis quomodo ſit vnum & multa.

Cõmẽ. 106.

Inſtans vis bis demonſtrari nõ poteſt.

Cõmẽ. 109.

Tempori quo numeratio ex se, vel ex animæ opere conueniat.

bet hoc actualiter per animam. Quod autem hoc habeat actualiter ab anima patet. nam ipsum est quid continuum, non diuisum, nec extra animam habet aliquam partem simul & à fortiori priores & posteriores simul quę partes sùt numerus numeratus. Quod autem hoc habeat ex se aptitudinaliter patet. Nam ipsum est quædam duratio successiua habens in se instantia cõtinuantia ipsum, & per quæ est aptum vt diuidatur per intellectum, non in re, sicut linea per punctum. hoc etiam patet per rationem Commentatoris post, Tempus ergo extra animam est numerus numeratus in potentia, numerus autem numeratus sunt hæc duo prius & posterius. Tempus ergo est compositum ex quantitate continua & discreta, non intelligendo per discretum numerum simpliciter, sed illa duo, secundum quòd in eis continguntur numerus, scilicet prius & posterius. Est ergo tempus quid continuum, cui inest diuisibilitas & numerabilitas: & est numerus numerabilis seu numeratus. & hoc per suam naturam. Numerabilitas autem seu numerus est quasi forma. Quia, si non esset diuisibilis & numerabilis non haberet prius & posterius. quidditas autem temporis consistit in priori & posteriori. diuisibilitas etiam quasi fundatur in cõtinuo. De dictis modernorum nó curo. Inconuenientes enim esset tempus componi ex illis, si tempus esset numerus simpliciter, sed si sit numeratus non est inconueniens: nam quãtitas cõtinua vt diuisibilis in duo est numerus numeratus: habet tamen rationem formæ vt numerus numeratus, vt dictum est. & hæc duo requiruntur ad esse temporis, scilicet continuitas & prius & posterius. Vide commentum t 15. &

Cõmẽ.110. 112. & t 14. In commento 110. vbi dicit. Prius autem & posterius temporis sunt idem secundum subiectum sed est diuersum secundum definitionem &c. Nota, quòd forte vult dicere, quòd vna vnitas non differt ab alia, neque secũdum subiectum, neque secundum definitionem: quando fuerit accepta simpliciter idest mathematicè. prius autem & posterius, quæ sunt numerus numeratus, diuersificatur secundum definitionem: quamuis sint ambæ partes temporis. Vide commentum 99 & 105. Item in eodem commento. vbi dicit. Sicut est dispositio in tempore accidit ei vtrunq; &c. idest q̃ alia est duratio prior, vt sic, & alia posterior secundum definitionem, scilicet vt numeratum. Item immediatè post hoc. vbi dicit. Et ea hoc modo prius & posterius in tempore sunt idem in omnibus motibus &c. id est q̃ iste numerus, vt numerus, est vnus omnium numeratorum per tem

Cõmẽ.113. pus. In commento t 13. vbi dicit. Et necesse est, vt & vtrumque mensuret reliquum: quia vtrumque pauca & multa do &c. Circa hoc nota bene quomodo mensurant se inuicem, & qualis est modus mensurandi eorum secundum intentionem Comment. In commento t 14. vbi dicit. Quo-

Cõmẽ.114. niam mensurat ipsum non esse ipsius &c. Intelligo per esse rei hic totam dubitationem rei, vt innuit commẽto sequenti. Item immediatè post hoc. vbi dicit. Tempus verò mensurat de motu vtrunque, scilicet quantitatem & esse per quantitatem intelligo hic bis tantum vel ter, & similia. & cum dixit esse, vult dicere esse motus finiti & determinati. Ité nota, q̃ motus habet quantitatem & continuitatem eo modo quo dictum est in commento præcedenti, & cõmento 101. maxime locali. Et forte ipsum mensurat quantitatem motus, cum fit facta imaginatio dicta in commento præcedenti. & forte vult dicere, q̃ mensurat partes motus, quæ sunt quodammodo quantitas dilecta, scilicet vt est diuisibilis, & habens partes diuersas & priores & posteriores saltem materialiter, & subiectiue, i. motus localis. Et vide commentum t 21. vbi innuitur, q̃ quamuis motus sit quantus, tamen quantitas accidit motui, idest, vt ad præsens intelligo, quia tempus quod est per se quantum est accidens motus. vel quia mensura est per se quãta, circa quam fit motus, & pertranſitio, vel mensurat quantitatem quam habet à tempore per aliquod tempus notum & determinatum. Vel forte intelligitur hoc modo, s. q̃ nos dicimus motum esse longum & breue, quia est in tempore longo & breui: & hoc modo mensuratur quantitas motus per tempus motus, non quia habet aliam quãtitatem quam sit quantitas temporis. Vnde tempus est quantitas continua motus secundum q̃ in ipsa quantitate est diuisibilitas secundum prius & posterius seu diuisio. & hæc quantitas isto modo est passio motus vt post declaratur. Accidit tamen tempori mensurari per motum, sicut dicimus, quòd tempus est longum, in quo fit motus lõgus. & hoc accidit in qualibet mensura & mensurato, scilicet quod mensura mensurat mensuratum per se, & mensuratum mẽsurat per accidens. Nota etiam, quòd prius & posterius in motu est præteritum & futurum, & nihil aliud: instans enim separat prius à posteriori: quod instans est finis præteriti & principium futuri. In commento t 17. in principio. vbi dicit. Omne quod est in tempore est in eo in aliquo numero, & omne quod est in aliquo numero &c. Vult dicere, ex quo tempus, longius saltem, posset mensurare maius illo. Præterea. Illud quod est in tempore est inter duo instantia: quodlibet autem instans est medium inter præteritum & futurum. ergo &c. Præterea. Exemplum Philosophi de loco. & vide commentum 122. In commẽto t 18. vbi dicit. Quod esse alicuius in numero est, vt illud, quod est in numero, habeat aliquem numerum qui mensurat essentiam eius per essentiam intelligit esse. & vide commentum 116. & t 17. Item in eodem cõmento parum post. vbi dicit. Quiescens est in tempore, idest quiescens aliquando vt prius. Et parum post vbi dicit. & similiter motum, idest aliquando. In commento 121. vbi dicit. Quia escedit esse horum, & esse subiectorum t quæ nata sunt, vt in eis inueniantur illa. Vult dicere, quòd est non esse illorum, vt declarat statim. Item in eodem commento, vbi dicit. Cum autem priuatio eius accipitur in respectu possibilitatis eius, in prima materia inuenitur infinita in præterito, idest, & sic non est in tempore. Item in eodem commẽto parum post. vbi dicit. Illud autem, per quod mensuratur esse alicuius secundo, & sunt illa quæ reciprocant, idest, secundum speciem, vt elementa: quia subiectum eorum propinquum est materia prima. In commento 128. vbi dicit. Quoniam tranmutatio alicuius extrahit illud ab illo, cum quo est hoc, sic intelligo. Transmutatio tranmutans, quod est fit, à sua natura seu dispositione, siue illa dispositio sit actus, siue non eos: & ideo corrumpit per se: quia per transmutationem per se remouetur dispositio contraria. Item in eodem commento. vbi dicit. Ideo homines attribuunt ipsum tempori. Secundum hanc causam seu signum videtur quod genita per putrefactionẽ, q̃ generat o eorum attribuitur tempori: tamen secundum causam iam prius dictam, quæ fundatur in ratione naturali; talis generatio non attribuitur tempori nisi modo iam dicto. In commento 129. vbi dicit. Quoniam non dicitur, q̃ illud quod mouetur in circulo, est velocius per circulum, intelligit circulariter. In commento 130 in fine commenti. vbi dicit. & quod est motum in actu tempus inuenitur in eo in actu, idest, non tanquam in subiecto, sed tanquam numerus seu mensura, vtili in primo mobili: tamen etiam in ipso non est accidens earentium, sicut albedo in pariete: hoc tamen vltimum non simpliciter absimo, & vide commentum 134. In commento 131. vbi dicit. Aut actio numeratis in numero, idest, non in numerato, tanquam in subiecto: quia subiectum, in quo fundatur, est anima: sed est circa numeratum. Item parum post hoc in eodem commento. vbi dicit, & cum manifestum est quòd numerus non est numeratum, ergo est actio numerantis in numerato. Ex hoc nota de natura numeri. Et vide commentum 64. 1 etij. Et per hoc remouet multos errores modernorum Et vide commentum 135. Item in eodem commento. vbi dicit. Sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprium, idest, quòd res numeratæ sunt aptæ natæ ex sua natura, vt eas anima numeret per diuisibilitatem earum & diuisibilitatem in actu seu in potentia. Et ideo hæc numeratio non est figmentum, imo intellectus intelligit res, sicut sunt aptæ intelligi. In commẽto 132. vbi dicit. & sine motus sue

Cõmẽ 132 erit generatio aut corruptio. Nota, quòd non intelligit per generationem subitam seu initataneam productionem formæ, sed forte intelligit alterationem præcedentem formæ substantialis seu aggregatum, vt patet in hoc commento. Item in eodem commento parum post. vbi dicit. Quoniam est numerus aliorum motuum per translationem &c. Nota, quòd in sua summa in hoc libro ponit hæc verba. Et quoniam declaratum est de dispositione temporis, quòd est numerus motus secundum prius & posterius, forte dubitabitur. An est numerus cuiuslibet motus, scilicet quòd inueni-

tur to

Per accidẽs tempus per motum mẽ surat.

Cõmẽ.117.

Cõmẽ.118.

Cõmẽ.121.

Cõmẽ.128.

Cõmẽ.129.

Cõmẽ.130.

Cõmẽ.131.

Cōmen. 59. tudinis, ea quibus generatur, quādoque sunt diuersæ in specie, id est, vt caro & nervus & os: & etiā cor & caput. Item in eodem commento, vbi dicit. Non sequitur vt partes trāsmutationis in eo aut transmutari sint de specie postremæ transmutationis &c. Nota, quòd ex hoc videtur quòd caro & nervus & similia habent formas proprias, & differunt specie. Cum hoc tamen stat, quod, cum corrumpitur siue generatur, forma totius corrupitur & illa generatur. Et ideo caro mortua non est caro nisi æquivoce. Vide commentatorem in Libro de Animalibus, si habes. Et forte etiam organica differunt specie à componentibus. hoc tamen vltimum est difficile, quamuis hoc magis appareat hic in verbis Commentatoris. Item in eodem commento versus finem commenti. vbi dicit. Causa io hoc est, quia generatio est in magnitudine, &c. Nota ꝙ quamuis cuiuslibet formæ naturalis accidentalis vel substantialis inueoitur quantitas determinata, idest, ꝙ non potest esse in quantitate minori, id est in corpore minori, ipsa est. Ergo tota quāntas, qua producitur forma, sicut est dispositio in entibus artificialibus. Et vide commentum 91. tamen forma accidētalis. verbi gratia, qualitates suscipientes magis & minus non inueniuntur in eis primum, scilicet aliquis gradus, vel aliqua pars gradus, quod est primus: & ꝙ non inuenitur minor ipso, sicut ooo inuenitur primum io continuo secūdum quod continuum. Nam ipsum recipit magis & minus. Et quælibet pars gradus illius diuiditur ad partes, & ideo aduenit per motum non in instanti. & hæc diuisio, quamuis ooo insit ei propter subiectum, inest ei propter motum & tempus, quæ sunt continua. Et possibile est etiam, vt sit in hoc diuisio in infinitum propter subiectum. Nam corpus agens, quamuis agat in aliqua parte simol, i. quod non agit in parte eius vna antequam agat in reliqua, ex quo ipsum est minimum, tamē in parte propinquiori agit magis perfecte, & ideo accidit ei diuisibilitas, & non est dubium, ꝙ quælibet forma accidentalis seu materialis corporalis diuiditur in infinitum per diuisionem corporis in quo est: & ideo non inuenitur io ipsa primum, secundum quod ipsa est in continuo, sed inuenitur in ea primum, sm ꝙ est naturalis. Declaratum est ergo, ꝙ cuilibet generationi io substantia vel in qualitatibus diuisibilibus præcedit ipsum mutatum esse: & similiter quodlibet mutatum præcedit mutatio. Sed inuenitur hoc in generatione substantiali non propter aduentum formæ substantialis, quæ est in instanti, sed propter qualitates præcedentes adoeotum formæ. Aduenius enim formæ sequitur trāsmutatio eoi. q̄ est io qualitatibus, & est finis tralmutationis illius, & non est transmutatio, & confidera in commento 39. Debes tamē scire, ꝙ caliditas, vel albedo (verbi gratia) inuenitur determinata, id est quod non inuenitur in actu nisi caliditas determinati gradus, & sic de alijs similibus. Nam quodlibet ens naturale io actu perficitur sua operatio per quantitatem seu mensuram determinatam, non cū quacunque quantitate, vt ipse dixit io commeoto 91. tū illa quantitas seu mensura virtutia non aduenit tota simul. sed pars ante partem semper, sicut dictum est. nam ipsa est continua. Sed illæ partes, quæ sunt minores mēsura determinata, sunt in potentia, id est secūdum quod ad præsens pertinet. quod si primo esset seu remoueretur agens illius qualitatis, nō remaneret io actu mensura minor mensura determinata. sed ipsa desinet esse seu priuabitur: forte tamen ipsa non priuabitur in instanti, s. nec corrumpitur: quia, s. agens non corrumpitur vel remouetur in instanti. Et quamuis corrumpatur in instanti, forte hoc non est impossibile, ea quo non est io actu: & etiam hoc metl formæ secundum suam naturam idest vt non inuenitur vel remoueatur in actu io minori mensura non propter cōtrarietatem quæ corrumpit ipsam. Debes etia scire, ꝙ diuisio & processus ad infinitum in his est in potētia, sicut dixit io hoc loco, & in multis alijs locis in isto libro. & considera. Nam ex dictis hic soluuntur quædam difficultates poteę contra illud, quod dicitur, ꝙ agens corporeum cum reliquis conditionibus in agendo patitur dixerunt enim. si sit (verbi gratia) aliqua quantitas ignis, q̄ parē ab aliqua quantitate aquæ, verbi gratia, pugillus aquæ agit io pugillum ignis, & ò contrario & quod non continuū seu connexum vel ignis vel aquæ tres pugilli, verbi gratia, ignis vel aquæ, quæ non patiuntur à contrario propter distantiam. Sequitur positio ista vera, sequitur ꝙ vnæ res mouē motibus contrarijs simul. nam ignis, qui est quatuor pugillorum, agit in vnum pugillum aquæ, & patitur à frigiditate aquæ vnus pugillus ignis, & iam positum est ꝙ huic pugillo ignis sunt continui tres pugilli alij, & sunt fortiores aquæ: ergo ipsi agnat caliditatem in illam partem ignis, quæ separatur in agendo io aquam. Sed illa pars posita est patra frigiditate aquæ. secundum positionem ergo mouetur ad caliditatem & frigiditatem simul. Et Responsio in hoc est, ꝙ tres quæ partes ignis ooo sat iunt seu producunt caliditatem in parte contigua seu connexa eis, nisi postquam ipsa fuit cōpassa à frigiditate, & non à quacunque frigiditate, sed à frigiditate existente seu inuenta in actu. Et ideo, cum inuenitur in ipso frigiditas io actu, incipit agere in ipsum caliditas non ante. Et tunc non patitur amplius à frigiditate. non ergo mouetur simul ad caliditatem & frigiditatem. Et forte non est etiam ita remotum dicere, ꝙ vna conditio propositionis illius dictæ est, quod non sit hic agens, quod non patitur fortius io agendo, vel in conservando qualitatem partis agentis, quod cum agit, patitur: ooo autem sic est in exēplo posito. Sed tamen post hoc visum est mihi notare sententiam de quibusdam rebus dictis hic & vide illud, quod notaui in commento 23. Ostant. & ex illo soluitur difficultas modo vero. Nam, quamuis quædam pars ignis patitur in actu ab aqua cum agit io aquam, tñ reliquæ partes ignis ooo agunt statim in actu io ignem trigefacto, sed fiant per aliquod tempos: & postea proueniat eis io alia parte aliquis gradus caliditatis determinatus. i minor, ꝙ pōt esse in actu, & aduenit totus simul in instanti & ante illud instans agebat in potentia & aliquo modo: & quomodocunque sit hoc,

Agens corporeum in agendo patitur.

non incipiunt reliquæ partes ignis agere in illam partem ignis. nisi quando iam aduenit ei frigiditas in actu, idest frigiditas determinata minor, quæ potest esse in actu: & hoc aduenit in instanti. Debes etiam scire, quod quamuis quantitas cuiuslibet rei naturalis est determinata secundū quantitatem, seu determinatæ quantitatis in magnitudine & paruitate, verbi gratia, cor minimū vel maximum, & similiter caro, tamen non inuenitur in ipsa, scilicet in quantitate minori magnitudinis illius rei prima pars secundum quantitatem & secundum quod ipsa est continua. Nam qualibet pars est semper diuisibilis, & hoc intēdit Commentator in fine huius commenti: & considera etiam in commento 39.

Cōmen. 60. bene. Item commento 60. vbi dicit. Quod impossibile est vt moueatur motu finito, intelligit per hoc in magnitudine finita. Item commento 61. vbi dicit, Non est verum nisi in qualitate, & similiter in generato dissimilium partium. i. vt verbi gratia, cor generatur prius & postea alia membra, vt patet in libro de Animalibus. Item in dicto commento parum post, vbi dicit. Et hoc quidem motuum quiddam est post quiddam, manifestum est &c. Nota, quod ex hoc etiam videtur, q̄ non datur minimus gradus primo introductus, imo quælibet pars gradus est diuisibilis in infinitum. Vide commentum 39. Veritas tamen de hoc apparebit magis inferius. Et sic hæc debet intelligi de quolibet motu vel non. Item in eodem commento. vbi dicit. Et quod componitur ex finitis est finitum, idest ex finitis in magnitudine & nume-

Cōmen. 62. ro. In commento 62. vbi dicit. Et debes scire, q̄ ex hoc ap-

Cōmen. 70. paret, q̄ impossibile est infinitum moueri omnino, neque in tempore finito, neque infinito. In commento 74. in principio commenti. vbi dicit, Quòd non est primum tempus in quo cessat &c. Nota, q̄ ex hoc commento, & sequenti, videtur etiam q̄ non datur minima caliditas primo introducta.

Cōmen. 74. Vide commentum 39. & finem septuagesimi quarti. In commento 74. in principio commenti. vbi dicit. Vult declarare, q̄ transmutatum &c. Nota quòd hæc conclusio multipliciter intelligitur, & semper est vera: potest enim intelligi, q̄ nulla parte temporis mensuratis motum est ipsum mobile, & omnes eius partes in termino ad quem. Etiam potest intelligi q̄ mobile non est in aliqua parte illius temporis in illa dispositione. verbi gratia, in vno loco, & similiter de alijs sed est in vna dispositione seu loco, durante mutatione in vno instanti tantum. & in tali instanti non dicitur neque quiescere neque moueri. & hoc intendit hic Philosophus per hoc enim apparet ratio Zenonis esse falsa. & vi-

Cōmen. 83. de commenta sequentia. In commento 83. vbi dicit. Accidit enim huic, vt sit de non esse in esse &c. nota, quòd de hoc dictum est multum in Quinto Libro. & vide commen-

Cōmen. 85. tum octauum illius. In commento 85. quasi in principio cōmenti. vbi dicit. Quia hoc quod potuit quòd partes eius, & cætera Nota quòd hoc quod dicit hic, non contradicit rationi Commentatoris cōtra Themistium de toto & de parte in Quarto huius commento 45. Ipse enim alio modo dicebat sphæram moueri secundum partes, dicebat etiam quòd mouetur secundum omnes partes simul, & tamen ne-

Cōmen. 86. gabat totum moueri: & considera. In commento 76. vbi dicit. Et quia indiuisibile dicitur illud. Vide commentum 92.

Cōmen. 87. illic enim aliter distinxit aliquo modo. In textu commento 87. vbi dicit Philosophus. Aut quiddam est in hoc, & quiddam in hoc. declaratum est etiam & cætera. Nota quod ex hoc etiam habetur contra Auempacem, & vide textum commenti quadragesimi octaui.

SVPER SEPTIMVM LIBRVM ANNOTATIONES.



IRCA Septimum librum, circa primam conclusionem, scilicet omne motum habet motorem, eo quòd nihil mouetur à se Quia hæc demonstratio est multum nobilis, & est vnum est principijs necessarijs in declaratione primi motoris. si enim hoc nō esset potest quis dicere quòd corpus cœlestis sine aliquo alio motore mouet se, & sic non indiget motore separato vel materiali. Et ideo hic & in octauo probat hoc Philosophus & oēs latini, quos vidi multum

consuodi in hac demonstratione) ideo visū est mihi ponere dicta Auerrois in sua summa. & in sua media expositione postea declarabo illud quod videtur occultum in commento. Dicta enim aliorum nolo mihi attribuere: hoc enim non est boni viri, & hæc suot verba eius in sua summa, in hoc loco Aristotelis in principio huius Septimi declarat, q̄ omne motum habet motorem, & quòd nihil mouetur à se, idest quod motum in ipso sit motor, sicut potest quis putare in terra & aqua & alijs corporibus quæ mouentur a motore non extrinseco: & posuit ad hoc tres propositiones. Vna earum est: omne quod mouetur ex se primum est diuisibile habens partes. Secūda, omne motum primum, cum imaginatur aliqua pars eius quiescere, totum quiescit de necessitate. Tertia, omne quod quiescit per quietem partis eius, mouet ab alio de necessitate, & motor in ipso est alius à moto. Primam autem propositionem ipse declarat per illud, quod iam declaratum est in Sexto Libro, quod omne motum est diuisibile in eo ex quo, & in eo ad quod Et per illud etiam quod declaratum est ibidem, quod indiuisibile non mouetur. Secunda autem propositio, & est quod primum motum, ex quo est habens partē, & primum cum imaginata sit aliqua pars eius quiescere, reliquum quiescit de necessitate: & non potest esse in ipso motus, est per se nota, cum intelligitur illud quod intendit per primum motum. nam primum motum est illud quod non mouetur propter partem in ipso, sed est motum à se: & illud est in his corporibus simplicibus. tameo accidit dubitatio in mensura, seu quantitate minima, quæ potest esse in terra mota inferioris. nam motum huiusmodi, & ex terra & igni est primum motum: quia iste motus non potest esse parti eius. nam non inuenitur ignis minor, sed hoc est ita: quia mensuræ seu quantitates entium suot determinatæ: & cum hoc est declaratū in de dispositione primi, manifestum est, quod cum imaginati fuerimus aliquā partem eius quiescere, reliquum quiescit de necessitate. In quadam scriptura inuenitur, quiescit naturaliter non de necessitate: & vt videtur mihi, quasi in idem reddit. nam per hoc intendit Commentator dicere, quod quiescit non propter impedimentum aliquod extrinsecum necessitans ipsum non moueri, sed dimissum suæ naturæ non impedituot ab extrinseco non mouetur. Cum autem in alia scriptura dicit, quiescit de necessitate, intelligitur q̄ non potest amplius moueri. Et sequitur hoc quod dicit, & non est possibilis in eo motus: si enim esset possibilis in eo motus, illa pars reliqua esset minimum illius eotis: & sic esset minimus minimo, & minimum & non minimum: & illud quod fuit positum primum, non esset primum. Tertia autem propositio, & est quod omne quod quiescit, cum, quiescit pars illius, motor est alius à moto, est etiam per se manifesta. Nam primū motum, quia accidit ei hoc, scilicet quiescere per quietem partis eius, manifestum est de necessitate, q̄ motor in ipso iam destructus est, & motum remanet: & q̄ motor non est motum. Si enim esset motor ipsum motum, non quiesceret pars remanens à primo moto, nam non est corrupta dispositio, per quam mouebatur. nam reliquum est corpus diuisibile, & ipsum est motum, seu mobile, secundum q̄ est corpus & diuisibile: quia igitur quiescit reliquum per quietem partis, scitur q̄ primum motum in ipso distinguitur, vel diuiditur à motore, nam, si ipsum non distingueretur ab ipso, ipsum non quiesceret per quietem partis eius: & si ipsum non quiesceret per quietem partis eius, non esset motum primum. In moto ergo sunt de necessitate duæ res. Vna earum est, secundum quam est diuisibile, & est res per quam mouetur, seu quæ mouetur. Secunda est indiuisibilis, & est illa quæ cum corrumpitur cessat motus, & res illa est motor de necessitate. Talia igitur corpora simplicia motum primum in eis diuiditur secundum quod est motum, & est indiuisibile ex parte motoris, & ideo motor in ipso est de necessitate aliud à moto. Et diuisio accidit ei propter materiā, & indiuisibilitas accidit ei propter formam, & ipsa est motor, & ipsa non mouetur. Vult dicere, q̄ forma non diuiditur secundum diuisionem materiæ: Nam materia, secundum q̄ ipsa est quanta, recipit diuisibilitatem in infinitum, sicut declaratum est in tertio, & forma nō diuiditur illo modo. nam, cū dicitur in minori, quàm primum, quod est possibile esse in actu in illa specie, corrumpetur de necessitate:

Primū motū quid quātitate.

Nota mobilis diuisionem.

tamen

tamen forma etiam recipit diuisibilitatem secundum istum modum, scilicet secundum q ipsa est extensa in materia, & sunt in ipsa partes infinitæ in potentia sicut in materia. Sed cum diuideretur in actu ad partem minorẽ quantitate determinata illius entis, corumpitur forma. Sed non accidit hoc, eum eõsiderabimus diuisionem in quanto, secundum quòd est quantum cõmotum. Et addungit Commenta. q Aristot. aduius in secunda propositioni tertiam, & est quòd omne quod quiescit per quietem partis illius naturaliter, ipsum mouetur per aliud ab ipso. Declarata est illa ex hoc sermone veritas propositionum, quas fecit Aristo. in declaratione huius quæstionis & declarauit, quòd omne motum in eo quòd motum, habet motorem, postea ponit dubitationes: sed nolo ponere eas hic, quia in commento magno quasi ponit easdem. In media autem sua expositione dicit hæc verba, Dico quòd omne quod mouetur in loco non à re extrinseca, oportet q sit motum ab aliquo motore ipso diuerso à moto: motæ enim, quæ mouentur ab extrinseco, manifestum est in eis q ipsa mouentur à motore diuerso à moto. Sed illud, in quo accidit difficultas in eo, sunt res quæ mouentur in loco non ab extrinseco, & maxime corpora simplicia, sicut terra & aqua & aer & ignis. Nam illa potest quis putare de eis quæ mouentur ea se, q motor in eis est moti immmet. In animali autem videtur ex dispositione eius diuersitas moti in ipso à motore. nam manifestum est per se, quòd anima est motor in ipso, & corpus est motum: ex quo privatur motu eius per privationem animæ. Et eum hæc sit ita, cum dicimus omne motum habere motorem, indiget declaratione. & demonstratio huius est: quia motum per se quoddam est primum, & quoddam non primũ. Et primum est illud quod non mouetur quia pars eius mouetur per se, vel potest moueri, sicut motus minoris partis terræ & aquæ, quæ est illa quæ non potest recipere formam, aquæ magnitudo minor ipsa. nam hæc magnitudo est determinata in corporibus naturalibus, & non primum, & est illud quod mouetur totum, quia pars eius mouetur per se, sicut motus animalis in loco propter motum caloris naturalis, qui est in ipso, & sicut motus aquæ, quæ est maior minima propter motum minimæ. Et est manifestum, quòd motum non primum mouetur ab alio, & ipsum est motum primum. Manifestum est ergo, quando sit aliquod mouens se, ita quòd motum in ipso & motor sit vna res mei, q oportet, quòd sit primum, & eum hoc sit ita, considerandum est, an sit possibile vt sit hic motum primum, quòd mouetur à se: & quiescit à se. Et dicamus omne quod mouetur à se, ipsum quiescit à se: & illud, quod quiescit à se, non quiescit per quietem alterius: & eum verificatum est oobis, q omne quod mouetur à se non quiescit per quietem alterius manifestum est, quod sequitur secundum oppositum contradictorij seu secũdum contrapositionem, quòd illud, quiescit per quietem alterius, non mouetur à se: & illud quod non mouetur à se mouetur ab alio. Concluditur ergo ex hoc, q omne quod quiescit per quietem alterius, ipsum mouetur ab alio. Cum autem hæc propositio fuerit nobis verificata, nos possumus declarare, quòd omne quod mouetur per se & primo, mouetur ab alio. Nam declaratum est in sermone præcedenti, quòd omne mobile est diuisibile. Ponatur ergo aliquod motum primum, quod sit A B C, dico q A B diuiditur de necessitate, ex quo declaratum est q omne mobile est diuisibile. Diuidatur ergo in C: & sequitur de necessitate, quia ipsum est primum, eum ponimus autem eius quiescere, vt verbi gratia, partem C B. & hoc est possibile in quolibet moto, secundum q ipsum est motum, quod quiescit A B totum. nam, si A C B totum mouetur, vel potest moueri, non esset A C B secundum suam totalitatem primum motum, & iam posuimus ipsum primum. hoc igitur est impossibile. De necessitate ergo sequetur, q, cum quiescit C B quod est pars, q quiescit A C B quod est totum. Et, cum A B C quiescit per quietem partium eius, ipsum de necessitate quiescet per quietem alterius. nã totum est aliud à parte. Et iam declaratum est prius in sermone vniuersali, q omne q quiescit per quietem alterius ab ipso mouetur per motum alterius ab ipso: sequitur ergo ex hoc de necessitate q motum A B C primum, secundũ quod primum, mouetur ab alio: & eum declaratum sit hoc de moto primo declaratum est quòd omne motum absolute mouetur ab alio: nam primum motum in loco est illud, de quo accidit dubitatio. Verum autem est hic aliquod primum motum facilitèr possumus peruenire in cognitionem huius ex his quæ dicta sunt: & ideo tacuit de hoc Aristot. & iam quidam præter nos motus fuit de hac in octauo. Si enim non esset in aliquod motum á se primum motum, essent in moto partes infinitæ in actu, quia sequitur q omnes sint mouentes & motæ simul, & causa ineste motui primi nihil aliud est quàm diuersitas motoris in esse à moto, nam si motor in re esset ipsum met motum, non esset hic motum primum. Nam declaratum est, quòd omne mobile est diuisibile à tempore diuisibili. & hoc met est causa, quòd, eum ponitur pars eius quiescere, quòd quiescat totum. nam si ipsum esset motum á se, & quiescit pars eius, possibile esset in reliquo pars eius moueri, & non quiescere, ois per accidẽs, & non quiescere et naturaliter per quietem alterius: & ideo hæc demonstratio est de genere demonstrationum à signo. nam in hoc declaratur prius per posterius: & iam accidit multis hominibus in hac demonstratione maxima difficultas, ita quòd nos etiam confusi fuimus de hoc per aliquod tempus. & fuit difficile nobis intelligere profunditatem Arist. in hoc: & causa huius fuit, quod nos non cognoscebamus de conditione, quam posuit Arist de motu ponto. Vel q motum positum est q si primum. Nam, eum non ponitur hæc conditio, non verificatur demonstratio. Et ex hoc accidit multis hominibus cum non intelligunt illam demonstrationem q conquesti fuit de Arist. ita quòd Galen. scripsit suum tractatum famosum. Auempace autem quia non cognouit hanc conditionem, indagauit verificari hanc demonstrationem sine hac conditione, & deductus fuit in hoc proceedere alia via à via Aristotel. & putauit ipsam esse viam Aristo & hoc declarabitur tibi ex verbis eius in libro suo in principio huius libri. Præterea non peruenit ad eos declaratio huius demonstrationis ex verbis expositorum. Nam Themistius omisit hoc à suo libro, & etiam à libro Alexandri secundum traditionem, quæ peruenit ad nos omissa declaratione huius, postea peruenit ad nos Alexander in hoc loco: & inuenimus dicta eius conuenire cum hoc, qđ scripsimus de hoc sermone longiore, sed forte est magis difficilis. Hæc sunt verba Auer. Tu ergo vides intentionem huius demonstrationis, & in quibus fundatur: & q est demonstratio à posteriori. Et ex hoc patet error latinorum expositorum in hac demonstratione. ipsi enim omnino deuiant à via Aristot. & fecerunt demonstrationem Arist. multum debilem & confusam, & non solum hoc, imo litigant contra Commentatorem dicentem hanc demonstrationem esse à signo, & quidam arguunt contra Cõm. quidam respondent pro ipso: & nullus eorum intelligit eius intẽtionem & hoc faciliter potest quis deprehendere ex dictis eorum, & ea dictis Commentatoris hic. & hæc est intentio Commentatoris in commento. In primo enim commento ponit intentionem, vbi dicit, in hoc tractatu me ipsi perscrutari, an omne motum habeat motorem, & in eodem commẽto, vbi dicit, q illud motum, de quo vult perscrutari, scilicet q mouetur per se, debet esse motum secundum totum non secũdum partem &c. Et in commento sequenti, vbi dicit. Et ne esse est esse hic prima mota, quia corpora naturalia non diuiduntur in infinitum in eo q sunt corpora naturalia &c. Ibidem enim declarauit, q ipse intelligit per motum secundum totum illud quod est primum, id est, q minus ipso non potest moueri, & ideo est motum primum secundum totũ, & si quiescat aliqua pars eius, quiescet totum. Illud autem, quod mouetur, quia pars eius mouetur, & mouentur cũ ipsa reliquæ partes illius, non est primum motũ, secundum q intendit hic de primo moto. Et ideo dicit post hoc in hoc commento, & hoc, i. q mouet totum, quia pars eius mouetur, est compositũ à motis multis: & consideratio hic est de moto vno primo: & per hoc scietur in compositio plus quàm es vnũ primo moto, sicut dicit postea in commento 2. Et cõsideratur in commento 44 Octaui, & etiam commento 43. & etiam commentum decimum, & 2 huius, & cõmentum 22. Quarti Cœli. & etiam 31. Octaui: & vide etiam commentum 27. Octaui, 28. & 33. & 61 commentum 91. Sexti libri. Intendit ergo hic Commentator per primum mi-

Formæ diuisibilitas.

Motũ æternũ habere motoré, oportet.

Alia est in oribus naturæ motoris a moto.

nimum naturale in qualibet specie, quòd si mouetur, mouetur secundum totum: non quia pars eius mouetur vel potest moueri. vnde, quia nos videmus motũ remanere secundum plures partes, & secundum conditionem necessario requisitam ad ipsum moueri, id est ꝙ ipsum remanet diuisibile, & tamen non mouetur nec potest moueri, scimus de necessitate naturam motoris esse aliam a natura moti. Sicut enim quia videmus animal mortuum remanere, & ipsum non moueri, scimus quòd anima est motor & quòd motor est alius à moto, ita proponitur etiam hic. neque obliat modus declarationis tertiæ propositionis in sua summa & in cõment. quamuis enim videatur diuersus, tamen cum cõsiderabũtur, ambæ redeunt in vnam intentionem, & vna declaratio perficit modum declarationis alterius. Considera ergo quanta fuerit profunditas Arist. Philosophorum omnium Principis, & sui Commentatoris Auer. quod etiam in his in quibus locuti sunt perfecte, quamuis parum obscure: ferè omnes Philosophantes sunt confusi. Quid ergo erit de his, de quibus nihil locutus est? Ioannes autem de Ianduno multum debiliter intelligens circa hoc, sic formabat hanc demõstrationem. Supponit enim primo ꝙ omne quod mouetur est diuisibile: secundo, nihil prohibet conditionalem seu propositionem hypotheticam esse veram, cuius antecedens est simpliciter impossibile: addens huic, cum aliqua conditionalis seu hypothetica est vera, quantumcunque eius antecedens sit impossibile, omne illud est falsum, ex quo sequitur destructio & falsificatio illius hypotheticæ, verbi gratia. Si dicerem ꝙ aliquod volatile est per se retentibile in aere, ex quo sequeretur istam esse falsam. Si asinus volat asinus habet alas. tertio quòd cum aliqua dispositio debetur alicui subiecto per se primo neque oportet eam remouere ab ipso, si remoueatur a quocunque alio. Quarto, ꝙ, si pars alicuius mobilis quiesceret, quodcunque sit illud, ipsum totum non mouetur per se primo. tunc formatur rationem primo sic. Omne illod, quod quiesceret si aliquod alterum quiesceret, mouetur ab alio, vel non mouetur à seipso per se & primo. hæc patet ex tertia suppositione. Sed omne, quod mouetur, quiesceret si quoddam aliud quiesceret: igitur sequitur ꝙ non mouetur per se & primo: hæc patet ea aliis suppositionibus præmissis. ergo &c. Item formatur eam tic. Si aliquod moueretur à seipso per se, & primo. tunc non oportet quòd, si pars eius quiesceret, & ipsum quiesceret, ideò non moueri per se & primo: sed hoc est falsum. ergo & primum, falsitas consequentis est manifesta ex suppositione quarta, & consequentia manifesta est ea tertia. Item, formatur eam sic, illud est falsum & impossibile, ea quo sequeretur destructio hypotheticæ veræ & necessariæ: hoc patet ex secunda suppositione. sed, si aliquid moueretur a se primo, sequeretur ex hoc falsitas conditionalis, quæ simpliciter est necessario, & hoc patet ex tertia suppositione. ergo. Sed tunc ipse dubitat sic dicens, per illam rationem probaretur non solum ꝙ nihil mouetur à se primo, sed ꝙ nihil potest moueri primo, arguendo sic, illud quod quiesceret, si aliquid illius quiesceret, non mouetur per se & primo: sed omne quod mouetur quiesceret si quoddam illius non moueretur, ergo maior patet ex tertia suppositione, & minor apparet. nam omne, quod mouetur habet partes, si pars quiesceret, totum quiesceret. ergo &c. Et item per tertiam suppositionem probaretur quòd triangulus non haberet tres &c. quia habere tres remouetur à triangulo, si remoueatur ab alio, scilicet à figura: similiter risibilitas non inest homini primò, quia remouetur ab homine, si remoueretur ab alia, scilicet ab animali. Ad quæ respondet sic dicens, quòd hæc tertia suppositio sic oportet intelligi. Cum aliqua dispositio inest alicui subiecto primo non oportet eam remoueri ab illo per remotionem ab alia, cum illud aliud sit extraneum & diuersum ab illo respectu illius dispositionis, vt homini respectu risibilitatis est extraneus asinus & ideo, si risibilitas remouetur ab asino, non sequitur eam remoueri ab homine. Sed, si illud aliud non sit extraneum subiecto respectu illius dispositionis, tũc per remotionem ab illo alio remouetur à subiecto: sicut patet in exemplis. modo dico, ꝙ moto absolute nõ est extraneum habere partes respectu huius quòd est moueri, imo hoc est ei necessarium: sed ei quod ponitur per se & primo moueri à seipso, extraneum est omnino habere partes: quod sic patet. quia, si aliquid habeat partes & mouçat seipsum per se & primo, tunc quælibet pars seipsam mouebit per se, & sic totum & idem simul & secundum idem erit mouẽs & motum secundum eundem motum, & vlterius erit in actu & potentia simul & secundum idem & respectu eiusdem. Vnde manifestum est, ꝙ pars est ad extraneum ei quod mouetur per se & primo a seipso, propter quod si aliquid moueretur a seipso, & primo, nõ deberet remoueri ab eo per remotionem à parte: sed vt dicebatur pars non est quid extraneum ab eo, quod mouetur respectu huius quod est moueri, imo est ei necessarium & per se. Et propter hoc, si moueri posset retemoueri à parte huius, quod primo mouetur, bene sequeretur illud non moueri primo & ideo nõ valet illa obiectio. Hæc sunt verba eius, & quasi secundum hanc viam procedunt omnes Latini. Sed certe, si sic intelligitur, non solũ non erit demonstratio, immo erit error & confusio, vt bene intelligentes possunt videre ipsa etiam responsione data quam dat iste homo, quamuis in se sit verum, scilicet ꝙ si illa suppositio tertia sit vera, oportet eum sic intelligere. Nã statim sequitur destructio multarum rationum positarum ab ipso pro Philosopho: ideo sua dicta sunt vana, & tunc considera tertiam suppositionem sic intellectam, & suam vltimam rationem: non enim sequitur illam conditionalem esse falsam. Et ad probationem per tertiam suppositionem dico, vt ipse dicit. Verum est, si sit extraneum, sed hoc non est extraneum, prima etiam sua ratio & secunda peccat manifeste, & nihil concludunt tertia suppositione sic intellecta. Præterea. Philosophus arguit contra Plat. dicentem naturam motoris non differre à natura moti. Et commen. dicit ꝙ hoc apparet dubium in elementis, modo demonstratio Philosophi sic intellecta non est contra Plat. nec declarat illud quod est dubium in elemẽtis. hoc autem, quod iste dicit, quasi respondeo ꝙ ei quod ponitur moueri per se & primo à seipso, extraneum est &c. falsum est. Mobile enim secũdum ꝙ mobile habet partes. Præterea illud, quod competit alicui ratione generis seu magis communis, non potest moueri ab illo ratione differentiæ seu minus communis: modo, habere partes competit mobili in eo quod mobile: ergo à nullo mobili potest hoc remoueri siue esse extraneũ quamuis enim forte nõ habet partes ratione qua mouetur a se primo, si esset aliquid tale, tamen habet etiam partes ratione qua motum, est, & ideo non est ei extraneum, & hoc sufficit. Præterea non est per se notum, vel saltem per istam demonstrationem Philosophi hic, quòd sit extraneum illi quod mouetur per se primo habere partes. Illud autem qđ dixit, quòd sequeretur quòd idem simul erit mouens & motum &c. non est ad propositum suum, siue enim ponatur hoc primo, siue non, ratio Philosophi in octauo, probat esse impossibile; quòd motor & motum sit vna natura omnino: non ergo quia primo. Præterea secundum istum, hæc demonstratio non probat aliquid de partibus silentialibus sed de quantitatiuis, in octauo autem de essentialibus, non de quantitatiuis. Veritas tamen est, quòd hic probat illud idem vno modo, & in octauo, alio modo: & magis & complete, vt dicit expresse Comment. in multis locis: & maxime 33. 81. & 25. Quarti Cœli, & ex hac demonstratione patet, ꝙ nihil mouet se primo, ita ꝙ eadem natura omnino vera sit mouens se, & mota à se. Nota, ꝙ si vltimum motum mouetur, omnia quæ sunt supra ipsum in mobilibus sic ordinatis, mouentur vel mouebãtur, quando incæpit iste motus illorum: & ideo, si primum desinat moueri, non oportet omnia alia desinere à motu: quia iam primum forte deducit alijs mobilibus virtutem seu aliquam impressionem, per quam moueri possunt secundum illum motum, quem incæperunt per aliquod tempus. vnde necesse est primum motum ea se incipere motum, non tamen oportet quòd cũ ipsum quieuerit ab illo motu incæpto, statim omnia quiescant: & per hoc soluuntur difficultates modernorum, non bene intelligentium verba Comment. in responsione contra Galen. de corde in hoc septimo, in commento quinto, vbi dicit, scilicet vt sit vnius moti numero. Nota quòd videtur ex sequentibus, quòd sufficit motum esse vnum secundũ continuationem, vel contiguationem. & cõsidera. In commento nono. versus finem, vbi dicit, idest, quòd omnis motor & motum,

Motum per se primo habere partes repugnat.

Primum & ex se motũ cum quiescit non necessario alia quiescunt.

Cõment. 9.

motum, inter quæ non est medium, sunt communi; scilicet in hoc q̃ locus eorũ est vnus, & q̃ primus motor &c. Vult dicere, quod hoc est cõmune omnibus motoribus & moto, inter quæ non est medium, quòd locus eorum est vnus. Sed, si motor sit separatus à materia attribuitur loco corporis moti ab ipso inam ipse non est in loco, nisi quia mouetur ipso est in loco: nam ipse non est forma in corpore, quamuis sit cum corpore: & ideo non attribuitur loco nisi propter motum: sed, si motor non est separatus, tunc motor & motum ab ipso immediatè sunt in loco: quia sunt simul in vno loco, & illa, quæ sunt in vno loco, sicut compositum ex materia & forma, dicitur, de eis, quod sunt in vno loco sicut dixi. In textu commenti decimi, vbi dicit. Cum motus attrahentia, cum singularis est, fit velocior. Circa hoc vide textum nouum in hac parte & vide commentum, vbi soluit secundam durationem, & in fine commenti. in eodem textu parum ante, vbi dicit. & latio & inuolutio. Per inuolutionem intelligit circulationem. In commento huius textus vbi dicit: & syllogismus talis est omnis motor in loco &c. idest, nam circulatio, vt dictum est, reducitur siue componitur ex his. De latione etia dictũ est quomodo reducitur ad tres species iam dictas. Item in eodem commẽto, vbi dicit. Sed quærit quomodo ejciens &c. De hoc vide commento 28. Tertij Coeli. Illic enim posuit in hoc duos modos. Item in eodem commento, vbi dicit. Ad hoc autem quod quæritur, quoniam plura trahentia videntur &c. Nota, quòd in sua summa posuit hæc verba, post quam posuit ibidẽ quasdam difficultates dicit respondendo. Dicamus, q̃ principũ illius, quod positum est hic, est quod motor, cum fuerit corporeus, non mouet nisi cum mouetur: & hoc videtur per se esse manifestum. Sed dubitatur de hoc de lapide attrahẽte ferrum, & reliqua corpora, quæ mouent & non mouentur: sed hæc dubitatio soluitur. nam ista corpora mouent alio modo à modo, secundum quem sequitur per ipsum q̃ mouetur corpus cum mouet. nam ipse, scilicet lapis attrahens, & similia eius mouent secundum finem, sicut mouet superficies aquæ seu circolatio eius terram. Illa autem mouent secundum efficiens. & ideo oportet de necessitate, vt moueantur: & vniuersaliter ferrum in hoc motu mouetur ex se: & non est ita de moto per aliud corpus intrinsecum, cum mouet ipsum. nam ipsum mouet ipsum ad aliquem finem: & illud quod videtur de lapide attrahente, etiam de Ambra seu de zaphiro, & similia istorum quòd ipsa mouẽt attracta ad ipsa mediante aere per aliquam speciem mutationis: & cum peruenit ad attractam formam per illud qđ est sit sua natura recipere ipsam, mouetur ex se ad ipsam, & signum huius est illud quod videtur in lapide zaphiro. nam ipse non attrahit paleam donec fricetur & calefiat, & ipse non attrahit nisi ad distantiam determinatam & magnitudinem determinatam attrahens & attracti. & quod magis videtur, quod fit in hac dispositione per ignem. & videtur, quòd quodlibet istorum attrahit per naturam ignis, quæ est in ipso, cum habitudine quæ est inter ipsum & attractũ ad ipsum. & non est mirum, si mouetur res quæ se habet per modum materiæ ad rem, quæ se habet per modum formæ. nam ignis quasi mouetur ad materiam sibi conuenientem, & è contrario luæ naturæ: sicut accidit in flamma & in lycinio, cum positum est in lucerna directè: ita quòd peruenit fumus descendens ab ipso ad lucernam. Tu enim videa ignem moueri insensus super illum fumum ad lycinium. Circa hoc vltimum dictum Comment. nota quòd ipsemet Commentator in sua summa in libro Meteororum dicit, quòd illud, quod apparet esse magis verum, est quòd esse motus non est vnus, id est, quòd mobile non est vnum. Sed est continua generatio per partem post partem in illo fumo, & non est motus verus, & hoc affert omnino in sua media expositione in eodem libro, scilicet Meteororum: & sine dubio hæc est intentio Philosophi ibidem. Cum hoc tamen videtur stare causa seu res, quã hic ponit Comment. quia vna pars illius fumi in scipsa est altera. Vel forte locutus est secundum apparentiam. Tamen in sua dicta summa Meteororum ipse de hoc aliqualiter dubitabat. Item in eodem, vbi dicit nutrimenti arborum, nota quòd ne arboribus videtur hoc magis seu de plantis: in eis enim non sunt fila seu fili attrahentes, & ideo oportet dicere quòd nutrimentum mouetur ad membra, sicut ferrum ad magnetem.

Cõmen. 10.

In commento vndecimi, vbi dicit. Ergo densum & rarum sunt de qualitate &c. Circa hoc vide suam summam libri de anima. capitulo de tactu. Item in commento duodecimo. vbi dicit. Et eum accidit animanti alterari sine sensibilibus, id est, quando dormiunt maxime profunde. In commẽto tertiodecimo, in fine comamenti, vbi dicit: hoc motũ fuerit prius, id est, tantum si non esset nisi vnus motor. In commento quintodecimo, circa hoc quod dicit, ita vt mihi videtur est intelligendus ille locus. Densitas enim &c. Circa hoc vide Commentum 5. quarti. & nulla est contradictio: ibidem enim loquitur de raro & denso, hic autem de rari ate & densitate. nam ibidem dicit quòd densum, quod fit ex raro, est illud quod habet quantitatem minorem seu extensionem, & rarum opposito modo: hic autem diffinit raritatem, q̃ est transmutatio ad maiorem quantitatem. Vel dicamus, quòd rarum & densum sunt aliquo modo in qualitate & aliquo modo in quantitate, & aliquo modo in positione. Sed circa responsionem primam est difficultas. nam, si raritas est qualitas rarum esset de prædicamento qualitatis, & considera de hoc. nam quamuis raritas sit qualitas, non est remotum q̃ rarum, secundum q̃ ipsum est maior quantitas vel extensio, sit de prædicamento quantitatis, & considera in fine commenti sequentia hoc. In commento 20. vbi dicit Vt ferrum præparatum ad terestitudinem ad recipiendum lucem & alios colores &c. Nota quòd videtur q̃ hæc sit opinio Themistij & Theophrasti de intellectu: & vide in tertio de Anima. & forte, si recte intelligatur erit conueniens positioni Auerroia, scilicet si intelligatur quod non est ibidem in intellectum mutatio quæ fit motus: & cõsidera versus finem commenti. Videtur enim, quòd opinio sua hic est, quòd intellecta non fiunt in intellectu secũdum quòd fiunt res quæ non fuerunt, sed producuntur in intellectu, sicut fit relatio in columna sine motu columnæ, sed per motum hominis qui mouetur: & simul ttet fiunt intellecta in intellectu cũ insint nobis formæ imaginatæ eo modo. quo declaratum est in tertio de Anima, absque motu in intellectu. Item in eodem commento, vbi dicit. Statim fit in nobis species vniuersalis absque eo quod in ipsa fiat transmutatio id est, tranmutatio, quæ est motus: & si sic intelligeretur hoc, esset hæc positio vera: & si non, est secundum opinionem Themistij. In eodem commẽto versus finem vbi dicit; sed quæritur hic quare taeuit &c. In fine sui sermonis de hac dicit, & forte &c. idem & videtur quòd similis sit dispositio in potentijs naturalibus, idest, quòd ipsæ sequuntur complexiones, & complexiones sequuntur tranmutationem passibilem, ita quod in eis est alteratio: ita in potentijs non est motus. Item in eodem vbi dicit. Tunc dignior erit vt non sit alterata, idest, alteratio, & est prima quæstio. & Idem intellexit de alterato & alteratione. Item in eodem commento. vbi dicit, non quòd hæc sit opinio eius, idest, quòd non est opinio sua, quòd non sit alteratio in intellectu, imo est intelligendo alterationem non proprie, sed perfectionam, quia intellectiones veræ fiunt. In commento 26. in fine vbi dicit. Idem, quod accipitur in definitione dupli & cætera. Nota, quòd tamen æqualitas dicitur de quantitate continua & discreta æquinoctium secundum prius & posterius: & considera in commento 34. Primi Posteror. & 38. In cõmento 27. in fine vbi dicit. Et hoc nomen coniunctio, quo vtitur in rei veritate, est continuatio. Vult dicere hic, sed non semper, vt patet commento 21. & 24. Vide etiam textum 24. In commento 28. vbi dicit, & hic æqualis habebit eandem rationem in numeris & cætera. Idem, cuius contrarium declaratum est. ipse enim declarauit hoc in multis cõmentis primi Posteriorum commen. 74. & 38. In commento 29. vbi dicit, necesse est, vt vnius tranmutati tranmutatum sit vnum &c. Circa hoc vide in secundo Posteriorum commento 49 & 22. & ex hoc patet, quòd forma generica vna differt a forma specifica non secundum rationem tantum. Item in eodem commento in fine, vbi dicit, & geometer decipitur in hoc & cætera. Vult dicere, q̃ Geometer erraret in hoc, idest, quòd ipse putat quòd linea recta est æqualis circulari: quia linea vel magnitudo recta potest fieri circularis, vel per naturam vel per artem, hoc autem non est necessarium. nam quamuis linea recta possibile est ipsa

Cõmen. 11.

Cõmen. 12.

Cõmen. 13.

Cõmen. 15.

Rsrũ & dẽsum diuersimodè ac qualitatis quantitatis genus speciatim.

Cõmen 20.

Cõm

Cõmen. 27

Cõmen. 28

Cõmen. 29.

Lineam rectã æquare circulari est impossibile

sam fieri circularem, tamen linea recta ipsa existente recta, & habente modum rectæ, impossibile est ipsam esse æqualem circulari ipsa remanente circulari: & si sint duæ lineæ rectæ æquales, & vna earum postea fit circularis: quamuis scitur mensura circularis per rectam, non tamen mensuratur circularis per rectam, & quomodocunque fit circularis non mensuratur per rectam, vt hæc circularis, & hæc recta: quia in hoc casu recta mensuratur, cui accidit fieri circularis: non enim scitur mensura circularis, sed vt circularis fuit recta. Et per hoc soluitur dubitatio Buridi. Iosua autem summa in hoc loco sic dicit. Neque motus rectus neque circularis dicitur de eis velocius & tardius secundum vnum modum seu intentionem. Si enim hoc esset ita, motus rectus esset æqualis motui circulari: & sic hoc esset ita, essee linea recta æqualis lineæ circulari: & non est ita. nam linea recta non applicatur seu coniungitur vel continuatur æqualiter super lineã circularem, neque partes eius super partes eius, æqualitas enim inuenitur to motu propter magnitudinem. Quod aũt dicunt Geometræ, ꝙ circulus est æqualis quadrato tali, & ꝙ linea recta est æqualis lineæ circulari: hoc dicũt propter cuotinentiam. v.g. Illud, quod continet ille circulus, & linea, est æquale ei, quod continet quadratũ. In commento 30. vbi dicit Differentia autem translationis &c. Nota, ꝙ hæc propositio potest ampleari, s. ꝙ differentia alicuius speciei debet esse de natura generis, in quo est illa species In commento 35. in fine vbi dicit. Et si in genere &c. Nota, ꝙ nunc sic intelligo hoc, Si calefactũ in eo quod calefit differt specie ab illo quod frigefit, motus calefactionis, scilicet motus ad caliditatem differt specie à motu frigiditatis, & simile in genere. In commento 35. circa illam propositionem, ꝙ omnis motor, qui mouet aliquod motũ per aliquod spatium &c. Nota, quòd intelligo hãc esse veram, cum corpori mouenti seu motori inest potẽtia mouere duplum illius mensuræ, in illo tempore, & si non, non. & considera in commento 75. Quarti. Ibidem enim videtur quod hoc sit verum simpliciter. Erit ergo verum cum non erit resistẽtia ad motum & ad velocitatem, nisi propter medium, vel forte resistentia est aggregatum ex medio & ex moto & corpore monente, id est, resistentia aggregata ex his omnibus. Et tunc, si potẽtia motiua dupliciter peruenit illa res in illomet tempore ad duplum illius spatij, & similiter etiã cum diuiserimus motum secundum istum modum. Et forte etiam intelligitur sic. oam cum pars tertæ (verbi gratia) monetur inferius, & mouet aerem duplum eius mouebit illum aerem in medietate temporis: & similiter duplum illius aeris in æquali tempore: nam in motu elementorum nulla est resistentia nisi propter medium, vt declaratum est in quarto: cum igitur duplicetur motor, mouebit illam rem in illo tempore per duplum spacium Et secũdum istum modum est etiam cum diuiserimus motum, & remãsit motor, sicut fuit dictum, & de hoc bene considera. In eodem commento vbi dicit, licet non sit proportio inter potentias motiuas & mobiles, id est, voo modo, vt dictum est supra, & vide causas successionis in motu, scilicet quare non est etiam in instanti io quarto libro commento 72.

Cõmen. 30. Cõmen. 35. Cõmen. 35.

SVPER OCTAVVM LIBRVM ANNOTATIONES.

CIRCA Prooemium Octaui libri, vbi dicit quod esse hominis in sua vltima perfectione est ipsum esse perfectum per scientias speculatiuas, & quòd illa dispositio est fœlicitas vltima, & secundum fatuos vita æterna. Nota, ꝙ secuodum ꝙ apparet ex manifesto sui sermonis, vt habere optimam Alpharabij, qui dixit vltimam prosperitatem vel fœlicitatem consistere in speculatione, & maxime Dei & intelligẽciarum, & ꝙ nulla est alia fœlicitas, hoc tamen nullo modo est de intentione Commentatoris, vt patet tertio de anima. & in quæstionibus meis de hoc. Sed intentio sua est hic, ꝙ hæc est vltima fœlicitas. quę acquiritur per voluntatem, vt declaratum est in quæstionibus dictis: præter illã tamen est alia posterior, quę est adeptio intellectus agentis, tamen illi quos vocat hic fatuos, noo sic intelligunt vitam æternam: ipsi enim nec speculationem, nec adeptionem intellectus agentis vocant vitam æternam: quamuis enim per adeptionem intellectus agentis acquiratur aliquo modo æternitas, vt declaratum est in quæstionibus dictis, tamen ipsi non intelligunt hoc, oeque intentio eorum fuit hæc: vel forte possumus dicere, quòd Commentator negat hanc æternitatem esse formaliter fœlicitatem. Reliqua autem, quæ videntur esse obscura in hoc prologo, sunt clara per dicta ab Auerroi in expositione Libri Politicorum Platonis, qui iam traductus est per me dominationi tuæ, & ideo nõ oportet amplius de hoc dicere, & quia etiam in Prologo primi libri multa declarantur. In commento primo, vbi dicit, ego autem cum hoc quod credebam &c. Nota, quòd intentio Commentatoris patet bene considerantibus commentum nonum. In commento secundo versus principium, vbi dicit & anaxagoras opinabatur. Dubium enim videtur, quia nõ videtur quòd hoc vltimum sit dictum Anaxagoræ per ea quæ dicta sunt primo Physicorum. & vide illic, forte tamen hoc sequitur ex tua positione. Item in eodem commẽto circa opinionem Empedoclis, vbi dicit Partes verò mũdi &c. Nota, quòd ex hoc etiam potest quis accipere rationem contra Empedoclem. De opinione autem Plat. de generatione mundi nihil ad præsens dico. Quamuis secundum tua dicta, hoc quod Philosophus narrat, ue ipso affirmat, vt in Timeo non solum ex verbis, sed est propositionibus & fundamentis & modo probationis: tamen dominatio tua propter magnam perspicacitatem ingenij & Platonis amorem hic vult gloiare vt hoc uon dicat, sicut etiam multi asserunt Platonici. In commento quarto, vbi dicit. Tũc duo contradictoria esset in eodem subiecto, & in eodem tẽpore, scilicet potentia motus &c. Vult dicere potentia, vt incipiat mouere, & motus in actu. Item in eodem commẽto patum post, vbi dicit. Generatio enim est motus. Nota quòd accipiendu motum proprie dictum, hæc est vera, Generatio est motus, accipiendo generationem pro alteratione præcedente generationem quæ terminatur ad ipsum. Si verò generatio accipiatur pro aduentu formæ substantialis, tunc non est motus proprie dictus. Verum est tamen quòd compositum non fit a moto, sive ab eo quod est in potentia tantum: quia materia nunquam est nuda a forma: & ideo nt ab ente in actu: hoc tamen noo est per se, vt patet Primo Physicorum, & Libro Cœli. In commento septimo versus principium, vbi dicit Commentator. Et quod mouet hoc motu, vt declaratum est in septima & in quinta, scilicet ꝙ ante & cætera. Beuc considerat quia sine hoc non erit perfecta demonstratio. In cummẽto nono. Nota quòd omnes illæ expositiones quas posuit Comment. cum dixit, & oportet nos pericrutari & cætera sunt veræ in se, sed non sunt ad intentionem Philosophi, nisi vltima, vt affirmat Comment. & circa illam vide septimũ huius, & 55 56. 57. Sexti, & Cõmentum 32. Sexti, & 97. Item in eodem commento vbi posuit quasi tertiam expositionem cum dicit, & quòd propinquitas corporis ad qualuam res &c. Vult dicere secundum qualuam eius partes. Item in eodem commento versus finem vbi dicit. & cum fuerit hic motum æternum, idest cũ alijs conditionibus iam positis. In fine eiusdem commenti, vbi dicit: & est impossibile tranmutationem primam esse in tempore, idest, nouam. In commento vndecimo, vbi dicit. & cum hoc impossibile est demonstrati sicut demonstratur punctus & cætera. Vult dicere. quòd punctus inuenitur in linea, & possumus ipsum demonstrare magis quam in vno instanti: nam ipse inuentus cum linea. Et ideo possumus imaginari punctum qui est principium lineæ, & aun est finis alterius. Sed instans uon inuenitur ueque cum tempore præterito, neque cum futuro: & ideo ipsum est de necessitate posse præteritum, & ante futurum. Præterea, illud quod non potest per se existere, scilicet esse finitum, sed suũ esse est instabile, sicut instans non potest esse ante futurum, nisi sit finis præteriti. Præterea, declarantur ea tilla via, oam omnis motus factus ante ipsum est tempus. nam esse factũ aoeetuam productionem hoc dubio fuit priuatum, & impossibile est verificari de ipso in instanti, in quo productum est ipsum esse priuatum: sed est priuatum in instanti alio aute hoc instans & inter qualibet duo instantia est tps ergo ante istum motum fuit tps: tps aũt sequitur motum, & inuentiue

Quæ nam optima hominum fœlicitas.

Cõmen. 1. Cõmen. 5. Cõmen. 4. Commẽ. 7. Cõmen. 9. Cõmen. 11.

Generatio quomodo sit motus.

uenitur cum ipso. ergo ante omne tp̃. determinatum fuit tempus. ergo ipsum est æternum. Præterea instans est in potentia, non in actu, vt dictum est in aliis locis. Tale aũ non potest demonstrari, scilicet modo quo alias declaratum est & si demonstraretur esset quiescens, sicut punctus. & non esset ergo tempus de natura rerum, quatum esse consistit in
Cõmen. 15. successione: & considera in cõmento 76. Sexti. In commento 12. vbi dicit. Quoniam, si primus motos quieuerit &c. Vult dicere forte ꝙ saltem prius natura corrumpitur motus, siue desinit quàm fit inducta illa dispositio: hoc autem est impossibile in primo motu, etiam impossibile est quòd, sit aliquis motus causa corruptionis primi motus. quia primus motus est causa omnium aliorum motuum. Præterea, dispositio, quæ fit in re per quam non est possibile rerũ posse moueri, fit in re postquam quieuerit. nam & si motum simul corrumpitur, & cessat à motu, adhuc remanet potentia ad motũ: & si non in illo, remanet tamen in materia eius siue in composito, quod generatur ex illo: quia annihilatio est impossibilis: & ideo, si debet corrumpi illa potẽtia, cor
Cõmen. 15. rumpitur per motum posteriorem post primum motum, seu vltimum, quod est impossibile. In commento 15. vbi dicit. Quotum vnus est quod aliquid sit possibile tẽpore infinito &c. Nota, quòd hoc est impossibile in potentia essentiali: & etiam in potentia propinqua. Item in eodem commento vbi dicit. Sed sicut diximus &c. Nota quòd in isto commento ponuntur 7. rationes ad probandum istam intentionem: prima ratio incipit ibi, Sed sicut diximus quòd mouens &c. Vbi autẽ dicit. Et si non esset &c. Remouet cauillationem: & circa hoc vide Commentum 38. & inferius in hoc commento, secunda ratio fit ibi, vbi dicit. Quærendum est quemadmodum &c. tertia ratio vbi dicit. Volũtas enim non posset ponit. Et in illa parte innuitur etiam alia ratio. in illa autẽ parte in qua dicit, & si fuerit dictum quomodo &c. ponit dubitationem & soluit, Et vide in fine commenti vbi cõplet solutionem. In solutione autem vbi dicit illud enim maxime appropinquabitur, id est, secundum quasdam eius partes, vt dictum est supra. Quinta ratio fit ibi, Et etiã si fuerit voluntas antiqua. In illa autem parte in qua dicit: & est manifestum quòd illud mouens &c. ex hoc etiam potest quis formare quintam vel sextam rationem, ex quo primus motor est omnino intransmutabilis: forte tñ non est ratio per se, quia voluntas dicitur æquiuocè de aotiqua & noua Verum tamen est, ꝙ hoc argumentum concludit. Si voluotas vel appetitus præcedit volitum. In illa parte vbi dicit, Omnis igitur motorã quo procedit appetitus ad mouere &c. Nota quòd ex diuisione data format sextam vel septimam rationem, in illa parte, vbi dicit, Et hoc contingit necessario ex hac positione &c. Ponitur septima ratio vel octaua. Item in eodem commento in illa parte vbi dicit. Indiget igitur motore priore ipso &c. Supple & si non. Quare non fecit ab æterno illam rem, ex quo ipse est potens, & voleos motum. Præterea sequeretur quòd motus, qui positus esset primus, non primus, & sic in infinitũ: & vide Commentum 52. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, & non est natura innata facere Nota, quòd hic est etiam ratio fortis, & si primus agit voluntate, & maxime quia sua voluntas æterna & inuariabilis. nolui tamẽ formare has rationes, & declarare eas propter multas causas: & maxime, quia tu potes ex matore intelligere: quia de his dixi aliquid
Cõmen. 17. alibi. In commento decimo sept: mo, vbi dicit. Virum autẽ dicitur monere se, & vtrunque in rei veritate, vt post declarabitur indiget motore extrinseco. Circa hoc vide Cõmen
Cõmen. 22. tum 29. & 20. 32. & 37. 51. 63. In commento 22. circa finem commenti, vbi dicit, & qui negat naturam negat naturalia. Supple, & qui negat naturalia negat subiectum Scientiæ naturalis. nota vlterius, quòd ex illo loco potest quis accipere rationem, ꝙ artifex nullo modo potest probare suũ subiectum. In eodem commento ante hoc, vbi dicit. Quia om-
Cõmen. 23. nia entia mouentur, id est, corporea. In commento 23. vbi dicit pp hoc diuidatur & alteratio in tuhotum, scilicet inquatum fit ab alterante. Nota, quod videtur intelligere hic per alterationem qualitatem fluentem, non fluxum. Et verum est, quòd non quandocunque alterans alteratur alteratio fit actu, & est possibile quòd vnum alterans contrarium fit statim post aliod In eodem loco paru post vbi dicit, & si non tunc ante transmutationem esset trãsmutatio, id est, in actu, & post hoc dicit, & non inuenitur transmutatio non omnino, id est, ex quo secundum hoc præcedunt infinitæ. Sequitur in commento, & existimat quòd totum hoc hic Commen. ponit dubitationem & soluit: & vide Commentum 74. Postquam autem consideraui hæc omnia; quæ dicit Comment. de hac materia: & considerando bene rationes Comment. hic & suam intentionem complete videt mihi siue dubio secundum Comment ꝙ aliqua pars qualitatis producitur tota in instanti vno, & est pars quæ potest esse in actu: & est prima pars, quæ primo producitur: & ideo dicit Comment ꝙ alterans est apud rem, in cuius natura est alterari: & non fit statim alteratio in actu, sed indiget aliquo tẽpore donec fiat alteratio in actu, id est, aliqua qualitate in actu. Illa tamen qualitas in actu, quæ est minima, quę potest esse in actu aduenit tota in instanti, & in illo tempore est alteratio in potentia propinqua. Et alterans agit tũc aliquo modo: quia non potest produci illa qualitas minima nisi esset illa mora & tanta actio. & hoc est valde rationabile & conforme, & non in actu, quia adhuc nullam qualitatẽ introduxit: sed tamen possum dicere, ꝙ tunc illud mobile habet aliquid aliquo modo de termino ad quẽ. sed melius est dicere, ꝙ non habet: quia nec habet determino, ad quẽ in actu complete, nec in complete: sed dum mobile habet aliquid de motu, capiendo motum pro forma fluente, tunc habet partem sub termino ad quem, & etiã & hoc sufficit, in Phyticorum Sexto, sed ante hoc habet esse tu potẽtia valde propinqua: dum tamen mouetur, accipiendo motum non pro forma fluente, & tunc agit aliquo modo, vt dictum est. hoc est quod dicit Comment. comment. 74. contra antiquos: & ideo non sequitur ꝙ sit possibile ꝙ non sit quies inter duos motus contrarios in qualitate: nam hoc quod dicunt, ꝙ possibile est accidere ꝙ sit hic in illo instanti agens contrarium: & ergo tunc accipit agere statim sine quiete non est verum. nam non incipit statim agere contrarium in actu, seu non introducit statim contrariũ in actu: & etiam non sequitur ꝙ detur primum inflãs motus, sicut declarat Comment. hic: nam motus in eo ꝙ motus & continuus, non datur ei primum tostaus. Continui enim non est prima pars, & præter hoc sunt aliæ rationes, quæ ponitur sunt in sexto. Sed res, quæ aduenit per motum, dat ei primum aliquo modo Et forte etiam motus, cum consideratur secundum ꝙ est de prædicamento qualitatis vel quantitatis, datur ei primum instans: & est in actu aliquo modo non perfectè, sicut dicit. Cum autem consideratur secundum quod est de prædicamento passionis, & continuus, non habet primum, & non est ibidem primum in actu, & etiam motus localis secundum quod est corpus, & continuum, id est, magnitudo super quam vel cui ea quam fit motus, non datur ei primum actu, neque corpori illi secundum quod est continuum. Sed motus localis, cum consideratur secundum quòd est in actu, habet aliquam primam partem, id est, cum pertransiuit totam illam partem simul in actu. Sed in potentia nõ habet primum. nam tollans, in quo pertransiit in potentia medium huius est ante inflans, in quo pertransiit totam illam partem: inflans tamen inuenitur in potentia: & considera bene in commento 68 & etiam in 6. libro commento 99. Et ex hoc possunt solui multæ dubitationes. Item in eodem commento versus huem, vbi dicit. Terminus enim eius in actu, id est, materialis. In commento 24. vbi dicit. Aut quia to alijs motibus inuenitur generatio, & corruptio, id est, secundum quid. In commento 27. vbi dicit de ignorantia quorundam expositorum. Vide commentum priorum septimi. In eodem commento, vbi dicit. Necesse est vt motus eius a sua anima sit naturaliter, scilicet etiam ad superius. In eodem commento parum post, vbi dicit. Ingitur contingit quòd anima mouet corpus secundum motuos elementi dominantis in ipso, tũc motus corporis ab anima erit naturaliter, id est, secundum quòd est corpus. In eodem commento parum post, vbi dicit. Tunc motus cui poris ab anima erit, non naturalis, id est, secundum, quòd est corpus multum habens multum de terra. Sed est bene naturalis, secundum ꝙ est animal, seu corpus animalis secundum ꝙ est tale, scilicet animalis. In commento 28. vbi dicit. Nullus enim dubitat quod anima mouetur ab anima, &c. id est, quia nos vi-

An motus primum detur.

Cõmen. 54.

Cõmen. 27.

demos in marte animalis, quod remanet corpus. ipsum nõ mouetur. Item in eodem commento. vbi dicit. Sicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principium in eis. Si litera non est corrupta sic intelligitur, id est, quæ mouentur per principium in eis, non primo, sed per accidens. Et vide
Cõmen. 29. commentum 3. 2. In comento 29. vbi dicit. Et non possumus etiam dicere in eis, quæ mouentur à principio eis addito: & quòd mouetur ea eis absque eo quod indigeat causa extrinseca. Nota quòd videtur quòd hæc causa extrinseca, est medium, vt patet Quarto huius. & in libro Cœli: & etiam indigent motore extrinseco, vt post apparebit & vide in fine commenti 27. In principio enim dum generantur, & tunc mouentur in suis locis naturalibus à generante mediante forma, vt patet per Commeot. tertio Cœli. Cum autem retineotur à prohibente, & postea moueotur per rem mouentem prohibens, quod est extrinsecum, & etiam à sua forma. Et vide Commẽtum 32. Item eodem commento parum post vbi dicit. Sicut dicimus in eis, quæ mouentur ex se &c. Circa hoc nota quòd alio modo habẽs animam indiget motore extrinseco, & aliter non habens aoimam, vt patet commento 2n. Verum est etiam, quòd animal ad sui productionem indiget motore extrinseco, vt patet. Et vide etiam Commentum 51. Sed tamen nota, quòd animal cum generatur, non statim mouetur motu suo proprio, sicut contingit in elementis. Vnde generãs elementa, secundum quòd dat eis de forma, dat eis etiam omnia accidentia contingentia formæ, quorum vnum est motus in loco: & ideo, cum forma fuerit completa in eo complebitur vbi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid impediat, vt dicit Comment. commento 32. & maxime, quia secundum ipsum formæ elementorum partibiliter acquiruntur: & ideo, sicut partim habet de forma ita & de motu conueniente illi formæ: cum autem completa est forma, completur & motus, nisi aliquid impediat: & ideo Philosophus & Commet. In hac 8. multoties dicunt elementa moueri ab extrinseco, non autem sic est in aoimali, quia quamuis ab anima sequantur operationes seu à generãte mediante anima, non tamen statim cum introducitur anima, animal potest moueri secundum motum proprium animalis: nam animal & maxime perfectum requirit organizationes & eom plementum membrorum, & reliqoa, quæ suot necessaria ad motum eius: & ideo animal non dicitur moueri ab extrinseco eo modo quo dicitur elementum. Præterea, elementũ semper mouetur ab extrinseco, vt dictum est: nisi sit prohibens impediens: & omnes rationes, quas Philosophus fecit in hoc octauo ad probandum grauia & leuia moueri ab extrinseco, nihil aliud probant nisi hoc: non tamen oegat Aristot. neque Commentator, quòd elementa non mouentur à sua forma: & hoc est manifestum in doctrina Philosophi & Iui Commentatoris: & hoc est q̃ dicit Commentator in commento trigesimo secundo in fine, vbi dicit. Declaratum est igitur quòd nullum corporum simplicium naturalium, scilicet terræ, ignis, & cæterorum, mouetet se propter hoc, quòd in eo est principium, quo moueat se, & hoc essentialiter & non accideotaliter. Sed in eo est essentialiter principium receptionis, vt moueatur ab extrinseco non principiom actionis nisi per accidens. Et vult dicere, cum dicit, & hoc essentialiter, id est, à potentia essentiali, vt dictum est supra in hoc commento. Sed bene à poteotia accideotali: non tamen illud principium per accidens mouet: imo per se, quamuis graue nõ sit per se motum. Cum autem dicit non principium actionis nisi per accidens, ideſt à potentia accidentali: negat igitur Philosophus & Commen. corpora simplicia moueri ex se à potentia essentiali: quod manifestum est, negant etiam hæc corpora moueri ex se, cũ non dtuidantur in motorem & motum, vt dicit Commentator commento 35. Dicunt etiam ipsa moueri ab extrioseco ad loca propria eo modo, quo dictum est: nullo tamen modo ipsi oegant cũ ipsa generantur in locis non proprijs, & retinentur ibidem à prohibente, & postea remouet prohibens, quòd forma eorum sit motor: neque etiam dicunt, quòd mouentur à generante extrinseco: & quòd non mouentur ab ipso mediante forma, quam generans dat. Sed ad maiorem declarationem istorum notandum est illud, quod dicit Commentator in Tertio Cœli. commento vigesimo octaoo, vbi dicit, & videtur etiam ipsum esse necessarium in esse motus naturalis modo proprio. Et in hoc est difficultas. declaratum est enim de elementis. quod nõ nominatur inter ea quæ mouentur per se in loco nisi à generante, scilicet cũ ex eis fiat aliona portio in actu à generante, tunc existunt in illa parte omnia quibus constituuntur, scilicet moueri in loco proprio, & alijs accidentibus proprijs, nisi aliquid impediat ipsa à motu ad locum proprium. Quemadmodum igitur cætera accidentia existeotia in re generata non eantluut in ea nisi à generaote, tamen mediante forma generati, quæ fit à generante, ita est de hoc motu. verbi gratia, quòd, cum elementum, scilicet aquæ verbi gratia, mutat & fit ignis, statim in prima parte eius, in qua existit ignea as ab igne generante existent omoia accideotia ignis, secundum quod est ignis: & vnum eorum accidentium est motus ad superius: qm̃ secundum quod in parte geoerata existet de parte leui, secundum hoc existet in ea de loco corporis leuis: & de alijs accidentibus partibus proprijs. Sed tamen quia non exillunt à generante nisi mediãte generato, & motus primo & essentialiter non fit ab a motore, & nullo alio mediante, propter hoc iste motus non est primus, neq; essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti. Et ideo habet proprium iste modus motus, vt per eum otioeatur res per se, cum aliquis nõ impedierit ipsum à motu per violeotiam scilicet cum impediens quieuerit: & sm̃ istum modum assimulatur ei quod mouetur per se, & quia motor essentialiter distinguitur in esse à moto, sicut in animalibus. Motor enim in eis est alius à moto, cum motor sit aoima, & motũ sit corpus. In corporibus autem simplicibus idem est motor secundum positionem & motum. Sed differunt secundum modum. Lapis enim mouet se inquãtum est grauis in actu, & mouetur inquaotum est poteotia inferius. Et causa io hoc, quod iouenitur voo modo in actu & alio modo in potentia est, quia componitur ex materia & forma: forma igitur eius mouet inquantum est forma, & mouetur sm̃ quod est in materia: non enim est in potentia ad inferius, nisi sm̃ quod est in materia. Et ideo lapis nno est per se motus essentialiter, sed assimilatur ei quod mouetur per se: & tdeo indiget in suo motu motore extrinseco: oeq; etiam nominatur inter ea, quæ mouentur ab extrinseco: quia nno mouetur hoc motu ab eatrinseco sine medio, scilicet intrinseco. & hoc est vnum eorum, ex quibus Plato existimauit, quòd necesse est quòd primus motor moueat se essentialiter, scilicet secundum hoc quod videtur in lapide, quòd motor io eo sit motom. Sed licet idem sit motor io eo cum moto, tamen non eodem modo vt Plato existimauit: sed diuersimodẽ secuodum quod apparet ex prima demonstratiooe in principio septimi Physic. vbi declaratum est, quod omoe motum habet motorẽ. Et quia lapis, sicut diximus, non diuiditur in motorem & reoi motam, ita quòd vtrunque eorum sit exillens io actu. lapis enim non mouetur essentialiter à se secundum quod lapis. Tunc enim mouetur à principio quod est in eo accidentaliter, cum non habeat esse motus, nisi per illud principium, non enim est motus lapis nisi secundum quod est potentia inferius, & est motor secundũ quòd est grauis. Si igitur fuerit motus essentialiter per se, io quantum est grauis: & iam posuimus, quòd non mouet essentialiter, nisi secuudum quòd est grauis, erit etiam motor & motum essentialiter eodem modo, quod est impossibile. & ideo non est motus nisi semper accidentaliter lapis, neq; mouet le essentialiter, & cum ita fit, & omne quod mouet se, accideotaliter necesse est quòd moueat se, quia essentialiter mouet aliod motum à se, verbi gratia, quia homo oon mouet se accidentaliter in naui, nisi quia mouet nauim essentialiter. Et cum ita fit, lapis igitur nõ mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet le, quia hoc quod mouet se, sequitur motum aeris. sicut de homine cum naui. Et cum ita sit, aer igitur & aqua sunt oeceſſaria in motu lapidis, & hoc est illud quod promisimus: & explanauimus hoc in expositione Physicorum. sed iste locus est conuenientior. Ex dictis Commenta. hic patent multa. Primum, quòd mediũ est necessarium in esse motus grauiũ & leuium modo proprio. Secundo, quamuis mouentur ab extrinseco, tamẽ mediante forma, imo principaliter à forma: & alia multa quæ patent. Sed vbi dicit Comment. lapis: nota quòd per lapidem in-

In simplicibus idẽ est motor secũdum positionẽ & motũ, differunt tamen secũdum modũ.

dem intelligit elementum graue seu terram, vel intelligit lapidem, secundum, q̃ in eo dominatur elementum terræ. Lapis enim secundum hoc mouetur secundum motum elementi prædominantis, & mouetur secundum motum, secundum quem elementum terræ mouetur infetius: & ideo quantum ad hoc non est differentia. Sed ad declarationem maiorem dictorum Comment hic nota, q̃ Cõm hic intendit declarare quod medium, scaer vel aqua, est necessarium in motu grauium & leuium modo proprio, scquia sunt simplicia: & incæpit declarare, q̃ ipsa non mouentur ex se, sed mouentur à generante: tale autem non mouetur ea seipostea declarauit motum ex quo videtur q̃ ipsa assimilantur motu per se, vel ea se. quia inuenitur in eis principium motus localis. sed differunt à motu ex se, quia motum ex se diuiditur ad motum per se, & motorem per se, vt elementum vel lapis: nam ipse accipit lapidem loco elementi: quamuis inuenitur in ipso motor per se, & est forma: non inuenitur in ipso motum per se, nam forma non mouetur per se: ipla enim est motor per se, & impossibile est vt sit motor & motum per se, sed mouetur per accidens, quia exiit in materia sicut declarauit hoc Cõm. versus finem huius cõmenti, Præterea, materia non mouetur per se. nam ipsa est in potentia: motum autem oportet ipsum esse in actu, vt declaratum est 3. Physicorum: & ergo non est hic motum per se. Sed inuenitur motor per se, & est forma, & motum per accidens: postea adiungit Auicen. q̃ nihil mouetur per accidens, nisi per motum alterius per se. & illud est medium: ergo manifestum est, q̃ medium est necessarium in motu elementorum modo proprio, scquia sunt simplicia: & etiam declaratum est in 4. Physicorum, q̃, si non esset medium, non mouentur nulla elementa, nisi in instanti, quia est ibidem resistentia nisi medium. materia. n. est ens in potentia ad omnia & illa non resistit: neque forma, quia proprium est ei esse superius vel inferius: ergo medium est necessarium. Declaratum est etiam ex his quæ dicta sunt, q̃ hic est principium per se agens illum motum, & est forma & principium per se recipiens. Et est medium & recipiens per accidens, & est forma secundum quod exiit in materia. Et ex hoc quasi soluuntur omnes difficultates, quæ accidunt in motu elementorum, scan mouentur à motore per se vel per accidens: hæc enim est vera. elementa per se & suam naturam mouentur per accidens. & illa etiam per se mouentur ad loca sua: & ideo motus eorum est naturalis, tamen non inuenitur in eis motum per se, & considera in fine cõmenti. 52. huius. 8. & illa adiuuabunt te intelligere hoc. Nota tamen, q̃ magna differentia est dicere, elementum mouet se per se, & dicere ipsum mouet per se, scipsum, ea prima enim intelligitur, q̃ sua substantia mouetur per se: & hoc est impossibile nam forma non mouetur per se, nisi res moueret se per se: & etiam prima materia, quæ est in elementis, non mouetur per se: nam motum est ens in actu. Ex secunda autem intelliguntur duo, vnũ est, quod in elemento est res mouens per se, secundum est, q̃ intentio motoris per se est mouere se, id est pernenire ad suum locum proprium, non mouere medium: & non sequitur ex hoc quòd sit sua substantia motor per se. Et illæ intẽtiones sunt veræ, & ideo debemus distinguere huiusmodi propositiones. Ité notandum ad maiorem declarationem dictorum commenti huius de cœlo, q̃ cum dicit Commentator versus finem, Et cum ita sit, & omne quod mouet &c. Vult dicere & cum ita sit, scquod mouetur per accidens secundum quod est in materia, seu mouetur, secundum quod accidit ei esse in materia, & materia non est per se motum, quia est in potentia: neque compositum ratione formæ, quia de ratione formæ vt sic est mouere, non moueri, saltem per se, & agere non pati. Præterea. Si sic, idem mouebit seipsum per se, quod est impossibile, vt patet in principio Septimi Physicorum: nec forma est motum per se, secundum, q̃ est in materia: quia vt sic, est motum per accidens: & etiam si sic, hoc esset primo materia: & concludit, quod mouet se, quia essentialiter mouet aliud à se. Et vide bene commentum. 22. Quarti Libri de Cœlo, & considera bene cõmentum. 30. huius Octaui. Et his fortè posset respondere quis ad omnia argumenta quæ fiunt circa hoc. Auctoritates tamen quæ videntur esse contrariæ huic, ad præsens nolo declarare, & maximè, quia dominatio tua hæc omnia optime intelliget. Patet etiam illud, quod dictum est in 4. Physicorum, quòd, si vacuum sit, elementa mouerentur in instanti, & dato, q̃ in simplicibus sit alia forma præter formam vltimam, illa non resistit. nam formæ generales non resistiunt motui à forma propria. non sic autem est in mistis. quamuis. n. mouentur secundum motum elementi prædominantis, tamen reliqua elementa resistunt, corpora etiam cœlestia, quamuis aliqualiter aliquo modo resistunt, hoc est, quia sunt in actu. forma autem generica est quasi potentia: nec per ipsam res est in actu existens, & ideo per eam non resistunt motui. Dixi autem dato q̃ in simplicibus &c. quia in mistis non est dubium q̃ sunt formæ elementorum tefractæ, & formæ suæ vltimæ, & etiã quando apparet vna operatio communis sequens naturam formæ oportet necessario q̃ sit forma cõmunis, à qua prouenit hæc operatio communis vniuoca, vt sensatio, verbi gratia, vna enim operatio vniuoca non potest prouenire à naturis diuersis saltem per se & eodem modo: aliter quodlibet fieret ex quolibet, & nulla esset ratio ad possẽdum naturas proprias, saltem in talibus: & motum in hoc stultum est. Sequeretur etiam, q̃ non est genus vniuocum, ex quo non est hic aliquod commune vniuocum, differentia autem operationum sensitiuæ & vegetatiuæ non est vna voiuoce in homine & in asino. Stultum est, quia non apparet aliqua diuersitas ex quo hoc arguere possumus, immo idem secundum speciem seu naturã agunt, & eodem modo circa obiecta propria, & non oportet plus loqui de hoc. Vnde sicut operatio facit cognoscere formam, ita operatio communis formam communem. & hoc argumentum innuit Cõm. in libro de Animalibus, & Philosophus in Meta. quærit quomodo definitio est vna, & dicitur in rebus compositis ex genere & differentia: quod non esset dubium, si esset vna forma: sed tamen, quia vna est in potentia, & quasi dispositio respectu alterius, scvltimæ formæ: ideo ea eis sit verè, & per se vnominee vltima differentia est accidens: quia aduenit ente in actu, tam enim dictum est. q̃ omnes formæ præter vltimam specificam, sunt potentiales & quasi tanquam materia. Præterea. Nulla earum aduenit materiæ secũdum q̃ est in actu, sed secundum q̃ est in potentia: & maximè cum omnes simul tempore producuntur in materia: formæ etiam mixti, seu formæ elementorum tefractæ non remanẽt sub eodem gradu vel specie in generato, & corrupto. & per hæc etiam patet, q̃ rectè partes diffinitionis quidditatiuæ dicunt totum & prædicantur in recto. Si enim vnaquæque earum esset in actu, sicut oportet dicentibus formas separatas dicere, diceret partem: sed quia vna est quasi in potentia, & reliqua in actu, ideo fiunt vnum in actu, & sunt vnum in actu, multa in potẽtia ad bonum intellectum. & ideo forma animalitatis in homine dicit totam formam hominis, sub ratione tamen vniuersali, vel magis commum, & rationalis sub ratione specifica: & alias dixi de hoc magis, & de eis fortè dicam complete, & dubia soluam, si Deus prolongauerit vitam. Quando autem non est operatio vna communis vniuoca, non oportet ponere formam communem, quamuis secundum prædicationem sit aliquod commune. Tale enim genus est logicum. Dixi autem sequès natatam formæ, quia corporeitas, quamuis sit communis formis materialibus, hoc tamen habet à materia quanta, in qua recipitur. & secundum hoc non oportet ponere formam generalem corpoream, seu corporeitatis in elementis, vel mistis aliam à formis proprijs elemẽtorum & mistorum, quæ forma vniuntur materiæ mediantibus tribus dimensionibus. Et hæc videtur esse sententia Cõm. hæc tamen maioti indigẽt declaratione: & ad præsens non est tempus loquendi de hoc. postea autem inueni q̃ ipse dicit in sua summa Metaphysicæ, in fine secundi tractatus. Et quidam viderunt q̃ tres dimensiones consequuntur formam simplicem inuentam in materia prima, & quòd hæc forma est, per quam corpus recipit diuisionem & continuitatem, & putauerunt q̃ est vna communis omnibus sensibilibus, sicut & materia. & huius opinionis est Auicen. etiam dicit interpositus multis dictis de hoc, q̃ si voluerit per hanc intentionem naturam inclinationis, scformam elementorum, quæ aduenit in materia prima, quę est quasi genus formarum elementorum, scilicet sic vniuersaliter accepta, verum est. & secundum hoc dicitur, quòd

Vna operatio vniuoca à pluribus diuersis per se & eodem modo esse non potest.

Nulla est cõis corporeitatis forma ipsis elementis, seu mistis, præter propriam.

tut, quòd corpus vel corporeitas est genus generabilium, quod inuenitur in individuis substantię. & secundum hunc modum esse eius. Inclinationis est in compositis. modo ergo genus est in speciebus. sicut circa media inter potentiam & actum: sed tres dimensiones in quibus communicant corpora sunt eadem numero modo declarato: non accipiuntur locò formæ generis, sed si voluit, quod sit hic forma simples in actu præter formas elementorum, vt apparet ex verbis Auic. & quòd congregatio huius formę cum prima materia est substantia, cui accidunt tres dimensiones, est opinio falsa: & illic posuit modum Porphyrij. & innuit ita probationem eius. & in istis dictis multum gauisus sum. De mente tamen Com. nulla dubietas est, q formæ elementorum remaneant refractæ in mistis. Et q in eis in quibus apparet vna operatio communis vnuoca, vt disi, est forma communis, & forma propria, vt sciunt docti in doctrina Com. Illud autem, quod dixit Ioan. cótrs princips se quæsitum, q causa per se non est posterior naturaliter ipso causato. Sed motus medij est posterior naturaliter. ergo medium non mouet: hoc nihil est, quia non dico medium esse causam actiuã sed passiuam. Sed fortè sua ratio bona est contraponentes medium esse causam actiuam, vt etiam ipse dicit. De reliquis autem, quæ dicit contra hoc, non curo: quia leuia sunt, & etiam ea iam dictis possunt solui. Et hæc sufficiant ad præsens. Nota tamen quod grauitas & leuitas sunt qualitates inæquinocæ. aliquando enim quodlibet eorum accipitur pro forma substantiali & habitu, aliquando pro operatione vel accidenti. Aliquando tamen accipitur accidens loco differentiæ substantialis, cum non habemus nomen vel propter aliã causam pro his vide Com. in com. 17. primi Cœli. & in vltimo Tertij, & in Secundo, & in 20. & in 21. Quarti. & ideo intellige secundum quod conuenit. est sermo. Vnde patet error illorum, qui allerit Commentatorem esse contrarium. Ipse enim non bene vidit dicta Commentatoris, imo Philosophi in 4. Cœli commento. 2. Nota etiam q in compossibilitas terminorum vel locorum, & huiusmodi bene declarant esse impossibile motum fieri in instanti. quillo tamen modo hæc est causa resistentiæ, vel saltem positiua: nec etiã forma illorum determinat sibi certam velocitatem quantum est de se: quis ipsa appetit naturaliter esse sursum vel deorsum, imo non quærit motum nisi propter quietem & ideo nisi esset medium mutaretur in instanti: ipsa igitur nõ
Comm.30. est causa resistentiæ. In commento. 30. in principio. vbi dicit. Cum declarauit q illa quæ mouentur naturaliter, non mouentur per principium in eis, i. sine indigentia &c. vt di-
Comm.35. xit in commento præcedenti. In cõm. 32. vbi dicit Et altera accidentalis assimilauit essentialem, potentia, quę est in addiscente, vt fiat sciens, & potentiam accidentalem &c. Nota q videtur q hæc potentia accidentalis exit in actum sine motore essentialiter saltem extrinseco, vt post declarat. Idem in eodem commento in fine commenti, vbi loquitur de pila dicens. Quemadmodum proijciens, quando proijcit pilam ad parietem &c. Nota, q videtur q pila cum reflit mouetur à proijciente, tanquam à primo motore: & sb aere, tanquam à motore proximo, & à terra tanquam ab illo, quod impedit motum actis & pilæ: & non dimittit ipsum compleri, imo repercutit ipsam. & ideo est motor per acci-
Comm.34. dens. In commento. 34. vbi dicit impossibile est q moueatur à motore, qui mouetur per accidens, id est nisi moueatur per accidens a motore extrinseco, quia tunc non mouetur motor extrinsecus, vel saltem nõ necessario, nisi in principio motus vel sine vi vel bi gratia, remotio prohibentis. & vide etiam Commentum. 37. & commentum. 82. In cõm.
Comm 35. 35. vbi dicit Cum pus enim impossibile est vi moueat in loco &c. id est per se. vt dictum est superius commento. 34. Illa autem, quæ dicit in eodem commento de motu Magne-
Comm.36. tis, dictum est de eis &c. In commento. 36. vbi dicit. Quod enim est per accidens, non est semper, neque necessarium. Circa hoc vide commen. Comment. 1. commento. 44. Primi Posteriorum, vbi declarat, An omne necessarium sit per se. Præterea. Quod mouetur per accidens aliquãdo mouetur & aliquando non. vide commentum 37. & 51. & 52. In comment. 37. in principio, vbi dicit. Ms nifestum enim q est per
Comm.37. se &c. Circa hoc considera in tua summa. Item in eodem commento. vbi dicit. Et primum secundum quod est primum, id est simpliciter. Item in eodem cõmento quasi immediatè, vbi dicit. Sed secundum esse & definitionem. Vult dicere, & si non indigebit alio. & non esset primum simpliciter. Item in eodem commẽto quasi immediatè, vbi dicit, necesse est q ille motor sit sepsatus à motu omnino &c. id est, quia, si esset in motu, sic esset virtus in corpore, esset compositum & generabile & corruptibile, & nõ primum. Præterea. Quod per accidens mouetur est aliquo modo secundum illum modum nõ primum simpliciter, ex quo corpus mouet ipsum aliquo modo. Et vide inde Substantia Orbis in illa parte, quam traduxi de libello hebraico in latinum. Item in eodem cõmento post hoc. vbi dicit, & principium, secundum q est principium, est separatum in esse, & non in definitione situm. In cõm. 43. vbi dicit. & ex ca- Comm.43.
lore naturali, qui est motor, & motum, qui transit, in neruis & anima mouẽte quę est forma in illo calore naturali. Circa hoc vide in ta. de Animalibus. cap. de cerebro. Ibidem enim declarauit esse primum instrumentum animę. Item in eodem commento propè finem. vbi dicit. Quoniam non posuimus ipsum &c. Nota q ea hoc & commento sequenti, pater expresse, q forma materialis diuiditur ad diuisionem subiecti, & est extensa. Etiam in textu & commento la- Comm.44.
quente ps iebit, q dsrur minimum naturale. In commento. 44. vbi dicit. quonis m primi motores apud ipsum sunt duobus modis. Nota quod es hoc patet expresse q primus motor in animalibus est anima. Et vide. commentum præcedens & commentum. 27. Idem in eodem commento quasi immediatè, vbi dicit, & motor non materialis. & hoc, id est materialis. In commen. 45. propè finem. vbi dicit, quoniam Comm.45.
si ita esset motor prior illo, id est non esset primus simpliciter: ea quo mouetur per accidens, à moto, & à fortiori, si moueretur alio modo ab isto: esset enim alius motor prior. Et vide in commento sequenti: quod intelligit per essentialiter & accidentaliter. Item in eodem commento quasi immediatè, vbi dicit, quoniam, si non esset æternum, tunc motor &c. Nota q sic intelligo haoc consequentiam. Si oó esset motum æternum, esset compositum de necessitate: & si esset compositum, motor moueretur per accidens: & si moueretur per accidens, non est primum, sicut statim dictum est. Præterea. Illud, quod est aliquo modo per accidẽs, non potest esse prima causa: & considera etiam in cõmento sequenti. & fortè declarabitur sic. Si non esset æternum, esset compositum. ergo generabile & corruptibile: & etiã mouetur per accidens. & si est generabile & corruptibile, non est primus motor. Et vide in fine commenti. 37. & in commen. 52. & 51. & bene considera in eis. Præterea. Omne quod mouetur ex se, cuius motor mouetur per accidens, motus eius sequitur mutationem, sicut videtur in omnibus compositis generabilibus & corruptibilibus. nam motor, qui mouetur per accidens est in materia: & si est in materia eli compositus: & omne cõpositum præcedit ipsum transmutatione primum autem, motus eius non sequitur transmutationem. Et etiam mots quorum motores mouentur per accidens, aliquaodo quiescunt & aliquãdo mouentur: sicut omne quod quiescit, aliquaodo & mouetur, aliquãdo mouetur per accidens, vt declarabitur in cõmenti. 51. Sed primum corpus mouetur semper. ergo &c Causa enim in mouendo aliquando & quiescendo, aliquando, est quia ipsum mouetur per accidens. Præterea, sicut dictum est. & tactum à Commen. in parte superius dicta de Substantia Orbis forma materialis, non est prior & simpliciter secundum naturam. materia ergo non est prima causa simpliciter. Na formę materialis esse eius constituitur per esse materiæ. & ea hoc declarabitur quòd compositum nõ est prima causa. In cõmento. 46. vbi dicit impossibile est vi ista dispositio. Hic Comm.46.
Commentator remouet dubium & versus finem complet hoc. Item in eodem commento patum post, vbi dicit, manifestum est propter hoc quod declaratum est hic, id est per declarationem positam in principio huius Octaui. vnde sic arguitur, est hic motus primus æternus qui cõtinet totum. & est causa istorum. ergo ista fuor perpetuæ generationis & corruptionis. antecedens patet in principio huius. Item in eodem commento quasi immediatè. vbi dicit. & hoc etiam apparet per se. Hic ponitur tertia ratio principalis. & per hanc rationem patet q homo nõ generatur nisi ab homine.

Item

Item statim post vbi dicit. Quoniam quando materia. hic ponitur prima ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis. illa autem pars, quæ sequitur immediatè pouuntur tria inconuenientia: primum ibi § Non § secundum ibi § Et tunc quodlibet. § tertium ibi § Et tunc vnuersaliter. § Sed circa ista vide in principio Quintidecimi de Animalibus. quia ibidem multa dicit Commentator de hoc. eum autem dicit. Quoniam si esset possibile, vt hoc &c. Ponitur secunda ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis. Item in eodem commento patum post. vbi dicit. Hoc esset in minori parte, scilicet à casu, ideſt ex quo inuenitur in paucioribus: & etiam non est à sua causa determinata. à qua prouenit in maiori parte. Item quasi immediatè. vbi dicit. Et etiam si ita esset. Nota q hoc potest esse vnum inconuenientium, & potest esse ratio per se. Item in eodem commento. vbi respondendo dicit, dicamus ad hoc quòd ista &c. de hoc vide Commentum. 32. Duodecimo Metaphysicæ. & in secunda quæstione mea de primo motore. & in sua Meta. versus finem. Item in eodem commento. vbi probat Commentator. q impossibile est hominé generari ex non homine, seu ex non semine hominis, & sanguine menstruo, vt etiam voluit Philosophus Libro de Generatione. propter quod possit generationem procedere in infinitum, eo modo quo illic declaratum est. Nota q intentio Commentatoris hic est declarare, q nulla eadem species, sine animaliũ, siue aliorum de mistis completis, vt de Plantis & similibus potest generare ex seminibus proprijs illius speciei, & ea putrefactione, & sua ratio prima est hæc, homo qui generatur ex semine & ex putrefactione, esset æquiuoce homo. & hoc probat sic. nam formæ diuersæ propriæ requirunt materias diuersas & proprias & hoc non solũ verum est de materia compositionis, sed etiam de materia alterationis, vt declarabitur, verum tamen est, q in quibuldam formis materia alterationis non oportet esse eiuldem speciei respectu cuiuslibet formæ secundum speciem seu diuersæ respectu diuersarum formarum, vt in formis, quæ non requirunt ad hoc vt possint produci ex materia dispositiones seu præparationes præcedentes in eorum materia propinqua, ex qua debent generari verbi gratia, vt elementa, non tamen dico q elementa non requirunt qualitates proprias. in quibuldam autem propter materiam & potentiã eius requiruntur præparationes & dispositiones in materia ad hoc quod fiat consequens vt sit materia alterationis propinqua eorum. verbi gratia in sanguine menstruo, qui est materia alterationis embryonis, sunt multæ præparationes præcedentes. verbi gratia, forma elementorum vel formæ mistí vel forma panis seu cibi, & forma sanguinis. Vnde ex homine mortuo non fit homo viuus, vt dicit Philosophus in Meta. expresse. neq; ex equo mortuo equus viuus, & siue istæ præparationes remaneãt omnes, siue quædam, siue noe, nõ curo. Quædam tamen de necessitate remanent in materia compositionis, & si non omnino secundum vnum gradum secundum aham: quia sufficit ad præsens, quod est necessarium, vt præcedant illæ præparationes. Quod autem formæ propriæ requirunt materias proprias, vt dictum est, manifestum est. nam si hoc non esset, quodlibet generaretur ex quolibet: & homine viuus ex homo mortuo, & sic entia non essent propria & determinata. & tunc etiam materiæ propriæ essent superfluæ & ociosæ, ex quo posset ex alia materia non eiusdem speciei generari. Vnde, si possibile esset hominem generari ex putrefactione, natura non produxisset tot instrumenta, & tot præparationes pro generatione hominis seu alterius animalis. Vnde vt dicit Commentator de mente Arist. 1. de Anima, q membra leonis non differunt a membris cerui, nisi quia anima differt ab anima. Vult ergo formam propriam & determinatam habere materiam propriã & determinatam Verum tamen est, q hoc magis intelligitur de materia compositionis: & hoc totum est quasi per se notum apud Philosophos bene dispositos, non apud stultos tantum verba dicentes & non considerantes quod dicunt: & vtrum id quod dicunt sit conforme rebus sensatis vel non. Arguatur igitur sic materię diuersæ secundum speciem habent formas diuersas, secundum q habent materiam diuersam specie, & forma alterius speciei est alterius speciei ab illo, quod non habet talem materiam & talem formam. ergo animal generatum à putrefactione non est eiusdem speciei cũ eo quod generatur à seminibus parentum. neque obstat illud quod quidam dicunt, q materia ex qua generatur embryo in matrice est similis illi, ea qua generatur per putrefactionem. nam secundum hoc teneretur quæstio. nam, si illæ materiæ sunt eiusdem speciei, ergo & formæ quas tunc habent, sunt eiusdem speciei: & si sic extra corpus animalis esset sanguis in illa materia putrefactibili ex qua generatur illud animal, quod est eiusdem speciei cũ eo quod generatur ex sanguine menstruo in matrice. & si hoc sit ita, ergo etiam in illa materia fuit forma cibi seu panis, verbi gratia. Sicut hoc est in sanguine quod generatur ex cibo, & totum hoc est extra intellectum. Neque valet quidam dicũt. q virtutes cœlestes faciunt has materias esse similes nam illę virtutes non sunt causæ totales: & ipsæ etiã sunt diuersæ in materijs diuersis, aliter quodlibet fieret ex quolibet, vt dictum est. Neq; valet quod aliqui dicunt ignis factus ex igne, & factus per motum sunt eiusdem speciei. hæc enim est alia quæstio & est, an aliquid possit produci ab agente eiusdem speciei, & alterius speciei. & ista quæstio est diuersa à quæstione nostra, & soluta est intelligentibus verba Commentatoris in multis locis & ego iam declaraui hoc in declaratione libelli de Substantia Orbis. & si velint dicere, q, si aliquid quod producitur ex diuersis agentibus est eiusdem speciei. ergo aliquid quod producitur ex diuersis materijs est eiusdem speciei. dico, q hoc, vt dicunt, concesso, verum est in eis quæ non requirunt materias prædispositas seu prius præparatas, ideſt materias alterationis, vt elementa. quorum quodlibet potest generari ex quolibet: & de hoc non oportet ad præsens plus dicere. secunda ratio sua est tunc homo generatus à putrefactione esset generatus à casu, vt ipse hic deducit: & videtur q declaratio sua fundatur in hoc, q illud quod fit in minori parte, est à casu, quod sic intelligitur. Si est aliquod de cuius natura est vt generetur semper hoc modo, vt est homo & alia animalia & causæ suæ generationis sunt: & tamen illud non generatur alio modo ab eo quo semper generatur, nisi raro & in minori parte temporis & subiecti, hoc non est nisi casu. & hoc videtur notum & in comple rationem. Præterea confirmatur hoc totum nam, si aliqua fœmella an malis non potest generare ea te, sed oportet q coniungatur eum masculo, in cuius semine est virtus informatiua ,ppria ergo à fortuito in materia quæ non est ita disposita, & ita propinqua generationi animalis hoc non potest fieri. Præterea non esset habitudo essentialis in causis materialibus & agẽtibus: & totum hoc est contra doctrinam Peripateticorum, & cõtra sensum & intellectũ. immo causę materiales essent quasi infinitæ, vt dicit Cõmentator. quamuis. n. causa agente posita, & similiter materiali non ponitur de necessitate effectus, tamen cum effectus est de necessitate, fuit à tali agente, & materiali. Nota tamen, q Cõm. in libro de Animalibus dicit, q mures generati ex putrefactione non sunt eiusdem speciei cum eis, qui generantur ex propagatione: quamis assimilentur in accidentibus apparẽtibus, & in quibusdam operationibus. non enim habemus mures in manibus ita vt possimus cognoscere operationes eorum proprias: neque illud quod dicitur de plantis, scilicet q quædam earum generatur non ex semine, neque ex arbore habente semen: & postea producitur semen ab eis, non est dictum ab Arist. in suo de Plantis, immo oppositum videtur dicere dicẽs, quædam arbores plantatæ quædam ex semine, quædam autem per se: & non ponit q illæ, quæ per se producuntur, producunt semen. Et si hoc est verum vt dicunt, hoc non esset nisi quia in illo semine est materia propria, & virtus ,ppria producens aliam plantam similem, non tamen omnino eiusdem speciei. Sed vere nescio quomodo hoc sciuerunt nisi forte per Propheram. Si illud enim facit semen, quomodo scierunt quòd non fuit illic ante aliquod tale semen? per infinitas enim quasi vias contingit fuisse illic semen tamen, quamuis non viderunt illic ante talem plantam. simili modo dicendum est, si illa secunda planta fit per plantationem. contingit enim aliquem ramum talis plantæ fuisse illic productum, ex quo facta fuit illa planta, quę illic primo visa est, vt in multis contingit: & voluerialiter scire hoc, quod dicunt, est valde difficile: & dato, quòd esset ita, forte non est

signum

signum sufficiens ad probandum id quod intenditur. possumus enim dicere, q̃ ex illa herba genita sine semine fit quędam pars, quæ est quasi semen, ita q̃ illa pars generatur, cum ponitur in terra similis herba in specie per viam putrefactionis, & non aliter. Sed dices, quomodo possum cognoscere si res generatur p̃ putrefactionem vel per propagationem, adhuc facilis est responsio, & tu responde. Non tamen q̃ air Commentator & Philosophus in principio. 17. de Animalibus ponunt, q̃ animal geritum ex putrefactione aliquando generat aliud non eiusdem speciei, & in ipso non inuenitur masculus & fœmina: &, si sint, tamen q̃ ipsis generetur est alterius speciei, & tandem desinit generatio huius, & nunquam generat similem sibi in specie. & forte simile huius quod dixit hic Commentator possimus dicere in plantis, vt dixi. & tu intellige bene omnia dicta Auctoris non superficialiter, vt quidam diminuti Philosophi, imo magis historiographi: & de hoc nolo plus prolongare sermonem. Manifestum est enim sensu, q̃ illa, quæ generantur per putrefactionem, habent materias propinquas proprias, vt dicit Commentator de vespibus, & de quibuldam aliis animalibus gentis ex putrefactione. Et respondere dicta quorundam in quibuldam rebus contra Commentatorem loquentium, stultum est. Sed dominatio tua loquendo in hac materia facit contra hoc motiuum efficax. d. q̃ sicut cibi nó sunt eiusdem speciei, ex his tamen generatur sanguis, ita ex diuersis materijs posset generare animal idē secundum speciem. Confirmatur sic nam possibile est vt materia generationis habeat magnam latitudinem; ita cum non sit species specialissima. potest igitur esse q̃ ea nilis materijs diuersis specie, conuenientibus tamen in ratione communi propinqua possit generari animal idem specie Et quamuis hæc vere magnam habeant euidentiam, tamen ad præsens respondeo, q̃ cibus in eo quod cibus cōueniens est respectu vnius speciei est vnius speciei: quamuis enim nutrientia seu cibi sint diuersæ species in se, non tamen vt nutricabile respectu speciei determinatæ. nam omne dulce in eo q̃ dulce est tantum nutriens respectu hominis: & in eo q̃ dulce est vnius speciei, Secundo dico, q̃ quamuis cibi sint diuersi specie, cōuenient tamen in vna ratione propinqua communi. Vnde & sanguis genitus ex eis magnam habet latitudinem, & maximè, quia dicitur esse quasi appropriatus elemento actis. Latitudo tamen eius est omnino extra latitudinem materiæ putrefactæ, vt quasi notum est naturæ: in eis apparet aliquid per quod possumus dicere quod conueniunt in ratione communi propinqua. Quamuis ergo materia generationis alicuius animalis non sit eadem specie specialissima, tamen est eadē de necessitate secundum rationem communem propinquam. Hoc autem non inuenitur inter materiam putrefactam ex qua generatur animal per putrefactionem, & semen seu sanguinem menstruum, ex quo generatur animal per propagationem. Et hoc supponunt Philosophi tanquam per se notum. Præterea. Si materia putrefacta & sanguis menstruus conueniunt in ratione communi propinqua, & per hanc rationem possit generari animal ex his, Tunc animal genitum in matrice ex sanguine menstruo non generaretur ex eo secundum q̃ est sanguis, nec illud quod generatur ex materia putrefacta generatur ex ea secundum q̃ putrefacta: quę ambo videntur impossibilia. Et hoc tamen sequitur dicendo, q̃ hæc materia habet rationem cōmunem propinquam, secundum quam generantur illa animalia. Ad confirmationem patet per dicta. Ipsa enim supponit, q̃ materia putrefacta, & sanguis menstruus conueniunt in vna ratione communi propinqua: quod videtur esse impossibile. Et nos videmus, ex sanguine menstruo seu sibi proportionali a fine seu alterius animalis non generatur homo, nec etiam h esset proiectum illic ipsa ma vim: & quamis membra aliqualiter forte assimilari possunt, non tamen illic potest esse forma humana, vt bene declarauit Philosophus & Cōm. in Libro de Animalibus. & à fortiori ex materia putrefacta vbi non est materia ita propinqua, nec agens proprium particulare, vt in talibus requiritur, vt ex ipsa patet: & hæc ad præsens mihi occurrunt: & si postea meliora apparebunt, dicam: credo tamē quod hæc

Comm. 48. insistunt in cōm 48. vbi dicit, & in bene scia &c. Ibidem. n. ponitur prima ratio, quod instrumenta non inuenita per se. secunda autem ratio ponitur ibidem, & est quando sol. &c. In cōm 51. vbi dicit. Motus autem eius est accidentaliter, licet sit indiuisibilis, id est per se: quia motor primus in eis est indiuisibilis secundum suam naturam, sic autem diuisibilis per subiectum: & vide commentum. 44. Comm 52.

Item in eodem commento vbi dicit. Verum autem omne &c. nota rationem quam ponit, per quam etiam probatur, q̃ primus motor non est virtus in corpore. Item in eodem commento vbi dicit. Quoniam cum verificatum fuerit ex hoc q̃ nimis motum ex se, quod quiescit quandoque & mouetur quandoque mouetur ab ex trinseco, & si non vel semper quiesceret vel semper moueretur, Et vide in hoc summa. Cum autē parum potest dici, nihil esse extra ipsum, quod a quo mouetur. In fine commenti cum dicit cum demonstratione præmissa, i. hic, cum autē dicit aliam demonstrationem à prædicta, i. in capitulo primo. In commento 53. vbi dicit, Et potest intelligi ex hoc termone, q̃ est demonstratio per se. Nota q̃ fortasse sic, omnis motor mouetur ex se, qui non mouetur, i. per se, qui quandoque mouet, & quandoque non mouetur per accidens: primus motor nullo modo mouetur: ergo. Item in eodem commento versus finem commenti. vbi dicit. Et est, quia subiectum eius mouetur ab alio. Supple, quia propter hoc apparet quod ille motor intendit motum primi, & ordinatur ad primum motorem; & aliquo modo quasi mouetur ab ipso tanquam à duce. & per hoc soluuntur multa dubia Ioannis de Ianduno, & aliorum. In commento. 57. vbi dicit. omne enim generabile est augmentabile, i. propriè, vel impropriè. In commento 58. vbi dicit Omne enim posterius, scilicet in generabili ex rebus, quibus perficitur est prius in natura, idest magis perfectum. In commento. 62. vbi probat Commentator, q̃ res naturales habent magnitudines terminatas, & ad huc ponit duas rationes: prima ibi. Sic. n. magnitudines rerum, secunda ibi. Manifestum est per se quoniam, & circa hoc vide commentum 44 huius. & commentum. 36 primi. In eodem cōmento vbi dicit. cum sint de contrario in contrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, i. quia distantia infinita non potest esse inter contraria: esset enim finita. contraria enim sunt fines. Vide commentum. 91. Sexti. Item post hoc vbi dicit. Et antequam moueatur, id est situ motu. Item in eodem commento vbi dicit & omne quod est in actu, est quiescens necessario: quoniam, si moueretur esset in potentia &c. Circa hoc considera, quia instans est in potentia tantum. & ideo hæc ratio est demonstrativa. hic vide commenta quæ sequuntur, & commentum. 76. Sexti, & Burleus non bene dicit: quia cōtrarium, quod est approximatum, non approximatur in instanti. vide tamen cōmentum. 33. & ea, quæ ibi notauit & habebis veram solutionem. Idem in eodem commento, vbi dicit. Et illa demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem modo, q̃ mouetur duobus motibus contrarijs habentibus principium & finē &c. Nota q̃ ex hoc forte patet solutio de saba proiecta contra molarem descendentem & similibus. faba enim non habet motum perfectum ad quem perueniat; quia antequam cōpleat motum in illa parte cogitur moueri ab alio, & considera quia hoc est propter impedimentum, s. q̃ non quiescit: quia antequam perficiat motum ad illam partem impeditur. Ratio autem Philosophi tantum probat de motu completo, s. quando mobile adest finis in actu, vt posit dicetur: & dato q̃ veniat ad finē, tñ non quiescit nisi quando non pellitur ab alio; quia in isto casu non omnino adest in actu & quomodocunque sit motus reflexus non est continuus, vt patet in littera ex hoc etiam patet, q̃ si approximatur corpori, quod calefit antequam compleat suum motum fugefactiuum, non est forte quies media: & vide ea: quæ notauit superius in commento 23. In cōmen. 64. vbi dicit. Et motus contrarij differunt secundum formam & naturam &c. Nota q̃ videtur hæc ratio concludi, dato q̃ continuantur hi motus secundum tempus. & vide commentum. 40. Quinti. & 72. huius Octaui. In commento. 65. vbi dicit. Et vnum punctum describi in actu, s. quem possumus designare. Item in eodem commento vbi dicit, & illud quod mouetur continuè impossibile est vt superponatur alicui &c. i. vt sit in aliqua magnitudine, siue describitur in actu aliquem punctum in instanti. instans enim non est in tempore nisi in potentia Comm 64. Comm 65.

tentia vt declaratum est in Sexto Libro in multis locis: & maxime cõm.76. scilicet ꝙ non est aliquod tustans indiuisibile, quod potest demonstrari siue aliquid in eo demõstrari. Vide cõmen.46 Sexti, & illa, quæ ibidem notaui. & si tu intelligis hoc recte & bene, demonstratio Philosophi erit firma, & cauillatio Burlei nulla. instans enim est in potẽtia extra animam, sicut punctus in continuo: immo minus vt declaratum est in quarto & in octauo & in sexto. Sed anima considerat ipsum continuare partes temporis, ac si esset in actu. Nam natura continui est talis, & intellectos intelligit in actu aliquod tale indiuisibile, extra animam tamen est in potentia, sicut dicitur de vniuersali: & si estra anima esset instans in actu siue indiuisibile, non potest aliquis verè euadere, quin continuum sit compositum ex indiuisibilibus: & hæc omnia possunt colligi à Commentatore hinc inde in Octauo, & in Quarto, & hic, & vide commentum. 80 Sexti. & vide commenta, quæ statim sequuntur, & finem huius commenti. Item in eodem commento vbi dicit. Quoniam impossibile est, vt motum sit in extremo magnitudi-

Comm.66. nis in actu. Io cõm.66. vbi dicit. Puncta autem, quæ sunt inter principium & finem magnitudinis, sunt in potẽtia, id est

Comm.68. non possunt demonstrari. In commento.68. vbi dicit. Pertranire autem medietates infinitas in potẽtia, secundum diuisionem per accidens, scilicet in partes proportionales, non secundum partes æquales: quia illæ sunt finitæ etiam in potentia, & considera bene eorum commentũm. Item in eodẽ commento vbi dicit. Quoniam continuatio motus est propter continuationem magnitudinis, quæ non diuidit magnitudinem in actu, scilicet sit, dum quieuit in medio siue in aliqua parte eius: tunc enim diuidit magnitudinẽ in actu. Cum autem non quieuit, diuidit iam in potentia tantum, quia non designat aliquem punctum in actu, vt dictum est: & vide etiam commentum. 101. quarti. Item in eodem cõmento vbi dicit. Tunc sequitur etiam si medietates sunt infinitæ ꝙ motum nunquam perueniat ad extremum magnitudinis, scilicet si motum pertranhr infinitas medietates quomodocunque fiat, nunquam perueniet ad extremum, sed peroeniet: ergo hæc diuisio consumit magnitudinem. & illam

Comm 75. deductionem intendit hic Cõmentator, & ad illam respon-der. In commento.75. vbi dicit. Secunda est, ꝙ omnia, quorum vnum est dimiourum, reliquum perfectum, scilicet in illo ge-

Comm.76. nere. verbi gratia in genere motus localis. In commento. 76. vbi dicit. Omnis enim punctus imaginatus. vide quomo-

Comm.78. do dicit imaginatus, & non dicit punctus tantum. In commento.78. vbi Philosophus & commentator volunt probare, ꝙ motor primus non est in potentia. Nota ꝙ hæc demonstratio, quomodocunq; intelligatur infinitum, est demonstratio vera. Si enim intelligeretur infinitum in motione, verbi gratia, vt moueat in instanti, quod vocant modernι infiniti vigoris intensiuè, aut ꝙ moueat corpus infinitum, de necessitate mouet in tempore infinito: hoc tamen rectè intellige. & si monet in tempore infinito mouet in instanti, hoc est virtus in materia: & similiter è conuerso. hæc enim duo cõuertuntur in virtute corporea: & manifestum est, & etiam declarabitur, ꝙ nulla virtus infinita intensiuè est in corpore, nisi in corpore infinito, si tale esset possibile esse: & vide commentum. 80. & ideo dicit Philosophus, ꝙ hæc tria. scilicet motor, qui est virtus in materia, & motum, & tempus, in quo est motus: sunt æqualia, scilicet vel ꝙ omnia finita, vel ꝙ omnia infinita. & ideo non distinxit hic Commentator inuentum. nam non indigebat hoc: & ideo ẽt ex quo non est virtus infinita in corpore, nisi corpus sit infinitum, nam magnitudo virtutis sequitur magnitudinem corporis cæteris paribus. Sequitur ergo, ꝙ si sit aliquod corpus, quod mouetur à motore, qui est virtus in corpore, in tempore infinito, ꝙ pars illius mouebitur in tempore minori à parte motoris, quæ est in ipso: minus autem infinito est finitum: ergo pars mouetur in minori tempore quam sit tempus in quo mouetur totum. & vniuersaliter virtus infinita, quę est in aliquo corpore, illud quod est ea ipsa in tempore illius corporis, est virtus minor. & vide commentum. 81. & intelligo hic per virtutem infinitam, infinitam intẽsiuè. minor autem virtus non potest mouere per tantum tempus: & nota. ne, ꝙ si sit in corpore aliqua virtus finita intensiue, non potest mouere nisi in tempore finito: & si mouet in tempore infinito ipsa est infinita, intensiuè: & similiter: si in corpore sit virtus infinita intensiuè, mouet in tempore infinito: & si in ipso sit virtus finita intensiuè, mouet per tempus finitum tantum. Et per hoc completur hæc demonstratio. & vide in commento sequenti in dubitationibus, & vt uersatur magnitudo virtutis formæ corporalis, & parititas eius secundum magnitudinem corporis, in quo est illa forma, & paruitatem eius. quod si est magnum, virtus, quæ est in ipso, est magna: & si est paruum, virtus quæ est in ipso est paruа: comparando ad vnam formam, quæ est in vno corpore: & ideo si virtus seu potẽtia totius formæ sufficit mouere, pars illius formæ non potest mouere in tempore æquali tempori, per quod mouet tota forma & potentia: & ideo hæc conclusio cum propositione, quæ declarabitur, cõcludit intentum, si non cecidit error in propositione dicente, quod maius est, mouet in tempore longiori. Et nota etiam, si vnus gradus virtutis (verbi gratia) existentis in materia sufficit mouere aliquod corpus per centum annos, medietas illius potentiæ, si potest mouere per plus quàm per quinquaginta annos, & tunc corrumpitur. Et tempus durationis potentiæ sequitur fortitudinem potentiæ, ꝙ si sit fortior, tempus durationis est longius, si cætera fiat paria, verbi gratia corrumpeoda & reliquæ dispositiones. Nam illud, quod habet vnum gradum potentiæ resistit contra transmutantem per duplum tempus, quàm resistit habẽs medium gradum, & ideo secundum istum modũ, si pars potentiæ sufficit mouere per tempus finitum tantum, tota virtus finita mouet per tempus finitum tantum. Et ex hoc patet ꝙ latini non recte intellexerunt hanc demonstrationem, & considera bene dicta Commentatoris, & propositionem dicentem. Quod maius est, mouet tempore longiori, & considera etiam illa, quæ dicta sunt à Commentatore in illa parte de Substantia Orbis quam traduxi, si fortè hoc quod diai de hoc non sufficit. Item in eodem commento vbi dicit. Sed notandum est, ꝙ propositiones conditionales. Circa hoc vide commentum. 94 44. quarti. Item in eodem commento vbi dicit. Amplius cum omne compositum, vt videtur mihi ex isto loco potest fieri ratio fortis ad declarãdum, quod omnis virtus in corpore est finita. Item in eodem commento vbi dicit, Quod enim denudatum est a cõpositione & factum esse &c. Vult dicere ꝙ Philosophus igitur peruenit ad suum intentum, scilicet ꝙ primus motor est separatus: & bene considera, quia ex hac ratione etiam declaratur, quod corpus cœleste est simplex, quia non est in ipso potentia ad diuisibilitatem, neque entruptionem: & ergo motor est separatus à materia. nam cum sit positum ꝙ corpus cœleste est simplex & motor est alius a moto, vt declaratum est in septimo & in octauo. Sequitur, ꝙ motor cœli est abstractus à materia, non virtus existens in materia. In commento.79. vbi dicit. Cum enim habuit ꝙ omnis potentia corporis est finita, id est intensiuè, quamuis vnum consequitur reliquum, vt dictum est. Item in eodem loco quasi immediatè vbi dicit. & adinuenit huic propositionem. quam uius probauit, scilicet ꝙ habens potentiam finitam & cetera intensiuè quando existit illa forma in corpore, cuius formæ est potentia finita, potest etiam hęc ratio intelligi de infinito secundum durationem. Sed tunc oportet supponere, ꝙ finitum intensiuè, cum est in corpore, est finitum secundum durationem. Infinitum enim secundum, cum est in corpore, & potest resistere corrumpentibus in infinitum, est infinitæ virtutis intensiuæ, vt dicit Burleus de hoc & bene. Præterea virtus corporea est in potentia, vt corrumpatur cum sit compositum, nullum autem in quo est potentia ad non esse perpetuatur: & bene considera, quia vt octaui, ista conuertuntur in potẽtia materialium. Item in eodem commento, vbi dicit. Potest enim hic hic motor habet actionem infinitam, scilicet in tempore. Deinde cum dicit. Omne autem corpus, aut potentia in corpore non habet infinitam actionẽ, id est intensiuè, secundum quod declarabo in fine commenti. Item in illa parte, 10 qua dicit Commentator. Vtrum contineat corpus cœleste aut non &c. Considera hic quomodo accipit infinitũ indistinctè, & accipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex altero.

Item in eodem commento. vbi dicit. Nos autem dicimus ex vi verborum Aristo. &c. Nota ꝙ videtur ꝙ tua soluno stat in hoc, quòd si esset compositum corpus cœleste, virtus

eius

eins esset finita. sed quia non est compositum, non est ita. Nam propositio dicens, omne corpus habet virtutem finitam, est vera in corpore composito ex omnibus, quod est semper finitæ potentiæ, & generabile & corruptibile. In fine autem de Substantia Orbis aliter respondet & melius, vt dicam: quamois fortè ambæ solutiones coincidant. Item in eodem commento vbi dicit. Tanto tempus, in quo suscipit motionem à suo motore, erit maius, idest quia maior virtus est in maiori corpore cæteris paribus. Item in eodem commento vbi dicit. Omnia corpora cœlestia excedunt le. Nota quod hic quasi innuit aliam responsionem ad hanc quæstionem, & est etiam bona. Item in eodem cõmento circa illam rationem, quæ ponitur ibidem, nota, q̃ secundum sua principia & secundum illa, quæ dicta sunt, possumus etiam respondere illo modo. Nam demonstratio, quæ iam dicta est sic respondetur. Omnis virtus in corpore est finita intensiuè, & virtus corporea finita intensiuè non potest mouere in tempore infinito. ergo motus infinito non potest esse à virtute in corpore, sed a separata materia. Prima propositio declaratiua est: nam, si esset infinita intensiuè, moueret in instanti: quamuis etiam ipsa sit vera, si intelligatur definitio definito in tempore: nam virtus corporea, quæ est formæ materialis, non durat in infinitum. Sed cum motor est immaterialis, non sequitur dubitatio. nam tuo dico q̃ illa potẽtia etiam est finita intensiuè, non tñ ois virtus finita intensiuè est finita in tempore, seu in duratione. Sed hoc est vnũ in virtute finita corporea tantum: nam in ipso inuenitur potentia ad corruptionem, & ideo nõ sequitur in abstracto mouere in instanti. Et vide in quæstionibus meis de Primo motore, quomodo declarauí hãc suam rationem. Considera etiam quomodo intelligitur bene ex verbis eius, sicut dixi in commento 78 quod virtus finita intensiuè, quæ est in corpore, est infinita secundum durationem: & illa, quæ est finita secundum durationem, est finita intensiuè, & quæ est infinita in duratione est infinita intensiuè. hoc ideo virtute materiali ipse enim in multis locis in commento accipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex reliquo: in separato autem à materia nõ est ita, quia virtus sufficiens mouere per vnum diem sufficit mouere in infinitum, ea quo est omnino tantum immutabilis.

Tandem dico q̃ demonstratio Arist. est hæc Omnis virtus in corpore est finita: virtus primi motoris non est finita: ergo primus motor nõ est in corpore. Vel formatur sic, nulla virtus existens in corpore est infinita: quælibet virtus mouens in infinitum est infinita: ergo. Et secundum illum modum non solũ talis est de primo motore tantum, sed de omnibus motoribus corporum cœlestium. Quilibet enim corporis cœlestis est motor proprius: & hoc scitur ex diuersitate proportionum, quæ sunt inter motores & mota, & ex diuersitate motuum & diuersitate mobilium: ex quo enim isti motores sunt formæ & animæ corporum cœlestium, vt declaratum est in aliis locis: & corpora diuersa talium secundum prius & posterius debent habere formas diuersas: oportet enim vt sit connexio & habitudo naturalis & essentialis inter animam & corpus: nõ o. quælibet forma potest esse forma cuiuslibet corporis & maximè, quia isti motus sequũtur naturas motorum, & sunt operationes eorum propriæ: quamois naturæ eorum sint cognoscibiles, vt dictũ est alibi: manifestum est ergo q̃ suot diuersi iocorporei. & hoc supponit Philosophus in Meta. vt scitur ibidem: propositio tamẽ sua dicens, q̃ finitum & infinitum dicuntur de corpore, & de corporeo tantum: sed de corporeo & de eo quod nõ est vitios in corpore non dicitur hoc verè, nisi metaphoricè, vel aliquo modo est vera. Prima propositio est vera quomodocunque intelligatur finitas. nam si finitas intelligatur intensiuè, manifestum est q̃ vera, vt declaratum est per multa media: & maximè, quia moueret in instanti si esset infinita intensiuè. extensiuè etiam vel secundum durationem est vera. hoc enim sequitur à primo. Si enim esset infinita secundum durationem infinita intensiuè, vt dictum est: & ideo indistinctè accepit eam. Ad propositum tamẽ accipitur pro finitate secundum durationem. Philosophus tamen ad remouendum cauillationem, quam quis posset facere contrà ipsum dicendo, q̃ virtus corporea est finita secundo duratiuoem, quando est finita intensiuè. sed ego pono eam infinitam intensiuè: & ideo potest mouere in infinitum. Philosophus igitur eradicat hanc responsionẽ probando hanc responsionem: quæ potest fieri, esse impossibilem: nam nulla virtus existens in corpore finito potest esse infinita intensiuè, & ideo Philosophus probauit hic propositionem isto modo. Et cum adiungatur huic, q̃ nullum corpus est infinitum in actu, est manifestum q̃ nulla virtus in corpore est infinita intensiuè. Vnde sciendum est q̃ hæc conditionalis est vera. Si aliqua virtus materialis est infinita secundum durationem, ipsa est infinita intensiuè: vel quia quælibet virtus materialis habet contrarium corrumpens & ideo, si potest in infinitum resistere, oportet q̃ sit infinita intensiuè. vel dicit quidã latinus, vel quia forma existens in materia dans ei esse, oportet de necessitate q̃ in illa materia fit potentia contrariorum, & quod in natura illius materiæ sit potentia & priuatio. Et ideo oportet de necessitate, q̃ sit vel q̃ potest esse aliquod contrarium seu corrumpens: & si non, materia non esset in potentia: quod est contra positum: ex quo ergo non corrumpitur est infinita virtutis intensiuè, vel Philosophus voluit destruere consequens huius conditionalis, vt concludat oppositum arguendo. Si aliqua virtus materialis est infinita extensiuè, ipsa est infinita intensiuè: sed impossibile est ipsam esse infinitam intensiuè, vt probat demonstratio Philosophi: ergo & hæc videtur magis esse intentio Commentatoris in de Substantia Orbis. Et ad maiorem declarationem dicn q̃ de corpore cœlesti duæ fuerunt opiniones. Vna est Auicen quam habuit à Platone. Auic. posuit cœlum esse compositum ex materia huius naturæ, cum materia istorum inferiorum & ex forma dante sibi esse, per q̃ constituitur & fit ens in actu: & ipse concedit cœlum esse corruptibile. Sed tamen perpetuatur à motore separato. Contra quod fuit demonstrationes Arist. in Lib. Cœli. illic enim probatum est, quod cœlum non habet contrarium: ergo neque subiectuo ideo potentia, vt dictum est: quia, si potentia actiua non potest esse, nec potentia passiua potentia passiua potest esse. & idem, si in materia cœli est potentia & priuatio, sicut in materia istorum inferiorum, de necessitate oportet q̃ hic sit contrarium & quòd cœlum corrumpatur. Præterea declaratum est à Philosopho in illo Libro perfectè, q̃ nullum corruptibile potest perpetuari ab alio, & hoc videtur quasi per se notum: quia hoc nihil aliud est quàm dicere vnam naturam mutari in aliam nisi ea enim corruptibilis & æterni sunt naturæ valde diuersæ non cum communicantes etiam in genere. Vnde dicere aliquid esse corruptibile & ipsum esse perpetuum est dicere ipsum esse naturæ corruptibilem & non corruptibilem. Quando enim propria alicuius naturæ inueniuntur in aliquo, tuoc iudicamus illud esse illius naturæ. Si ergo æternitas seu perpetuitas sit in aliquo, illud de necessitate habet naturã æterni, aliter non esset hic natura propriæ & determinatæ, & consequentia propria & determinata. Posset enim quis dicere secundum hoc, q̃ accidentia propria ignis vel alterius formæ sunt in aliquo, & tamen illud non est illius naturæ, & sic destrueretur scientia. Nos enim cognoscimus naturas esse diuersas per operationes & proprias diuersas. Perpetuitas autem seu æternitas, i. duratio in infinitum saltem sequitur de necessitate & propriè naturam æternã. secunda autem fuit Auempace ponentis in cœlo esse materiam, & ipsum esse compositum ex materia & forma dante sibi esse: Illa tamen materia est alterius naturæ, ita q̃ in illa materia non est potentia ad transmutationem substantialem, nec ad alterationem. Et dicit, q̃ hoc compositum non est corruptibile, sed tantum compositum, quod est materia horum inferiorum. Et hæc positio etiam omnino est falsa & impossibilis, primo enim hoc dictum videtur esse voluntariè dictum. nos enim non peruenimus ad compositionem, & ad naturam materiæ, nisi per istas mutationem in substantia: ex quo ergo hic non est transmutatio neque natura transmutabilis quomodo possumus scire illic esse materiam? Si enim nõ esset transmutatio in rebus, nos diceremus quod liberum est vnum, i. habere vnam naturam, sicut ipsum est vnum in actu. Et à fortiori patet, q̃ nullam habemus vism ad cognoscendum materiam in qua non est potentia. Præterea hoc est dicere contradictoria sine consideratione. Nã in quo non est potentia ad contradictoria in eo non est potentia.

tentia potentia enim non est nisi ad contradictoria, nisi esset potentia æquiuoce dicta: & si non est ipsa potentia, tunc natura eius est nulla rei actualis: & ergo non recipit formam dantem ei esse. nam hæc consequentia est bona omnino, non est in ipso potentia ad contradictoria: ergo nõ est in ipso potentia Non est in eo potentia in sua natura: ergo est ens aliquod in actu. & non recipit esse actuale à forma. Materia enim existens in actu secũdum suam naturam non recipit formam dantem ei esse actuale Ex duobus enim in actu non fit vnum verè compositum: & ego verè non intelligo qũo forma dat esse in actu materiæ cœli sicut reliquæ formæ ex quo non est in natura illius materiæ potentia neq; privatio: & ideo ex hac positione verè sequitur positio Auerrois. Si. n. illa natura, est natura in qua non est potentia neq; priuatio, tunc illa est ens in actu: & in hoc assimilatur formæ: quamuis sit in potentia ad motum localem vt declarauit Commentator: & habet formam per quam monetur non dantem ei esse: & hæc est positio Auerrois. nam Auer. ponit cœlum esse subiectum in actu existens ex se, non per formam dantem ei esse: & est quasi medium inter formam & materiam. Est enim simile formæ, quia non est in potentia nec est in eo priuatio, neq; recipit esse à forma, sed est ex se existens in actu, vt dictum est: non tamen in actu omnino perfecto, nisi per suam formam separatam, vt dictum est alibi: est autem nullæ materię aliquo modo: nam ipsum est in potentia ad motum circularem & etiam est individuum demonstratum, & ens demõstratum in actu, & habens vnã figuram in actu, & omnia ista sunt in corpore per materiam & sunt in materia propter formam. In hoc tamen corpore non sunt propter formam dantem esse, sed propter motorem separatum: vnde corpus cœleste, & omnes eius dispositiones sunt propter mototem, qui motor præcedit dimensiones in illomet subiecto seu materia. non enim illic sunt dimensiones indeterminatæ in potentia, neque forma recipitur illis mediantibus, sed sunt tantum determinatæ: quas habent illa corpora: secundum suas naturas: hoc tamen habent propter formas eorum separatas, neq; illa corpora cœlestia sunt individuũ vnius speciei, sed sicut individua. nam illa non componuntur verè ea genere & differẽtia, sed sunt tantum determinata & huiusmodi: & sunt diuersa inter se secundum suas naturas, & secundum naturas motorum ipsorum Sunt tamen diuersa individua secundum prius & posterius sicut & eorum motores. similiter hoc nomen individuum non dicitur vniuoce de istis, & de inferioribus, vnde, vt dicit Commentator, potentia habet gradus. hæc igitur corpora non sunt neque formæ neque materiæ propriè dictæ, neque compositum ex materia & forma. sed est quædam substantia corporea, i. quanta, quæ magis debet dici subiectum, quàm materia & ideo hæc corpora cœlestia non sunt abstracta, neque formę & sunt individua eo modo quo dictum est. Et ex illis, si quis habet intellectum bene dispositum potest videre defectum cauillationum latinorum circa hæc. hæc tamen omnia perfectè declarabo in libello de Substantia Orbis Deo volente. Quantitas tamen horũ corporum dicitur vel æquiuoce, vel secundum prius & posterius cum quantitate illorum corporũ generabilium & corruptibilium: sicut & substantia istorum cum substantijs generabilium & corruptibilium, & formæ illorum cum formis illorum. vnde credendum est quod sicut forma illius corporis nobilior est formis illorum inferiorum, & alterius naturæ, ita & materia seu subiectum illius animalis cœlestis, & accidentia sequentia naturam illius, & maximè cum sit primum motum ex se, & causæ omnium illorum inferiorum. Causæ enim intrinsecæ aterni, & generabilis & corruptibilis non est eiusdem generis: nec æternum & corruptibile ingrediuntur sub vno genere vniuoco, & ideo Auempace concedit positionẽ Auerrois non considerandũ. Præterea contra ambas opiniones est illud quod declaratum est sæpe, ꝙ omne cõpositum ex materia & forma dat ei esse, vel ex forma generica & forma specifica, ex quo vnale habet vt materia, reliqua vt forma est verè factum: & hoc probatum est in quæstionibus meis de vnitate intellectus per rationes Philosophorum, quas nullus bene dispositus negare potest secundum doctrinam Philosophorum. Præterea Philosophus probauit hoc idem in 13. Metaphysicæ, hoc modo. Ibidem enim determinat hanc quæstionem, scilicet, Vtrum res æternæ sint cõpositæ, seu esse possint ex elementis: & capit hic elementa pro materia & forma, & arguit sic. omne constitutum ex elementis est compositum: omne compositum cõponitur ex rebus in quarum natura est potentia componi. ex eis, i. ꝙ sunt possibilia ad recipiendum compositionem: & hoc videtur certum. nam in natura componentium, vt componentium huiusmodi intelligitur verè potentialis, & omne, in cuius causis est potentialitas, ad hoc vt illud fit, ipsum est possibile esse in vno tempore, & non est in alio: & cum declaratum est, ꝙ in rebus æternis non est in eis possibilitas non esse: ergo nulla res æterna est composita tali compositione: & ideo omne compositum est verè factum: verè autem factum non potest esse æternum à parte ante, & à parte post, & á fortiori primum motum Præterea sequeretur, ꝙ demonstratio Arist. in hoc Octauo esset nulla, & maximè secundum Auempa nam ipse ponit cœlum esse cõpositum & æternum, non factum, neq; in sua natura est corruptibilitas. possum ergo dicere, quod illa forma materialis mouet in æternum. secundum autem Auic forsè hoc non sequitur, quia quamuis ipse dicat cœlum esse compositum, ponit ipsum esse corruptibile secundum suam naturam: sed tamen dicit ipsum perpetuatum à forma separata. Dicentes autem ꝙ ratio Philosophi in hoc principio fundatur, ſ ꝙ Deus est infiniti vigoris intensiuè, & ꝙ nulla virtus materialis est infinita intensiuè, vt quidam Latini, nihil dicunt. Maximum. n. inconueniens est dicere Arist. volendo demonstrare aliquid in declaratione illius quod Philosophi credunt, & demonstrasset oppositum, vel saltem illud quod est magis dubitabile cõclusionem: immo videtur ꝙ hoc non possumus concedere, nisi supponendo ipsum esse separatum. Præterea secundum opinionem illius nulla esset ratio ad probandum primum motorem esse separatum. possumus. n. dicere ꝙ hæc virtus est materialis, & est infinita intensiuè, & cognoscitiua: & tamen non monet in instanti, quia non vult, vel quia passum non potest recipere actionem, sicut dicit ipse, quod quamuis sit Deus infiniti vigoris intensiuè, tamen nõ mouet in instanti: quia non vult, vel per aliam causam, quæ placet ei; & ideo hoc dictum destruit demonstrationem Philosophi. Præterea illud quod dicit, ꝙ potest mouere in instanti, tamen non vult: non est intelligibile apud Philosophos. Quæro. n. Philosophi, si posset, ponatur in esse: Item quærunt, vtrum possit velle: & si potest velle, ponatur in esse: & si non potest velle, ergo nullo potest. distinctiones autem quibus isti respondere credunt, nullæ sunt apud scientes secũdum Philosophiam, sed non oportet de omnibus imaginationibus curam habere. Reliquæ autem rationes Philosophorum contra ista dicta, sunt dictæ per me in quæstionibus meis de vnitate intellectus, & primo motore. Ratio autem Ioannis Grammatici contra demonstrationem Aristotelis nulla est. ipse enim dicebat ꝙ virtus cœli, per quam cœlum durat in infinitum: est infinita secundum durationem: & tamen est in corpore finito. Et ideo apud ipsum, cœlum habet virtutem finitam, & est corruptibile. Vel oportet dicere, quòd demonstratio Arist. sit nulla & est ratio multum apparens, cum bene consideratur. nam si quis diceret ei ꝙ hæc virtus est finita intensiuè, infinita extensiuè ipse diceret similiter esse dicendum in demonstratione Arist. Et tunc ipsa esset nulla Responsio autem vera in hoc est illa, quam ponit Commentator in fine de Substantia Orbis: & hæc est in summa. Ioannes enim supponebat vnum falsum. Credebat enim cœlum durare in infinitum per virtutem additam ei, hoc autem non est verum. Est enim æternum & incorruptibile propter priuationem causarum corrumpentium. In sua enim natura non est potentia neque priuatio neque contrarietas. Et ideo ipsum secundum suam naturam est æternum per priuationem illarum causarum, non per virtutem additam. Illud ergo, super quod Aristoteles est sollicitatus in hac intentione, vt dicit Cõment commen. 41. Duodecimo Metaphysicæ, est, ꝙ omnis actio æqualis, (id est vniformis, infinita, semper æterna, necessario fit à potentia, cuius actio est infinita: cui nulla transmutatio accidit propter quam deficiat actio, & omnis potẽtia motoris in loco in corpore, cui accidit transmutatio, occidit vt eius actio non sit semper æterna: quia

ab alio

ab alio moueri idest per motum subiecti, vel quia illud quod est in materia potest moueri ab alio. Demonstratio ergo Aristotelis in hoc Octauo est ex propriis, & præmissis & conclusio sunt primæ, idest q̃ separabilitas inest motori æterno, secundum q̃ motori æterno, seu formæ æternæ: quia idem sunt forma, & motor, & maximè in illis, non per aliam naturam, vt dicit Commentator de Primo io Libro Posteriorum. in commento magno. Et si intellectus possibilis erit est abstractus, sortè hoc est, quia intellectus agens, qui mouet, in æternum, est idem cum intellectu possibile: non tamen dico vnum, idest motorem in æterno esse causam alterius, sed volo, q̃ vnum non inest alteri per aliam naturam. Intellectus etiam possibilis est forma æterna, vt dictum est in quæstionibus meis: & fortè hæc demonstratio non est ex propriis, nisi respectu motorum horum corporum cœlestium hic tamen, l. circa hunc processum Octaui sunt duo genera demonstrationum io hoc. Vna est à posteriori, & alia est à causa: per motum. n. æternum probamus motorem esse æternum, & per hoc habetur, q̃ ipse est separatus: postea fit demonstratio in causa in perpetuitate motus, quia motor est separatus: & hæc demonstratio est à propositionibus primis & immediatis. hic autem intelligo per primus duo, i. q̃ prædicatum inest subiecto in propositionibus, non per aliam naturam, nec per causam: quia nulla causa est in hoc q̃ motor separatus mouet in æterno, nisi quia est separatus intransmutabilis, vt mouetur a Commentatore in de Substantia Orbis, neque sequitur propter hoc q̃ aliquid sit magis notum, & minus notum, & reliqua inconuenientia. Nam per effectum probatur causam esse, non tamen per causam probatur effectum esse. Hæc enim est alia species cognitionis à prima Nam per illam causam referendo ipsam ad suum effectum habetur notitia magis perfecta, sed non probatur effectum esse, & ideo non est demonstratio circularis, vt innuitur hoc à Commentatore in 1. Posteriorum in commento magno. vnde in Secundo processu acquiritur perfecta cognitio conclusionis per demonstrationem causæ tantum, cuius præmissæ non sunt notiores apud nos conclusione, vel aliquando quædam demonstrationes causæ tantum sunt ex causis agentibus vel finalibus, quibus positis non necessario ponitur conclusio, scil. causa, sed non acquiritur quod causa conclusionis, seu non probatur conclusio, sed acquiritur cognitio eius perfectior, quæ est alia species cognitionis à prima in demonstratione autem simplici, cuius præmissæ notiores sunt nobis & naturæ, & habet reliqua requisita, probatur esse rei per causam: & ideo hæc verè & propriè est demonstratio simpliciter. Reliquæ autem, quæ pertinent huic quæsito, & dicta mouentorum circa limitationem Auicennæ & Auer. & circa omnia huic pertinentia, & solutiones omnium dubitationum si quæ sint, perfectè declarabo Deo volente in Lib. de Substantia Orbis. illic enim dicam omnia, quæ pertinent huic quæsito: & ea declarabo diffuse, & iam gratia Dei feci: hoc tamen dico hic, quod auctoritates illorum virorum non debent impedire intellectum ab hac veritate. Quia verè demonstratio Aristotelis firma est. & credo, q̃ quia homines non intelligunt demonstrationes Philosophorum, odio habent Philosophiam. & dicunt Philosophos dicere res phantasticas non demonstratas, & quasi hæc omnia dicta sunt à Commentatore vel ioactu vel in potentia propinqua. In commen. 82. vbi dicit. Et adhuc remanet mouendo, idest siue eo quod moueatur. Vult dicere a manu. In eodem cómento. vbi loquitur de inundatione. vbi dicit. Cuius sit motus successiuus. Vide Commentum. 69 Quarti. Et nota quòd hæc successio non est sicut successio Platonis, & consimilia. In commento 8. vbi dicit, Et etiam mutat eab eo quod mouet illam secundum finem, idest ab appetibili: & vide commentum. 17. Finis.

Hoc opusculum annotationum &c. finitum fuit anno latinorum. 1485. in fine Iulij Florentiæ.

Quæstionum Ioannis de Ianduno, super octo Libros Physicorum: ac Heliæ Hebræi, Cretensis de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Esse & Essentia, & Vno, cum eiusdem in Dictis Auerrois super eosdem, libros Annotationibus, finis.

Series Chartarum,

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S,

Omnes sunt Quaterniones, præter S, Quintern.

VENETIIS Apud Heredem Hieronymi Scoti.

M D L X X X V I.

sam fieri circularem, tamen linea recta ipsa existente recta, & habente modum rectæ, impossibile est ipsam esse æqualem circulari ipsa remanente circulari: & si hæc duæ lineæ rectæ æquales, & vna earum postea fit circularis: quamuis scitur mensura circularis per rectam, non tamen mensuratur circularis per rectam, & quomodocunque fit circularis non mensuratur per rectam, vt hæc circularis, & hæc recta: quia in hoc casu recta mensuratur, cui accidit fieri circularem: non enim scitur mensura circularis, sed vi circularis fuit recta. Et per hoc soluitur dubitatio Burlei. In sua autem summa in hoc loco sic dicit. Neque motus rectus neque circularis dicitur de eis velocius & tardius secundum vnum modum seu inrétionem. Si enim hoc esset ita, motus rectus esset æqualis motui circulari: & sic hoc esset ita, esset linea recta æqualis lineæ circulari: & non est ita. nam linea recta non applicatur seu coniungitur vel continuatur æqualiter super lineã circularem, neque partes eius super partes eius, æqualitas enim innenitur in motu propter magnitudinem. Quod aũt dicunt Geometræ, q circulus est æqualis quadrato tali, & q linea recta est æqualis lineæ circulari: hoc dicũt propter contingentiam. v.g. Illud, quod continet iste circu-
Cõmen. 30. lus, & linea, est æquale ei, quod continet quadratũ. In commento 30. vbi dicit Differentia autem translationis &c. Nota, q hæc propositio potest ampleari, s. q differentia alicuius speciei debet esse de natura generis, in quo est illa spe-
Cõmen. 31. cies In commento 32. in fine vbi dicit. Et si in genere &c. Nota, q nunc sic intelligo hoc, Si calefactũ in eo quod calefit differt specie ab illo quod frigefit, motus calefactionis, scilicet motus ad caliditatem differt specie à motu frigidi-
Cõmen. 35. tatis, & simile in genere. In commento 35. circa illam propositionem, q omnis motor, qui mouet aliquod motã per aliquod spatium &c. Nota, quòd intelligo hãc esse veram, cum corpori mouenti seu motori inest potẽtia mouere duplum illius mensuræ, in illo tempore, & si non, non. & considera in commento 72. Quarti. Ibidem enim videtur quod hoc sit verum simpliciter. Erit ergo verum cum non erit resistẽtia ad motum & ad velocitatem, nisi propter medium, vel forte resistentia est aggregatum ex medio & ex moto & corpore monente, id est, resistentia aggregata ex his omnibus. Et tunc, si potẽtia motiua dupliciter peruenit illa res in illomet tempore ad duplum illius spatij, & similiter etiã cum diuiserimus motum secundum illum modum. Et forte etiam intelligitur sic. nam cum pars terræ (verbi gratia) mouetur inferius, & mouet aerem duplum eius mouebit illum aerem in medietate temporis: & similiter duplum illius aeris in æquali tempore: nam in motu elementorum nulla est resistentia nisi propter medium, vt declaratum est in quarto: cum igitur duplicetur motor, mouebit illam rem in illo tempore per duplum spatium. Et secũdum istum modum est etiam cum diuiserimus motum, & remisit motor, sicut fuit dictum, & de hoc bene considera. In eodem commento vbi dicit, licet non sit proportio inter potentias motiuas & mobiles, id est, vno modo, vt dictum est supra, & vide causas successionis in motu, scilicet quare non est etiam in instanti in quarto libro commento 72.

SVPER OCTAVVM LIBRVM ANNOTATIONES.



IRCA Procemium Octaui libri, vbi dicit Quod esse hominis in sua vltima perfectione est ipsum esse perfectum per scientias speculatiuas, & quòd illa dispositio est felicitas vltima, & secundum fatuos vita æterna. Nota, q secundum q apparet ex manifesto sui sermonis, vt habere opi-
Quæ nam optima hominum fœlicitas. nionem Alpharabij, qui dixit vltimam prosperitatem vel fœlicitatem consistere in speculatione, & maxime Dei & intelligẽtiarum, & q nulla est alia fœlicitas, hoc tamen nullo modo est de intentione Commentatoris, vt patet tertio de anima. & in quæstionibus meis de hoc. Sed intentio sua est hic, q hæc est vltima fœlicitas. quę acquiritur per voluntatem, vt declaratum est in quæstionibus dictis: præter illã tamen est alia posterior, quę est adeptio intellectus agentis, tamen illi quos vocat hic fatuos, non sic intelligunt vitam æternam: Ipsi enim nec speculationem, nec adeptionem intellectus agentis vocant vitam æternam: quamuis enim per adeptionem intellectus agentis acquiratur aliquo modo æternitas, vt declaratum est in quæstionibus dictis, tamen ipsi non intelligunt hoc, neque intentio eorum fuit hæc: vel forte possumus dicere, quòd Commentator negat hanc æternitatem esse formaliter fœlicitatem. Reliqua autem, quæ viderentur esse obscura in hoc prologo, sunt clara per dicta ab Auerroi in expositione Libri Politicorum Platonis, qui iam traductus est per me dominationi tuæ, & ideo nõ opoc tet amplius de hoc dicere, & quia etiam in Prologo primi libri multa declarantur. In commento primo, vbi dicit, ego Cõment. 1. autem cum hoc quod credebam &c. Nota, quòd intentio Commentatoris patet bene considerantibus commenium nonum. In commento secundo versus principium, vbi dicit Cõment. 2. & anaxagoras opinabatur. Dubium enim videtur, quia nõ videtur quòd hoc vltimum sit dictum Anaxagoræ per ea quæ dicta sunt primo Physicorum. & vide illic, forte tamen hoc sequitur ex tua positione. Item in eodem commẽto circa opinionem Empedocis, vbi dicit Partes verò mũdi &c. Nota, quòd ex hoc etiam potest quis accipere rationem contra Empedoclem. De opinione autem Plat. de generatione mundi nihil ad præsens dico. Quamuis secundum tua dicta, hoc quod Philosophus narrat, de ipso affirmat, vt in Timeo non solum ex verbis, sed est propositionibus & fundamentis & modo probationis: tamen dominatio tua propter magnam perspicacitatem ingenij & Platonis amorem hoc vult gloriare vt hoc non dicat, sicut etiam multi asserunt Platonici. In commento quarto, vbi dicit. Tũc duo contra- Cõment. 4.
dictoria esset in eodem subiecto, & in eodem tempore, scilicet potentia motus &c. Vult dicere potentia, vt incipiat mouere, & motus in actu. Item in eodem commẽto parum post, vbi dicit. Generatio enim est motus. Nota quòd accipiendo motum proprie dictum, hæc est vera, Generatio est motus, accipiendo generationem pro alteratione præce- Generatio quomodo sit motus.
dente generationem quæ terminatur ad ipsum. Si verò generatio accipiatur pro aduentu formæ substantialis, tunc non est motus proprie dictus. Verum est tamen, quòd compositum non fit a moto, siue ab eo quod est in potentia tantum: quia materia nunquam est nuda a forma: & ideo nt ab ente in actu: hoc tamen non est per se, vt patet Primo Physicorum, & Libro Cœli. In commento septimo versus Commẽ. 7.
primum, vbi dicit Commentator. Et quod mouet hoc motu, vt declaratum est in septima & in quinta, scilicet q ante & cætera. Bene considerat quia sine hoc non erit perfecta demonstratio. In commẽto nono. Nota quòd omnes Cõment. 9.
illæ expositiones quas posuit Comment. cum dixit, & oportet nos perscrutari & cætera sunt veræ in se, sed non sunt ad intentionem Philosophi, nisi vltima, vt affirmat Comment. & circa illam vide septimũ huius, & 55 56. 57. Sexti, & Cõmentum 32. Sexti, & 97. Item in eodem commento vbi ponit quasi certam expositionem cum dicit, & quòd propinquitas corporis ad qualuam res &c. Vult dicere secundum qualuam eius partes. Item in eodem commento versus finem vbi dicit. & cum fuerit hic motum æternum, idest cũ aliis conditionibus tam positis. In fine eiusdem commenti, vbi dicit: & est impossibile transmutationem primam esse in tempore, idest, nouam. In commento vndecimo, vbi Cõmen. 11.
dicit. & cum hoc impossibile est demonstrari sicut demonstratur punctus & cætera. Vult dicere. quòd punctus inuenitur in linea, & possumus ipsum demonstrare magis quam in vno instanti: nam ipse inuenitur cum linea. Et ideo possumus imaginari punctum qui est principium lineæ, & non est finis alterius. Sed instans non inuenitur neque cum tempore præterito, neque cum futuro: & ideo ipsum est de necessitate post præteritum, & ante futurum. Præterea, illud quod non potest per se existere, scilicet esse sic mum, sed suũ esse est instabile, sicut instans non potest esse ante futurum, nisi sit finis præteriti. Præterea, declaratur ex illa via, nam omnis motus factus ante ipsum est tempus. nam esse factũ ante suam productionem sine dubio fuit priuatum, & impossibile est verificari de ipso in instanti, in quo productum est ipsum esse priuatum: sed est priuatum in instanti alio ante hoc instans & inter quæ liber duo instantia est tps ergo ante istum motum fuit tps: tps aũt sequitur motum, & in-

uenitur cum ipso. ergo ante omne ipm determinatum fuit tempus. ergo ipsum est æternum. Præterea instans est in potentia, non in actu, vt dictum est in alijs locis. Hæc aũt non potest demonstrari, licet modo quo alias declaratum est & si demonstraretur esset quiescens, sicut punctus. & non esset ergo tempus de natura rerum, quarum esse consistit in
Cõmen. 12. successione: & considera in cõmento 76. Seath. In commento 12. vbi dicit, Quoniam, si primus motus quieuerit &c. Vult dicere forte q saltem prius natura corrumpitur motus, siue definit quàm sit inducta illa dispositio: hoc autem est impossibile in primo motu, etiam impossibile est quòd, sit aliquis motus causa corruptionis primi motus. quia primus motus est causa omnium aliorum motuum. Præterea, dispositio, quæ sit in re per quam non est possibile rerũ posse moueri, sit in re postquam quieuerit. nam & si motum simul corrumpitur, & cessat à motu, adhuc remanet potentia ad motũ: & si non in illo, remanet tamen in materia eius siue in composito, quod generatur ex illo: quia annihilatio est impossibilis: & ideo, si debet corrumpi illa potẽtia, cor
Cõmen. 15. rumpitur per motum posteriorem post primum motum, seu vltimum, quod est impossibile. In commento 15. vbi dicit. Quorum vnus est quod aliquid sit possibile tẽpore infinito &c. Nota, quòd hoc est impossibile in potentia essentiali: & etiam in potentia propinqua. Item in eodem commento vbi dicit. Sed sicut diximus &c. Nota quòd in illo commento ponuntur 7. rationes ad probandum illam intentionem: prima ratio incipit ibi, Sed sicut diximus quòd mouens &c. Vbi autẽ dicit. Et si non esset &c. Remouet cauillationem: & circa hoc vide Commentum 38. & inferius in hoc commento, secunda ratio fit ibi, vbi dicit. Quærendum est quemadmodum &c. tertia ratio vbi dicit. Volũtas enim non post ponit. Et in illa parte innuitur etiam alia ratio. in illa autẽ parte in qua dicit, & si fuerit dictum quomodo &c. ponit dubitationem & soluit, Et vide in fine commenti vbi cõplet solutionem. In solutione autem vbi dicit illud enim motum appropinquabitur, idest, secundum qualdam eius partes, vt dictum est supra. Quinta ratio fit ibi, Et etia si fuerit voluntas antiqua. In illa autem parte, in qua dicit: & est manifestum quòd illud moueos &c. ea hoc etiam potest quis formare quintam vel sextam rationem, ex quo primos motor est omnino intraolmotabilis: forte tñ non est ratio per se, quia voluntas dicitur æquiuocè de antiqua & noua. Verum tamen est, q hoc argumentum concludit. Si voluntas vel appetitus præcedit volitum. In illa parte vbi dicit, Omnis igitur motor á quo procedit appetitus ad mouere &c. Nota quòd ex diuisione data format textum vel septimam rationem, in illa parte, vbi dicit, Et hoc contingit necessario ex hac positione &c. Ponitur septima ratio vel octaua. Item in eodem commento in illa parte vbi dicit. Indiget igitur motore priore ipso &c. Supple & si non. Quare non fecit ab æterno illam rem, ex quo ipse est potens, & volens motum. Præterea sequeretur quòd motus, qui positus esset primus, non primus, & sic in infinitũ: & vide Commentum 32. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, & non est natura innata facere Nota, quòd hic est etiam ratio sexta, & si primus agit voluntate, & maxime quia sua voluntas æterna & inuariabilis. nolui tamẽ formare has rationes, & declarare eas propter multas caolas: & maxime, quia tu potes ex maiore intelligere: quia de his dixi aliquid
Cõmen. 17. alibi. In commento decimo septimo, vbi dicit. Vnum autẽ dicitur mouere se, & vtrunque in rei veritate, vt post declarabitur indiget motore extrinseco. Circa hoc vide Cõmen
Cõmen. 22. tom 19. & 20. 32. & 37. 51. 63. Io commento 22. circa finem commenti, vbi dicit, & qui negat naturam negat naturalia. Supple, & qui negat naturalia negat subiectum Scientiæ naturalis. nota vlterius, quòd ex illo loco potest quis accipere rationem, q artifex nullo modo potest probare suũ subiectum. In eodem commento ante hoc, vbi dicit. Quia omnia entia mouentur, idest, corporea. In commento 23. vbi
Cõmen. 23. dicit p p hoc diuidatur & alteratio in infinitum, scilicet inquãtum fit ab alterante. Nota, quod videtur intelligere hic per alterationem qualitatem fluentem, non fluxum. Et verum est, quòd non quandocunque alterans alterat est alteratio in actu, & est possibile quòd vnum alterans contrarium sit statim post aliud In eodem loco parum post vbi dicit, & si non tunc ante transmutatio esset trãsmutatio, idest, in actu, & post hoc dicit, & non inuenitur tranimutatio non omnino, idest, ex quo secundum hoc præcederet infinita. Sequitur in commento, & est simile: quòd totum hoc hic Commen. ponit dubitationem & soluit: & vide Commentum 74. Postquam autem consideraui hæc tria, quæ dicit Comment. de hac materia: & considerando hæc rationes Commeot. hic & suam intentionem complere videt mihi siue dubio secundum Comment q aliqua pars qualitatis producitur tota in instanti vno, & est pars quæ potest esse in actu: & est prima pars, quæ primo producitur: & ideo dicit Commeot q alterans est apud rem, in cuius natura est alterari: & non fit statim alteratio in actu, sed indiget aliquo tẽpore donec fiat alteratio in actu, idest, aliqua qualitate in actu. Illa tamen qualitas in actu, quæ est minima, quę potest esse in actu adueniet tota in instanti, & in illo tempore est alteratio in potentia propinqua. Et alterans agit tũc aliquo modo: quia non potest produci illa qualitas minima nisi esset illa mora & tanta actio. & hoc est valde rationabile & conforme, & non in actu, quia adhuc nullam qualitatẽ introduxit: sed tamen possum dicere, q tunc illud mobile habet aliquid aliquo modo de termino ad quẽ. sed melius est dicere, q non habet: quia nec habet de termino, ad quẽ in actu complete, nec incomplete: sed dum mobile habet aliquid de motu, capiendo motum pro forma fluente, tunc habet partem sub termino ad quem, & etiã & hoc sufficit, io Physicorum Sexto, sed ante hoc habet esse in potẽtia valde propinqua: dum tamen mouetur, accipiendo motum non pro forma fluente, & tunc agit aliquo modo, vt dictum est. hoc est quod dicit Commeot. comment. 74. contra antiquos: & ideo non sequitur q sit possibile q non sit quies tantet duos motus contrarios in qualitate: nam hnc quod dicunt, q possibile est accidere q sit hic in illo instanti agens contrarium: & ergo tunc accipit agere statim sine quiete non est verum. nam non incipit statim agere contrarium in actu, seu non introducit statim contrariũ in actu: & etiam non sequitur q detur primum instãs motus, sicut declarat Commen. hic: nam motus in eo q motus & continuus, non datur ei primum instans. Continui enim non est prima pars, & præter hoc sunt aliæ rationes, quæ positæ sunt in sexto. Sed res, quæ aduenit per motum, dicet primum aliquo modo Et forte etiam motus, cum consideratur secundum An motus primum de
q est de prædicamento qualitatis vel quantitatis, datur ei tur.
primum instans: & est in actu aliquo modo non perfecte, sicut dicit. Cum autem consideratur secundum quod est de prædicamento passionis, & continuus, non habet primum, & non est ibidem primum in actu, & etiam motus localis secundum quod est corpus, & continuum, id est, magnitudo super quam vel circa quam fit motus, non datur ei primum actu, neque corpori illi secundum quod est continuum. Sed motus localis, cum consideratur secundum quòd est in actu, habet aliquam primam partem, id est, cum pertransiit totam illam partem simul in actu. Sed in potentia nõ habet primum. nam instans, in quo pertransiit in potentia medium huius est ante instans, in quo pertransiit totam illam partem: instans tamen inuenitur in potentia: & considera bene in commento 68 & etiam in 6. libro commento 99. Et ea hoc possunt solui multæ dubitationes. Item in eodem commento vltimus huius, vbi dicit. Termious enim eorum in actu, idest, materialis. In commento 24. vbi dicit. Aut quia
Cõmen. 24. in alijs motibus inuenitur generatio, & corruptio, id est, secundum quid. In commento 27. vbi dicit de ignoratia quorundam expositorum. Vide commentum primum septimi. Cõmen. 27.
In eodem commento, vbi dicit. Necesse est vt motus eius a sua anima sit naturaliter, scilicet etiam ad superius. In eodem commento parum post, vbi dicit. Ingitur contingit quòd anima mouet corpus secundum motum elementi dominantis in ipso, tũc motus corporis ab anima erit naturaliter, id est, secundum quòd est corpus. In eodem commento parum post, vbi dicit. Tunc motus corporis ab anima erit, non naturalis, idest, secundum, quòd est corpus mixtum habens multum de terra. Sed est bene naturalis, secundum q est animal, seu corpus animalis secundum q est tale, scilicet animalis. In commento 28. vbi dicit. Nullus enim dubitat quod anima mouetur ab anima, &c. id est, quia nos vi-

demus in morte animalia, quod remanet corpus ipsum nō mouetur. Item in eodem commento. vbi dicit. Sicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principium in eis. Si litera non est corrupta sic intelligitur, id est, quæ mouentur per principium in eis, non primo, sed per accidens. Et vide
Cōmen. 59. commentum 32. In comento 29. vbi dicit. Et non possumus etiam dicere in eis, quæ mouentur à principio in eis addito: & quòd mouetur ea eis absque eo quod indigeat causa extrinseca. Nota quòd videtur quòd hæc causa extrinseca, est medium, vt patet Quarto huius. & in libro Cœli: & etiam indigent motore extrinseco, vt post apparebit & vide in fine commenti 27. Io principio enim dum generantur, & tunc monentur in suis locis naturalibus à generante mediante forma, vt patet per Comment. tertio Cœli. Cum autem retinentur à prohibente, & postea mouentur per rem mouentem prohibens, quod est extrinsecum, & etiam à sua forma. Et vide Commētum 32. Item eodem commento parum post vbi dicit. Sicut dicimus in eis, quæ mouentur ex se &c. Circa hoc nota quòd alio modo habēs animam indiget motore extrinseco, & aliter non habens animam, vt patet commento 20. Verum est etiam, quòd animal ad sui productionem indiget motore extrinseco, vt patet. Et vide etiam Commentum 51. Sed tamen nota, quòd animal cum generatur, non statim mouetur motu suo proprio, sicut contingit in elementis. Vnde generās elementa, secundum quòd dat eis de forma, dat eis etiam omnia accidentia contingentia formæ, quorum vnum est motus in loco: & ideo, cum forma fuerit completa in eo complebitur vbi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid impediat, vt dicit Comment. commento 32. & maxime, quia secundum ipsum formæ elementorum partibiliter acquiruntur: & ideo, sicut partim habet de forma ita & de motu conueniente illi forma: cum autem completa est forma, completur & motus, nisi aliquid impediat: & ideo Philosophus & Commet. Io hoc 8. multoties dicunt elementa moueri ab extrinseco, non autem sic est in animali, quia quamuis ab anima sequantur operationes seu à generāte mediante anima, non tamen statim cum introducitur anima, animal potest moueri secundum motum proprium animalis: nam animal & maxime perfectum requirit organizationes & complementum membrorum, & reliqua, quæ suot necessaria ad motum eius: & ideo animal non dicitur moueri ab extrinseco eo modo quo dicitur elementum. Præterea, elementū semper mouetur ab extrinseco, vt dictum est: nisi sit prohibeos impediens: & omnes rationes, quas Philosophus fecit in hoc octauo ad probandum grauia & leuia moueri ab extrinseco, nihil aliud probant nisi hoc: non tamen negat Aristot. neque Commentator, quòd elementa non mouentur à sua forma: & hoc est manifestum in doctrina Philosophi & sui Commentatoris: & hoc est quod dicit Commentator in commento trigesimo secundo in fine, vbi dicit. Declaratum est igitur quòd nullum corporum simplicium naturalium, scilicet terræ, ignis, & cæterorum, moueret se propter hoc, quòd in eo est principium, quo moueat se, & hoc essentialiter & non accidentaliter. Sed in eo est essentialiter principium receptionis, vt moueatur ab extrinseco non principium actionis nisi per accidens. Et vult dicere, cum dicit, & hoc essentialiter, id est, à potentia essentiali, vt dictum est supra in hoc commento. Sed bene à potentia accidentali: non tamen illud principium per accidens mouet: imo per se, quamuis graue nō sit per se motum. Cum autem dicit non principium actionis nisi per accidens, ideſt à potentia accidentali: negat igitur Philosophus & Commen. corpora simplicia moueri ex se à potentia essentiali: quod manifestum est, negant etiam hæc corpora moueri ea se, cū non diuidantur in motorem & motum, vt dicit Commentator commento 32. Dicunt etiam ipsa moueri ab extrinseco ad loca propria eo modo, quo dictum est: ouallo tameo modo ipsi oegant cū ipsa generantur in locis non proprijs, & retinentur ibidem à prohibente, & postea remouet prohibens, quòd forma eorum sit motor: neque etiam dicunt, quòd moueotur à generante extrinseco: & quòd non mouentur ab ipso mediante forma, quam generans dat. Sed ad maiorem declarationem istorum notandum est illud, quod dicit Commentator in Tertio Cœli. commento vigesimo octauo, vbi dicit, & videtur etiam ipsum esse necessarium in esse motus naturalis modo proprio. Et in hoc est difficultas. declaratum est enim de elementis. quod nō nominatur inter ea quæ mouentur per se in loco nisi à generante, scilicet cū ex eis fiat aliqua portio in actu à generante, tunc cadunt in illa parte omnia quibus constituuntur, scilicet moueri in loco proprio, & alijs accidentibus proprijs, nisi aliquid impediat ipsa à motu ad locum proprium. Quemadmodum igitur cætera accidentia existentia in re generata non exiſiunt in ea nisi à generante, tamen mediante forma generati, quæ fit à generante, ita est de hoc motu. verbi gratia, quòd, cum elementum, scilicet aquæ verbi gratia, mutat & fit ignis, statim in prima parte eius, in qua exiſiit igneitas ab igne generante existent omnia accidentia ignis, secundum quod est ignis: & vnum eorum accidentium est motus ad superius: qm̄ secundum quod in parte generata existet de parte leui, secundum hoc existet in ea de loco corporis leuis: & de alijs accidentibus partibus proprijs. Sed tamen quia non exiſiunt à generante nisi mediante generatio, & motus primo & essentialiter non fit nisi à motore, & nullo alio mediante, propter hoc iste motus non est primus, neq; essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti. Et ideo habet proprium iste modus motus, vt per eum moueatur res per se, cum aliquis nō impedierit ipsum à motu per violentiam scilicet cum impediens quieuerit: & sm̄ hunc modum assimulatur ei quod mouetur per se, & quia motor essentialiter distinguitur in esse à moto, sicut in animalibus. Motor enim in eis est alius à moto, cum motor sit anima, & motū sit corpus. In corporibus autem simplicibus idem est motor secundum positionem & motum. Sed differunt secundum modum. Lapis enim mouet se inquātum est grauis in actu, & mouetur inquantum est potentia inferius. Et causa in hoc, quod inuenitur voo modo in actu & alio modo in potentia est, quia componitur ea materia & forma: forma igitur eius mouet inquantum est forma, & mouetur sm̄ quod est in materia: non enim est in potentia ad inferius, nisi sm̄ quod est in materia. Et ideo lapis non est per se motus essentialiter, sed assimilatur ei quod mouetur per se: & ideo indiget in suo motu motore extrinseco: neq; etiam dominatur inter ea, quæ mouentur ab extrinseco; quia non mouetur hoc motu ab extrinseco sine medio, scilicet ioni io seco. & hoc est vnum eorum, ex quibus Plato existimauit, quòd necesse est quòd primum motor moueat se essentialiter, scilicet secundum hoc quod videtur in lapide, quòd motor in eo sit motum. Sed licet idem sit motor in eo cum moto, tamen non eodem modo vt Plato existimauit: sed diuersimodè secundum quod apparet ex prima demonstratione in principio septimi Physic. vbi declaratum est, quod omne motum habet motorē. Et quia lapis, sicut diximus, non diuiditur in motorem & rem motam, ita quòd vtrunque eorum sit exiſiens in actu. lapis enim non mouetur essentialiter à se secundum quod lapis. Tunc enim mouetur à principio quod est in eo accidentaliter, cum non habeat esse motus, nisi per illud principium, non enim est motus lapis nisi secundum quod est potentia inferius, & est motor secundū quòd est grauis. Si igitur fuerit motus essentialiter per se, io quantum est grauis: & iam posuimus, quòd non mouet essentialiter, nisi secundum quòd est grauis, erit etiam motor & motum essentialiter eodem modo, quod est impossibile. & ideo non est motus nisi semper accidentaliter lapis, neq; mouet la essentialiter, & cum ita sit, & omne quod mouet se, accidentaliter necesse est quòd moueat se, quia essentialiter mouet aliud motum à se, verbi gratia, quia homo non mouet se accidentaliter io naui, nisi quia mouet nauim essentialiter. Et cum ita sit, lapis igitur oō mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet se, quia hoc quod mouet se, sequitur motum aeris. sicut de homine cum oaui. Et cum ita sit, aer igitur & aqua sunt necessaria io motu lapidis, & hoc est illud quod promisimus: & explanauimus hoc io expositione Physicorum. sed iste locus est conuenientior. Ex dictis Commentatoris hic patent multa. Primum, quòd medium est necessarium in esse motus grauiū & leuium modo proprio. Secundo, quamuis mouentur ab extrinseco, tamē mediante forma, imo principaliter à forma: & alia multa quæ patent. Sed vbi dicit Commentator. lapis: nota quòd per lapidem in-

In simplicibus idē est motor secūdum positionē & motū, differunt tamen secūdum modū.

dem intelligit elementum graue seu terram, vel intelligit lapidem, secundum, q in eo dominatur elementum terræ. Lapis enim secundum hoc mouetur secundum motum elementi prædominantis, & mouetur secundum motum, secundum quem elementum terræ mouetur inferius: & ideo quantum ad hoc non est differentia. Sed ad declarationem maiorem dictorum Comment hic nota, q Cõm hic intendit declarare quod medium, scilicet vel aqua, est necessarium in motu grauium & leuium modo proprio, scilicet quia sunt simplicia: & incepit declarare, q ipsa non mouentur ex se, sed mouentur à generante: tale autem non mouetur ex se: postea declarauit motum ex quo videtur q ipsa assimilantur moto per se, vel ex se. quia inuenitur in eis principium motus localis. sed differunt à moto ea se, quia motum ex se dituiditur ad motum per se, & motorem per se, vt elementum vel lapis: nam ipse accipit lapidem loco elementi: quamuis inuenitur in ipso motor per se, & est forma: non inuenitur in ipso motum per se, nam forma non mouetur per se: ipsa enim est motor per se, & impossibile est vt sit motor & motum per se, sed mouetur per accidens, quia est illi in materia sicut declarauit hoc Cõm. versus finem huius cõmenti, Præterea, materia non mouetur per se. nam ipsa est in potentia: motum autem oportet ipsum esse in actu, vt declaratum est 5. Physicorum: & ergo non est hic motum per se. Sed inuenitur motor per se, & est forma, & motum per accideos: postea adiunxit Auicen. q nihil mouetur per accidens, nisi per motum alterius per se. & illud est medium: ergo manifestum est, q medium est necessarium in motu elementorum modo proprio, scilicet quia suot simplicia: & etiam declaratum est in 4. Physicorum, q, si non esset medium, non mouentur nulla elementa, nisi in instanti, quia est ibidem resistentia ossi medium. materia. n. est ens in potentia ad omnia & illa non resistit: neque forma, quia proprium est ei esse superius vel inferius: ergo medium est necessarium. Declaratum est etiam ex his quæ dicta sunt, q hic est principium per se agens illum motum, & est forma & principium per se recipiens. Et est medium & recipiens per accidens, & est forma secundum quod existit in materia. Et ex hoc quasi solunotur omnes difficultates, quæ accidunt in motu elementorum, scilicet mouentur à motore per se vel per accidens: hæc enim est vera. elementa per se & suam naturam mouentur per accidens. & illa etiam per se mouentur ad loca sua: & ideo motus eorum est naturalis, tamen non inuenitur in eis motum per se, & considera in fine cõmenti. 5a. huius. 8. & illa adiuuabunt te intelligere hoc. Nota tamen, q magna differentia est dicere, elementum mouet se per se, & dicere ipsum mouet per se, scilicet ipsum, ex prima enim intelligitur, q sua substantia mouetur per se: & hoc est impossibile nam forma non mouetur per se, nisi res moueret se per se: & etiam prima materia, quæ est in elementis, non mouetur per se: nam motum est ens in actu. Ex secunda autem intelliguntur duo, vnũ est, quod in elemento est res mouens per se, secundum est, q intentio motoris per se est mouere se, id est permouere ad suum locum proprium, non mouere medium: & non sequitur ex hoc quòd sit sua substantia motor per se. Et illæ intentiones sunt veræ, & ideo debemus distinguere huiusmodi propositiones. Ité notandum ad maiorem declarationem dictorum commenti huius de cœlo, q cum dicit Commentator versus finem, Et cum ita sit, & omne quod mouet &c. Vult dicere & cum ita sit, scilicet quod mouetur per accidens secundum quod est in materia, seu mouetur, secundum quod accidit ei esse in materia, & materia non est per se motum, quia est in potentia: neque compositum ratione formæ, quia de ratione formæ vt sic est mouere, non moueri, saltem per se, & agere non pati. Præterea. Si sic, idem mouebit seipsum per se, quod est impossibile, vt patet in principio Septimi Physicorum: nec forma est motum per se, secundum, q est in materia: quia vt sic, est motum per accidens: & etiam si sic, hoc esset primo materia: & concludit, quod mouet se, quia essentialiter mouet aliud à se. Et vide bene commentum. 22. Quarti Libri de Cœlo, & considera bene cõmentum. 30. huius Octaui. Et his fortè posset respondere quis ad omnia argumenta quæ fiunt circa hoc. Auctoritates tamen quæ videntur esse contrariæ huic, ad præsens nolo declarare, & maximè, quia dominatio tua hæc omnia optime intelligit. Patet etiam illud, quod dictum est in 4. Physicorum, quòd, si vacuum sit, elementa mouerentur in instanti, & dato, q in simplicibus sit alia forma præter formam vltimam, illa non resistit. nam formæ generales non resistunt motui à forma propria. non sic autem est in mistis. quamuis in mouentur secundum motum elementi prædominantis, tamen reliqua elementa resistuot, corpora etiam cœlestia, quamuis aliqualiter aliquo modo resistunt, hoc est, quia sunt in actu. forma autem generica est quasi potentia: nec per ipsam res est in actu existens, & ideo per eam non resistunt motui. Dixi autem dato q in simplicibus &c. quia in mistis non est dubium q sunt formæ elementorum refractæ, & formæ suæ vltimæ, & etiã quaodo apparet vna operatio communis sequens naturam formæ oportet necessario q sit forma cõmunis, à qua proueniat hæc operatio communis vniuoca, vt sensatio, verbi gratia, vna enim operatio vniuoca non potest proueoire à oaturis diuersis saltem per se & eodem modo: aliter quodlibet fieret ex quolibet, & nulla esset ratio ad ponẽdum naturas proprias, saltem in talibus: & motatum in hoc stultum est. Sequeretur etiam, q non est genus vniuocum, ex quo non est hic aliquod commune vniuocum, differentia autem operatiooum sensitiuæ & vegetatiuæ non est vna vniuoce in homine & in asino. Stultum est, quia non apparet aliqua diuersitas ex quo hoc arguere possumus, immo idem secundum speciem seu natotã aguot, & eodem modo circa obiecta propria, & non oportet plus loqui de hoc. Vnde sicut operatio facit cognoscere formam, ita operatio communia formam communem. & hoc argumentum innuit Cõm. in libro de Animalibus, & Philosophus 10 Mera. quærit quomodo definitio est vna, & definitum in rebus compositis ex genere & differentia: quod non esset dubium, si esset vna forma: sed tamen, quia vna est in potentia, & quasi dispositio respectu alterius, scilicet vltimæ formæ: ideo ex eis fit verè, & per se vnum: nec vltima differentia est accideos: quia aduenit enti in actu, iam enim dictum est. q omnes formæ præter vltimam specificam, sunt potentiales & quasi tanquam materia. Præterea. Nulla earum aduenit materiæ secũdum q est in actu, sed secundum q est in potentia: & maximè cum omnes simul tempore producuntur in materia: formæ etiam misti, seu formæ elementorum refractæ non remanent sub eodem gradu vel specie 10 generato, & corrupto. & per hæc etiam patet, q recte partes diffinitionis quidditatiuæ dicunt totum & prædicantur in recto. Si enim vnaquæque earum esset in actu, sicut oportet dicentibus formas separatas dicere, diceret partem: sed quia vna est quasi in potentia, & reliqua in actu, ideo fiunt vnum 10 actu, & sunt vnum in actu, multa in potentia ad bonum intellectum. & ideo forma animalitatis 10 homine dicit totam formam hominis, sub ratione tamen vniuersali, vel magis communi, & rationalis sub ratione specifica: & alias dixi de hoc magis, & de eis fortè dicam complete, & dubia soluam, si Deus prolongauerit vitam. Quando autem non est operatio vna communis vniuoca, non oportet ponere formam communem, quamuis secundum prædicationem sit aliquod commune. Tale enim genus est logicum. Dixi autem tequès naturam formæ, quia corporeitas, quamuis sit communis formis materialibus, hoc tamen habet à materia quanta, 10 qua recipitur. & secundum hoc non oportet ponere formam generalem corporeum, seu corporeitatis in elementis, vel mistis aliam à formis proprijs elementorum & mistorum, quæ forma venitur materiæ mediantibus tribus dimensionibus. Et hæc videtur esse sententia Cõm. hæc tamen maiori indiget declaratione: & ad præsens non est tempus loqui de hoc. postea autem inueni q ipse dicit in sua summa Metaphysicæ, in fine secundi tractatus. Et quidam viderunt q tres dimensiones consequuntur formam simplicem inueniam 10 materia prima, & quòd hæc forma est, per quam corpus recipit diuisionem & continuitatem, & putauerunt q est vna communis omnibus sensibilibus, sicut & materia. & huius opinionis est Auiceo. etiam dicit interpositis multis dictis de hoc, q si voluerit per banc intentionem naturam inclinationis, scilicet formam elementorum, quæ aduenit in materia prima, quę est quasi genus formarum elementorum, scilicet sic vniuersaliter accepta, verum est. & secundum hoc dicitur, quòd

Vna operatio vniuoca à pluribus diuersis per se & eodem modo esse non potest.

Nulla est eõis corporeitatis forma ipsis elementis, seu mistis, præter propriam.

tur, quòd corpus vel corporeitas est genus generabilium, quod inuenitur in individuis substantię. & secundum hunc modum esse eius. Inclinationis est in compositis. motio ergo genus est in speciebus. Circa media inter potentiam & actum: sed tres dimensiones in quibus communicant corpora sunt eadem numero modo declarato: non accipiuntur loco formæ generis, sed si voluit, quod sit hic forma simplex in actu præter formas elementorum, vt apparet ea verbis Auic. & quòd congregatio huius formę cum prima materia est substantia, cui accidunt tres dimẽsiones, est optimo falla: & illic ponit modum Porphyrij. & innititur probationem eius. & in istis dictis multum gauisus sum. De mente tamen Cõm. nulla dubietas est, q̃ formæ elementorum remaneant refractæ in mistis. Et q̃ in eis in quibus apparet vna operatio communis vniuoca, vt disi, est forma communis, & forma propria, vt sciunt docti in doctrina Cõm. Illud autem, quod dixit Ioan. cõtra principale quæsitum, q̃ causa per se non est pollerior naturaliter ipso causato. Sed motus medij est posterior naturaliter. ergo medium non mouet: hoc nihil est, quia non dico medium esse caulam actiuã sed passiuam. Sed fortè sua ratio bona est contra ponentes medium esse causam actiuam, vt etiam ipse dicit. De reliquis autem, quæ dicit contra hoc, non curo: quia leuia sunt, & etiam ea iam dictis possunt solui. Et hæc sufficiant ad præsens. Nota tamen quod grauitas & leuitas sunt quasi æquinoca. aliquando enim quodlibet eorum accipitur pro forma substantiali & habitu, aliquando pro operatione vel accidenti. Aliquando tamen accipitur accidens loco differentiæ substantialis, cum non habemus nomen vel propter aliã causam pro his vide Cõm. in cõm. 17 primi Cœli. & in vltimo Tertij, & in Secundo, & in 20. & in 21. Quarti. & ideo intellige secundum quod conueniens est sermoni. Vnde patet error illius, qui asserit Commentatorem esse consulum. Ipse enim non bene vidit dicta Commentatoris, imo Philosophi in 4. Cœli commento. 2. Nota etiam q̃ incompatibilitas terminorum vel locorum, & huiusmodi bene declarant esse impossibile motum fieri in instanti. nullo tamen modo hæc est causa resistentiæ, vel saltem positiua: nec etiã forma illorum determinat sibi certam velocitatem quantum est de se: quia ipsa appetit naturaliter esse sursum vel deorsum, imo non quærit motum nisi propter quietem & ideo nisi esset medium mutaretur in instanti: ipsa igitur nõ
Comm.30. est causa resistentiæ. In commento. 30. in principio. vbi dicit. Cum declarauit q̃ illa quæ mouentur naturaliter, non
Comm.32. mouentur per principium in eis, i. sine indigentia &c. vt dicit in commento præcedenti. In cõm. 32. vbi dicit Et altera accidentalis assimilauit essentialem, potentia, quę est in addiscente, vt fiat sciens, & potentiam accidentalem &c. Nota q̃ videtur q̃ hæc potentia accidentalis exit in actum sine motore essentialiter saltem extrinseco, vt potè declarat. Idem in eodem commento in fine commenti, vbi loquitur de pila dicens. Quemadmodum proijciens, quando proijcit pilam ad parietem &c. Nota, q̃ videtur q̃ pila cum resilit moueri a proijciente, tanquam à primo motore: & ab aere, tanquam à motore proximo, & à terra tanquam ab illo, quod impedit motum actis & pilæ: & non dimittit ipsum compleri, imo repercutit ipsam. & ideo est motor per acci-
Comm.34. dens. In commento. 34. vbi dicit impossibile est q̃ moueatur à motore, qui mouetur per accidens, id est nisi moueatur per accidens a motore extrinseco, quia tunc non mouetur motor extrinsecus, vel saltem nõ necessario, nisi in principio motus vel aute vt verbi gratia, remotio prohibentis. & vide etiam Commentum. 37. & commentum. 82. In cõm.
Comm 35. 35. vbi dicit Corpus enim impossibile est vt moueat in loco &c. id est per se. vt dictum est superius commento. 34. Illa autem, quæ dicit in eodem commento de motu Magne-
Comm.36. tis, dictum est de eis &c. In commento. 36. vbi dicit. Quod enim est per accidens, non est semper, neque necessarium. Circa hoc vide commen. Comment. 5. commento. 44. Primi Posteriorum, vbi declarat, An omne necessarium sit per se. Præterea. Quod mouetur per accidens aliquãdo mouetur & aliquando non. vide commentum 17. & 51. & 52. In eom
meut. 37. in principio, vbi dicit. Manifestum enim q̃ est per
Comm.37. se &c. Circa hoc considerationis summa. Item in eodem commento. vbi dicit. Et primum secundum quod est primum, id est simpliciter. Item in eodem cõmento quasi immediatè, vbi dicit. Sed secundum esse & definitionem. Vult dicere, & si non indigebit alio, & non esset primum simpliciter. Item in eodem commẽto quasi immediatè, vbi dicit, necesse est q̃ ille motor sit separatus à moto omnino &c. id est, quia, si esset in moto, i. si esset virtus in corpore, esset compositum & generabile & corruptibile, & nõ primum. Præterea. Quod per accidens mouetur est aliquo modo secundum illum modum nõ primum simpliciter, ea quo corpus mouet ipsum aliquo modo. Et vide in de Substantia Orbis in illa parte. quam traduxi de libello hebraico in latinum. Item in eodem cõmento post hoc. vbi dicit, & principium, secundum q̃ est principium, est separatum in esse, & non in definitione tantum. In cõm. 43. vbi dicit. & ea ca- Comm.43.
lore naturali, qui est motor, & motum, quitranfit, in nerui & anima mouẽte quę est forma in illo calore naturali. Circa hoc vide in 2a. de Animalibus. cap. de cerebro. Ibidem enim declaratur esse primum instrumentum animę. Item in eodem commento propè finem. vbi dicit. Quoniam non posuimus ipsum &c. Nota q̃ ea hoc & commento sequenti, patet ea presse, q̃ forma materialis diuiditur ad diuisionem subiecti, & est extensa. Etiam in textu & commento le- Comm.44.
quenti patebit, q̃ datur minimum naturale. In commento. 44. vbi dicit. quoniam primi motores apud ipsum sunt duobus modis. Nota quod ex hoc patet expresse q̃ primus motor in animalibus est anima. Et vide. commentum præcedens & commentum. 27. Idem in eodem commento quasi immediatè, vbi dicit, & motor non materialis. & hoc, id est materialis. In commen. 45. propè finem. vbi dicit, quoniam Comm.45.
si ita esset motor prior illo, id est non esset primus simpliciter: ea quo mouetur per accidens, à moto, & à fortiori, si moueretur alio modo ab illo: esset enim alius motor prior. Et vide in commento sequenti: quod intelligit per essentialiter & accidentaliter. Item in eodem commento quasi immediatè, vbi dicit, quoniam, si non esset æternum, tunc motor &c. Nota q̃ sic intelligo hanc consequentiam. Si nõ esset motum æternum, esset compositum de necessitate: & si esset compositum, motor moueretur per accidens: & si moueretur per accidens, non est primum, sicut sæpius dictum est. Præterea. Illud, quod est aliquo modo per accidẽs, non potest esse prima causa: & considera etiam in cõmento sequenti. & fortè declarabitur sic. Si non esset æternum, esset compositum. ergo generabile & corruptibile: & etiã mouetur per accidens. & si est generabile & corruptibile, non est primus motor. Et vide in fine commenti. 37. & in commen. 52. & 51. & bene considera in eis. Præterea. Omne quod mouetur ex se, cuius motor mouetur per accidens, motus eius sequitur mutationem, sicut videtur in omnibus compositis generabilibus & corruptibilibus. nam motor, qui mouetur per accidens est in materia: & si est in materia est compositum: & omne cõpositum præcedit ipsum transmutatione primum autem, motus eius non sequitur transmutationem. Et etiam mota quorum motores mouentur per accidens, aliquando quiescunt & aliquãdo mouentur: sicut omne quod quiescit, aliquando & mouetur, aliquãdo mouetur per accidens, vt declarabitur cõmen. 51. Sed primum corpus mouetur semper. ergo &c. Causa enim in mouendo aliquando & quiescendo, aliquando, est quia ipsum mouetur per accidens. Præterea, sient dictum est. & tactum à Commen. in parte superius dicta de Substantia Orbis formalis, non est prior & simpliciter secundum naturam. materia ergo non est prima causa simpliciter. Na formę materialis esse eius constituitur per esse materiæ. & ea hoc declarabitur quòd compositum nõ est prima causa. In
Comm.46. cõmento. 46. vbi dicit impossibile est vt ista dispositio. Hic Commentator remouet dubium & versus finem complet hoc. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, manifestum est propter hoc quod declaratum est hic, id est per declarationem positam in principio huius Octaui. vnde sic arguitur, est hic motus primus æternus qui cõtinet totum. & est causa istorum. ergo ista sunt perpetuæ generationis & corruptionis. antecedens patet in principio huius. Item in eodem commento quasi immediatè. vbi dicit. & hoc etiam apparet per se. Hic ponitur tertia ratio principalis. & per hanc rationem patet q̃ homo nõ generatur nisi ab homine.

Item

Item statim post vbi dicit. Quoniam quando materia. hic ponitur prima ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis. illa autem pars, quæ sequitur immediatè ponuntur tria inconuenientia: primum ibi § Non § secundum ibi § Et tunc quodlibet. § tertium ibi § Et tunc vniuersaliter. § Sed circa ista vide in principio Quintidecimi de Animalibus. quia ibidem multa dicit Commentator de hoc. cum autem dicit. Quoniam si esset possibile, vt hoc &c. Ponitur secunda ratio, qua probatur antecedens secundæ rationis. Item in eodem commento parum post. vbi dicit. Hoc esset in minori parte, s. à casu, ideſt ex quo inuenitur in paucioribus: & etiam non est à sua causa determinata. à qua prouenit in maiori parte. Item quasi immediatè. vbi dicit. Et etiam si ita esset. Nota ꝙ hoc potest esse vnum inconuenientium, & potest esse ratio per se. Item in eodem commento. vbi respondendo dicit, dicamus ad hoc quòd ista &c. de hoc vide Commentum. 32. Duodecimo Metaphysicæ. & in secunda quæstione mea de primo motore. & in sua Meta. versus finem. Item in eodem commento. vbi probat Commentator. ꝙ impossibile est hominẽ generari ex non homine, seu ex non semine hominis, & sanguine menstruo, vt etiam voluit Philosophus Libro de Generatione. propter quod posuit generationem procedere in infinitum, eo modo quo illic declaratum est. Nota ꝙ intentio Commentatoris hic est declarare, ꝙ nulla eadem species, siue animalis, siue aliorum de mistis completis, vt de Plantis & similibus potest generare ex seminibus proprijs illius speciei, & ex putrefactione, & sua ratio prima est hæc, homo qui generatur ex semine & ex putrefactione, esset æquiuoce homo. & hoc probat sic. nam formæ diuersæ propriæ requirunt materias diuersas & proprias & hoc non solũ verum est de materia compositionis, sed etiam de materia alterationis, vt declarabitur, verum tamen est, ꝙ in quibuſdam formis materia alterationis non oportet esse eiusdem speciei respectu cuiuslibet formæ secundum speciem seu diuersæ respectu diuersarum formarum, vt in formis, quæ non requirunt ad hoc vt possint produci ex materia dispositiones seu præparationes præcedentes in eorum materia propinqua, ea quæ debent generari verbi gratia, vt elementa, non tamen dico ꝙ elementa non requirunt qualitates proprias. in quibuſdam autem propter materiam & potentiã eius requirnntur præparationes & dispositiones in materia ad hoc quod fit consequens vt sit materia alterationis propinqua eorum. verbi gratia in sanguine menstruo, qui est materia alterationis embryonis, sunt multæ præparationes præcedentes. verbi gratia, formæ elementorum vel formæ misti vel forma panis seu cibi, & forma sanguinis. Vnde ex homine mortuo non fit homo viuus, vt dicit Philosophus in Meta. expresse. neq; ex equo mortuo equus viuus, & siue illæ præparationes remaneãt omnes, siue quædam, siue non, nõ curo. Quædam tamen de necessitate remanent in materia compositionis, & si non omnino secundum vnum gradum secundum aliam: quia sufficit ad præsens, quod est necessarium, vt præcedant illæ præparationes. Quod autem formæ propriæ requirunt materias proprias, vt dictum est, manifestum est. nam si hoc non esset, quodlibet generaretur ex quolibet: & homine viuus ex homo mortuo, & sic entia non essent propria & determinata. & tunc etiam materiæ propriæ essent superfluæ & otiosæ, ex quo posset ex alia materia non eiusdem speciei generari. Vnde, si possibile esset hominem generari ex putrefactione, natura non produxisset tot instrumenta, & tot præparationes pro generatione hominis seu alterius animalis. Vnde vt dicit Commentator de mente Arist. 1. de Anima, ꝙ membra leonis non differunt à membris cerui, nisi quia anima differt ab anima. Vult ergo formam propriam & determinatam habere materiam propriã & determinatam Verum tamen est, ꝙ hoc magis intelligitur de materia compositionis: & hoc totum est quasi per se notum apud Philosophos bene dispositos, non apud stultos tantum verba dicentes & non considerantes quod dicunt: & vtrum id quod dicunt sit conforme rebus lentatis vel non Arguatur igitur sic materię diuersæ secundum speciem habent formas diuersas, secundum ꝙ habent materiam diuersam specie, & forma alterius speciei est alterius speciei ab illo, quod non habet talem materiam & talem formam. ergo animal generatum à putrefactione non est eiusdem speciei cũ eo quod generatur à seminibus parentum. neque obstat illud quod quidam dicunt, ꝙ materia ex qua generatur embryo in matrice est similis illi, ex qua generatur per putrefactionem. nam secundum hoc reuertitur quæstio. nam, si illæ materiæ sunt eiusdem speciei, ergo & formæ quas tunc habent, sunt eiusdem speciei: & si sic erit a corpus animalis esset sanguis in illa materia putrefactibili ea qua generatur illud animal, quod est eiusdem speciei cũ eo quod generatur ea sanguine menstruo in matrice. & si hoc sit ita, ergo etiam in illa materia fuit forma cibi seu panis, verbi gratia. Sicut hoc est in sanguine quod generatur ex cibo, & totum hoc est extra intellectum. Neque valet qđ quidam dicũt. ꝙ virtutes cœlestes faciunt has materias esse similes nam illę virtutes non sunt causæ totales: & ipsæ etiã sunt diuersæ in materijs diuersis, aliter quodlibet fieret ex quolibet, vt dictum est. Neq; valet quod aliqui dicunt ignis factus ex igne, & factus per motum sunt eiusdem speciei. hæc enim est alia quæstio & est, an aliquid possit produci ab agente eiusdem speciei, & alterius speciei. & ista quæstio est diuersa à quæstione nostra, & soluta est intelligentibus verba Commentatoris in multis locis & ego iam declaraui hoc in declaratione libelli de Substantia Orbis. & si velint dicere, ꝙ, si aliquid quod producitur ex diuersis agentibus est eiusdem speciei. ergo aliquid quod producitur ex diuersis materijs est eiusdem speciei. dico, ꝙ hoc, vt dicunt, concesso, verum est in eis quæ non requiunt materias prædispositas seu prius præparatas, ideſt materias alterationis, vt elementa. quorum quodlibet potest generari ex quolibet: & de hoc non oportet ad præsens plus dicere. Secunda ratio sua est tunc homo generatus à putrefactione esset generatus à casu, vt ipse hic deducit: & videtur ꝙ declaratio sua fundatur in hoc, ꝙ illud quod fit in minori parte, est à casu, quod sic intelligitur. Si est aliquod de cuius natura est vt generetur semper hoc modo, vt est homo & alia animalia: & causæ suæ generationis sunt: & tamen illud non generatur alio modo ab eo quo semper generatur, nisi raro & in minori parte temporis & subiecti, hoc non est nisi casu. & hoc videtur notum & in comple rationem. Præterea constat hoc totum nam, si aliqua fœmella animalis non posset generare cæteris, sed oportet ꝙ coniungatur cum masculo, in cuius semine est virtus in formatiua ꝓpria ergo a fortiori in materia quæ non est ita disposita, & ita propinqua generationi animalis hoc non posset fieri. Præterea non esset habitudo essentialis in causis materialibus & agẽtibus: & totum hoc est contra doctrinam Peripateticorum, & cõtra sensum & intellectũ. immo causę materiales essent quasi infinitæ, vt dicit Cõmentator. quamuis. n. causa agente posita, & similiter materiali non ponitur de necessitate effectus, tamen cum effectus est de necessitate, fuit à tali agente, & materiali. Nota tamen, ꝙ Cõm. in libro de Animalibus dicit, ꝙ mures generati ex putrefactione non sunt eiusdem speciei cum eis, qui generantur ex propagatione: quamuis assimilentur in accidentibus apparẽtibus, & in quibuſdam operationibus. non enim habemus mures in manibus vt possimus cognoscere operationes eorum ꝓprias: neque illud quod dicitur de plantis, s. ꝙ quædam earum generatur non ex semine, neque ex arbore habente semen: & postea producitur semen ab eis, non est dictum ab Arist. in suo de Plantis, immo oppositum videtur dicere dicẽs, quædam arbores plantatæ quædam ex semine, quædam autem per se: & non ponit ꝙ illæ, quæ per se producuntur, producunt semen. Et si hoc est verum vt dicunt, hoc non esset nisi quia in illo semine est materia propria, & virtus ꝓpria producens aliam plantam similem, non tamen omnino eiusdem speciei. Sed vere nescio quomodo hoc sciuerunt nisi forte per Propheram. Si illud enim facit semen, quomodo scierunt quòd non fuit illic ante aliquod tale semen? per infinitas enim quasi vias contingit fuisse illic semen tamen, quamuis non viderunt illic ante talem plantam. simili modo dicendum est, si illa secunda planta sit per plantationem. contingit enim aliquem ramum talis plantæ fuisse illic productum, ex quo facta fuit illa planta, quę illic primo visa est, vt in multis contingit: & vniuersaliter scire hoc, quod dicunt, est valde difficile: & dato, quòd esset ita, forte non est

signum

signum sufficiens ad probandum id quod intenditur. Possumus n. dicere, q̃ ex illa herba genita fine semine sit quædam pars, quæ est quasi semen, ita q̃ illa pars generator, cum ponitur in terra similis herba in specie per viam putrefactionis, & non aliter. Sed dices, quomodo possum cognoscere si res generatur p putrefactionem vel per propagationem, adhuc facilis est responsio, & in responde. Non tamen q̃ ait Commentator & Philosophus in principio. 17. de Animalibus ponunt, q̃ animal genitum ex putrefactione aliquando generat aliud non eiusdem speciei, & in ipso non inuenitur masculus & fœmina: &, si sint, tamen q̃ ipsis generetur est alterius speciei, & tandem desinit generatio huius, & nunquam generat similem sibi in specie. & forte simile huius quod dixit hic Commentator possumus dicere in plantis, vt dixi. & in intelligo bene omnia dicta Auerrois non superficialiter, vt quidam diminuti Philosophi, imo magis historiographi: & de hoc nolo plus prolongare sermonem. Manifestum est enim sensui, q̃ illa, quæ generantur per putrefactionem, habent materias propinquas proprias, sed dicit Commentator de vespibus, & de quibusdam aliis animalibus generis ex putrefactione. Et respondere dictis quorundam in quibusdam rebus contra Commentatorem loquentium, stultum est. Sed dominatio tua loquendo in hac materia facit contra hoc motiuum efficaciam. d. q̃ sicut cibi nõ sunt eiusdem speciei, ex his tamen generatur sanguis, ita ex diuersis materijs potest generare animal idẽ secundum speciem. Confirmatur sic nam possibile est vt materia generationis habeat magnam latitudinem, ita cum non sit species specialissima. potest igitur esse q̃ ea illis materijs diuersis specie, conuenientibus tamen in ratione communi propinqua possit generari animal idem specie Et quamuis hæc vere magnam habeant euidentiam, tamen ad præsens respondeo, q̃ cibus in eo quod cibus conueniens est respectu vnius speciei est vnius speciei: quamuis enim nutrientia seu cibi sint diuersæ species in se, non tamen vt nutricabile respectu speciei determinatæ. nam omne dulce in eo q̃ dulce est tantum nutriens respectu hominis: & in eo q̃ dulce est vnius speciei, Secundo dico, q̃ quamuis cibi sint diuersi specie, cõueniunt tamen in vna ratione propinqua communi. Vade & sanguis genitus ex eis magnam habet latitudinem, & maximè, quia dicitur esse quasi appropriatus elemento aeris. Latitudo tamen eius est omnino extra latitudinem materiæ putrefactæ, vt quasi notum est naturæ: in eis apparet aliquid per quod possumus dicere quod conueniunt in ratione communi propinqua. Quamuis ergo materia generationis alicuius animalis non est eadem specie specialissima, tamen est eadẽ de necessitate secundum rationem communem propinquam. Hoc autem non inuenitur inter materiam putrefactam ex qua generatur animal per putrefactionem, & semen seu sanguinem menstruum, ex quo generatur animal per propagationem. Et hoc supponunt Philosophi tanquam per se notum. Præterea. Si materia putrefacta & sanguis menstruus conueniunt in ratione communi propinqua, & per hanc rationem possit generari animal ex his, Tunc animal genitum in matrice ex sanguine menstruo non generaretur ex eo secundum q̃ est sanguis, nec illud quod generatur ex materia putrefacta generatur ex ea secundum q̃ putrefacta: quę ambo videntur impossibilia. Et hoc tamen sequitur dicendo, q̃ hæc materia habet rationem cõmunem propinquam, secundum quam generantur illa animalia. Ad confirmationem patet per dicta. Ipsa enim suppont, q̃ materia putrefacta, & sanguis menstruus conueniunt in vna ratione communi propinqua: quod videtur esse impossibile. Et nos videmus, ex sanguine menstruo seu sibi proportionali a siue seu alterius animalis non generatur homo, nec etiam si esset proiectum illic sperma viri: & quamuis membra aliqualiter forte assimilari possint, non tamen illic potest esse forma humana, vt bene declarauit Philosophus & Cõm. in Libro de Animalibus. & à fortiori ex materia putrefacta vbi non est materia ita propinqua, nec agens proprium particulare, vt in talibus requiritur, vt leuiter patet: & hæc ad præsens mihi occurrunt: & si postea meliora apparebunt, dicam: credo tamẽ quod hæc

Comm. 48. sufficiunt. In cõm. 48. vbi dicit, & in bene scis &c. Ibidem. ponitur prima ratio, quod instrumenta non sunt infinita per se. secunda autem ratio ponitur ibidem, & etiã quando sol. &c. In cõm 52. vbi dicit. Motus autem eius est accidentaliter, licet sit indiuisibilis, id est per se: quia motor primus in eis est indiuisibilis secundum suam naturam, si autem diuisibilis per subiectum: & vide commentum. 44.

Comm 52.

Item in eodem commento vbi dicit. Verum autem omne &c. nota rationem quam ponit, per quam etiam probatur, q̃ primus motor non est virtus in corpore. Item in eodem commento vbi dicit. Quoniam enim verificatum fuerit ex hoc q̃ omne motum ex se, quod quiescit quandoque & mouetur quandoque mouetur ab extraneo, &c. & si non vel semper quiesceret vel semper moueretur, Et vide in tua summa. Cum autẽ parum potest dici, nihil esse extra ipsum, ideo a quo mouetur. In fine commenti cum dicit cum, demonstratione præmissa, i. hic, cum autẽ dicit aliam demonstrationem a præmissa, i. tuę a primo prop. In commento 52. vbi dicit, Et potest intelligi ex hoc termino, q̃ est demonstratio per se. Nota q̃ formatur sic, omnis motor cę mouet ex se, qui non mouetur, i. per se, qui quandoque mouet, & quãdoque non mouetur per accidens: primus motor nullo modo mouetur: ergo. Item in eodem commẽto versus finem commenti. vbi dicit. Et est, quia subiectum eius mouetur ab alio. Supple, quia propter hoc apparet quod ille motor intendit motum primi, & ordinatur ad primum motorem; & aliquo modo quasi mouatur ab ipso tanquam a duce; & per hoc soluuntur multa dubia Ioãnis de Iandũno, & aliorum. In commento. 57. vbi dicit. omne enim generabile est augmentabile, i. proprie, vel improprie. In commento 58. vbi dicit Omne enim pollicitus, sit generabile ex rebus, quibus perficitur est prius in natura, id est magis perfectum. In commento. 62. vbi probat Commentator, q̃ res naturales habent magnitudines terminatas, & ad hoc ponit duas rationes: prima ibi. Sit. n. magnitudines rerum, secunda ibi. Manifestum est per se quoniam, & circa hoc vide commentum 44 huius. & commentum. 36 primi. In eodem cõmento vbi dicit. cum tot de contrario in contrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, quia distantia infinita non potest esse inter contraria: esset enim finita. contraria enim sunt fines. Vide commentum. 91. Sexti. Item post hoc vbi dicit. Et antequam moueatur, id est illo motu. Item in eodem commento vbi dicit & omne quod est in actu, est quiescens necessario: quoniam, si moueretur esset in potentia &c. Circa hoc considera, quia instans est in potentia tantum. & ideo hæc ratio est demonstratiua. Et vide commenta quæ sequuntur, & commentum. 76. Sexti, & Burleus non bene dicit: quia cõtrarium, quod est approximatum, non approximatur in instanti. vide tamen cõmentum. 23. & ea, quæ ibi notauit: & habebis veram solutionem. Idem in eodem commento, vbi dicit. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem modo, q̃d mouetur duobus motibus contrarijs habentibus principium & finẽ &c. Nota q̃ ex hoc forte patet solutio de saba proiecta contra molarem descendentem & similibus. saba enim non habet motum perfectum ad quem perueniat: quia antequam cõpleat motum in illa parte cogitur moueri ab alio, & considera quia hoc est propter impedimẽtum, s. q̃ non quiescit: quia antequam perficiat motum ad illam partem impeditur. Ratio autem Philosophi tantum probat de motu completo, s. quando mobile adest toti in actu, vt posit dicetur: & dato q̃ veniat ad finẽ, tñ non quiescit nisi quando non pellitur ab alio: quia in isto casu non omnino adest in actu & quomodocunque sit motus reflexus non est continuus, vt patet in littera ex hoc etiam patet, q̃ si approximatur corpori, quod calefacit antequam compleat suum motum frigefactiuum, non est forte quies media: & vide ea: quæ notaui superius in commento a 3. In cõmen. 64. vbi dicit. Et motus contrarij differunt secundum suam & naturam &c. Nota q̃ videtur hæc ratio concludi, dato q̃ continuantur hi motus secundum tempus. & vide commentum. 40. Quinti. & 72. huius Octaui. In commento. 65. vbi dicit. Et vnum punctum describit in actu, si quem possumus demonstrare. Item in eodem commento vbi dicit, & illud quod mouetur continuè impossibile est vt superpoatur alicui &c. vt sit in aliqua magnitudine, siue describat in actu aliquem punctum in nullo instanti. nullus enim non est in tempore nisi in potentia

Comm. 64.

Comm. 65.

tentia vt declaratum est in Sexto Libro in multis locis: & maxime cõm.76.scilicet q̃ non est aliquod instans indiuisibile,quod potest demonstrari siue aliquid in eo demõstrari. Vide cõmen.46 Sexti,& illa, quæ ibidem notant.& si ru intelligis hoc recte & bene, demonstrat in Philosophi erit firma, & cauillatio Burlei nulla.instans enim est in potẽtia extra animam, sicut punctus in continuo: immo minus vt declaratum est in quarto & in octauo & in sexto. Sed anima considerat ipsum continuare partes temporis,ac si esset in actu. Nam natura continui est talis,& intellectus intelligit in actu aliquod tale indiuisibile, extra animam tamen est io potentia, sicut dicitur de vniuersali: & si extra animã esset instans in actu siue indiuisibile, non potest aliquis verè euadere, quin continuum sit compositum ex indiuisibilibus: & hæc omnia possunt colligi à Commentatore hinc ãde in Octauo, & in Quarto, & hic, & vide commentum. 80 Sexti.& vide commenta, quæ statim sequuntur,& finem huius commenti. Item in eodem commento vbi dicit. Quo
Comm.66. niam impossibile est, vt motum sit in extremo magnitudinis in actu. In cõm.66.vbi dicit. Puncta autem,quæ sunt in
Comm.68. ter principium & finem magnitudinis, sunt in potẽtia,idest non possunt demonstrari. In commento 68.vbi dicit. Pertranfire autem medietates infinitas in potẽtia,i.secundum diuisionem per accidens,i.in partes proportionales, non secundum partes æquales: quia illæ sunt finitæ etiam in potentia,& considera bene totum commentum. Item in eodẽ commento vbi dicit. Quoniam continuatio motus est propter continuationem magnitudinis,i quæ non diuidit magnitudinem in actu,i.sicut fit,dum quiescit in medio siue in aliqua parte eius: tunc enim diuidit magnitudinẽ in actu. Cum autem non quiescit, diuidit tam in potentia tamen, quia non designat aliquem punctum in actu,vt dictum est: & vide etiam commentum.tor.quarti. Item in eodem cõmento vbi dicit.Tunc sequitur etiam si medietates sunt infinitæ q̃ motum nunquam perueniat ad extremum magnitudinis,i.si motum pertranfit infinitas medietates quomodocunque sint, nunquam perueniet ad extremum,sed perueniet: ergo hæc diuisio consumit magnitudinem.& illam deductionem intendit hic Cõmentator, & ad illam respon
Comm 75. det.In commento.75.vbi dicit. Secunda est, q̃ omnia,quorum vnum est diminutum, reliquum perfectum,i in illo ge
Comm.76. nere. verbi gratia io genere motus localis. In commento.
Comm.78. 76.vbi dicit.Omnis enim punctus imaginatus.vide quomodo dicit imaginarus,& non dicit punctus tantum. In commento.78. vbi Philosophus & commentator volunt probare,q̃ motor primus non est in potentia. Nota q̃ hæc demonstratio,quomodocunq; intelligatur infinitum, est demonstratio vera.Si enim intelligeretur infinitum in motione,verbi gratia,vt moueat in instanti,quod vocant moderni infinitu vigoris intensiuè, aut q̃ moueat corpus infinitum,de necessitate mouet in tempore infinito: hoc tamen rectè intellige. & si mouet in tempore infinito mouet io instanti, h est virtus in materia: & similiter è conuerso. hæc enim duo cõuertuntur in virtute corporea: & manifestum est, & etiam declarabitur, q̃ nulla virtus infinita intensiuè est in corpore, nisi in corpore infinito, si tale esset possibile esse: & vide commentum.80.& ideo dicit Philosophus, q̃ hæc tria.s.motor,qui est virtus in materia,& motum, & tempus, in quo est motus: sunt æqualia,i.vel q̃ omnia finita, vel q̃ omnia infinita.& ideo non distinxit hic Commentator inmitum.nam non indigebat hoc:& ideo êt ex quo non est virtus infinita in corpore, nisi corpus sit infinitum, nam magnitudo virtutis sequitur magnitudinem corporis cæteris paribus. Sequitur ergo, q̃ si sit aliquod corpus, quod mouetur à motore,qui est virtus in corpore,in tempore infinito, q̃ pars illius mouebitur in tempore minori à parte motoris, quæ est in ipso: minus autem infino est finitum: ergo pars mouetur in minori tempore quam sit tempus in quo mouetur totum.& vniuersaliter virtus infinita, quę est in aliquo corpore, illud quod est ea ipsa in tempore illius corporis, est virtus minor. & vide commentum.81.& intelligo hic per virtutem infinitam,infinitam intẽsiuè.minor autem virtus non potest mouere per tantum tempus: & no ta ..ene,q̃ si sit in corpore aliqua virtus finita intensiue,non potest mouere nisi in tempore finito: & si mouet in tempore infinito ipsa est infinita,intensiuè: & similiter si sit in corpore sit virtus infinita intensiue, mouet in tempore infinito: & si in ipso sit virtus finita intensiuè, mouet per tempus finitum tantum. Et per hoc completur hæc demonstratio.& vide in commento sequenti in dubitationibus,& vn uersaliter magnitudo virtutis formæ corporalis,& parvitas eius secundum magnitudinem corporis,in quo est illa forma,& parvitatem eius.quod si est magnum,virtus,quæ est in ipso, est magna: & si est parvum,virtus quæ est in ipso est parva: comparando ad vnam formam, quæ est in vtroq; corpore: & ideo si virtus seu potẽtia totius formæ sufficit mouere, pars illius formæ non potest mouere in tempore æquali tempori,per quod mouet tota forma & potentia:& ideo hæc conclusio cum propositione,quæ declarabitur,cõcludit intentum,si non cecidit error in propositione dicente, quod maius est,mouet in tempore longiori. Et nota etiam, si vna gradus virtutis (verbi gratia) existentis in materia sufficit mouere aliquod corpus per centum annos, medietas illius potentiæ,si potest mouere per plus quàm per quinquaginta annos,& tunc corrumpetur.Et tempus durationis potentiæ sequitur fortitudinem potentiæ,i q̃ si sit fortior, tempus durationis est longius, si cætera fiat parta, verbi gratia corrumpenda & reliquæ dispositiones.Nam illud,quod habet vnum gradum potentiæ resistit contra transmutantem per duplum tempus, quàm resistit habẽs medium gradum, & ideo secundum istum modũ,si pars potentiæ sufficit mouere per tempus finitum tantum, tota virtus finita mouet per tempus finitum tantum.Et ea hoc patet q̃ latini non recte intellexerunt hanc demonstrationem,& considera bene dicta Commentatoris, & propositionem dicentem. Quod maius est,mouet tempore longiori,& considera etiam illa, quæ dicta sunt à Commentatore in illa parte de Substantia Orbis quam traduxi,si fortè hoc quod dixi de hoc non sufficit.Item in eodem commento vbi dicit.Sed notandum est, q̃ propositiones conditionales.Circa hoc vide comentum. 94 44 quarti. Item in eodem commento vbi dicit.Amplius cum omne compositum,vt videtur mihi ex isto loco potest fieri ratio forte ad declarãdum,quod omnis virtus in corpore est finita. Item in eodem commento vbi dicit, Quod enim denudatum est a copulatione & factum esse &c. Vult dicere q̃ Philosophus igitur peruenit ad suum intentum,s. q̃ primus motor est separatus: & bene considera, quia ex hac ratione etiam declaratur,quod corpus cœleste est simplex,quia non est in ipso potentia ad diuisibilitatem, neque corruptionem: & ergo motor est separatus à materia.nam cum sit positum q̃ corpus cœleste est simplex & motor est alius à moto, vt declaratum est in septimo & in octauo. Sequitur, q̃ motor cœli est abstractus à materia, non virtus existens in materia. In commento.79.vbi dicit. Cum enim habuit q̃ omnis potentia corporis est finita,idest intensiue, quamuis vnum consequitur reliquum, vt dictum est. Item in eodem loco quasi immediatè vbi dicit. & addunit huic propositioni. quam prius probauit,s. q̃ habens potentiam finitam &c.i.intensiuè quando existit illa forma in corpore, cuius formæ est potentia finita,potest etiam hęc ratio intelligi de infinito secundum durationem. Sed tunc oportet supponere,q̃ finitum intensiuè,cum est in corpore,est finitum secundum durationem.Infinitum enim secũdum,cum est in corpore,& potest resistere corrumpentibus in infinitum, est infimæ virtutis intensiuæ, vt dicit Burleus de hoc & bene.Præterea virtus corporea est in potentia,vt corrũpatur cum sit compositum,nullum autem in quo est potentia ad non esse perpetuatur: & bene considera, quia vt notani,ista conuertuntur in potẽtia materialium. Item in eodem commento,vbi dicit. Potest enim sic hic motor habet actionem infinitam,i.in tempore. Deinde cum dicit.Omne autem corpus,aut potentia in corpore non habet infinitam actionẽ, idest intensiuè, secundum quod declarabo in fine commenti. Item in illa parte, in qua dicit Commentator. Vtrum contineat corpus cœleste aut non &c. Considera hic quomodo accipit infinitũ indistincte, & accipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex altero.

Item in eodem comment.vbi dicit. Nos autem dicimus ex vi verborum Aristo. &c. Nota q̃ videtur q̃ ista solum stat in hoc,quòd si esset compositum corpus cœleste, virtus

eius

eius esset finita, sed quia non est compositum, non est ita. Nam propositio dicens, omne corpus habet virtutem finitam, est vera in corpore composito tantum, quod est temper finitæ potentiæ, & generabile & corruptibile. In fine autem de Substantia Orbis aliter respondet & melius, vt dicam: quamuis forte ambæ solutiones coincidant. Item in eodem commento vbi dicit. Tanto tempus, in quo suscipit motionem à tno motore, erit maius, idest quia maior virtus est in maiori corpore ceteris paribus. Item in eodem commento vbi dicit. Omnia corpora cœlestia caeedunt sc. Nota quod hic quasi innuit aliam responsionem ad hanc quæstionem, & est etiam bona. Item in eodem cõmen. in fine commenti circa illam rationem, quæ ponitur ibidem, nota, q̃ secundum sua principia & secundum illa, quæ dicta sunt, possumus etiam respondere illo modo. Nam demonstratio, quæ iam dicta est sic respondetur. Omnis virtus in corpore est finita intensiuè, & virtus corporea finita intensiuè non potest mouere in tempore infinito, ergo motus in infinito non potest esse à virtute in corpore, sed a separata materia. Prima propositio declarata est: nam, si esset infinita intensiuè, mooeret in instanti: quamuis etiam ipsa sit vera, si intelligatur definitio definito tempore: nam virtus corporea, quæ est formæ materialis, non durat in infinitum. Sed cum motor est immaterialis, non sequitur dubitatio, nam tunc dico q̃ illa potentia etiam est finita intensiuè, non tñ oris virtus finita intensiuè est finita in tempore, seu in duratione. Sed hoc est vouluo virtute finita corporea tantum: nam in ipso inuenitur potentia ad corruptionem, & ideo nõ sequitur de abstracto mouere in instanti. Et vide in quæstionibus meis de Primo motore, quomodo declaraui hãc suam rationem. Considera etiam quomodo intelligitor bene ea verbis eius, sicut dixi in commento 78 quod virtus finita intensiuè, quæ est in corpore, est infinita secundum durationem: & illa, quæ est finita secundum durationem, est finita intensiuè, & quæ est infinita in duratione est infinita intensiuè, hoc in virtute materiali ipse enim in multis locis in commento accipit vouum loco alterius, quia vnum sequitur ex reliquo: de separato autem à materia nõ est ita, quia virtus sufficiens mouere per vnum diem sufficit mouere in infinitum, ea quo est omnino tranlmutabilis.

Tandem dico q̃ demonstratio Arist. est hæc Omnis virtus in corpore est finita: virtus primi motoris non est finita: ergo primus motor nõ est in corpore. Vel sortatur sic, oulla virtus existens in corpore est infinita: quælibet virtus mouens in infinitum est infinita: ergo. Et secundum illum modum non solũ ratio est de primo motore tantum, sed de oibus motoribus corporum cœlestium. Cuilibet. o. corpori cœlesti est motor proprius: & hoc scitur ex diuersitate proportionum, quæ sunt inter motores & mota, & ea diuersitate motuum & diuersitate mobiliumtes quo enim isti motores sunt formæ & animæ corporum cœlestium, vt declaratum est in aliis locis: & corporã diuersa saltem secundum prius & posterius debent habere formas diuersas: oportet enim vt sit conuenio & habitudo naturalis & essentialis inter animam & corpus: non.n. quælibet forma potest esse forma cuiuslibet corporis & maximè, quia illi motus sequũtur naturas motorum, & sunt operationes eorum propriæ: quamuis naturæ eorom sint cognitio, vt dictũ est alibi: manifestum est ergo q̃ sunt diuersi incorporei. & hoc suppnit Philosophus in Meta. vt scitur ibidem: propositio tamẽ sua dicens, q̃ finitum & infinitum dicuntur de corpore, & de corporeo tantum: sed incorporeo & de eo quod nõ est vere os in corpore non dicitur hoc verè, oiõ metaphoricæ, vel aliquo modo est vera. Prima propositio est vera quomodocunque intelligatur finitas. nam si finitas intelligatur intensiuè, manifestum est q̃ vera, vt declaratum est per multa media: & maximè, quia moueret in instanti si esset infinita intensiuè. extensiuè etiam vel secundum durationem est vera. hoc enim sequitur à primo. Si.n. esset infinita secundum durationem infinita intensiuè, vt dictum est: & ideo indistincte accepit eam. Ad propositum tamẽ accipitur pro finitate secundum durationem. Philosophus tamen ad remouendum cauillationem, quam quis posset facere contra ipsum dicendo, q̃ virtus corporea est finita secundum durationem, quomodo est finita intensiuè. sed ego pono eam infinitam intensiuè: & ideo potest mouere in infinitum. Philosophus igitur eradicat hanc responsionẽ probando hanc responsionem; quæ posset fieri, esse impossibile. minam nulla virtus existens in corpore finito potest esse infinita intensiuè, & ideo Philosophus probauit hic propositionem illo modo. Et cum obiungatur huic, q̃ nullum corpus est infinitum in actu, est manifestum q̃ oulla virtus in corpore est infinita intensiuè. Vnde sciendum est q̃ hæc conditionalis est vera. Si aliqua virtus materialis est infinita secundum durationem, ipsa est infinita intensiuè: vel quia quælibet virtus materialis habet contrarium corrumpens & ideo, si posset in infinitum resistere, oportet q̃ sit infinita intensiuè. vel dicit quidã latinus, vel quia forma existens in materia dans ei esse, oportet de necessitate q̃ in illa materia sit potentia conditionis, & quod in oatura illius materiæ sit potentia & priuatio. Et ideo oportet de necessitate, q̃ sit vel q̃ posset esse aliquod contrarium seu corrumpens: & si noo, materia non esset in potentia: quod est contra positum: es qua ergo non corrumpitur est infiniti vigoris intensiuè, vel Philosophus voluit destruere consequens huius conditionalis, vt concluclat oppositum argumentis, sic arguendo. Si aliqua virtus materialis est infinita extensiuè, ipsa est infinita intensiuè: sed impossibile est ipsam esse infinitam intensiuè, vt probat demonstratio Philosophi: ergo & hęc videtur magis esse mentio Commẽtatoris in de Substantia Orbis. Et ad maiorem declarationem dico q̃ de corpore cœlesti duæ fuerunt opiniones. Voa est Auicen quam habuit a Platone. Auic. ponit cœlum esse compositum ex materia huius naturæ, cum materia illorum inferiorum & ex forma dante sibi esse, per q̃ constituitur & fit ens in actu: & ipse concedit cœlum esse corruptibile. Sed tamen perpetuatur à motore separato. Contra quod fiunt demonstrationes Arist. in Lib. Cœli. illic enim probatum est, quod cœlum non habet contrarium: ergo neque subiectum in potentia, vt dictum est: quia, si potentia actiua non potest esse, nec potentia passiua potentia passiua potest esse. & ideo, si in materia cœli est potentia & priuatio, sicut in materia illorum inferiorum, de necessitate oportet q̃ hic sit contrarium & quòd cœlum corrumpatur. Præterea declaratum est à Philosopho in illo Libro perfectè, q̃ nullum corruptibile potest perpetuari ab alio, & hoc videtur quasi per se notum: quia hoc nihil aliud est quàm dicere vnam naturam mutari in aliam natura enim corruptibilis & ceteri sunt naturæ valde diuersæ non communicaotes etiam in genere. Vnde dicere aliquid esse corruptibile & ipsum esse perpetuum est dicere ipsum esse naturæ corruptibilem & non corruptibilem. Quando enim propria alicuius naturæ inueniuntur in aliquo, tuoc iudicamus illud esse illius naturæ. Si ergo æternitas seu perpetuitas sit in aliquo, illud de necessitate habet naturã æternã, aliter non esset hic naturæ propriæ & determinatæ, & consequentia propria & determinata Posset enim quis dicere secundum hoc, q̃ accidentia propria ignis vel alterius formæ suæ in aliquo, & tamen illud non est illius naturæ, & sic destrueretur scientia. Nos enim cognoscimus naturas esse diuersas per operationes & propria diuersa. Perpetuitas autem seu æternitas, i. duratio in infinitum talem sequitur de necessitate & propriè naturam æternã. secunda autem fuit Auempace ponentia in cœlo esse materiam, & ipsum esse compositum ex materia & forma dante sibi esse; Illa tamen materia est alterius naturæ, ita q̃ illa materia non est potentia ad transmutationem substantialem, nec ad alterationem. Et dicit, q̃ hoc compositum non est corruptibile, sed tantum compositum, quod est materia horum inferiorum. Et hæc positio etiam omnino est falsa & impossibilis, primo enim hoc dictum videtur esse voluntariè dictum. nos enim non peruenimus ad compositionem, & ad naturam materiæ, nisi per eam mutationem in substantia: ex quo ergo hic non est transmutatio neque natura transmutabilis. quomodo possumus scire illic esse materiam? Si enim nõ esset transmutatio in rebus, nos diceremus quodlibet ens est vnum, i. habens vnam naturam, sicut ipsum est vnum in actu. Et à fortiori patet, q̃ oullam habemus viam ad cognoscendum materiam inqua non est potentia. Præterea hoc est dicere contradictoria siue consideratione. Nã in quo non est potentia ad contradictoria in eo nuo est potentia.

tentia.potentia enim non eſt niſi ad contradictoria, niſi eſſet potentia æquinoce dicta: & ſi non eſt ipſa potentia, tunc natura eius eſt nulla rei actualis: & ergo non recipit formam dantem ei eſſe.nam hæc conſequentia eſt bona omnino, non eſt in ipſo potentia ad contradictoria: ergo nò eſt in ipſo potentia Non eſt in eo poteutia in ſua natura: ergo eſt ens aliquod in actu. & non recipit eſſe actuale à forma. Materia enim exiſtens in actu ſecũdum ſuam naturam non recipit formam dantem ei eſſe actuale Ex duobus enim in actu non fit vnum verè compoſitum: & ego verè non intelligo qũo forma dat eſſe in actu materiæ cœli ſicut reliquæ formæ ex quo noo eſt in natura illius materiæ potentia neq; priuatio: & ideo ex hac poſitione verè ſequitur poſitio Auerrois. Si.n. illa natura, eſt natura in qua non eſt potentia neq; priuatio, tunc illa eſt ens in actu: & in hoc aſſimilatur formæ: quamuis ſit in potentia ad motum localem vt declaranit Commentator: & habet formam per quam mouetur non dantem ei eſſe: & hæc eſt poſitio Auerrois. nam Aver. ponit cœlum eſſe ſubiectum in actu exiſtens ex ſe, non per formam dantem ei eſſe: & eſt quaſi medium inter formam & materiam. Eſt enim ſimile formæ, quia non eſt in potentia nec eſt in eo priuatio, neq; recipit eſſe à forma, ſed eſt ex ſe exiſtens in actu, vt dictum eſt: non tamen in actu omnino perfecto, niſi per ſuam formam ſeparatam, vt dictum eſt alibi: eſt autem nullæ materię aliquo modo: nam ipſum eſt in potentia ad motum circularem & etiam eſt indiuiduum demonſtratum, & ens demõſtratum in actu, & habens vnã figuram in actu, & omnia iſta ſunt in corpore per materiam & ſunt in materia propter formam. In hoc tamen corpore non ſunt propter formam dantem eſſe, ſed propter motorem ſeparatum: vnde corpus cœleſte, & omnes eius diſpoſitiones ſunt propter motorem, qui motor præcedit dimenſiones in illomet ſubiecto ſeu materia. non enim iſtic ſunt dimenſiones indeterminatæ in potentia, neque forma recipitur illis mediantibus, ſed ſunt tantum determinatæ: quas habent illa corpora: ſecundum ſuas naturas: hoc tamen habent propter formas eorum ſeparatas, neq; illa corpora cœleſtia ſunt indiuiduũ vnius ſpeciei, ſed ſicut indiuidua. nam illa non componuntur verè ex genere & differẽtia, ſed ſunt tantum determinata & huiuſmodi: & ſunt diuerſa inter ſe ſecundum ſuas naturas, & ſecundum naturas motorum ipſorum Sunt tamen diuerſa indiuidua ſecundum prius & poſterius ſicut & eorum motores. ſimiliter hoc nomen indiuiduum non dicitur vniuoce de iſtis, & de inferioribus, vnde, vt dicit Commentator, potentia habet gradus. hæc igitur corpora non ſunt oeque formæ neque materiæ propriè dictæ, neque compoſitum ex materia & forma. ſed eſt quædam ſubſtantia corporea, i. quanta, quæ magis debet dici ſubiectum, quàm materia & ideo hæc corpora cœleſtia non ſunt abſtracta, neque formę & ſunt indiuidua eo modo quo dictum eſt. Et ex iſtis, ſi quis habet intellectum bene diſpoſitum poteſt videre defectum cauillationum latinorum circa hæc. hæc tamen omnia perfecte declarabo in libello de Subſtantia Orbis Deo volente. Quantitas tamen horũ corporum dicitur vel æquiuoce, vel ſecundum prius & poſterius cum quantitate illorum corporũ generabilium & corruptibilium: ſicut & ſubſtantia iſtorum cum ſubſtantijs generabilium & corruptibilium, & formæ illorum cum formis illorum. vnde credendum eſt quod ſicut forma illius corporis nobilior eſt formis illorum inferiorum, & alterius naturæ, ita & materia ſeu ſubiectum illius animalis cœleſtis, & accidentia ſequentia naturam illius, & maximè cum ſit primum motum ex ſe, & cauſæ omnium illorum inferiorum. Cauſæ enim intrinſecæ æterni, & generabilis & corruptibilis non eſt eiuſdem generis: nec æternum & corruptibile ingrediuntur ſub vno genere vniuoco, & ideo Auempace concedit poſitionẽ Auerrois non conſiderando. Præterea contra ambas opiniones eſt illud quod declaratum eſt ſæpe, quòd omne cõpoſitum ex materia & forma dat ei eſſe, vel ex forma generica & forma ſpecifica, ex quo vna ſe habet vt materia, reliqua vt forma eſt verè factum: & hoc probatum eſt in quæſtionibus meis de vnitate intellectus per rationes Philoſophorum, quas oullus bene diſpoſitus negare poteſt ſecundum doctrinam Philoſophorum. Præterea Philoſophus probauit hoc idem in 13. Metaphyſicæ, hoc mundo. Ibidem enim determinat hanc quæſtionem, ſcilicet, Vtrum res æternæ ſint cõpoſitæ, ſeu eſſe poſſint ex elementis: & capit hic elementa pro materia & forma, & arguit ſic. omne conſtitutum ex elementis eſt compoſitum: omne compoſitum cõponitur ex rebus in quarum natura eſt potentia componi. ex eis, i. q̃ ſunt poſsibilia ad recipiendum compoſitionem: & hoc videtur certum. oẽ in natura componentium, vt componentium huiuſmodi intelligitur verè potentialis, & omne, in cuius cauſis eſt potentialitas, ad hoc vt illud fit, ipſum eſt poſsibile eſſe in vno tempore, & non eſt in alio: & cum declaratum eſt, q̃ in rebus æternis non eſt in eis poſsibilitas non eſſe: ergo nulla res æterna eſt compoſita tali compoſitione: & ideo omne compoſitum eſt verè factum: verè autem factum non poteſt eſſe æternum à parte ante, & à parte poſt, & à fortiori primum motum Præterea ſequeretur, q̃ demonſtratio Ariſt. in hoc Octauo eſſet nulla, & maximè ſecundum Auempa nam ipſe ponit cœlum eſſe cõpoſitum & æternum, non factum, neq; in ſua natura eſt corruptibilitas. poſſum ergo dicere, quod illa forma materialis mouet in æternum. ſecundum autem Auic fortè hoc non ſequitur, quia quamuis ipſe dicat cœlum eſſe compoſitum, ponit ipſum eſſe corruptibile ſecundum ſuam naturam: ſed tamen dicit ipſum perpetuatum à forma ſeparata. Dicentes autem q̃ ratio Philoſophi in hoc principio fundatur, ſ. q̃ Deus eſt infiniti vigoris intenſiuè, & q̃ nulla virtus materialis eſt infinita intenſiuè, vt quidam Latini, nihil dicunt, Maximum.n. inconueoiens eſt dicere Ariſto. volendo demonſtrare aliquid in declaratione illiua quod Philoſophi credunt, & demonſtraſſet oppoſitum, vel ſaltem illud quod eſt magis dubitabile cõcluſionem: immo videtur q̃ hoc non poſſumus concedere, niſi ſupponendo ipſum eſſe ſeparatum. Præterea ſecundum opinionem illiua nulla eſſet ratio ad probandum primum motorem eſſe ſeparatum. poſſumus.n. dicere q̃ hæc virtus eſt materialis, & eſt infinita intenſiuè, & cognoſcitiua: & tamen non mouet in inſtanti, quia non vult, vel quia paſſum non poteſt recipere actionem, ſicut dicit ipſe, quod quamuis ſit Deus infiniti vigoris intenſiuè, tamen nõ mouet in inſtanti: quia non vult, vel per aliam cauſam, quæ placet ei; & ideo hoc dictum deſtruit demonſtrationem Philoſophi. Præterea illud quod dicit, q̃ poteſt mouere in inſtanti, tamen non vult: non eſt intelligibile apud Philoſophos. Quærunt.n. Philoſophi, ſi poteſt, ponatur in eſſe: Item quærunt, vtrum poteſt velle: & ſi poteſt velle, ponatur in eſſe: & ſi non poteſt velle, ergo nullo poteſt. diſtinctiones autem quibus iſti reſpondere credunt, nullæ ſunt apud ſcientes ſecũdum Philoſophiam, ſed non oportet de omnibus imaginationibus curam habere. Reliquæ autem rationes Philoſophorum contra iſta dicta, ſunt dictæ per me in quæſtionibus meis de vnitate intellectus, & primo motore. Ratio autem Ioannis Grammatici contra demonſtrationem Ariſtotelis nulla eſt. ipſe enim dicebat q̃ virtus cœli, per quam cœlum durat in infinitum: eſt infinita ſecundum durationem: & tamen eſt in corpore finito. Et ideo apud ipſum, cœlum habet virtutem finitam, & eſt corruptibile. Vel oportet dicere, quòd demonſtratio Ariſt. ſit nulla & eſt ratio multum apparens, cuin bene conſideretur. nam ſi quis diceret ei q̃ hæc virtus eſt finita intenſiuè, infinita extenſiuè ipſe diceret ſimiliter eſſe dicendum in demonſtratione Ariſt. Et tunc ipſa eſſet nulla Reſponſio autem vera in hoc eſt illa, quam ponit Commentator in fine de Subſtantia Orbes: & hæc eſt in ſumma. Ioannes enim ſupponebat vnum falſum. Credebat enim cœlum durare in infinitum per virtutem additam ei, hoc autem non eſt verum. Eſt enim æternum & incorruptibile propter priuationem cauſarum corrumpentium. in ſua enim natura non eſt potentia neque priuatio neque contrarietas. Et ideo ipſum ſecundum ſuam naturam eſt æternum per priuationem illarum cauſarum, non per virtutem additam. Illud ergo, ſuper quod Ariſtotèles eſt ſuſtentatus in hac intentione, vt dicit Cõment. commenr. 41. Duodecimo Metaphyſicæ, eſt, q̃ omnis actio æqualis, ideſt variformis, infinita, ſemper æterna, oeceſſario fit à potentia, cuius actio eſt infinita: cui nulla tranſmutatio accidit propter quam deficiat actio, & omnis potẽtia motoris in loco in corpore, cui accidit tranſmutatio, neceſſe eſt vt eius actio non ſit ſemper æterna: quia

ab alio

ab alio moueri ideſt per motum ſubiecti, vel quia illud, quod eſt in materia, poteſt moueri ab alio. Demonſtratio ergo Ariſtotelis in hoc Octauo eſt ex propriis, & præmiſſæ & concluſio ſunt primæ, ideſt q̃ ſeparabilitas ineſt motori æterno, ſecundum q̃ motor æternus, ſeu formæ æterna: quia idem ſunt forma, & motor, & maximè in illis, non per aliam naturam, vt dicit Commentator in de Primo in Libro Poſteriorum. in commento magno. Et ſi intellectus poſſibilis etiã eſt abſtractus, forte hoc eſt, quia intellectus agens, qui mouet, in æternum, eſt idem cum intellectu poſſibile: non tamen dico vnum, ideſt motorem in æterno eſſe cauſam alterius, ſed volo, q̃ vnum non ineſt alteri per aliam naturam. Intellectus etiam poſſibilis eſt forma æterna, vt dictum eſt in quæſtionibus meis: & forte hæc demonſtratio non eſt ex propriis, niſi reſpectu motorum horum corporum cœleſtium hic tamen, ſcirca hunc proceſſum Octaui ſunt duo genera demonſtrationum in hoc. Vna eſt à poſteriori, & alia eſt à cauſa: per motum.n. æternum probamus motorem eſſe æternum, & per hoc habetur, q̃ ipſe eſt ſeparatus: poſtea fit demonſtratio in cauſa in permutate motus, quia motor eſt ſeparatus: & hæc demonſtratio eſt à propoſitionibus primis & immediatis. hic autem intelligo per primus duo, i. q̃ prædicatum ineſt ſubiecto in propoſitionibus, non per aliam naturam, nec per cauſam: quia nulla cauſa eſt in hoc q̃ motor ſeparatus mouet in æterno, niſi quia eſt ſeparatus intranſmutabilis, vt mouetur a Commentatore in de Subſtantia Orbis, neque ſequitur propter hoc q̃ aliquid ſit magis notum, & minus notum, & reliqua inconuenientia. Nam per effectum probatur cauſam eſſe, non tamen per cauſam probatur effectum eſſe. Hæc enim eſt alia ſpecies cognitionis à prima Nam per illam cauſam referendo ipſam ad ſuum effectum habetur notitia magis perfecta, ſed non probatur effectum eſſe, & ideo non eſt demonſtratio circularis, vt innuitur hoc a Commentatore in 1. Poſteriorum in commento magno. vnde in Secundo proceſſu acquiritur perfecta cognitio concluſionis per demonſtrationem cauſæ tantum, cuius præmiſſæ non ſunt notiores apud nos ex concluſione, vel aliquando quærunt demonſtrationes cauſæ tantum ſunt ex cauſis agentibus vel materialibus, quibus poſitis non neceſſario ponitur concluſio, ſed cauſa, ſed non acquiritur tunc cauſa concluſionis, ſeu non probatur cõcluſio, ſed acquiritur cognitio eius perfectior, quæ eſt alia ſpecies cognitionis à prima: in demonſtratione autem ſimplici, cuius præmiſſæ notiores ſunt nobis & naturæ, & habet reliqua requiſita, probatur eſſe ita per cauſam: & ideo hæc verè & propriè eſt demonſtratio ſimpliciter. Reliquæ autem, quæ pertinent huic quæſito, & dicta modernorum circa limitationem Auicennæ & Auer. & circa omnia hunc pertinentia, & ſolutiones omnium dubitationum à quæ ſiui, perfectè declarabo Deo volente in Lib. de Subſtantia Orbis. illic enim dicam omnia, quæ pertinent huic quæſito: & ea declarabo diffuſe, & iam gratia Dei feci: hoc tamen dico hic, quod auctoritates illorum virorum non debent impedire intellectum ab hac veritate. Quia verè demonſtratio Ariſtotelis firma eſt. & credo, q̃ quia homines non intelligunt demonſtrationes Philoſophorum, odio habent Philoſophiam. & dicunt Philoſophos dicere res phantaſticas non demonſtratas, & quaſi hæc omnia dicta ſuot à Commentatore vel in actu vel in potentia propinqua. In commen. 82. vbi dicit. Et adhuc remanet mouendo, ideſt ſine eo quod moueatur. Vult dicere a manu. In eodem cõmento. vbi loquitur de inundatione. vbi dicit. Cum ſit motus ſucceſsiuus. Vide Commentum. 69 Quarti. Et nota quòd hæc ſucceſsio non eſt ſicut ſucceſsio Platonis, & conſidera. In commento 8. vbi dicit, Et etiam mutat. ab eo quod mouet illam ſecundum ſpecm, ideſt ab appetibili: & vide commentum. 17. Finis.

Hoc opuſculum annotationum &c. finitum fuit anno latinorum. 1485. in fine Iuly Florentiæ.

Quæſtionum Ioannis de Ianduno, ſuper octo Libros Phyſicorum: ac Heliæ Hebræi, Cretenſis de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Eſſe & Eſſentia, & Vno, cum eiuſdem in Dictis Auerrois ſuper eoſdem, libros Annotationibus, finis.

Series Chartarum,

A B C D E F G H I k L M N O P Q R S,

Omnes ſunt Quaterniones, præter S, Quintern.

VENETIIS Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D L X X X V I.